instruunt,vt penè incredibile sit quantos conue
nient. Ego aūt paucos inuenio q textus allegēt,
qbus ad id cōcludēdum necessariò moueri de-
beant. Vnū scio hanc opinionē adeò expeditā &
exploratā haberi, vt non audeā in ea quicquàm
scribere. Tamen à tergo metentiū spicas collige
re non dubitabo. In primis pro illa cōclusio-
ne Felini posita in dicto.c.de quarta. extra de
præscriptionibus. vltra quàm ipse dicat, possum
inducere textum in.l.si quis post accusationem.
&.l. qui à latronibus. §. fina.ff. de testa. in.l.si

19 quis post accusationem. † vbi dicitur valere te-
stamentū post accusationē factum. si enim factū
est testamentū, Reus indemnatus erat. in.§.fina.
dictæ.l.qui à latronibus. dicitur valere testamen
tum Rei condemnati si post condemnationē ap
pellauerit, & pendente appellatione decesserit:
interim igitur dominus est, & fructus suarum re
rum rectè percipit, & suos facit. Alioqui de illis
moriens testari non posset.l.donationes.§. fina.
ff.de donatio.&.l.cùm filius.§.fin.ff. de lega.ij.
quia hæredes crimina tenēt. Secūdò facit.l. post
contractū.ff. de donatio. quæ donationē admit-
rit à Reo post cōtractum capitale crimē factam,
dum tamen sententia contra eum non interuene
rit, vel in fraudē fisci facta nō inueniatur.l.j.C.
de iure fisci.lib.x. de hoc in.l.penult. & fina.C.si
reus vel accusa.mort.fuer.in.l.j.C.si penden.ap
pella.mors interue. Tertiò, facit.l. in fraudem.
20 §.bona eorum.ff.de iure fisc. vbi † bona eorum
qui in vinculis vel custodia vel compedibus de-
cesserunt, hæredibus eorū non auferūtur, siue ex
testamento siue ab intestato decesserint. Interim
igitur domini sunt, & plenam eorū habēt dispo-
sitionem. Quartò.l.aufertur.§.in reatu.ff. de iu-
re fisci. In reatu, inquit, constitutus bona sua ad-
ministrare potest, eiq; rectè debitor bona fide
soluit.l.reo.&.l.quod si forte.§.j.versic.quid er
go.ff.de solutio. In reatu est quis postquā accu-
satus est, neq; crimen detectū & couictum est: vt
in.l.fin.§.fraudis.ff. de bo.dāna.l.qui sententiā.
C.de pœn. Induci potest.d.l.si quis post accusa-
tionem.super verbo, indemnatus.ff.de testamē.
&.l.post contractum.ff.de donatio.secus si sen-
tentiā passus sit.l.si quis filio.§.irritum. versicu.
sed & si quis.in his verbis, sed cùm sententiā pas
sus est.ff.de iniusto, rup. vel irrito testamen. sed
intellige de eo qui sententiam passus est ab eo, à
quo prouocare non licet, vel quæ retractari nō
potest: vt in.l.ij.C.quo.appel.nō recipiun.& ita
glos.in.d.l.si quis post accusationē. intelligit di-
ctam.l.post contractū. &.l.ex iudiciorū.in prin.
ff.de accusa. Et cum eis iungi debet, & potius.l.
eius qui.ff.de testa.pro ea facit tex.in.l.fin.ff.ad
21 legem Iul.maiesta. Inquit ille rex. † Is qui in rea
tu decedit integri status decedit. extinguitur em̄
crimen mortalitate. Quod autem dictum est de
damnato, intellige nisi ab ea sententia prouoca-
tum sit. & prouocatio de iure admitti debet: vel
iudex post sentētiam imperatorē vel principem
certiorare, vel referre debet, priusquā suam sen-
tentiam exequatur: si dum consulitur princeps,
interim condemnatus decedat, integri status de-
cedit, & ratum erit illius testamentum: & tam ab
intestato quàm ex testamēto succedent eius hæ-
redes, dicta.l.qui à latronibus.§.fina.ff. de testa.
&.l.si quis filio.§.eius qui deportatur.in princi.
&.§.hi autem omnes.ff.de iniusto, rup. & irrito
testa. Vel nisi sentētia lata fuerit ab eo, qui iudi-
cādi potestatem nō habuerit, vel vltra sibi com-
missam à lege vel à principe sententiā tulit. d.l.si
quis filio.§.quod si quis.ff.de iniusto, rupto, &
irrito testamento.l.ij.§.fina.ff.de pœn.l.j.§.fin.
ff.ad senatusconsul. Tertul.l.si se non obtulit.§.
22 condemnatū.ff.de re iudicata. † Tamen ego cō
perio etiam in non condemnato neq; etiam ad-
huc in reatu constituto sed metu tantum imminē
tis accusatoris aliquid alienāte, nihil agere: qua-
si in fraudem admissi criminis hoc fecisse cen-
seatur: & ob id neque contrahere, imò neq; liber
tatē seruis suis dare potuerit: dicta.l.fina.§.frau
dis.ff.de bonis damnatorum.&.l.qui pœnæ.ff.
de manumissio.& Accursius cogitauit hoc ar-
gumentum euitare in dicta.l.qui pœnæ. &.d.l.
post cōtractū. similiter in.l.si aliquis.ff.de dona.
cā mor. vt sit differentia inter donationē cā mor
tis, & donationē inter viuos. Et licet illa solutio
colorem recipiat ex illa.l.si aliquis. tamen in ra-
tione decidēdi cōtradicit in his verbis, si sine su-
spicione pœnæ factæ. per quæ verba declaratur
quod in capite legis dixerat, & pœna fuerit capi
tis affectus. Et ideo Accursius in eadē.l. dixit in-
telligendum de eo, qui timore pœnæ inferendæ
à Iudice, donauit. Et Bar.in.d.l.post contractū.
hanc solutionē amplectitur, & verū dicere Ac-
cursium ait, & illū sequitur data post Din.in di-
cta.l.post cōtractū. aliqua distinctiōe, declaratis
etiā pluribus casibus, quibus nō tantū cōiectura
ri, sed verè pro cōperto haberi pōt in fraudem fi
sci factū esse contractū, seu donationem. Et eius
solutionem Roma.in eadē.l.post contractū. se-
quitur, reprobata opi. Saliceti in.l.si quis post-
hac.C.de bon.proscript. qui secus sentiebat per
nonnulla fundamenta quæ Romanus illic tran-
scribit. & Paul. non dissentit à Bart. Tamen oēs
eorum considerationes non videntur satisfacere
omnibus superioribus legibus, neq;.l.eius qui.
ff.de testa. Vt ostēdam repugnantiam omnium
istarum legum, seu contrarietatem earum breui
23 recensere curabo. † In primis non diffiteor oēm
contractū, seu oēm alienationē in fraudē publi-
cationis seu fisci factam reuocari posse per fiscū,
dicta.l.in fraudem.in princ.ff.de iure fisci.l.j.C.
de iure fisci.lib.x. Bald. pulchrè notat in rubrica
C.de reuoc.his quæ in fraudem credit.fiunt. Et
Papiens. Moder.in.l.nō dubiū.C.de legib. Sed
ad probationem huius coniecturatæ fraudis vi-
dentur leges inter se pugnare: & declaratio do-
ctorum illi repugnantiæ mea opinione nō vide-
tur satisfacere. Dicunt enim factam esse in frau-
dem admissi criminis & futuræ pœnæ vel publi
cationis imminentis; quia dubitat sententiam in
se proferri, per quam bona sibi adimentur, & fi-
sco inferentur. Quæ consideratio non videtur
bona, per textum in dicta.l, qui pœnæ, ff.de ma
numissionibus. secundum Benedictum de Plū-
24 bi. quia generaliter ille text. loquitur de † reis ca
pitaliū criminū, quos manumittere prohibet. Et
ob id ad illā.l.qui pœnæ. rñdet post Barto.in.d.

l.post

l.post contractum, quem Roma.& Pau.de cast.
sequuntur, vt dicamus in libertate speciale esse:
cùm difficilius concessa libertas reuocari possit.
Inducitur etiã per eos.l. sed & si maritus.ff. qui
& à quib.manu.liber.accip.de muliere rea adul
terij quæ intra sexagesimum diem qui marito da
tur ad accusandam vxorem de adulterio, seruos
suos manumittit: qui ob id libertatem non reci-
piunt. Ista ratio specialitatis modicũ rationis ha-
bet: nam & iureconsultus in eadem.l. ostendit
hanc non fuisse suam considerationem, dum ista
duo æquiparat, condemnationem iam latam de
crimine in reum, & suspicionem, quam reus ac-
cusatus habet futuræ cõdemnationis, libertates
ab eo qui iam lege Cornelia cõdemnatus esset,
vel cùm futurum prospiceret vt damnaretur, ser
uis datas libertates non competere: imò plus ge
neralius ille tex. loquitur, in fin. dum ait, sed nec
quidem illos ad iustam libertatẽ peruenire, qui
ideo manumissi sunt vt crimini subtraherentur.
25 † Et sic non tantum condemnatio in considera-
tione esse deber, sed animus coniecturatus rei,
vel qui in reatu positus est, qui à potestate iudi-
cantis bona sua vult subtrahere: vt si fortè sen-
tentiã mortis vel publicationis inferat, in ea iam
alienata per eum, vel donata comprehendi non
possint: eo quod in reatu constitutus interim bo
na sua administrat, seu administrare potest, dicta
l.aufertur.§.in reatu.ff.de iure fisc.l.reo.ff.de so
lutio. Præterea ad tollendam illam consydera
tionem specialitatis quam Barto.& qui eum se-
quuntur, amplexi sunt, quorum suprà memini-
mus, induco tex. qui non de libertate, sed de bo-
nis adimendis fisco cogitat, & disponit in dicta
l.fin.§.fraudis.ff. de bo.damna. Nec incongruũ
est recensere text.illius.§. fraudis autem, inquit,
causa adoptio facta videtur, etiã si non in reatu,
sed in desperatione rerum per conscientiã metu
imminẽtis accusatiõis quis adoptet in hoc, vt ex
bonis quæ se amissurum cogitat, portio detraha
tur. Et vt illum.§. explicemus, recensere oportet
26 quid in capite illius legis † de liberis dictum est,
quos non vult ille text. priuari portione legiti-
ma, id est quarta legitima, propter crimen à pa-
tre commissum, cuius ratione bona patris iuris
dispositione aut per iudicis sententiam publica-
ri debent: cùm hæc portio legibus per rationem
naturalem filijs debita sit: quo debito lex filios
non vult priuari. Et hæc quarta non tantum le-
gitimis & naturalibus de iure debita est, sed etiã
filijs adoptatis & arrogatis.l. cùm in adoptiuis.
C.de adoptio.l. si arrogator.ff. de adopt.§. cùm
autem.Instit.de adoptio.cum alijs illic per glos.
allegatis. Sed illic.§.fraudis.restringit, nisi frau-
dis causa adoptio facta sit: quæ in fraudem facta
præsumitur, si conscientia criminis, & metu im-
minẽtis accusatiõis, licet adhuc in reatu reus nõ
sit: quia non est reus postulatus, sed timet postu
27 lari, & ob id à iudice sua bona publicari: † quia
quarta filijs adoptatis debita, non distrahetur à
publicatione bonorum: imò si subtracta sit, re-
uocabitur. Et sic in libertate speciale nõ est, sed
generaliter concludendum est per rationẽ illius
legis. & ita intelligi debet. l. qui pœnæ. ff. de ma
numissio. l. sed si maritus. ff. qui & à quib.manu-
mis. liber.accip. In qua considerari debet finis le
gis, dum ait: sed si cõstãte matrimonio, dum mu
lier diuortium cogitat, manumittat, vel alienet.
Nota hoc verbum, vel alienet. & sequitur in te-
xtu, & dilucidis hoc probatiõibus fuerit appro-
batum. quasi in fraudem legis hoc factum sit, nõ
debet alienatio valere, vel manumissio. Aliena-
tionem, inquit, omnem omnino accipere debe-
mus. Ecce quomodo manumissio & libertatis
datio in nullo ab alijs alienationibus differt. Et
ad id illis obstat. l. cùm quidam. ff. de iure fisci.
28 vbi † emancipatio filij à patre facta vt hæredita-
tem sibi relictam acquirat, quã si pater nõ eman
cipasset, patri acquisita fuisset, & ex consequen-
te fisco, non reuocatur. Et cõsidera rationem le-
gis, rescriptum est: dum inquit nõ videri in frau
dem fisci factum quod acquisitum non est.

Secundò diligẽter cõsiderãda esse illa verba,
& dilucidis hoc probationibus fuerit approba-
tum, vt videatur quæ probatio circa huiusmodi
præsumptas à lege fraudes, vt ille textus inquit,
dum ait, quasi in fraudem legis hoc factum sit,
probatio necessaria sit. Tertiò quod ille text.
in primo legis responso ait; & non puto posse
quãuis accusari mulier deficiat à marito, cùm pa
ter accusare possit, vt considerari non tantũ de-
beat is qui verè imminet accusator, iuxta decla-
rationem. l. secundæ. §. fi. ff. ad legẽ Iul. de adul-
te. ibi, marito nõ negligente, nec retardante, sed
accusationem parãte & probationibus insisten-
te atque imminente, vt facilius iudicantibus de
adulterio probetur: sed sufficit quod adsit præ-
sumptus accusator mulieris, licet adhuc non ap-
pareat: per dictam. l. sed si maritus. in his verbis,
& non puto posse quanuis accusari mulier à ma
rito deficiat, cùm pater accusare possit. Simili cõ
sideratione vtitur tex. in dicta. l. secũda. §. fin. ff.
ad legẽ Iul. de adulte. ibi, sed & quoties alij qui
post maritum & patrem accusare possunt, ad ac-
cusandum prosilierint, lege expressum est, vt is
cuius de ea re notio est, de iusto accusatore con
stituat. quæ rectè declarant dictum. §. fraudis. in
l. fin. ff. de bo. damnato. Et sic sola illa cogitatio
punibilis est: quia quicquid per eam cogitatum
est reuocabitur, vt in fraudem legis factum, di-
cta. l. sed si maritus. l. in fraudem. ff. de iure fisci.
29 l. prima. C. de iure fisci. libro. x. Quare † vt le
gum varietates, imò contrarietates ostendamus,
quæ mihi videntur indissolubiles, si rectè consi-
derentur, in primis. l. fin. C. de iure fisci. libro. x.
quæ licet ab Accursio tripliciter legatur, tamen
verus illius legis intellectus est de eo, qui multis
criminibus conscius erat, & conscientiam suam

variis facinoribus polluerat: cuius bona nequaquam fisco competere, neque à fisco vt sua posse alienari ait, nisi tot criminibus cõscium post publicam accusationẽ constiterit fuisse cõuictum. Ecce quomodo conscietia sceleris vel scelerum non tollit dominiũ rerum, neque prohibet quo minus de illis disponat, donec accusatus publicè conuictus fuerit. quæ cõuictio quomodo fieri debeat, explicat. l. qui sententiam. C. de pœn. l. ij. C. quorum appella. non recipiun. Secundò in dicta. l. si quis post accusationem. in. l. eius. & l. qui à latronibus. §. fin. ff. de testa. l. si quis filio. §. hi tamen. &. §. eius. &. §. quod autem. ff. de in iusto, rup. & irri. testamen. nõ prohibetur testamenti factio actiuè, & omnimoda dispositio, nisi reus accusatus, cõdẽnatus fuerit, & quod post condemnationem non prouocauerit. Idem in. l. fin. C. si reus vel accusa. mort. fuerit. quæ ait, crimen morte finitum esse. in. l. penulti. eiusdẽ titu.
30 ait † pendente accusatione bona successoribus non denegari. Idem in. l. defuncto. ff. de public. iudic. in. l. ex iudiciorum. ff. de accusatio. dicitur in admissis publicorũ iudiciorũ, non aliàs pœnã ademptionis bonorũ aduersus hæredes trãsire, nisi lis contestata, & condemnatio secuta fuerit, exceptis criminibus in eadem. l. commemoratis. In. l. prima. §. fin. ff. ad senatusc. Turpil. dicitur, prouocationis remedio condẽnationis extingui pronuntiatũ, neq; accusatorem desistentẽ à pœna senatusconsulti Turpiliani excusari: quia eadem causa est & veluti ab initio accusator destitisset, reus accusatus absoluitur. Et in. l. ij. ff. quæ senten. sine appel. rescind. dicitur, Paulus respõ-
31 dit † eum, qui in rebus humanis non fuit sententiæ dictæ tẽpore, inefficaciter condemnatũ videri. Idẽ ait, aduersus eũ qui in rebus humanis nõ fuit cum iudex datus est, quoniam neque iudicis dationẽ valuisse, neque sentẽtiam aduersus eum dictam vires habere. in. l. ij. §. fin. ff. de bon. eorũ qui ante senten. mort. sibi consci. dicitur, Cùm damnatus nemo videri possit in hunc annũ, antequam de eo sorte iudicium Romæ redditũ & pronuntiatũ esset, neque cuiusque mortui bona antequam de eo Romæ pronuntiatũ sit, publicata sunt, eaq; bona hæredes possidere debent. l.
32 in fraudem. §. bona. ff. de iure fisci. † bona eius, qui in vinculis vel in custodia vel in cõpedibus decessit, ab hæredibus siue ex testamẽto siue ab intestato non auferuntur. Et ratio ponitur in. l. aufertur. §. in reatu. eo. titu. dum dicitur in reatu constitutum interim posse bona sua administrare, & ei debitorẽ recte bona fide soluere. Idem in. l. reo. ff. de solutio. in. l. post cõtractum. ff. de dona. dicitur valere donationes factas post contractum capitale crimen. Nec vlli dubiũ esse potest, accusatũ & condemnatũ criminis conscientiam læsam habere. Imò text. l. fi. §. fraudis. ff. de bonis damnato. ait, In fraudem publicatiõis seu ademptionis bonorum factam esse adoptionẽ, quæ ab eo sit: quamuis in reatu constitutus non sit, tamen in desperatione rerum est per cõscientiam metu imminentis accusationis: vt portio ex bonis quæ se amissurum cogitat, detrahatur. fortiori ratione dicendũ est, vbi accusatio eum præuenit, & multo magis vbi condemnatio interuenerit. Hoc etiam considerat. l. fina. ff. de bon. eo.
33 qui ante senten. mortem sibi consciue. vt † idem metu criminis consciuisse sibi mortem videatur, si post quã reus postulatus est, vel in scelere deprehensus, mortem sibi cõsciuit: multo magis in eo dicendum esset, qui testibus superatus, condemnatus est: quoniam etiam post appellationẽ vbi bona adempta sunt, hæredes rei condemnati appellationem defendere et prosequi debent, alioqui bona eis adimentur. l. prima. C. si pendẽ. appella. mors interue. & de bonis iudex causarũ ciuilium iudicabit. l. defuncto. vltimo respõso. ff. de public. iudi. Et ratio posita est in. l. ij. C. vbi causæ fisca. quoniam iam non amplius de crimine aut pœna mortui, sed de bonis quærendũ est. Et. l. si is qui. C. si penden. appel. mors inter. ex qua colliges concordantiam dictæ. l. primæ. C. si penden. appella. &. l. fina. C. si reus vel accusa. mort. fue. & similium, si crimen morte extinctũ est antequam de bonorũ ademptione sententia dicta fuisset, licet in consequentiam criminis veniret bonorum publicatio, tamen post mortem
34 de bonis amplius quæri nõ poterit. † Idem si iudex super crimine pronuntiauerit & pœnam imposuerit, de bonorum ademptione seu publicatione nihil dixerit, quia amplius de bonis quæstio fieri non poterit, dicta. l. si is qui. Sed si eodem iudicio super crimine pronũtiauerit, & semel bona rei ab eo condẽnati publicauerit, seu publicata declarauerit, licet pẽdente appellatione decesserit, & ob id pœna criminis extincta sit, non tamen publicatio bonorum remissa erit, sed tenebuntur hæredes appellationẽ prosequi, aut parere iudicatis. Hoc dicit. l. prima. & dicta l. si is qui. C. si penden. appella. mors interue. & l. defuncto. ff. de publi. iudi. Et hac ratiõe debes leges prius allegatas, de conseruatione bonorum hæredibus facienda mentionẽ facientes,
35 intelligere, † dum dicunt eum, qui prouocauit, iure testari posse, & hæredibus siue ex testamento siue ab intestato reseruari. hoc verum erit, nisi iudex simul de bonis, seu bonorũ publicatione & adẽptione pronũtiauerit: quoniã tunc sententia quãtum ad bona & hæredes transitoria erit. Hoc velle etiã videtur. l. ex iudiciorũ. ff. de accusatio. dum ait, quàm si lis contestata est, & cõdemnatio fuerit secuta. Vbi ergo aduersus defunctum lis cõtestata erit de crimine, & condẽnatio sequuta, aduersus hæredes transeunt pœnæ bonorũ adẽptionis. l. in hæredẽ. ff. de calũ. l. vnica. C. ex delic. defun. Et ita rectè declarat & distinguit. d. l. si is qui. C. si pẽdẽ. appel. mors interue. Ad reliquũ redeamus. rectè facit pro superiore

nostra

nostra consideratione.l.post contractũ.ff.de do
natio.in his verbis,Nisi condemnatio secuta sit.
quo casu non vult donationẽ etiã inter viuos va
lere:neq;,vt dixi, vim facio inter donationẽ cau
36 sa mortis,& inter viuos: † quia lex nõ prohibet
testari, multo minus donare causa mortis.l.j. in
prin.ff.si quid in frau.patro.alie.fue.vbi mortis
causa donationẽ in hac nostra disputatione lega
tis æquiparat.Nam etiã leges,quas suprà cõme-
morauimus,bona tam ex testamento q̃ ab inte-
stato ad hæredes trãsmittũt,præsertim.l.in frau-
dem.§.bona.ff.de iure fis.Intellige igitur.l.post
cõtractũ.ibi,nisi condẽnatio secuta sit super bo-
nis:quia si postea moriatur,etiã pẽdẽte appella-
tione,bona ab hæredibus auferẽtur,nisi appella
tionẽ prosequatur.d.l.j.C.si pẽden.appel.mors
interue.& alijs legibus suprà relatis.Sed vbi su-
per eis cõdẽnatio sequuta erit, licet de pœna cri
minis pronuntiatũ fuerit,& de ea appellatũ erit,
pẽdenteq; appellatione decesserit, morte crimẽ
extinctũ erit, nõ tantũ quãtũ ad pœnã corporis
afflictiuã,sed etiã quantũ ad bonorũ adẽptionẽ.
d.l.si is qui.C.si penden.appel.mors interue. Et
ita declarat Accur.in.d.l. defuncto.ff. de publi.
iudic. & in.l. qui à latronibus.§.fi.ff. de testa.&
rectè dicit. Sed vt suprà dixi,fortiter aduersus
prædicta pugnat dicta.l.fi.§.fraudis.ff.de bo.da
37 mna. † vbi nulla etiã secuta cõdemnatione, imò
fortius anteq̃ accusator apparuerit, adoptio fa-
cta,in fraudẽ fisci & criminis facta iudicatur:ne-
que filiũ adoptatũ in bonis adoptantis portionẽ
legitimam posse petere permittit. Similiter dicit
in.d.l. qui pœnæ.ff. de manumiss. libertates ab
eo,qui iam lege Cornelia cõdemnatus esset, vel
cùm futurũ prospiceret vt dãnaret, datas ab eo
libertates nõ cõpetere. Ex quo tex. volo te rectè
cõsiderare quomodo ista duo æquiparẽtur,con
dẽnatio vel metus,seu expectatio futuræ cõde-
mnationis,sicut dicit in.d.§.fraudis.in.l.fi.ff.de
bo.dãna. Similiter dicitur in.l. sed si maritus.ff.
qui & à quib.manumiss.liber.accip.vbi lex ad ef
fectũ prohibitiõis tantũ cõsiderari vult immine-
re accusatorẽ etiã à lege præsumptũ,licet nondũ
apparuerit.ibi,& nõ puto posse quãuis accusari
mulier deficiar à marito,cùm pater accusare pos
sit.Idẽ dicit in.l.ij.§.fi.ff.ad legẽ Iul.de adulter.
ibi, sed & quoties alij q post maritũ & patrẽ ac-
cusare possunt.& quod in fine legis dicit , vt is,
cuius de ea re notio est,de iusto accusatore cõsti
tuat. Secũdò dicitur in.d.l.sed si maritus.in fi.
ff.qui & à quibus.dum mulier diuortiũ cogitat,
38 manumittit,vel alienat. † Et sic inter manumis-
sionẽ & omnes alias alienationes differẽtia non
fit.hoc declarat finis illius legis dũ ait,alienatio-
nẽ omnẽ omnino accipere debemus. quare, vt su
prà dixi,nõ est bona differẽtia ab Accursio,Bar
to.& alijs facta inter dationẽ libertatis, & dona
tiões aliãsve cuiuscũq; generis alienatiões. Lex
enim animũ agẽtis tantũ prospicit, an fraudãdi
causa eas fecerit vel facere cogitauerit: & sic so-
la cogitatio fraudãdi dũtamẽ cũ ea cogitatione
veritas legis præsumptiõe potuisset cõcurrere si
superuixisset,per.d.l.fi.§.fraudis.ff.de bo.dãna.
Et cõiecturas quæ mouere possunt iudicãtis ani
mũ ad id suspicãdũ,tradit Bar.et post eũ Roma.
in.d.l.post contractũ.ff.de dona. Quare frustra
disputat post sentẽtiã,an is qui donat,testat,vel
alienat animũ fraudãdæ pœnæ,criminis,vel fisci
hoc faciat:cùm satis sit etiã ante litẽ motã de co-
gitatione seu mala volũtate cõstare: vt suprà di-
xi per.d.l.q pœnæ.in fi.ff.de manumiss.in his ver
bis,qui ideo manumissi sunt vt crimini subtrahe
rẽtur:in quo solet quæstio decidi in.l.nõ dubiũ.
39 C.de legib. † de eo qui animũ habet occidẽdi ti-
mẽs ne forte occasione criminis per eũ cõmittẽ-
di ad fiscũ bona perueniãt,filiũ emancipat,illiq;
bona sua om̃ia donat.vt inquit.l.oẽs.§. Lucius.
ff.quæ in frau. credi.fiunt. quoniã donatio nul-
lius erit momẽti, per.d.l.oẽs. & p rationẽ illius
l. qui pœnæ. qa ideo manumisit,vt crimini sub-
traherẽtur : & nõ tantũ dixerim vbi omnia filio
donauit:propter quã Bar.in.d.l. post cõtractũ.
vnã præsumptionẽ posuit:quoniã idẽ dico, etiã
vbi portionẽ tãtũ saluare vellet.d.l.fi.§.fraudis.
ff.de bo.dãna.quia ille qui delictũ cõmiserat,&
suspicabatur ex eo se accusari, & ,ppter id bona
eius publicari, licet nihil horũ factũ adhuc esset,
aliquẽ in filiũ adoptauerat , vt quartã portionẽ
suæ hæreditatis iure adoptionis cõsequeret , ad
similitudinẽ filiorum legitimorũ & naturaliũ.&
sic in parte bonorũ cogitabat fiscũ fraudare , id
est in illa quarta:vt in capite.d.l.scribit. satis est
enim in fraudẽ criminis factã fuisse alienationẽ.
Idem in.d.l.j.C.de iure fisci.lib.x.l.in fraudẽ.in
prin.ff.de iure fisc. Ad id facit ratio.l.sed si lege.
40 §.si ante litẽ.ff.de peti.hæred. † quoniã post mo
tam cõtrouersiã,etiã in ciuilibus , is q rei alienæ
sciẽtiã habet,prædo iudicat:& ob id ab eo tẽpo
re ad fructuũ restitutionẽ obligat. addo.l. cùm
quærebat.C.vñ vi.& sic lex cõiciẽtiã iudicat,in
d.l.sed si maritus.in fi.ff.q,& à qui.ma.lib.acci.
Quare circa prædicta cogitaui aliquã distinctio
nẽ dare,vt cæteris diligẽtius inquirendi veritatẽ
occasionẽ præbeã.In primis reũ nõ criminis ex-
cepti à lege in reatu constitutũ interim sua bona
administrare posse, & à debitoribus bona fide
rectè illi solui posse.l.auferẽ.§.in reatu.ff.de iu-
re fis.& nõ abs re dicit ille text.bona fide.Idẽ in
l.q̃uis.§.fi.ff.de solut.l.j.§.dolũ.ff.si qd in frau.
41 patro. † si in fraudẽ reus administraret donãdo,
aut etiã alienãdo,nullius momenti essent huius-
modi alienationes.l.j.C.de iur.fis.lib.x.l.in frau
dẽ.in prin.ff.de iur.fis.& plura suprà dicta sunt,
nõnulla repetemus. Et si is q reo solueret,cũ eo
fraudis particeps esset,soluẽdo nõ liberaret : vt
in.l.j.C.de fi.instru.& iure hastæ fisca.lib.x.d.l.
j.C.de iure fis.l.quod si forte.§.j.versi.idẽ dico.
ff.de solutio.l.pe.C. de reuocã. his quæ in frau-

dem credi. fiũt.l. apud Celſum.§.authoris.ff.de
excep.doli.l.ꝓſpexit.§.fi.ff.q et à qui.manumiſ.
lib.accip. Et ratio huius primi dicti poniẽ in.l.is
42 q in reatu.ff.ad legẽ Iu.maie. † qm̃ is q in reatu
decedit,integri ſtatus decedit. Extinguiẽ em̃ cri
mẽ mortalitate.Donec em̃ reus accuſatus dãna-
tus ſit,recte omnia agit, ſiue teſtãdo, vt in.d.l.ſi
qs poſt accuſationẽ.&.l.qui à latronibus.§.fi.ff.
de teſta.l.ſi qs filio.ſiue donãdo:vt.d.l.poſt con
tractũ.ff.de dona.l.in fraudẽ.in princ.ff. de iure
fiſ.l.j.C.de iure fiſ.lib.x.vel quocũq; alio modo
alienãdo.d.l.in fraudẽ.§.bona.Et in hoc ponde
ro tex.d.l.is q in reatu.ff.ad leg.Iul.maieſ.in bis
verbis , integri ſtatus decedit. Si integri ſtatus
decedat, quicqd agit vtiliter agit,& hac ratione
debitores ſuos liberat:vt in.d.l.reo.et.l.q̃uis.§.
fi.ff.de ſolu.&.d.§.in reatu.in.l.auferẽ.ff. de iu-
re fiſ. Nec facio vim an lis cõteſtata ſit ſup crimi
ne,vel nõ cõteſtata: dũtamẽ ſentẽtia cõdẽnato-
ria aduerſus eũ nõ interuenerit.tex.eſt clarus in
d.l.ſi qs poſt accuſatio.ff.de teſta.in.d.l. ex iudi
ciorũ.ff.de accuſa. in his verbis,quaſi lis cõteſta
ta & cõdẽnatio fuerit ſecuta.et in.d.l.poſt cõtra
ctũ.in fi.ff.de dona.ibi,niſi cõdẽnatio ſecuta ſit.
Et ratio poſita eſt in.d.l.ſi qs filio.§.irritũ.verſi.
43 ſed ſi qs.ff.de iniuſt.rup.& irri.teſt. † Primò em̃
dicit ille tex.ſi qs fuerit capite dãnatus,vel ad be
ſtias,vel ad gladiũ,vel ad pœnã quævitã adimit,
teſtamẽtũ eius irritũ ſiet.Et cõſidera quod ſequi
tur in illo tex.Et nõ tũc cũ cõſumptus eſt, ſed cũ
ſentẽtiã paſſus eſt.nã pœnæ ſeruus efficiẽ.In hoc
igiẽ clarè cõſtat nõ priuari bonis,donec ſentẽtia
pœnæ aduerſus eum lata ſit,cuius merito ſeruus
pœnæ efficiẽ. Et de his loquiẽ.l. eius qui.§. ſi cũ
aqua & igni.ff. de teſta.&.l.qui pœnæ.ff. de ma
numiſs.Intellige niſi prouocauerit.l.ij.§.fi.ff.de
pœn. Ibi eũ accipiemus dãnatũ q nõ ꝓuocauit.
cæterũ ſi ꝓuocet, nõdũ dãnatus videiẽ.l.furti.in
prin.ff.de his q no.infa.ibi,ſed ſi furti vel alijs fa
moſis actionibus quis cõdẽnatus,ꝓuocauerit pẽ
dẽte iudicio nõdũ inter famoſos habeẽ,in.l. q à
44 latronibus.§.fi.ff.de teſta.ibi,ſi † quis in capitali
crimine dãnatus appellauerit,& medio tpe pen-
dẽte appellatiõe fecerit teſtamẽtũ, & ita deceſſe
rit,valere eius teſtamẽtũ.d.l. ſi qs filio.§. hi autẽ
oẽs.ff.de iniuſt.rup.& irri.teſt.Inquit ille tex.hi
autẽ oẽs quorũ teſtamẽta irrita dãnatiõe fieri di
ximus,ſi prouocauerint capite nõ minuunẽ,atq;
ideo neq; teſtamẽta,quæ antea fecerint.Et ſequi
tur:& tũc teſtari poterunt. hoc em̃ eſt ſæpiſsime
cõſtitutũ.Et ſubiũgit,& hoc volo diligẽter nota
ri:nec videbunẽ quaſi de ſtatu ſuo dubitãtes,nõ
habere teſtamenti factionẽ. ſunt em̃ certi ſtatus,
nec ipſi de ſe interim incerti. Ecce quõ appellãs
manet integri ſtatus,vt poſsit omnia facere quæ
quiuis alius nõ cõdẽnatus facere poteſt.Secũdò
45 † idẽ dico etiã vbi iudex appellatiõi deferre nõ
voluerit,neq; refutatorios,ſeu dimiſſorios apo-
ſtolos dare voluit,q̃q; admittere teneaẽ:& ſi nõ
admiſerit,tamẽ à lege pro admiſſa eſt:& interim
quicqd in p̃iudiciũ appellatiõis factũ erit, irritũ
erit.l.eius cuius.&.l.ſeq.ff. de appel.& in.l.vni-
ca.§.ſi quis.ff.nil noua.pẽdẽ.appel.ibi,ſi quis er
go forte relegatus fuerit,et appellauerit,nõ arce
biẽ,neq; in Italia,neq; in ꝓuincia qua relegatus
eſt.Et in verſic.ſeq.diciẽ,ꝓpter eãdẽ rationẽ,&
ſi quis deportatus fuerit ab eo,cui deportãdi ius
eſt,vel adnotatus,neq; vincula patieẽ,neq; vllã
aliã iniuriã,quã patiẽ qui ſentẽtiæ nõ acquieue-
rat. Et cõſidera rationẽ legis. Integer em̃ ſtatus
eſſe videẽ ꝓuocatione interpoſita. Et in verſic.
ſeq.adhuc expreſsius declarat. Ergo & ſi abſti-
nere ordine iuſſus ſit & ꝓuocauerit,eadẽ ratiõe
46 poterit iterũ participare,cũ hoc ſit cõſtitutũ, † et
ſit iuris ne quid pẽdẽte appellatione innoueẽ.in
illo tex.duo ſingulariter notãda ſunt. Primũ,eũ
qui appellauit leuãdũ eſſe à vinculis. quod recte
in curia parlamẽti Pariſienſi obſeruaẽ.nullũ em̃
reũ in vinculis tenẽt,ſed tantũ cuſtodiũt.tametſi
in alijs curijs cum carcere & diligẽtiori cuſtodia
ſeruari ſoleãt:vt inquit.l.ſi qs filio.§.eius qui.ff.
de iniuſt.rup.& irri.teſt.Secũdò dũ diciẽ,eũ qui
ꝓuocauit,interpoſita prouocatione,integri ſta-
tus eſſe.addo.l.vnicã.ff.de libel.dimiſſo.Tertiò
idẽ dico,vbi p̃ſes nõ recepta ſeu admiſſa appella
tione pronũtiauerit,pœnã differẽdã eſſe, donec
principi retulerit:interim integri ſtatus manet q
appellauit.d.l.ſi quis filio.§. eius qui deportaẽ.
&.d.§.hi aũt oẽs.verſi.quid tñ.ff. de iniuſt. rup.
47 & irri.teſta.in.§.eius.diciẽ, † Eius qui deporta-
tur,nõ ſtatim irritũ fiet teſtamẽtũ, ſed cùm prin-
ceps factũ cõprobauerit. tũc enim & capite mi-
nuiẽ.in quo nota dictionẽ,tũc.& ſic nõ antea ca
pite minutus eſt. Et in ſeq.ver.diciẽ,Sed & ſi de
decurione puniendo vel filio, nepotéve præſes
ſcribendũ principi interlocutus eſt,nõ puto ſta-
tim ſeruũ pœnæ factũ.licet in carcere ſoleãt dili
gẽtioris cuſtodiæ cauſa recipi.Nec huius igiẽ te
ſtamẽtũ ſiet irritũ, priuſq̃; princeps de eo ſuppli
ciũ ſumẽdũ reſcripſerit. Proinde ſi ante deceſſe-
rit,vtiq; teſtamentũ eius valebit.In quo tex.im-
probaẽ opinio Bar.et Roma.in.l.poſt cõtractũ.
ff.de dona.& gloſ.in.l.q pœnæ.ff. de manumiſ.
qui dicũt poſſe reuocari teſtamẽta, & alienatio-
nes eo q; diſtinguunt alienationes reuocabiles à
nõ reuocabilibus : qualis eſt manumiſsio.quod
nõ põt eſſe verũ,vt ſuprà docuimus, & parũper
repetemus:ideo redeamus ad.§.hi aũt oẽs. verſi.
qd tñ.in quo diciẽ, qd tamẽſi appellationẽ eius
præſes nõ recepit , ſed imperatori ſcribẽdo pœ-
nã remoratus eſt,puto hũc quoq; ſuum ſtatũ in-
terim retinere,nec teſtamẽtũ irritũ fieri. Et dicit
Accur.in.d.§.eius q deportaẽ.in verbo, deceſſe
rit. & recte etiã ſi in carcere aut vinculis aut cõ-
pedibus moriaẽ.l.in fraudẽ.§.bona.ff.de jur.fiſ.
&.l.ſi quis poſt accuſationẽ.ff.de teſta. Quartò
48 † idẽ dico vbi ſentẽtia à nõ ſuo iudice lata eſt.d.
l.ij.§.fi.ff.de pœn.ibi,ſed ſi ab eo cuius dãnandi

nõ habuit rei capitalis qui dãnatus sit, in eadem
causa erit. dãnatus enim, inquit ille, est vbi dãna
tio tenuit. Idẽ in. d. l. si quis filio. §. quod si quis.
ff. de iniust. rup. & irri. testa. dũ ait, Quòd si quis
fuerit dãnatus illicitè, pœna nõ sumpta, an testa-
mentũ eius irritũ fiat: vtputa, decurio ad bestias:
an capite minuat, testamẽtũq; eius irritũ fiat. Et
nõ puto, cũ sentẽtia eũ non tenuerit. Idẽ in. l. j. §.
fi. ff. ad senatus. Tertu. ibi, vt iudicata debeamus
accipere ab eo, cui iudicãdi ius fuit. Vnũ tñ non
49 omiserim, † in suspẽso esse statũ post latã sentẽ-
tiã ab eo, qui iudicãdi ius nõ habuit, donec con-
sultus princeps sentẽtiã improbauerit, vel ex au
thoritate eius pœna aut permutet, aut liberet. l.
moris. §. fi. ff. de pœn. Et ratio, quia licet huius-
modi sentẽtiæ reprehẽsione dignæ sint. l. relega-
torũ. §. ad tẽpus. versi. reprehẽsæq; sunt. ff. de in-
terdic. & relega. interim tñ sustinẽtur, id est, nõ
retractant, donec princeps cõsultus hoc fecerit.
l. diui fratres. ff. de pœnis. l. j. §. sed an vltro. in fi.
ff. de quæstio. & ita declarat illa. l. moris. §. fina.
50 † Si tñ medio tẽpore sic cõdẽnatus decedat, in-
tegri status manet, vt suprà dictũ est per. l. si qs fi
lio. §. eius qui deportat. versic. priusq; princeps.
ff. de iniusto, rup. & irri. test. quẽ suprà annotaui
mus. Priusq; princeps, inquit, de eo suppliciũ su
mendum rescripserit, proinde si ante decesserit,
vtiq; testamentũ eius valebit. & . d. §. hi autẽ oẽs.
ibi, nec videbunt &c. & . l. fi. ff. ad legẽ Iul. maie.
in fin. ibi, Cæterũ si quis ex alia causa legis Iuliæ
maiestatis reus sit morte à crimine liberatur.

Prædicta intelligas, qñ is qui condẽnatus est,
& ꝓuocauit, de crimine tãtũ cõdẽnatus est, nul-
la super bonorũ adẽptione seu publicatiõe lata
sentẽtia. qui si interim, id est, pẽdẽte appellatio-
ne decesserit, bona ad hæredes trãsmittit, tam ex
testamẽto q; ab intestato. Et ita intelligant. l. qui
à latronibus. §. fi. ff. de testa. l. si quis filio. §. irri-
tũ. & duobus. §§. seq. ff. de iniust. rup. & irri. test.
l. ei cuius. ff. de appel. recip. l. vnica. ff. nil noua.
pẽdẽ. appel. l. fi. in prin. C. si reus vel accus. mor.
51 fuer. & aliæ leges, quarũ suprà meminimus. † Si
verò eadẽ vel diuersa sentẽtia, nõ tãtũ de pœna
cõmissi criminis pronũtiatũ est, sed & bona rei
condẽnati publicata in totũ vel in parte, tenebit
sentẽtia, donec super appellatiõe decisum sit: &
ideo hæredes eius siue ex testamẽto, siue ab inte
stato appellationẽ ꝓsequi tenebunt, alioqui bo
na eis adiment: vt si omnia publicata sunt, omia
fiscus auferet. l. j. C. si pẽdẽ. appel. mors interue.
si pars tãtũ adẽpta est, quatenus sentẽtia erit, au-
ferant. d. l. fi. in fi. C. si reus vel accusa. mor. suer.
donec quæstio dirimat, si appellatum sit, an pars
bonorũ tãtũ adimi debuit. Quo igit medio oẽs
illæ leges cõcordabũtur? Roma. Pau. de cast. &
Raphael Cuma. post Bart. in. d. l. post cõtractũ.
ff. de dona. distinxerũt tẽpora, videlicet, tempus
ante accusationẽ, & tẽpus post accusationẽ, seu
motã litẽ, sed ante litẽ contestatã: tẽpus post litẽ
cõtestatã, sed ante latã sentẽtiã, tẽpus post cõdẽ
nationẽ seu cõdẽnatoriã sentẽtiã sed ante appel
lationẽ. nõ aũt intelligas de absolutoria, quoniã
de ea nulla dubitatio esse potest, nisi forte vena-
lis seu ꝑ præuaricationẽ lata esset. l. venales. C.
qñ prouoca. nõ est neces. l. vnica. C. de sentẽ. ad-
uers. fis. latis. lib. x. Et inducit. l. j. §. fi. ff. ad Ter-
tul. & . l. si se nõ obtulit. §. cõdẽnatũ. ff. de re iud.
l. placet. C. de excusa. mune. lib. x. l. omnes iudi-
ces. C. de decur. lib. x. l. j. C. de fide instrumen. &
iure hastæ fisc. eo. lib. in verbo, mala fide. & alijs
multis legibus, quas lõgum esset referre: & plu-
ra in repetitione huius. §. dixi. Tẽpus post appel
lationẽ, vel tẽpus ad faciendã principi relationẽ
à iudice assumptũ, quod prosequere vt per eos.
Ego autẽ breuius absoluã, & statuã inter crimi-
na tãtum differẽtiã: prout etiã Bart. fecit in. d. l.
52 post cõtractũ. Quædã enim sunt † crimina, quæ
statim cõmisso crimine, dominio suorũ bonorũ
delinquẽtes priuant ipso iure: & nõ tantũ admi-
nistrationẽ eorũ auferũt. de quibus in. l. ex iudi-
ciorum. ff. de accusa. quia aduersus defunctũ vel
eius hæredes seu ipsum mortuum incipere pos-
sunt: vt in crimine læsæ maiestatis, hæresis, repe-
tũdarũ, peculatus, falsæ monetæ, & alijs crimini-
bus expressis ꝑ glos. in. d. l. ex iudiciorũ. Et addi
tur. l. cõmissa. ff. de publi. & vectig. §. j. in authẽ.
de incest. nupt. l. fallaciter. in fi. C. de abolitio. l.
is qui in reatu. ff. ad legem Iul. maiesta. Et in illis
quocunq; tẽpore alienauerit, post cõmissum cri
men reuocabũtur. l. post cõtractũ. l. donationes.
53 §. perfectæ. ff. de donatio. † Sed si ante commis-
sum crimẽ alienatio facta fuerit: et recurrẽdũ est
ad coniecturas, per quas iudex faciliter moueri
potest iudicare in fraudẽ futuri criminis aliena-
tionẽ factã esse: vt si cogitauerit priusq; aliena-
ret crimẽ velle cõmittere: hoc casu qcqd aliena-
tum erit, reuocabit, quocũq; titulo alienatũ fue-
rit, nõ facta distinctione, an gratuita, vel onero-
sa sit alienatio. satis enim est, quod in fraudẽ ad-
missi seu admittendi criminis facta sit alienatio.
Et istud rectè probatur in. d. l. fi. §. fraudis. ff. de
bo. dãna. dum in eo dicit, Etiã si nõ in reatu, sed
in desperatione rerũ per cõsciẽtiã metu imminẽ
tis accusatoris quis adoptet. Et sic nõdũ accusa-
tor apparuerat, sed metuebat accusari, cùm accu
sator imminebat. d. l. q pœnæ. §. diuus. ff. de ma-
numis. vbi ista duo æquiparãtur: vel q post con
dẽnationẽ alienatio fiat, vel cùm prospexerit fu
turũ vt cõdẽnaret. ibi, libertates ab eo q iam le-
ge Cornelia dãnatus esset, vel cùm futurũ ꝓspi-
ceret vt dãnaret. & in fine legis ibi, qui ideo ma
numissi sunt, vt crimini subtraherẽtur. & seque-
re secũdã glos. interpretationẽ in eadẽ. l. in ver-
bo, criminũ. dum allegat. l. ex iudiciorũ. ff. de pu
bli. iudi. quia si cõscij & participes essent adulte
rij dominæ suæ, excusari nullo pacto possent. l.
ꝓspexit. §. fi. ff. qui & à qui. manumis. liber. acci.
l. j. C. de quæstio. l. cõsensu. §. seruis. C. de repud.

& .l.fin.C.ad legem Iuliam de adulter.& melius in.l.vnica. C.de mulierib. quæ se proprijs seruis iunxer. dixi plenius in.l.j.§.quid ergo.versic.tamen si qui conscij vel fautores.suprà eod.titu.& de his copiosius dicemus in.l.pen.infrà eod.

Secundò põderatur tex. in.d.l.sed si maritus.ff.qui & à quib.manumiss.liber.accip.in duabus partibus illius legis quas superius annotauimus.

54 † Prima est in capite.l.ibi, Et nõ puto posse, quis accusari mulier deficiat à marito, cùm pater accusare possit, &c. mulier quæ suspicabatur se de adulterio accusari vel à marito vel patre, In primis maritus nõ apparebat, sed deficiebat: nõ etiã pater.sed lex tñ cõsiderat, quod pater accusare poterat intra tẽpus specialiter patri & marito cõcessum, quod est sexaginta dierũ.l.miles.§.sexaginta. ff.ad legẽ Iuliam de adulter.& in.d.l.prospexit.& .l.sequẽ.& illa.l.sed si maritus.licet nondũ pater accusator apparuisset, hoc probat, dum ille tex.ait, Cùm pater accusare possit. Nec dum igitur pater accusauerat. Idẽ in.l.ij.§.fin.ff.

55 ad legẽ Iuliam de adulte. † Et tamẽ illa sola mulieris suspicio, quia cõscientiã criminis habet, phibet eam manumittere vel alienare.nõ enim, vt dixi, faciẽda est differẽtia inter manumissionẽ & aliam quãcunq; alienationẽ, sicuti illa lex, sed si maritus.in fine declarat, ibi, non debet alienatio valere, vel manumissio. Alienationẽ oẽm omnino accipere debemus.& in hoc dissentio à Bart. & sequacibus, vt suprà dixi, per illũ text.qui est clarus, vt videtis. Secũdò põderatur illa.l.in versic.sed & si constãte.in his verbis, dum mulier diuortiũ cogitat, manumittat, vel alienet. & haud multo post sequitur, quasi in fraudẽ legis hoc factum sit, nõ debet alienatio valere, vel manumissio. Ecce quomodo ante facti cõsummationem, post solam cogitationẽ res suas afficit, vt eas amplius alienare nõ possit: & si alienauerit, in fraudem legis fecisse dicitur, per illũ text.vt in.d.l.fina.§.fraudis.ff.de bonis damnatorum.

Et ratio maxime in criminibus exceptis ponitur in.l.quæ sequit̃ eo.tit. quæ incipit, quæsitũ. quæ finẽ legis prioris prosequit̃, an idẽ in crimi-

56 ne læsæ maiestatis dicendum esset. In qua † obiectioni Calphurnij Critonis responsio ab imperatore Antonio data recẽset̃: qui dicebat nõ posse ad reos criminis læsæ maiestatis rationẽ prioris legis extẽdi: quĩ ante dãnationẽ reus adhuc dñs est: sed id verũ non esse, imperator Antonius dixit: quĩ ex eo tẽpore quo quis propter facinorũ suorum cogitationẽ iam de pœna sua certus esse põt: multo plus cogitatione & cõsciẽtia delictorũ, q̃ dãnatione ius dandæ libertatis eũ amisisse. Et sic queãdmodũ mulier quæ cogitauit diuertere, nõ alienat, neq; vllo pacto alienare vel manumittere põt, sic nec qui cogitauit crimẽ læsæ ma-

57 iestatis cõmittere: † quia plus cogitatione & cõsciẽtia delicti ius dãdæ libertatis amittit, q̃ dãnatione. Idẽ in.l.si.C.ad legẽ Iul.maiesta.ibi, nã ex quo sceleratissimũ quis consiliũ accepit, exinde quodãmodo sua mẽte punitus est. Nota verbũ, exinde. dicã forte plura in repeti.huius.§.nã oẽs leges de ereptione, seu ablatiõe, aut vẽdicatione bonorũ tractant, non autẽ de ipso iure vel dñio. Quare in his criminibus dubiũ esse non põt, qñ post cogitationẽ committẽda criminis facta fuit alienatio: sed sola disputatio esse põt qñ paulo anteq̃ appareat crimẽ læsæ maiestatis cõmissum alienatio facta est: quia post cõmissum crimẽ nõ põt esse dubiũ.l.donationes.§.perfecte. ff.de donatio.Sed an præsumat̃ cogitatũ fuisse de crimine cùm alienabat: cùm post aliquod tps inueniẽ crimẽ cõmisisse: quia illæ leges dicũt de muliere quæ cogitabat diuertere, vel de eo qui cogitabat

58 crimẽ læsæ maiestatis cõmittere. † Et hac ratiõe Barto.ad informandũ iudicis animũ, in.d.l.post cõtractũ.ff.de donatio.& Roma.post eũ præbet cõiecturas quibus iudex præsumere, seu opinari iure põt in fraudẽ criminis alienationẽ factã esse & tanq̃ in fraudẽ legis factã debeat reuocari, vt puta si oĩa bona sua donauit: vt in.l.oẽs.§.Lucius.ff.quæ in frau.cred.fiũt.plus dico etiã si partem iã alienauit: vt in.d.l.fin.§.fraudis. ff.de bo.dãnat. dũ loquit̃ de eo qui adoptionẽ fecerat vt portionẽ quartã bonorũ suorũ subtraheret.satia eñ est quod aliquid crimini, id est, confiscationi subtrahere voluit. Et in hoc puto.d.l.q pœnæ.in.§.diuus.in prin.& in fine.l.esse plurimũ singularẽ, maxime dũ ait, Qui ideo manumissi sunt, vt crimini subtraherẽtur. Põt induci.l.si sponsus.§.circa.ff.de donatio.inter vir.& vxo.ibi, si modo cùm animũ maritus vendẽdi nõ haberet, idcirco vẽditionẽ cõmentus est, vt donaret. Secundò qñ cõiunctæ personæ dat.l.data.C.de dona. Tertiò si postea reperit̃ possidere.l.& qui sub imagine. C.de distract.pig.l.sicut.§.superuacuũ. ff.quib.mod.pig.vel hypoth.sol. Quartò, qñ clam facta est.l.si.ff.de ritu nup. Quintò, qñ paulo ante eũ mẽ vẽdidit.l.si vẽtri.§.fi.ff.de priuil.cred. Sextò si sub cõditione fecerit.l.summa cũ ratione.ff.de pecul.alij casus expressi sunt per nos in.l.imaginaria.ff.de regul.iur. quos nũc omitto.succincte

59 hæc dicta Bart.volui recensere. Ego autẽ, † vt ppius ad casum accedã, dico vt si forte añ cõmissum crimẽ hoc pdixerit: vt dicit̃ de muliere q̃ cõstante matrimonio cogitauerat diuertere, in.d.l.sed si maritus.§.fi.ff.q & à quib.ibi, si cõstãte matrimõio, dũ mulier diuortiũ cogitat. Et sequit̃ in tex.& dilucidus hoc pbatiõibus fuerit approbatũ. Sed nisi cogitatio aliqđ exterius signũ habeat, vel otis sui testimoniũ, nõ puto in natura possibile dilucidis pbationibus hoc pbari. l.Labeo. ff.de sup.leg.& q̃d gl.no. de Bononiẽsibus p illũ tex.in.l.obseruãdũ. ff.de offi.psi.& q̃d scripsi suprà, de muto, surdo, & cæco, in.l.iij.§.ignoscit̃ suprà eo.tit.qñq; etiã facto: vt in.l.rephendẽda. C.de insti.et substi.sub cõdi.fa.in.l.p hærede.in

60 prin.& .§.j.ff.de acq.hære. † Oculus eñ impudicus

cus cordis teſtis eſt.c.qui viderit.xxxij.q.v.vel ſi
forte viſus eſt aliqua ꝑparare,quæ ad cõmittẽdũ
crimẽ cõueniebãt : vt in.l.j.& in quatuor ſeq.ff.
ad legẽ Iul.maie. quale erat ſignũ Iudæ oſculi.c.
Iudas.de pœni.diſ.iij. Matth.xxvj.& Mar.xiiij.
& Ioã.xviij.& Lucæ.xxij.l.ſacrilegij pœnã.§.fi.
ff.ad legẽ Iul.pec. ibi,qui furãti ſignũ dederat.l.
ſi ſciẽte.ff.ad legẽ Põpe. de parricid.ibi, ſi ſciẽte
creditore ad ſcelus cõmittendũ pecunia ſit ſub-
miniſtrata, vt puta, ſi ad veneni mali cõparatio-
nem,vel etiã , vt latronibus aggreſſoribuſq; da-
retur,qui patrẽ interficerẽt:quiq; quæſierunt pe
cuniã:quiq; eorũ ita crediderũt aut à quo ita ca-
uerũt.Induci poteſt.l.& ſi amicis.ff.ad legẽ Iul.
de adulte.ibi,ſed ſi in domũ aliquã ſoliti fuerint
cõuenire ad tractãdũ de adulterio. & in ratione
l.ibi,quia ſine colloquio illo adulteriũ nõ com-
mitteretur.l.ſi hi qui.C.ad legẽ Iuliã de adul. &
in argumentũ.l.miles.§.mulier.ff.ad legẽ Iul.de
adul.in his verbis,Quòd ſi ficta mariti mors ar-
gumẽtũ faciẽdis nuptijs probabiĩ præſtitiſſe, cũ
hoc facto pudicitia laborat, vindicari debet pro
admiſsi criminis qualitate.plura & his ſimilia re
cẽſeri poſſent,quæ quilibet rectus iudex cõſpi-
cere poteſt. Et hac ratione dico vbi dilucide ſi-
miles cõiecturæ probarẽtur, ſatis probatũ eſſet
in fraudẽ legis factũ eſſe , vt crimen ſubtrahere-
tur,dicta.l.qui pœnæ.ff. de manumiſ. Sed qñ
61 fiet hæc diſcuſsio? † dic in iſtis criminibus facilẽ
eſſe ſolutionẽ: quoniã ſtatim atq; detectũ crimẽ
erit,& tẽpus cogitati criminis,& factæ alienatio
nis hoc indicabũt: ꝑ ea quæ dixit Bar. in ſuis cõ
iecturis. Vel pone ſimile exẽplũ in caſu.c.fi. ex-
tra de immuni.eccle. in eo q ſub ſpe cõſequẽdæ
immunitatis in eccleſia vel prope eccleſiã,crimẽ
cõmittit,canon cõtra eũ præſumit. Et hac ratio-
ne immunitate eũ priuat.Circa prædicta induco
tex.in.l.edicto.§.extat. ibi, ſi verò idcirco diſsi-
mulauerit,dũ rem occultari ſperat.& in.l. ita fi-
dei.ibi,Non eſt enim palàm relinquere quod ex
teſtamẽto ſciri nõ poteſt cũ recitatũ.& in verſic.
imò in priori ſpecie.ibi,qui nõ tãtũ legẽ circũue
nire voluit,ſed etiã interpretationem legis.ff.de
62 de iure fiſci. † In his enim in quibus lex veriſimi
liter circũueniretĩ, præſumpta eſt legis interpre-
tatio,quia fraudãdi animũ habuit.l.fraus legi.ff.
de legib.l.nõ dubiũ.C.de legi.Et ementes ſcien
ter pretiũ rei amittũt.l. chirographis.§.fin.ff. de
admini.tut.l.pe.C. de reuocã. his quæ in fraudẽ
credi.fiunt.dicã infrà.Aliqua ſunt crimina pro-
pter quæ bona ſtatim nõ publicãtur, cuiuſmodi
ſunt oĩa alia crimina præter excepta in.d.l. ex
iudiciorũ.ff.de accuſa.& alia quorũ ſuprà memi
nimus,poſt Bart.in.d.l.poſt cõtractũ.ff. de do-
63 na.& in.§.j.in authẽ.de inceſt.nup.coll.iij. † Et
dic ceſſare omnẽ fraudis diſputationẽ , vbi reus
indẽnatus deceſſerit: vt in.d.l. ſi quis poſt accu-
ſationẽ.ff.de teſta.l.is qui in reatu.ff.ad leg.Iul.
maie.& alijs legibus ſuprà relatis,quas nõ repe-
to.Idẽ dico ſi cõdẽnatus appellauerit,& pẽdẽte
appellatiõe deceſſerit.d.l.fi.C. ſi reus vel accuſ.
mor.fue.&.l.vnica.ff.nil noua.pẽdẽ.app.l.ſi q
filio.§.eius q.&.§.ſeq.ff. de iniuſt.rup.et irri.te
ſta.&.l.q à latronibus.§.fi.ff.de teſta.cũ alijs ſu
prà relatis.Sed hoc intellige verũ,qñ ꝑ iudicẽ ſu
per crimine ſeu pœna criminis tantũ ꝓnũtiauit.
ſecus aũt ſi vna eademq; ſentẽtia vel diuerſa nõ tã
tũ de pœna corporis afflictiua ꝓnũtiauit, ſed &
ſuꝑ publicatione ſeu cõfiſcatione bonorũ iudi-
64 cauit, & rei bona publicauit: † quia licet morte
crimen extinguaĩ quãtũ ad pœnã corporis affli
ctiuã,nõ autẽ quãtum ad bonorũ publicationẽ,
quoniã tranſit ad hæredes: & ideo appellationẽ
ꝓſequi tenebunĩ:alioqui fiſcus bona vẽdicabit.
l.j.C.ſi pẽdẽ.appel.mors interue.d.l.fi.C.ſi reus
vel accuſ.mort.ſue.in fi.l.& ita intelligi debet.l.
ex iudiciorũ.in prin.ibi,quaſi lis cõteſtata & cõ
dẽnatio fuerit ſecuta.& in fi.l.ibi,ex cæteris ve-
rò delictis pœna incipere ab hærede ita demum
poteſt ſi viuo reo accuſatio mota eſt,licet nõ fue
rit cõdẽnatio ſecuta.Et ita declarat text.in.l.ſi is
qui.C.ſi pẽdẽ.appel.mors interue. In prima eñ
65 legis parte hoc clarè diciĩ, † ſi bonis adẽptis ali
quis in exiliũ dãnatus appellauerit,& pẽdẽte ap
pellatione deceſſerit,q̃uis crimẽ in perſona eius
euanuerit,tñ cauſam bonorũ agi oportet. Secus
ſi bona adẽpta nõ ſunt,ſed tantũ à iudice in exi-
lium cõdẽnatus eſt,licet in cõſequentiã ſentẽtiæ
ſeu condẽnationis exilij veniat bonorũ adẽptio
per legis ſententiã,ſi iudex qui ſentẽtiã tulit,po-
teſtatẽ habuit in exiliũ cõdẽnandi,vt inquit.l.ij.
§.fi.&.l.imperatores.ff.de pœn.l.relegatorũ. in
princ.ff.de interdic.& releg.quia legis ſententia
ſubintrat.l.j.§.j.ff.ad ſenatuſcõ. Turpil. quæ ho
minis ſentẽtiã ſupplet, forte quia minus cũ eo iu
dex egerit,nõ tñ iure,vt inqt.l. palàm.§. quæ in
adulterio.ff.de ritu nup.tñ quia iudex omiſit bo
na publicare ſeu cõfiſcare , ſicut morte criminis
pœna extinguiĩ ſic & pœna adẽptionis ꝓcedẽs
à ſentẽtia legis & non hominis.Et hoc clare de-
clarat.d.l. ſi is qui.ibi, Nam multũ intereſt verũ
capitalis pœna irrogata eſt, bona quoq; reo adi
mat. quo caſu morte eius extincto crimine nul-
la quæſtio supereſſe poteſt.An verò non ex dã-
natione capitis,ſed ſpeciali præſidis ſentẽtia bo
na auferẽtur. tũc enim ſubducto reo ſola capitis
cauſa perimiĩ,bonorũ remanẽte quæſtiõe. Et
66 illa † bonorũ adẽptio corã iudice criminũ tra-
ctãda nõ erit ſed ſolũ corã iudice cauſarũ ciuiliũ
qa amplius cã nõ eſt criminalis,ſed ciuilis.Et ca
ſus eſt clarus in.d.l.defuncto.ij.rñſo.ff.de publ.
iud.ibi,in q̃cũq; cã criminis extincti debet is co
gnoſcere cuius de pecuniaria re eſt cognitio.Idẽ
in.l.ij.in fi.C.vbi cauſæ fiſc.ibi,iã nõ de crimine
aut pœna mortui,ſed de bonis q̃rẽdũ eſt.Et iſtud
eſt vtile,imò neceſſariũ ſcire:qm̃ appellatiõe ex-
tinctũ eſt crimẽ , & in cõſequẽtiã nota infamiæ,
quã potuiſſet defunctus ꝑ ſentẽtiã incurrere,ex-

tincta erit beneficio appellationis: quia verũ est,
crimẽ extinctũ esse ꝑ leges suprà allegatas, &.l.
ij.C.si pendẽ.appel.mors interue. Et ideo glos.
in.d.l.ex iudiciorũ.in si.in verbo, pœna.ff.de ac
cusa.illũ text. intelligit de pœna ciuili restitutio-
nis, quã cõtrahit is qui accusatus est post litẽ cõ-
testatã, vt in.l.in hæredẽ.ff.de calum.&.l.vnica.
C.ex delic.defunc.Nõ autẽ de alia pœna quæ fi
sco applicari posset: quoniã nisi super ea cõdẽna
tio secuta sit, fisco acquiri non põt. Alioqui illa
eadẽ.l.ineuitabilem contrarietatẽ introduceret:
quoniã finis legis lõge à principio differret. Nã
67 in capite legis dicit, † Ex iudiciorũ publicorũ
admissis nõ aliàs trãseũt aduersus hæredes pœ-
næ bonorũ adẽptionis ꝙ si lis cõtestata & cõdẽ
natio secuta sit. Et sic copulatiue hæc duo deside
rãtur, scilicet litis cõtestatio & cõdẽnatio. Idẽ in
d.l.vnica.ff.nil noua.pendẽ.appel.l.fi.C.si reus
vel accus.mor.fue. & alijs legibus suprà relatis.
Et in fin.d.l.ex iudiciorũ.dicit, Ex cæteris verò
delictis ꝙ in eadẽ.l. exceptis pœna incipe ab hæ
rede ita demũ potest, si viuo reo accusatio mota
est, licet nõ fuerit cõdemnatio secuta. Ego verò
aliter saluare possum ꝙ dicat Accurs. Verũ est
post motã accusationẽ ab hærede incipere, si ci-
uiliter tãtũ ad pœnã agat prouenietẽ ex delicto
quatenus partis interesse cõcernet: non autẽ vbi
fisco bona in pœnã applicãda erũt. Et ita caput
illius legis intelligat in his verbis, pœnæ bono-
rũ adẽptionis. Et idẽ illic Bar. voluit, & in.l.de-
68 functo.ff.de publi.iudi. Et vbi † cõdẽnatio se
cuta erit adẽptionis bonorũ & pendẽte appella
tione decedat, Quæstio est an bona per reũ alie-
nata antequã accusatus fuisset vel condẽnatus, si
post cõdẽnationẽ, ꝑ quã bona adẽpta sunt, dece
dat, fiscus ea ab emptore vendicare potest, quasi
sibi ex tunc quæsita ꝓpter ꝓpositũ quod habuit
reus delinquẽdi anteꝙ vẽderet. Et intelligas in
eo ꝗ anteꝙ alienare vellet, propositũ habuit cri
men aliquod cõmittẽdi, ꝓpter quod si de eo cõ
dẽnet à lege vel cõstitutiõe vel cõsuetudine bo-
na, in cõsequentiã criminis veniunt publicanda,
quasi illa bona in fraudẽ fisci vel criminis per eũ
cõmittẽdi, vt à pœna seu crimine bona sua sub-
traheret, alienauerit. Clarũ est ex prædictis bo
na alienata in fraudẽ criminis futuri posse à fisco
vẽdicari.l.in fraudẽ.ff.de iure fisci. & maxime si
post alienationẽ à reo factã reus de crimine con
dẽnatus est, & bona ꝑ sentẽtiã iudicis ablata seu
adẽpta sunt, per.d.l.qui pœnæ.in fi.ff.de manu-
mis.ibi, qui ideo manumissi sunt, vt crimini sub-
traherẽt, & in versi.diuus.ibi, vel cũ futurũ ꝓspi
ceret vt dãnaret. & in.l. si aliqs.ff.de dona. cau.
mor.ibi, si sine suspiciõe pœnæ factæ sint. &.d.l.
mationem proponit stylum Romanæ curiæ seu
cancellariæ pœnitentiariæ apostolicæ circa lite-
rarum expeditionem continentem hanc clausu-
lam,si per simplicitatem vel ignorantiam non in
contemptum clauium.c.secũdo.versicu.& ipse.
&.c.illud.§.penulti.& fina.&.c.postulastis.§. fi-
nali.illo titu. & antequã cum illis sit dispensatũ,
accusari poterũt,& pẽdente accusatione dispẽsa-
ri non poterit.c.dudũ.extra de priuile.c.fi.extra
vt lite pẽden. si autem accusationem præueniat,
tutus

tutus erit per obtentam diſpenſationẽ.c.fraterni
tati.extra de ſchiſmati.&.c.quia curam.extra de
biga.ſinautẽ monitus non abſtinet, & nullo mo
do per alium quàm ſummum pontificem diſpen
ſari poterit,ſed degradãdus erit, dicto.§. ſi quis
epiſcopus.primo & ſecũdo.xj.quæſt.iij. Dicunt
114 autem de facto in curia ſeruari † epiſcopos non
poſſe cum illis quoquo modo diſpenſare. Vide
Ioan.Andr.in.c. at ſi clerici. extra de iudi.ſuper
verbo,poteſt. Si tamen recte cõſideretur vterq;
canon,ſi quis epiſcopus.primus, & ſecũdus.xj.
quæſtio.iij.expreſsius loquuntur quàm Hoſtiẽ.
Ioan.Andr.& Anto.de But.dixerint in.d.c.cle
rici. In primo enim.c. ſi quis epiſcopus. dicitur
de epiſcopo à ſynodo condemnato aut presbyte
ro aut diacono à ſuo epiſcopo, & ſpreta conde-
mnatione auſu temerario aliquid de ſacro mini-
ſterio cõtingant, nullo modo vult eos neque ali
quẽ eorum poſſe in altera ſynodo ſpem reſtitu-
tionis aut locum ſatiſfactionis habere. & cũ illis
communicantes poſt publicatam eis ſententiam
excõmunicat,ſi poſtquam didiſcerint ſentẽtiam
aduerſus eos latã,cõmunicauerint. In ſecũdo ve
115 rò.c. ſi quis epiſcopus. dicitur † de epiſcopo à
cõcilio, presbytero aut diacono à ſuo epiſcopo
excõmunicatis,ſi poſt huiuſmodi latas ſentẽtias
præſumpſerũt oblationẽ facere, vel matutinum
vel veſpertinum ſacrificium, quaſi in officio ſuo
agere ſicuti prius, non licere eis in alio concilio
ſpem reconciliationis habere,nec vltra reconci-
liari,& eos qui cum eis cõmunicauerint omnes
ab eccleſia reſpui. Ex his ſatis conſtat latam eſſe
aduerſus eos iuris ſententiã, per quam priuãtur
ab officio,& in conſequentiã beneficio, vt in.c.
eos.lxxxj.diſtinctio.abſque ſpe vllius diſpenſa-
tionis & reconciliationis,per illos textus.

Ex bis duæ colliguntur concluſiones.Prima,
116 † vbi à canone ipſo iure priuationis ſententia
profertur, ſtatim beneficia vacãt,& cõferri poſ-
ſunt ab his quibus ius cõferendi competit, vt in
c.de multa.extra de præben.c.cùm in cunctis.§.
cæterum.extra de electio.c.in quibuſdam.extra
de pœnis.c.licet canon.de electio.lib.vj.& aliis
locis ſuprà relatis,quæ repetere non licet. Et va
let collatio ſeu prouiſio de huiuſmodi beneficiis
facta, duntamen in collatione vel prouiſione de
vacatione mentio fiat, pariter & de poſſeſsione
facti, quã habet is qui à canone priuatus eſt per
ſententiã iuris,dicto.c.cum noſtris.extra de con
ceſsio.præben.ibi, & vere per ſuppreſsionẽ fue
rant impetratæ, cùm præpoſitura illa non vaca-
ret de facto. Sed gloſ.in dicto.c. cum noſtris.in
verbo,iuſta cauſa. dicit non eſſe opus mentionẽ
facere de huiuſmodi poſſeſsione: & ille ad quẽ
pertinet collatio, poteſt irrequiſito & non voca
to poſſeſſore conferre,dicto.c.de multa. in ver-
bo,libere.extra de præben.& idem dicit text.in
c. licet. de præbend.in.vj.vbi idem tenet Domi.
& ego puto verũ. & dicto.c. cum noſtris. ſuprà
reſponſum eſt. Et aliter reſpondet gloſ. in dicto
c.cum noſtris.quia ille qui poſſeſſor erat innite-
batur nouo titulo ſeu nouiter obtẽto,& ideo de
eo mentio fieri debebat.tamen, vt vidiſtis ſuprà
tex.dicti.c.cum noſtris.ſuper illa facti poſſeſsio
117 ne inſiſtit. Sed dicere potes, † titulus quãquam
de iure vitioſus eſſet,tamen præbuit cauſam ap-
prehendendi poſſeſsionem. pro quo eſt.l.j §. ſi
vir.ff.de acquir.poſſeſ.Secus igitur ſi nouum ti-
tulum non habuiſſet. Hoc velle videtur dictum
c.licet.de præbend.in.vj.ibi,cùm tibi forſan ius
poſsit competere retinendi. Tamen Domi. illic
reſpondet,& puto verum dicere per tex.dicti.c.
licet.hoc verum eſſe quantum ad id vt talis poſ-
ſeſſor expellatur: quia oportet eum prius voca-
re quàm illum expellere:ſed non quantũ ad col
lationem faciendam. Et idem dicit illud.c.licet.
in princi.& in verſic.illum.dum ait, illum tamẽ,
cui contulerit,non debebit te non vocato, cùm
tibi forſan ius poſsit competere retinẽdi,in poſ-
ſeſsionẽ ipſius inducere corporalem. Et ſic pro-
hibitio nõ eſt circa collationẽ beneficij,ſed poſ-
ſeſſoris expulſionẽ tantum. Et puto verum eſſe.
tamen Pet.de Ancha.in dicto.c.licet.poſt Ioan.
Calder.in dicto.c.cum noſtris.fecit in hac quæ-
ſtione longam diſtinctionem.dixit enim non va
care ipſo iure,& nõ valet.c.j.&.iij. extra de con
118 ceſſio.præben. † Aut vacat de iure, & ſubdiſtin
guit in papa,ſi motu proprio cõferat, valere col
lationem,etiam ſi de poſſeſſore mentio facta nõ
ſit.c.ſi motu.de præbẽ.eodem lib.ſecus ſi ad ali-
cuius petitionem, & non valet niſi mentione de
poſſeſsione alterius facta.c.dudum.de priuileg.
l.ij.ff.de nata.reſtit.Si inferior à papa,aut eſt or-
dinarius, cui iure ordinario competit ius conſe-
rendi, & valet non facta de poſſeſſore mẽtione,
dicto.c.de multa.extra de præben.& in dicto.c.
licet.de præben.in.vj. & clemen. ſi apoſtolicæ.
de offi.ordina. ſecus in legato apoſtolico, cuius
collatio non valet,quia motu proprio non con-
fert,dicto.c.dudum.mox in delegato ſeu execu
tore diſtinguit,aut literæ impetratæ ſunt ſub in-
certo beneficio,ſeu non expreſſo:tunc licet lite-
ræ valeant cùm de alicuius poſſeſsione mentio-
nem facere nõ potuit, tamen de iure melius erit
quòd non conferat, niſi prius poſſeſſor renun-
119 tiet. † aut literæ ſub certo & expreſſo beneficio
impetratæ ſunt: & diſtinguit, aut in literis dici-
tur beneficium vacare ipſo iure,& valet,nec ex-
ceptione elidi poterit.non tamen cõferre debet,
niſi prius amoto vel renitente colorato poſſeſ-
ſore.c.ſuper literis.extra de reſcrip.c.literis.ex-
tra de cõceſsio.præben.& idem dicit in audito-
re, clemẽ.auditor.de reſcrip.Hæc diſtinctio nõ
videtur alicuius vtilitatis eſſe,& in multis articu
lis iure probari non poteſt. Primus articulus ſi-
ne dubio eſt, vt in prima concluſione diximus.
Secundo,non poteſt ſecundus articulus eſſe ve-
rus diſtinguẽs in pontifice an motu proprio vel

ad alicuius postulationem contulerit. Nam.c. si motu proprio. non potest huic distinctioni seu articulo conuenire: neque puto veram esse differentiam inter pontificem & collatorem ordinarium, vt potius ius in conferendo habeat ordinarius quàm pontifex.c.dudum. de præben.in.vj.

120 † Licet enim in dicto.c.de multa. extra de præben.& dicto.c.licet. de præbend.in.vj. ordinario detur facultas conferendi statim quo secundum beneficium curatum erit acceptatum, per hoc tamen nõ tollitur põtificis authoritas quin cũ omni ordinario concurrat.c. cuncta per mundum.ix.quæstione.iij.c. si à sede. &.c. secundo. de præbend.libro sexto. Igitur si potest ordinarius, potest & papa.nec allegari meruit.c.dudũ. extra de priuileg. quod de priuilegio loquitur nouiter à pontifice concedendo contra iuris cõmunis dispositionem, in quo de omnibus facienda est mẽtio, quæ pontificem dimouere possent, etiam de tertio possessore: nisi fortè papa motu ꝓprio cõcederet, d.c.si motu proprio.de præb. in.vj.Neque etiam verum esse potest quod subdistinguit in delegato seu executore, quoniã nõ potest vlla disputatio esse in beneficijs quæ ipso iure non vacant, sed de his tantum quæ in potestate conferentis sunt: quia ipso iure per sententiam iuris latam vacant. dubium esse potest, an conferendi habeat potestatem. In quo verba rescripti diligenter cõsideranda sunt, an papa executori plenariam potestatem concesserit, vt possit cum ordinario concurrere, iuxta.c. si à sede. de præben.in.vj.&.c.primo, & secundo. de offi-

121 cio lega.libro sexto.& si ordinarius cõfert, † nõ prohibetur legatus Cardinalis conferre, quoniã in commissa prouincia maior est quocunque ordinario.c.primo.extra de officio lega.c.si abbatem.de electio. libro. vj. cùm possit omnia quæ non reseruauit sibi pontifex.c. quod ad translationem.extra de offi.lega.Et quia ius conferendi apertum est potestatem habenti, dicto.c. de multa.extra de præben. &.c.licet. de præbend. in.vj.& alijs, quorum superius meminimus. & ideo iure conferet. Secunda cõclusio, homicidium necessarium vel casuale vel non voluntarie sed magis inopinate factum seu non præcogitatum non priuare quem beneficio, licet à diuinis suspendat, donec secum misericorditer per summum pontificem fuerit dispensatum, vt in.c. presbyterũ.c.significasti.c.latoe. & alijs.c. eiusdem tit. quorũ mẽtio suprà facta est, extra de homici.c.si quis homicidiũ.& tribus.c.seq.&.c.de his.iij.§.fi.c.hi qui arborẽ.& duobus.c.seq.l. distinct.& ita authoritas Innoc.& eorũ qui illũ sequũtur in.d.c.cũ nostris. extra de cõces. præbẽ. quorum Feli.meminit in.c.ij.extra de rescrip.c. querelã.extra de iureiur.& in.c.de quarta.extra

122 de præscriptio.procedere debet. Tertia, † homicida qualificatus ipso iure per sententiã canonis seu iuris beneficiũ amittit, & ordinarius statim conferre poterit nõ expectata alia iudicis priuatoria sententia.c.j.de homicid.in.vj. Et homicidiũ dico qualificatũ quale illud est quod in dicto.c.j.exprimitur de eo qui per assasinamentũ seu quod à latrone vel paratis insidijs fit, vt in c.j.extra de homicid.vel quod in parentes vel liberos perpetratur, secundùm Feli.in.d.c.inquisitionis.extra de accusa.post Pet. de Anchar. in consil.lviij. hoc dictum Feli.intelligo de parricidio quod cõsultò & deliberatè factum est, propter quod pœna legis Põpeiæ de parricidijs inuenta est.l.j.ff.ad legẽ Pompe.de parrici.iuncta l.pœna parricidij.eo.tit.l.vnica.C.de his qui paren.aut liber.occide. Alioqui non per rationẽ.l. parricidij postulatus.ff.ad legẽ Pompe.de parricid.secũdùm declarationẽ superius factam in latrone insidias parante, per rationem Hostiensis

123 in summa extra de immunita.ecclesia. † quia licet in eum se sine iudice vindicare.l.j.C.quando lice.vnicuiq; se sine iudi.vindi.& per rationẽ.c. inter. extra de immunita.ecclesia. quoniã ecclesia abijcit eos, neque finit eos ecclesiastico beneficio lætari.& idem tenet Anto.de But.in.c.fin. extra de immunita.eccle. per rationẽ.c.est iniusta.xxiij.quæstiõe.iiij.quæ eadem repetitur in.l. prouinciarũ præsides.C.de ferijs. quia multorũ sunt exitio.& facit.l. constitutiones.ff.de appel. &.l.si quis filio.§.hi autẽ omnes.in fi.ff.de iniusto,rup.& irri.testa.Idem dico in homicidio nõ à latrone, sed à quocunq; per insidias facto.c.j. extra de homici. Et ea quæ suprà declarauimus de homicidio insidiose seu per proditionem aut pretio appretiato facto, cuius meminit.l. non solum.§.si mandato.ff.de iniur.&.l. lex Iulia.§. fi. ff.ad legem Iuliã repetun.Bal. in.l. non ideo.in principio.C.de accusatio.Idem dico in homicidio volũtarie commisso.c.inquisitionis.in prin. extra de accusa.&.c.fin.extra de tempo.ordina. c.miror.&.studeat.l. distinct.in.c. inquisitionis.æquiparãtur simonia & homicidium. sed vt

124 suprà scripsimus, nemo † est qui diffiteatur propter simoniam circa obtinendum incapacẽ esse, vel postquam obtentum est beneficium ipso iure vacare, vt in.c.insinuatum.versicu. vnde mandamus.extra de simo. ibi, quos in prædictis ecclesijs publicum & notorium est simoniace intrasse, eos amoueas ab ecclesijs taliter acquisitis. &.c.Matthæus.eodem titu.Et extrauagan.Pauli Veneti incipien.cùm detestabile.in titu. de simo.inter extrauagantes cõmunes posita, ait, per electiones verò, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quasuis alias dispositiões, quas simoniaca cõtigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careãt in ecclesijs, monasterijs, dignitatibus, ꝑsonatibus, officijs ecclesiasticis, et quibusuis beneficijs, aut aliquo eorũ cuiq; ius nullatenus acqrat, nec inde faciat aliquos fructus suos, sed ad illorũ omniũ, q̃ percepit, restitutionẽ sub animæ suæ ꝑiculo sit astrictus. Subdit mox alia

excom

excommunicationis pœna, à qua nisi à summo
pontifice non vult posse absolui, præterquam in
125 mortis articulo. † Iniungit præterea huiusmodi
simoniacos pōtifici reuelare, & reuelantibus im
punitatem promittit, si fortè simoniæ participes
erant. Feli. alias extrauagan. Eugenij quarti inci
pientem, damnabile. & Martini quinti, quæ inci
pit, multæ. addit in. c. sciscitatus. in prin. extra de
rescrip. Idem tenet Felin. in. c. insinuatum. extra
de simo. in verbo, priues. Et licet illud verbum,
priues. interpretetur per sententiam, cuius inter-
pretatio vera est, sed nō eius illatio, per quam ait
in illo text. probari non esse ipso iure priuatum,
sed priuandum esse per sententiam: certe Felin.
mea opinione non recte illum text. considerauit
distinguentem occultum simoniacum à publico
126 seu notorio simoniaco. † Occultum autem simo
niacū si contra eum publica laborat infamia vult
tantum purgari cum quinta aut sexta manu, de
qua in ca. quoties. extra de purga. cano. & in eo
qui diffamatus erat de homicidio similem purga
tionē indicit in. c. ex tuarū. extra eo. titu. quam si
facere nō recusat, nec officio neq; beneficio vult
esse suspēsum, non dixerim priuatum. Ita proba-
to ille text. in his verbis, In qua si defecerit. & in
d. c. ex tuarū. ibi, per purgationē canonicā inno-
centiā suam ostēdat sibi iniungas, quā cum præ-
stiterit, suspensionē sine difficultate relaxes, et eū
testimonij boni viri annūtians ab infamia homi-
cidij nullius cōtradictione vel appellatiōe obstā
te absoluas. Sed si purgationē non fecerit simo-
niæ, & in ea defecerit, vult eum perpetuò benefi
cijs priuari. At in notorio seu publico simonia-
co nō sic, sed statim dicit esse priuatū, & à benefi
cijs taliter acquisitis amoueatur. quare idē Feli.
mox ait post Gaspa. & Calderi. & Abbatē in. c.
cùm clerici. extra de pact. statim esse priuatū per
127 illum tex. in verbo, spolietur. † quod licet sit fu-
turi tēporis, & regulariter verbū futuri tēporis
sententiā desideret secundū glo. in. c. quicūq;. de
hæreti. in. vj. & in. c. si diligēti. in verbo, perdant.
extra de foro cōpeten. tamen inquit Feli. fallit in
verbo, spolietur. quod importat latam esse sentē
tiam, quasi spoliatio sit de facto, secundū Anto.
de Butrio in. c. cùm sacerdos. in verbo, spoliari.
extra de postul. Et ad id Feli. addit tex. in. c. no-
bis. extra eo. de simo. ibi, est penitus reprobāda.
Et cōfirmat hac ratione, quoniā, inquit, vbi cum
verbo futuri temporis adiūgitur dictio, penitus.
omnino, vel similis, intelligitur latæ sententiæ, se
cundū glos. in. c. quā sit. in verbo, vacuetur. quæ
est glos. fin. de elect. lib. vj. Et pōderat tex. in. c. si
religiosus. eo. tit. de electio. in. vj. in verbo, omni-
no euacuetur. & in. l. In criminali. C. de iurisdict.
om. iud. suprà diximus per. c. in quorundā. extra
de pœn. in verbo, prorsus amittāt. vbi hoc idem
Hostien. Ioan. Andr. & Anto. de But. ita notāt.
Ego verò nouissime pondero clarū tex. in. l. vni
ca. §. sed scimus. C. de Latina lib. tol. ibi, q; si quis
seruum ægritudine periclitantem à sua domo pu
blice eiecerit nec ipse eum procurans, nec alij eū
cōmendans, cum erat ei libera facultas si nō ipse
ad eius curam sufficeret in xenonē eum mitteret,
vel quo poterat modo adiuuare, huiusmodi ser-
uus in libertate latina antea morabatur. & haud
multo post sequitur in eodē tex. talis itaq; seruus
libertate necessaria domino etiam nolēte re ipsa
donatus fiat illico ciuis Romanus. ex quo patet
128 † quomodo legis sententia statim hominē re sua
priuat nulla expectata priuatoria iudicis senten-
tia. & in eadem lege nota verbum, illico.

Et aliam responsionem tradit ad doctrinam
Innoc. in. c. cum nostris. extra de concess. præbē.
quam dicit sic intelligendam esse quando is, cui
beneficiū confertur, in crimine erat constitutus.
secus autem si per ipsam collationem fit crimino
sus. Et ad id ponderat text. in dicto capi. inquisi-
tionis. extra de accusatio. sed quicquid dicat illic
Felin. melius facit pro hoc nouissimo suo dicto
ca. de multa. in fine in verbo, libere. extra de præ
bend. & extrauagan. execrabilis. de præbend. c.
cùm bonæ. extra de æta. & qualit. ordinan. quo-
rum suprà mētionem fecimus. Et idem tenet Do
mi. post Ioan. Andr. in ca. licet. in princi. de præ-
bend. in. vj. vbi plus dicunt Ioan. Andre. & Do-
min. si ordinarius teneretur possessorem vocare
priusquam conferre, non diceretur libere cōfer-
re. Et illic allegant plures text. videlicet. c. lator.
extra de homici. c. à multis. extra de æta. & quali
ta. ordin. c. cùm olim. in fin. extra de arbi. c. cùm
plures. primo respōso. extra de offi. deleg. & idē
Ioan. Andr. notat in. c. illud. extra de iure patro.

Ecce quomodo Feli. cōfirmat hanc nostram
sentētiam, & discedit ab ea quam tam enixe am-
plexus fuerat in. c. ij. extra de rescrip. & in. c. que
relam. extra de iureiuran. Et glos. in dicto. c. quā
sit. in verbo, euacuetur. vult illum fructibus spo
liari, per ea quæ suprà dicta sunt. Hac ratione di
co. c. inquisitionis. quod suprà induximus extra
de accusatio. clare intentionē nostram probare,
dum ait, In quo quidem duximus distinguēdum
vtrum sit tale crimē quod ordinis executionem
suscepti aut retentionē beneficij etiam post pera
ctam pœnitētiam impediret, puta si homicidium
commisisset vel adeptus esset ordinē aut benefi-
129 cium vitio simoniæ. † Ecce quomodo homicida
& simoniacus ipso iure impediūtur in susceptis
ordinibus et beneficijs permanere. Secundò, qū
eadem sit decisio homicidæ & simoniaci. Prædi-
ctis addo hoc dubium clare in regula apostolica
xxxiij. declaratū esse, dum prohibet triennalem
possessorē inquietari, neq; beneficiū ab illo pos-
sessum cōferri permitti, nisi is qui illo tēpore pos
sedit, simoniacū habuerit ingressum, vel aliâs in-
trusus sit: his casibus nulla etiā præcedēte decla-
ratione permittit beneficiū cōferri, & possessorē
etiam triēnalē in beneficio inquietari & molesta
ri, possessioneq; quantumcūq; triēnali spoliari.

Idem in concil. Basil. statutum est in tit. de pacif.
130 possess. † Et is dicitur intrusus qui vitiosum habet ingressum, secundùm glos. in ca. cùm super. in verbo, restituendum. extra de causa possess. & proprie. alleg. c. dilecto. extra de præbend. & in c. cùm dilectus. extra de iure patro. & facit text. in. c. eum qui. vbi idem notat Domi. de præben. in. vj. per eundem in. c. propter. xix. distin. Idem tenet Felin. in. c. in nostra. in. ij. corollario. extra de rescrip. & in. c. meminimus. colum. ij. extra de accusatio. & alleg. c. veniens. extra de accusatio. Vnde clarum est veram esse illam opinionẽ, homicidam esse ipso iure beneficio priuatum, et est canon latæ, non autẽ ferendæ sententiæ. Cui concordat. c. fina. extra de tempo. ordinan. vbi inter crimina homicidium excipitur, vt statim illo cõmisso homicida sit ipso iure priuatus. Pondera illum tex. in his verbis, quod si proposita crimina (quæ erant adulterij, periurij, falsi testimonij, & homicidij) ordine iudiciario cõprobata vel aliàs notoria non fuerint, non debent hi præter reoa homicidij post pœnitentiam in iam susceptis &
131 suscipiendis ordinibus impediri? Igitur † notorius homicida, non tantum in suscipiendis ordinibus impeditur, sed et in iã susceptis. Ecce quomodo conuenit distinctio posita in dicto. c. insinuatum. extra de simo. inter notorium simoniacum & occultum. quæ etiam eadem in homicidio fit in dicto ca. ex tuarum. extra de purga. cano. quæ recte comprobatur in dicto. c. fin. quod incipit, quæsitum. extra de tempo. ordinan. similiter dicitur in. c. miror. l. distinctio. vbi text. vtitur his verbis, debet ergo sacerdotio priuatus la chrymarum fonte flagitium tam immane diluere. & in ca. studeat. eadem. l. distinct. ibi, quod si veraciter qualicunq; percussione presbyteri ille mortuus est diaconus, hunc nulla ratione ministrare sacerdotis more decernimus: quoniam & si voluntatem occidendi non habuerit, furor tamen & indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodijt, in omnibus, & præcipuè in Dei ministris multipliciter inhibetur & damnatur. & ca. quod te. in fine. eadem distinctio. ibi, perpetuo tamen depositus erit. Et glos. in dicto. c. fina. extra de tempo. ordinã. meminit eorum quæ suprà scripsimus de Dauid, cui non permisit dominus tẽplum suum ædificare, cùm vir sanguinis esset. ij. Reg. vij. c. & j. Paralipo. xxij. & xxviij. c. & in c. j. de consecr. distinctio. j. & in. c. si quis omnẽ. j. quæstio. vij. Et glos. in dicto. c. j. de consecr. distinct. j. hoc. c. Ideo contigisse ait, in Dauid, cùm notorius esset homicida, & tamen pœnitentiam egerat, vt scribitur in. c. sacerdos. l. distinc. noluit tamen dominus ab eo templum ædificari, sed filio suo referuauit, vt suprà dictum est. facit text. in. c. si quis viduam. l. distinc. versi. similiter si homicidij. ibi, & per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, deijciatur. Ecce quomodo verbo executiuo tantum vtitur, quemadmodum de verbo, spolietur. diximus. Et subiungit, & in fine vitæ suæ laicam communionem tantummodo accipiat. quod etiam est verbum executiuum. Adde prædictis quod Papiens. Modern. notat in authentic. hoc amplius. super verbo, excluditur. aliàs est verbum, seruetur. iiij. colum. C. de fideicommissis. Et idem tenet glos. in ca. sicut dignum. §. fin. in verbo, consilium. extra de homicid. quæ etiam vult fructus ab eo perceptos auferri.
132 Quarta conclusio est, † aliam esse causam homicidij, & aliam periurij, adulterij, & falsi. dicto c. fina. extra de tempo. ordinã. c. querelam. extra de iureiurand. quoniam in eis non inuenitur expresse latam esse ipso iure à canone sententiam, vt declarat Felin. & recte in. c. ij. & c. sciscitatus. extra de rescrip. At in homicidio voluntario secus, vt superius ostendimua. Verum est autẽ possessionem facti conferendam non esse, nisi super ea cognitum sit & decisum, vt in. l. res quæ. versi cu. & defuncto. ff. de iure fisci. Et hic text. noster recte probat, in quo ponderanda sunt hæc verba, quàm si constabit occisum esse patremfamilias. similiter dicitur in. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. Et idem dicitur in. l. hæc autẽ. §. non defendi. ff. quibus ex cau. in poss. eatur. ibi, constare debet liquereq; prætori. l. de his. ff. de transactio. l. j. ff. quemadmod. testa. aperian. & melius in. l. ij. §. si dubitetur. eo. tit. Inquit ille text. si dubitetur vtrum viuat, dicendum est prætorem causa cognita statuere id debere. Et si liquerit eum
133 viuere, nõ permittat inspici tabulas, † quod edictum, quemadmodum testamenta aperiantur. in multis cum hoc Senatusconsulto similitudinem habet, vt dixi in. l. iij. §. quod ad causam. suprà eodem. quibus addo. c. in præsentia. extra de sponsali. ibi, donec certum nuntium recipiant de morte virorum. l. inde Neratius. §. fina. cum duabus legibus sequentib. ff. ad legem Aquiliam. ibi, ne necesse habeat docere eum occidisse, cæterũ occisum esse hominem à quocunq; oportet, & sic probari debet hominem occisum esse: nec aliter dici potest hominem occisum esse, nisi clare probatum sit. l. j. §. fina. & l. fina. ff. de quæstio. & l. fina. C. de probationi. dixi in. l. j. §. occisorum. & §. item illud. suprà eodem. Et in repetitio. huius §. plura alia scripsimus.

Sed Barto. in. l. seq. §. fina. dicit huic textui & similibus addendum esse, aut quod constet non apparere per illum textũ. dicam illic propter id quod Roman. scripsit in. l. stipulatio. §. habet. in fine. ff. de noui operis nuntiatione.

In text. occisum patremfamilias. Oportet igitur constare occisum esse patrem vel dominum, vt in. l. j. §. occisorum. & §. item illud. suprà eod. & dicta. l. inde Neratius. §. fina. & l. seq. ff. ad legem Aquil. quid enim si facta de morte domini inquisitione constaret non occisum, sed vulneratum tantum, seu naturaliter mortuum, vt in. l. ita vulneratus. et. l. huic scripturæ. ff. ad legẽ Aquil.
neque

134 † neque forte vulneratus ex vulnere decessisset,
nisi maturata eius mors extitisset, non posset vul
nerans de occiso conueniri, sed de vulnerato tan
tum. l. si vulnerato. ff. ad legem Aquiliam. argu-
mento est. l. damni infecti. §. Sabini. vbi hoc no-
tat Bald. ff. de dam. infec. Et hac ratione Bald. in
dicto. §. Sabini. & dicta. l. huic scripturæ. ait O-
doneum de Odis potestatem Florentiæ ab vlti-
mo supplicio liberatum fuisse per ducem Florē-
tiæ quod non expectata morte eius qui diceba-
tur letaliter vulneratus reum de homicidio accu
satum suspendi fecerat, cùm probatum esset ho-
minem letaliter vulneratum fuisse, & inde futu-
ram esse mortem medici retulerant. Quid enim
135 si quis † vltro confiteretur se hominem occidis-
se, qui forte viueret: certe non est recipienda hu-
iusmodi cōfessio, nisi de occiso constet. quid em̄
æstimabitur seu iudicabitur si homo vulneratus
non est neq; occisus. l. hoc apertius. ff. ad legem
Aquil. certe audiēdus non est perire volens. l. nō
tantū. ff. de appel. l. liber homo. ff. ad legē Aquil.
de hoc dicam in. l. seq. §. fin. post Bar. & Moder.
Papiē. in. l. iusiurandū. §. procurator. ff. de iureiu
rando. Bart. in. l. j. §. diuus. ff. de quæstio. Feli. in
cap. de hoc. extra de simo. & Bald. in. l. quicūq;.
& Areti. post eum. C. de seruis fugit. text. in. l. de
pollicitationibus. ff. de pollicita.

Interim tamen volo te notare vnū ex hoc tex.
confessionē eius qui cōfessus est hominem occi-
disse, licet illi non obstet quantū ad pœnam, nisi
constiterit re vera dominū vel patrem fuisse occi
sum, vt hic, proderit tamen hæredi ad excusatio-
nem, si forte contingat eum hæreditatē adire vel
136 testamentū aperire: † quoniā confessio æquipol
let probationi. l. qui per sententiam. C. de pœn.
sed ad id expressius pondero tex. in dicta. l. inde
Neratius. §. fin. ff. ad legē Aquil. in his verbis, in
primis dicitur in illo tex. in versi. si quis hominē.
de eo qui falsò confessus est hominē vnum occi-
disse, si postea paratus sit probare illum viuere,
cessare Aquiliā, licet cōfessus sit occidisse. in ver
sic. seq. dicitur, hoc enim solum remittere actori
cōfessoriam actionem ne necesse habeat docere
eum occidisse. Et Accursius in verbo, confesso-
riam. ait, confessio ipsa remittit actori hoc ius, vt
non cogatur probare conuentum occidisse cogi
tur tantum inquit ille tex. probare eum occisum
esse à quocunq;. Ecce quomodo illius confessio
hæredi seu actori suffragatur, & eū releuat. Cui
addo tex. optimū in. l. qui seruū. ff. de interroga.
actio. ibi, aliter atq; si quis cōfessus sit se occidis-
se seruū, quem alius occidit. Et in versi. At is qui
cōfitetur se occidisse vel vulnerasse, suo nomine
137 tenetur. † Ecce quomodo confessio eius sibi in
hoc præiudicat, licet re vera alius occiderit, non
autē ipse: quia vterq; punitur. vnus ex confessio-
ne: Alius verò, quia re vera occidit. per quē tex.
Bald. in. c. iniuria. vj. colū. de pace tenen. & iura.
firmā. collat. x. dicit in iudice qui per errorē vnū
pro altero fecit decapitari, sicuti nostra ætate Ca
domi contigit. Non quod decollatio secuta sit
propter appellationē ab eo interiectā, & in cau-
sa appellationis error detectus est. dicit Bal. pro
pter pœnam quam innocēs sustinuit, is qui reus
criminis est, pœnā non euitabit, per illum tex. &
recte, dū ait, nec debet impunitū esse delictū eius
qui fecit, propter eum qui respōderit. Sed ad
casum nostrū addo tex. in. l. si is cū quo. ff. de con
138 fes. † vbi conuentus lege Aquilia propter homi
nem occisum, quē confessus est occidisse, ex con
fessione sua tenetur, verū est ciuiliter, non autem
criminaliter. l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstio. vbi
ratio datur, quoniam nōnunq; aut metu aut alia
causa vltro in se cōfitentur. & alia ratio posita est
in. l. liber homo. ff. ad legē Aqui. cuius suprà me
minimus. q̄m nemo dn̄s est membrorū suorū. &
ea, cuius suprà meminimus, nō audiendū esse eū
qui perire vult. d. l. non tm̄. ff. de appel. & hac ra
tione Bart. & Alex. post eū in. l. j. §. vsq; adeo. ff.
de iniur. dixit nō esse in facultate hominis conce
dere cuiq; sibi iniuriā in corpus inferri, illū ver-
berādo, corpus suū scindēdo, os frangēdo, into-
xicando, aut huiusmodi similia, q̄m & si ipse sibi
hoc faceret, puniretur. l. fin. §. si quis autem. ff. de
bonis eo. qui ante sent. mor. sibi. melius in. l. lege
Cornelia. §. plane. ff. ad legē Corn. de fal. c. conti
git. j. extra de sentē. excom. Adde Bart. in. l. cùm
seruus. ff. de cōdi. causa data causa nō seq. eundē
post glos. in. l. interdū. §. qui furē. in verbo, dāna
139 to. ff. de furt. Quare † sola cōfessio potēs, nō est
aliquē condēnandi ad mortē aut aliā pœnā cor-
poralem, nisi aliter q; per confessionē constet de
crimine & de occiso vel alio delicto. Licet pleri-
q; doctores Bergami contrariū sentiebāt vt Ioā.
Andr. meminit in addi. Specu. in titu. de cōfes. §.
postremo. versic. cæterū. Et Ange. in. d. l. si is cū
quo. ff. de cōfess. & male, per. d. l. huic scripturæ.
iuncta doctrina Bal. ff. ad legē Aquil. & est text.
in. l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæstio. inquit ille
text. diuus Seuerus rescripsit confessiones reorū
pro exploratis facinoribus haberi nō oportere,
si nulla probatio religionē cognoscētis instruat.
Et in foris seu curijs parlamentorū ita obseruat̄:
& plerosq; iudices multare vidi, qui soli reorum
confessioni adhærebant. Hoc extendo post Bal
dum in. l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hæredi.
instit. iuncta glos. doctrina in verbo, demonstre-
tur. etiam si ignotus homo occisus reperiretur,
neque aliter quàm per confessionem rei de occi-
so constare non posset. Angelus autem in. l. cer-
140 tum. in princip. ff. de confes. ait † confessionem
huiusmodi rei accusati ad condemnationem suf-
ficere, vbi de violenta morte prius iudici consti-
terit. Cuius sententiæ Modern. Papiens. memi-
nit in dicta. l. iusiurandum. §. procurator. colu-
mna octaua. ff. de iureiurando. vbi plus de assassi
no aut pirata confitente hominem occidisse, ait
huiusmodi confessionem sufficere, duntamen in

loco remoto, qui non solet frequentari, commissum erit homicidium: cùm difficile sit huiusmodi delicta probare, neque de eis facilliter veritas erui, neque necesse est hominem cognitum fuisse, dicta.l. quoties. §. si quis nomen. iuncta glos. in verbo, demonstratur. ff. de hæredib. institu. & glos. in. c. fina. §. libellorum. in verbo, Caio. ij. q. viij. secus autem si accusatus esset optimæ famæ & conuersationis, & præsertim vbi confiteretur quis certum et determinatum hominem occidisse, quia necessitas iudici à lege imponitur inquirendi secundum Ange. in dicta.l. certum. in princi. ff. de confes. Et ad id probandum consanguinei & amici etiam recipi possunt. Et hanc conclusionem comperio approbatam à Specu. in tit. de inquisi. §. j. versi. sed nunquid easvel innocentiã. Idem in titu. de teste. §. j. versi. sed nũquid frater. Barto. Bald. Alex. Francis. Areti. & alij in.l. qui testamento. §. fin. ff. de testa. Bald. in.l. parentes. C. de testib. Feli. in. c. literas. extra de præsumpt. & in. c. in literis. extra de testi. & in. c. cùm P. Mãconella. extra de accusa. Flor. in.l. testis idoneus. ff. de testib. & alij, quorum meminerunt Alexã. Areti. & alij Modern. & Feli. in locis prædictis.

140 Mouentur hac ratione, † quoniam edictum de testibus est prohibitorium.l. j. ff. de testi. sed non reperitur lege cautum fratrem esse prohibitum. Igitur &c. Et hac ratione omnes mouẽtur & maxime Ange. in loco suprà relato: quoniam ad fratris excusationem fit: neq; eius testimonium tertio præiudicium afferre potest, vt in. c. cõsanguinei. iij. quæst. v. dicto. c. literas. extra de præsumptio. Et maxime mouentur dicto. c. literas. cui recte respondet Areti. in dicta.l. qui testamento. §. fina. Et retorquet quod papa noluit fidem fratri adhibere, propter affectionem ex causa sanguinis præsumptam.

Ego autem putarem illorum considerationes plurimum debiles, & quæ, mea opinione, à legislatoribus videntur omnino confusæ: quoniam lex à testimonio repellit eos qui amicitia aut affectione ducuntur, aut iuris præsumptione duci possunt.l. iij. in princ. ff. de testi. c. consanguinei. iij. quæstio. v. c. absens. iij. quæstio. ix. ibi, nec affinis testis admittitur, in.l. eos. C. de testibus. quæ transcribitur in. §. eos. iiij. quæsti. iij. dicitur, eos testes ad veritatem adiuuandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ & potentatui fidem religioni iudiciariæ possunt præponere.

141 Quod autem † in fratre & sorore sit hæc affectionis ratio, est tex. in.l. humanitatis. C. de excusatio. tuto. Humanitatis, inquit, ac religionis ratio non permittit vt aduersus sororem vel filios sororis actionum necessitates tutelæ occasione suscipias. Et quod sequitur in eadẽ.l. vt eum tutorem potius habeat, qui ad defensionẽ eius non inhibeatur affectu. ex quibus nouissimis verbis Accursius infert, cõsanguinitatem suspicionem inducere, vt & in.l. lex Cornelia. in princip. ff. de iniur.l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. omnium iudic.l. qui affinitate. ff. de procura. cui adde tex. in. c. accusatores & testes. iij. quæstio. v. inquit il le tex. nec etiam consanguinei accusatoris aduersus extraneos testimonium dicant, quia propinquitatis & familiaritatis ac dominatiõis affectio veritatem impedire solet: amor carnalis & timor atque amicitia plerunq; sensus hebetant humanos, & peruertunt opiniones, & quæstum pietatem putant, & pecuniam quasi mercedẽ prudentia. addo prædictis legem, cum allegas. C. de castren. pecu. lib. xij. ibi, etenim peregrinationis labor sociatus commilitoni eius, & obeundorum munerum consortium, affectioni fraternæ nonnihil addidisse, quinimo vice mutua chariores in uicem sibi reddidisse credendum est. & illic vide Lucam de Penna. personæ autẽ quæ sub hac con sanguinitatis & affinitatis ratione cõprehenduntur exprimuntur in.l. j. §. fina. ff. de postul. in.l. j. in fine. ibi, Idcirco visum est cognatis etiam hoc dari debere.l. ij. & iij. in princi. in verbo, sororibus eius cæterisq; mulieribus, quæ de cognatio-

142 ne sunt. ff. de liberali causa. † Etiam vsque ad septimum gradum excludi possunt: cùm vsque ad eum gradum compelli nõ possint inuiti ferre testimonium, inquit glos. in.l. si fœmina. C. ad senatusc. Turpil. quæ allegat.l. iij. §. lege Iulia. & .l. lege Iulia. ff. de testib. Sed in fratre cõsidera rationem quæ posita est per Iustinia. in. §. vnico. Institu. de fiducia. tutela. nam & frater fratris fiduciarius est tutor, qui & alibi legitimus dicitur, in.l. aduersus. C. de exceptio. & in.l. tutor. circa princi. ff. ad Velleia. Et iuuat ratio.l. viduæ. C. de nuptijs. quare fratres forte fiduciarij magis dici debeant, quàm legitimi. ibi, sed ne forte hi qui gradu proximo ad viduarum successionem vocantur, etiã honestas nuptias impediant si huiusmodi rei suspicio processerit: quod frequenter in Normania contingit. Alia fiducia vtitur parens in bonis filij emancipati, cuius meminit tex. in. §. fina. Instit. de legit. agnato. success. si igitur omni suspicione gratiæ testis carere debet, vt diximus per.l. eos. C. de testib. non potest illa suspicione frater carere, qui fere alter dicitur, vt inquit Gellius post Publium Nigidium noctium Atticarũ lib. xiij. ca. x. cuius rationis meminit tex. in dicto c. literas. extra de præsumptio. sed & in alijs coniunctis sanguine tam propinquo eadem ratio militare potest. & recte facit.l. iij. & .l. lege Iulia. ff. de testib.l. lex Cornelia. & .l. vestem. ff. de iniurijs. quod inuiti cogi non possunt ferre contra tã proxime sanguine coniunctos, propter tam affectatum amorem à lege præsumptum, ne suo testimonio forte contingat damnum aliquod afferri. Et hac ratione dixit tex. in dicto. c. cõsanguinei.

143 iij. quæst. v. † Consanguinei accusatoris aduersus extraneos testimonium non dicant, nec familiares, vel de domo prodeũtes. Et subiungit, sed si voluerint, & inuicem consenserint inter se parentes

rentes testificentur & non in alios. Ecce quomo
do de consanguineis testimonium accipi nō ad-
mittit, nisi inter semetipsos vt in. l. non solum. §.
j. ff. de ritu nup. & quæso illius legis ratio attēda
tur, quia par affectionis causa suspicionem frau-
dis amouet. & principio legis iungi debet. §. pri-
mus. vers. nec fratri qui est in eiusdē potestate. &
in. d. l. j. §. fin. ff. de postul. vbi ratio & fauor san-
guinis in edicto prohibitorio personas tam pro-
ximo sanguine coniunctas ad postulandum pro
eis admittit, quæ aliâs postulare prohiberentur.
145 † Primò loco sunt parentes & liberi, frater, so-
ror, vxor, socer, socrus, gener, nurus, vitricus, no
uerca, priuignus, priuigna. & in. l. cui eorū. quæ
sequitur, adiungūtur personæ quæ præsenti affi-
nitate iungūtur, & vsus ita admittit: licet plerūq;
moltos hæsitare viderim, qui fratres testes etiam
in extraneos admittere nō dubitabāt. Sed in hac
re vbi is, qui accusatus est, legitimis testibus aut
testimonijs nō superatur, forte hoc concedi pos-
set, cùm etiam purgatio quādoq; per iuramentū
accusati admittatur, in. l. præsenti. §. sicubi. C. de
his qui ad eccles. confugi. & dixi in repeti. huius
§. & allegat. c. super prudētia. xiiij. q. ij. & c. cùm
pastoris. ij. q. vij. sed illi tex. in argumētum tantū
trahūtur ab eis. Hic repeti posset materia. l. con-
sensu. §. super plagis. C. de repud. l. fin. §. licentia.
C. de iure delibe. l. j. iuncta glos. fin. & l. fina. C.
de quæstio. quoniam aliâs etiam absq; eo absolu
tio sequi posset, exceptis aliquibus criminibus,
in quibus de iure ciuili purgatio necessaria est:
146 de quibus in. l. fallaciter. C. de abolitio. † Iudex
etiam quātum potest debet de rei innocētia, sicu
ti de nocētia quærere, per rationem. l. absentem.
in princip. ff. de pœn. & si post sententiam latam
de innocentia constet, licet iudex per se hoc non
possit, tamen per principem hoc facere debet,
de cuius innocentia, quam comperit, scribat. l.
prima. §. finali. in fine. ff. de quæstionibus. l. di-
ui fratres. in principio. ff. de pœnis. & nunc ali-
qua alia aperiemus.

In tex. in versic. & hæredē. Considera duo hic
desiderari priusq; hæres aut multari aut hæredi-
tate priuari possit veluti indignus. Primū vt con
stet patrē aut dominū seu testatorē occisum fuis-
se. Secundū est vt iudici constet prius hæreditatē
adijsse vel testamentū aperuisse q̄ de familia aut
occisoribus quæstionē & suppliciū sumere pro-
curauerit. Ex quibus tria alia dicta colliguntur.
Primū est, non sufficere criminis veritatē aut spō
tanea vel etiam coacta cōfessione vel alijs legiti-
mis probationibus criminis veritatem eruere, &
reos criminū legitimis documentis superare, nisi
post detectū crimen vindicta seu suppliciū assu-
matur: quemadmodū hic non excusatur hæres si
hæreditatem adijt aut testamentū aperuit priusq;
de familia de crimine cōuicta quæstio & suppli-
cium sumptum fuerit. Et ratio posita est in. l. lici-
tatio. §. quod illicite. ff. de publican. & vectigal.
quoniam priuatorum vtilitas & publicæ discipli
næ fauor hoc postulat. l. ita vulneratus. ff. ad legē
Aquil. Accedit his. l. seruos. versic. iudicē. C. ad
legē Iuliam de vi publ. vbi lex pœnam iudicibus
imponit qui pœnā exigere negligunt. & in. l. ad-
dictos. in secūdo respōso. C. de episcop. audien.
& in. l. si quis alicui. C. ad legem Iuliam maiesta.
147 † postquā enim crimen semel detectū est, iudex
statim debet iuris sentētiā proferre, ne forte sup-
plicandi principi occasio præbeatur. l. cum reis.
C. de pœn. l. constitutiones. ff. de appel. l. hi autē
omnes. ff. de iniusto, rup. & irrito testa. l. j. C. de
custo. reo. de his in. c. felicis. vbi pulchre per Pe-
trum de Anchara. in. xvj. & xvij. notabilibus; de
pœn. in. vj. Alioqui non esset consultū Reipub.
si post detectum crimē iudices in coërcendis cri-
minibus supini aut remissi essent, dicta. l. addi-
ctos. C. de episcop. audien. l. j. C. de statu. & ima-
gin. dicto. c. felicis. l. j. ff. de iust. & iure. in proœ-
mio Instit. in princ. ibi, calumniantiū iniquitates
expellat. l. j. §. quies. ff. de offi. præfecti vrb. l. con
gruit. ff. de officio præsid. ne in Republica fortè
contingat quod Romæ euenisse scribit Pompo.
Iurecōsultus in. l. ij. §. initium. & §. exactis. ff. de
origi. iur. facto Tarquinij Superbi, cuius Liuius
meminit in primo ab vrbe condita, & Virginio
in Appium Claudium, vt idem Liuius in secun-
do. Et Accursius hic in verbo, adijsse. ex hoc te-
xtu colligit dum in prima glossæ parte dicit, hoc
autem fit primo in accusatis & conuictis occi-
dentibus vel homicidis. l. j. C. vbi causæ fiscal.
Et in secunda parte, dum ait, non ergo punitur,
si putans mortuum adijt. l. inter omnes. §. recte.
ff. de furtis.

Ex hoc text. iuncta doctrina huius glos. colli-
git Ioan. de Imola in. l. si seruus pluriū. §. si quis
148 ante. ff. de lega. j. † hæredem pœnam non incur-
rere si habita diligēti quæstione seu tortura de fa
milia nō potuit malefactor puniri: qooniam per
eum nō stetit quo minus mors testatoris detege-
rentur. Et ad id ponderat hunc nostrū textū: sed
in hoc existimo Ioā. de Imola voluisse huic text.
hanc glos. cōiungere in prima sui parte dum ait,
hoc autē primo fit in accusatis & cōuictis occiso
ribus vel homicidis, vt intelligat per quæstionē
familiæ traditam an accusati cōuicti fuerint. dicit
tamē Ioan. de Imola in loco prædicto dictum. §.
si quis ante. huic text. aduersari, dum in eodem
dicitur, si quis ante habitam de familia quæstio-
nem adierit hæreditatē, vel necem testatoris non
defenderit, legatorū persecutio aduersus fiscum
locum habet. & id ideo est, quoniam ab hærede
tanquam indigno ablata est hæreditas: vt in. l.
Marcellus. ff. ad Senatusconsultum Trebellia-
num. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio-
so testamento. Sed ille textus, aperte Ioanni de
Imola contradicit: quia alternatiuè tantum desi-
derat, aut quod hæres quæstionem de familia ha
beri procuret, prius quàm hæreditatem adeat,

vel quod defuncti nece non defensa adierit, id
est, non legitimè sed lusoriè vel defunctoriè tan-
tum mortem defuncti defenderit, id est procura-
uerit vindictam & supplicium de morte defun-
cti occisi assumi, vt dicam in. §. sequ. & in. l. pro-
149 pter veneni. §. finali. infrà eod. titu. † Vbi igitur
quæstio habita erit de familia, statim adire pote-
rit, vel si non lusoriè seu defunctoriè procuraue-
rit crimen detegi, vt de reis mortis supplicium su
meretur, adire potest. Et hoc dicit text. in. l. si plu
rium. §. primo. & dicto. §. si quis ante. ff. de lega.
primo. Nam postquam reus accusatus quæstio-
nem sustinuit, purgauit indicia, nisi post quæstio
nem noua & euidentiora argumenta superueni-
ant. l. repeti. &. l. vnius. §. repeti. ff. de quæstion.
Sed huic decisioni obstare videtur text. in. l. pri-
ma. §. quæstioni. ff. de quæstio. dum ait, quæstio-
ni fidem non semper, nec tamen nunquam habē
dam, constitutionibus declaratur. Etenim rea est
fragilis & periculosa, & quæ veritatem fallat.
Mox ille text. declarat quomodo quæstio veri-
150 tatem fallat. † nam plerique patientia & duritia
tormentorum ita tormenta contemnūt vt expri-
mi ab eis veritas non possit. Et hac ratione dicit
text. in dicta. l. vnius. §. repeti. eod. titu. quæstio-
nem repeti posse inquit ille text. maxime si in tor
menta animus corpusq; durauerit.

Alij tanta sunt impatientia, vt in quouis men-
tiri quàm pati tormenta velint: & ita fit vt etiam
vario modo fateantur. Quare non videretur hæ-
res excusatus, nisi post quæstionem diligentius
quàm per seruorum quæstionem veritatem mor
tis inuestigari non procurauerit: cùm in dicto. §.
quæstioni. dicatur non semper fidem quæstioni
habendam esse: & in dicto. §. repeti. dum dici-
tur, repeti posse quæstionem euidentioribus ar-
gumentis oppressis: vnde studere debet diligen-
tius veritatem inuestigare: & hoc alia ratione,
quoniam in hoc Senatusconsulto hæres à pœna
calumniæ facile excusatur. l. qui cum maior. §. si
patria mortem. ff. de boo. liberto. l. mater. &. l. ca
lumniæ. C. de calum. Alexan. de Imola in. l. cùm
fratrem. in fine. C. de his quibus vt indig. Vide-
tur sentire cum Ioan. de Imula in dicta. l. si plu-
rium. §. si quis ante. ff. de legatis. primo. & in. l.
Marcellus. §. fina. ff. ad Trebellian. faciliter cum
eis consentio, vbi tam diligens & exacta facta
esset per hæredem inquisitio, secundum casum
dictæ. l. cùm fratrem. &. l. sororem. C. de his qui-
bus vt indignis. & dixi in. l. prima. §. quod si ve-
neno. &. §. quid ergo. & in. l. tertia. §. subueni-
tur. suprà eod. & quod illic omissum est, supple-
bitur in. l. propter veneni. §. finali. super verbo,
151 defunctoriè. infra eodē. † Sed priusquam adeat
tutius faciet hæres si authoritatem adeundi à iu-
dice impetrauerit, vt paulo ante in casu simili di-
ximus, per. l. si pupillorum. ff. de rebus eorum,
qui sub tutela vel cura sunt. &. l. prima. §. necessa
rio. ff. si vent. nomine mulier in poss. missa sit.

Ex secunda gloss. parte collige, non esse eum
puniēdum hoc edicto qui viuentis hæreditatem
adijt, quem mortuum esse putabat. Hic repeti
posset materia. l. nolle. l. is qui putat. & trium le-
gum sequen. l. neminem. &. l. qui superstitis. ff.
de acquiren. hæredita. quæ huic nostræ legi pa-
rumper aliena est.

152 Sed ex hoc gloss. dicto inferri potest, † in cri-
minalibus solam hominis opinionem non suffi-
cere, sed quod in veritate est, spectari. Et istud
est quod vult text. in. l. inter omnes. §. recte. ff. de
furt. hic in glos. alleg. cui conuenit. l. Marcellus.
§. fina. &. l. sequenti. ff. rerum amotar. quas leges
Barto. inducit, criminali positioni de credulitate
respondendum non esse, sed de veritate facti tan
tum. Cui adde. l. cùm falsum. ff. de acquiren. hæ-
redita. de quo vide eundem Barto. & Bald. in. l.
genero. ff. de his qui notan. infam. Felin. in capi.
quosdam. colum. ij. in expeditione secundæ glo.
illius Decretalis. extra de præsumptio. vbi dictū
Barto. Felin. limitat seu non procedere ait, vbi
super intricato facto interrogandus est crimino
sus. l. secunda. §. fina. ff. quis ordo in bonor. pos-
153 sess. seruetur. Ego † illi addo criminosum super
captioso facto à iudice interrogandum non esse:
& si non responderit, culpandus non est, cùm su
per eo vix sine captione responderi non posset.
Tolle exemplum in casu, quem in senatu Medio
lani vidi contingere, in causa cuiusdam medici
de familia Rosate, cui per Ludouicum Sfortiam
Mediolani ducatus vsurpatorem castrum Rosa-
te cōcessum seu donatum extiterat. Qui post re-
cuperatum ducatum Mediolani à perpetuæ me-
moriæ Ludouico XII. Francorum rege ac le-
gitimo Mediolani duce defecerat, priuatus ca-
stro Rosate extiterat per alium, cui rex Ludoui-
cus propter illius defectionē donauerat, inquie-
tatus est, excipiente medico à rege in iucundo il-
lius aduentu restitutionem generalem omnibus
concessisse, iusq; quod antea in castro obtinue-
rat recuperasse, ob idq; non licere eum iure suo
inauditum priuare seu spoliare. Altero, qui Grā
gis nuncupabatur, proponente nullum ius in ca
stro illi fuisse, cùm ab vsurpatore ducatus castri
concessionem obtinuerat, desiderante eo, vt illi
facto responderet, replicante medico factum ca-
ptiosum esse, hac ratione non teneri illi facto re-
154 spondere. † Et in senatu controuersa factum il-
lud cùm captiosum esset, iudicatum est non pos-
se medicum compelli respondere: quoniam quo
quo modo respondisset illi præiudicium attulis-
set. nam confitendo Sfortiam vsurpatorem non
fuisse, iuri regio contrauenisset, vnde multari ve
luti indignus potuisset. Sin autem vsurpatorem
illum recognouisset, titulum concessionis à Sfor
tia sibi factæ vitiosum fuisse agnouisset. Hac ra-
tione nō potuisse sub generali restitutione com-
prehendi, sed hi tantùm qui suo iure prædia ha-
bebant. Et ad id inductus est text. in. l. & quia. §.
interdum.

interdum.ff.de interroga.actio. Barto.autem in
l.fina.colum.penul.ff.de his quibus vt indignis.
arguit ad vnam & alteram partem, sed illius.l.&
quia. non meminit: sed pro conformi allegat. l.
qui iurasse. §.si pater. ff.de iureiurando. &.l.si à
te.ff.de exceptio.rei iudica. in alteram verò par-
tem, in quam Bartol. inclinat, allegat dictam.l.
Marcellus.§.j. ff.rerum amotar. vbi quis per iu-
ramentum respondere tenetur an res amouerit,
vt locus sit actioni rerum amotarum. l.lex Cor-
nelia. §.hac lege. ff.de iniurijs. vbi reus actione
iniuriarum conuentus iurare tenetur se iniuriam
non fecisse.l.iij.§.j. ff.de iureiuran.vbi tex.ait,iu
ramentum reo actione criminali seu pœnali con
uento prodesse, si secundum suam intentionem
iurauerit iurare. Igitur tenetur reus iudicio crimi
nali conuentus.allegat glo.in.l.non intelligitur.
§.tacitam.in verbo, probationibus. ff.de iure fi-
sci.dum ait, vt per confessionem rogati. & nihil
ad id allegat. Sed illis legibus per Bart.allegatis
facilis patet responsio, quoniam in omnibus illis
155 iuramentis nihil captiosum erat, † imò iuramen-
tum illud magis est purgatiōis iuramentū, quod
vnusquisque de crimine diffamatus facere debet:
vt in.l.præsenti.§.sicubi.& illic glo.in verbo, in-
teruentione.C.de his qui ad eccles.confug. Et in
toto titulo, extra de purga.cano.glos.autē in di-
cta.l.Marcellus.§.fin.dicit esse veritatis iuramē-
tum, per.l.quoties.&.l.iusiurandum.§.j. ff.de iu
reiuran. Sed non sic est vbi factum ita captiosum
est, vt quocunque modo iuramentū seu responsio
eius damnum eit ei allatura. Et ita recte proba-
tur in dicta.l.& quia.§.interdum.ff.de interrog.
actio. ibi, ne aut negādo se hæredem præiudicet
sibi, aut dicendo se hæredem intelligetur etiam
ablata sibi hæreditate. Induci potest. l.fina. C.si
penden.appel.mors interuen.ibi, ne ignorantes
negotium vel etiā super adeunda hæreditate du-
bitantes priusquam aliquod cōmodum sentiant
damnis affici compellantur. Et ad dictum glo.in
dicta.l.non intelligitur.§.tacitam.ff.de iure fisci.
156 confiteor † ex confessione partis recte factum
probari, & nocere cōfitēti, vt in.l.si duo.§. Mar-
cellus.ff.de iureiurando. Et ob id glos.in clemē.
cōstitutionem.in verbo, legitimè.de electio.lib.
vj.dicit in praxi hanc exceptionem circa factorū
admissionē inuentam esse, videlicet recipiendos
esse articulos saluo iure impertinentium & non
admittendorum. de quo Ioan. Andr.remittit se
ad ea quæ scripsit in.c.cùm contingat.super glo.
pen.extra de officio deleg.& in.c.ex parte.extra
de testi. Et in his etiam calumniæ iuramentū exi-
gitur in dicta.l. Marcellus.§.j.ff.rerum amotar.

Vltimò hunc text.induco, dum hic tria deside
rantur priusquam senatuscōsulto locus esse pos-
sit, scilicet vt constet occisum esse defunctum. Se
cundò, quòd ante quæstionem de familia habitā
hæreditatē adierit. Tertiò, quòd post detectum
crimen ante sumptum de familia supplicium hæ-
reditatem adierit. Eum qui ad plura probanda
copulatiuè se astringit, non releuari, nisi omnia
probet. Idem in.c.licet. vbi Canon.omnes post
glos.in verbo, astrinxit.extra de probation.& in
l.circa.ff.de probationi. facit ratio.l.cui necessi-
157 tas. ff.de liberali causa. † Imputandum enim illi
est qui necessitatem probandi sibi imposuit. De
hoc per Felin.in.c.ex parte.xiiij.colum.versicu.
restringe.ij.& in.x.colum.versicu.copula iungit
& operatur.extra de rescript.text. in.l.habebat.
& illic per Raphael.Fulgos. ff. de instito.actio.
possent hic plura recēseri quæ de copulatiuæ na
tura scribuntur, quæ huic.§.recte non conueni-
rent: ob id transcribere non curabo hic. Bald.&
Ange.dicunt in hoc textu probari affirmatiuam
quod defunctus fuerit occisus, et negatiuā quod
hæres ante aditam hæreditatem quæstionem de
familia non sumpserit, neque de homicidis sup-
158 plicium. † Et sic in criminalibus negatiuam esse
probandam. remittentes se ad ea quæ Bartol.&
alij scribunt in.l.in illa.ff.de verbo.oblig.& per
Cinum in.l.secunda.C.de iure emphyteu. Plura
hic dixi in repetitione. quod omissum est in hoc
§.supplebitur post Barto.in.l.in cognitione.ex-
tra eodem titulo.

Vbi quis incuria necatus est, vel medici insidijs: adiri quidem hæreditas potest, sed hæredi suo defensio mortis incumbit.

Summarium in præcedentis. §. lectionem sequentem.

1 Mors clandestina iudicatur quando incuria aut insi-
dijs medici quis moritur.
2 Seruus quo casu Latina libertate inuito domino done-
tur, & ciuis Romanus efficiatur.
3 Medici mercenariam non solent spernere operam, qui ani
mos ægrotantium subornant, vt sibi donent aut vendant
suas possessiones.
4 Delator à pœna excusatur, si paupertate pressus ius suum
prosequi nequiuit.
5 Pater inuida pressus egestate filium vendere aut pignori
dare potest.
6 Filius hæreditate patris est indignus, qui alimenta eidem
cum posset non præstitit.
7 Actio de vulnerato, & non de occiso competit, quando
vulneratus non mortiferè negligentia perit.
8 Vulnerans non semper tenetur de morte vulnerati.
9 Iudex assessores suo ipsius periculo eligere tenetur.
10 Medicus per imperitiam circa curam ægroti male versa-
tus non excusatur.
11 Hæredem adeuntem incuria aut insidijs medici excusari,
quando verum sit.
12 Hæres tribus concurrentibus excusatur à negligentia vin-

dicandæ necis defuncti.
13 Iudex malè iudicans propter non petitum peritorum cōsilium, litem suam esse facit.
Insolentia curiosa differe à diligentia ambitiosa.
14 Maleficium dupliciter clàm committi potest.
15 Maleficium quod clàm perpetratum est, quo discernatur ab eo quod palám.
Homicidium, furtum, aut quoduis aliud maleficium in multitudine perpetratum, non potest dici clam esse commissum.
16 Actione furti tenentur omnes, qui trabem alienam furandi animo sustulerint, quam singuli ferre nequissent.
Incertitudo delicti qualitatem distinguere (vel extinguere potius) non patitur.
17 Maleficium clam factum dicitur, quod ad hominum non potest peruenire notitiam.
Percussus à multitudine si vno vulnere intereat, & incertus sit percussor, an tota plecti debeat multitudo.
18 Negligentia qualiter probari possit. & nume. 19.
Locus & tempus pro homine interpellant, atque in negligentia constituunt.
20 Negligens quis probatur duobus concurrentibus.
Negligentiæ materia in iure amplissima amplissimo vix posset discuti volumine.
21 Insidiæ ideo interfecti excusant hæredem, quia præuideri non potuerunt.
22 Insidiatores sunt proditoribus æquiparandi.
23 Quæstio non semper pro tormentis, verum & pro inquisitione & defensione mortis capitur.
Defendere verbum, quid grammaticis dicatur.
24 Mulier de publico iudicio accusare non potest, nisi suam suorumúe prosequatur iniuriam.
25 Accusare dicitur is, qui cui crimen obijcit.
26 Agere seu accusare cogitur quis quibusdam casibus.
Accusans inuitus de calumnia releuatur, si in probatione defecerit.
27 Iniuriam vel mortem proximi sui accusans, ad sui defensionem facere præsumitur.
28 Hæres interfecti ex capite iustæ ignorantiæ excusatur à vindicanda eiusdem nece.
29 Hæres hæreditatem adire potest impunè, quando non sua sed medici vel alterius insidijs aut incuria necatus est testator.



CCVLTA SEV CLANdestina mors defuncti hæredē
non impedit hæreditatem adire, sed detecta morte, patefactisq; homicidis vltionem prosequi tenebitur alioqui reus erit Senatusconsulti Sillaniani.
hoc dicit, secundum communem omnium sententiam. Et hunc intellectum aperuit hic Angel. in his verbis, adiri quidem hæreditas potest. post glos. in verbo, potest. dum allegat. l. primam. §. quid ergo. suprà eodem. ibi, tamen si qui conscij vel fautores sceleris fuerint, hi demum supplicio afficiuntur. dicam infrá.

In hoc. §. noua declaratio datur ad. l. primam. §. quod si quis puta veneno. &. §. quid ergo. & l. tertiam. §. quod ad causam. præsertim ad illas dictiones, clam. &, palam. in eodem. §. positas suprà eodem titulo. quando mors clandestina seu
1 manifesta, dici debeat. † In hoc tex. dicitur clandestina quando aut incuria aut insidijs medici mors interuenit vel superuenit, non autem incuria hæredis vel culpa hæredis: quoniam illa eum non excusaret. l. indignum. ff. de his quibus vt indignis. l. quod si nolit. §. si mancipium. versic. culpam. ff. de ædilitio edicto. vt si medicum non adhibuerit, aut si adhibuerit malum, tamen incuria hæredis decessisse intelligetur, vt inquit gloss. in. l. si ab hostibus. §. si vir. ff. soluto matrimonio. Induco textum in. l. si seruum Stichum. in principio. ibi, sinautem negligat infirmum. ff. de verborum obligationibus. l. secunda. ff. qui sine manumiss. ad liberta. peruen. ibi, quem pro derelicto dominus ob grauem infirmitatem habuerit. & in. l. vnica. §. sed scimus. C. de Latina libertate tollenda. quem textum annotatione dignum comperies. ibi, quod si quis seruum ægritudine periclitantem à sua domo publicè eiecerit, neque ipse eum procurans, neque alij eum commendans, cum erat ei libera facultas, si non ipse ad eius curam sufficeret, in xenonem eum mittere, vel quo poterat modo eum adiuuare,
2 † huiusmodi seruus in libertate Latina antea morabatur. & haud multo post sequitur in eodem textu, talis itaque seruus libertate necessaria domino etiam nolente re ipsa donatus fiat illico ciuis Romanus. Qui textus rectè declarat hoc verbum, incuria. nec longe dissimilis est in. l. secunda. C. de infantibus languidis & expositis. quæ non permittit infantem exponere, dum ait, Nec enim suum dicere potuit, quem pereuntem contempsit. & in. l. necare. ff de liberis agnoscendis. ibi, & is qui publicis locis misericordiæ causa eum exponit, quam ipse non habet. & vterque textus sustinetur. Nam ille. §. sed scimus. de eo loquitur, qui inops erat, cui que ad educandum facultates non suppetebant, ne pereat fame in xenonem mittere permittit. Non sic erit si facultates habeat conuenientes, quibus alimenta præstare possit. Et idem Paulus de Castro sentit in dicta. l. si ab hostibus. §. si vir. ff. soluto matrimonio. allegat. l. idémque. ff. pro socio. quem text. voluit ponderare in his verbis, nisi valde sit idoneus socius, aut facilis sit absfuturo: quia si pecuniæ desunt non erit facile medicos conducere. l. prima. in principio. versiculo, an & Philosophi. in his verbis, Sed quia hoc primum profiteri
3 † eos oportet mercenariam operam spernere, quod non solent medici, qui ægros contra bonam fidem solicitare solent suas possessiones sibi vendere vel donare. l. medicus. ff. de varijs & extraordinar. cognitio. l. medicos. C. de professoribus & medicis. libro decimo. Sed qui pecunias ad manus non habent, hoc faciliter facere nequeunt. l. tutor. §. cum haberes. ibi, quia ad manum nummos non habebam. ff. ad Senatusconsultum Velleianum. Soleo etiam allegare legem, si seruus depositus. ff. de noxalibus actionibus. Facilitas æstimatur vbi præsentes sunt

pecuniæ

pecuniæ, & abundantes facultates. l. si quis stipulatus sit. §. fin. ff. de verborum obligationib. l. ij. iuncta glos. j. & l. si vero. §. j. ibi, pro rei qualitate euidentissime locupletem. ff. qui satisdare cogan. Allegat illic glos. l. primam. ff. in ius voca. vt eant. ibi, pro rei qualitate locuples. l. quos hostes. §. locuples. ff. de verborum significa. Et facit. l. si constante. in princ. ff. soluto matrim. nam non debet cogi vendere res suas vt pecuniam soluat, inquit illa lex, si seruus depositus. ff. de noxal. actio. l. si seruos. ff. de pignorati. actio. ibi, alioqui non est æquum, aut quærere me alios creditores, aut cogi distrahere quod velim receptū, aut penuria coactum derelinquere me tibi. Pro declaratione Pauli de cast. induci potest. l. secunda. in fine. ibi, propter paupertatem. ff. de iure fisci.

4 † vbi à pœna delatoris excusari debet si propter paupertatem ius suum prosequi non potuit l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. manda. ibi, quid tamen si paupertas non permisit? excusata est eorum inopia in. l. si quis seruus. in fine. ff. de custod. & exhib. reo. ibi, vel habuit paratum defendere pauperem tamen. Et in versicu. sed hæc interpretatio. ibi, vel qui per inopiam illo momento temporis satisdationem implere non potuit. Et idem glos. notat in dicta. l. si constante. §. quoties. in verbo, vsitatum. ff. soluto matrimon. pro qua ego addo text. in. l. cùm emancipati. §. si nati. in fine. ibi, si propter inopiam emancipatus cauere non possit. & in dicta. l. si quis seruus. ver sicu. sed hæc interpretatio. ff. de custod. reorum. Induci etiam potest. l. vnica. §. & cùm lex. C. de rei vxor. actio. ibi, sed nec alienare, ne fragilitate naturæ suæ in repentinam deducatur inopiam. & l. qui babebat. in princip. ff. de lega. iij. Sed in hac nostra quæstione non putarem sic intelligendum, præsertim cum hoc Senatusconsultum acquisitionem bonorum hæreditariorum prohibeat, donec quæstio & supplicium de familia sumptum fuerit, vt in. l. necessarios. §. non aliàs. suprà eodē. & ratio posita est in. l. tertia. § non tantum. suprà eodem. ibi, ne familiæ facinus occultet. Secundò, vbi de alimentis agitur, quæ omnē causam excludunt. l. secunda. C. de patri. qui fil. distraxer.

5 † propter nimiam paupertatem & egestatem permittitur patri filium vendere & pignorare: neque filius reuocare se in pristinam ingenuitatem potest, nisi pretio emptori restituto. facit. l. sancimus nemini. C. de sacrosanctis eccles. ibi, excepta videlicet causa captiuitatis & famis. Et in ratione sui, cùm non absurdum est animas hominum quibuscunque causis & vasis vel vestimentis præferri. §. primo. in fine. in authentic. de incestis nupt. collatione secunda. ibi, pascentes autem eum & alia necessaria præbentes. Nam licet legum contemptor & impius, pater tamen est. l. mutus. §. manente. ff. de iure dotium. l. si in metallum. ff. de his quæ pro non scrip. haben. Et hac ratione dico hunc textum probare hanc de-

6 clarationem in verbo, incuria. † quoniam si patri alimenta non præstiterit, & inde mors sequatur, indignus est: quia incuria hæredis decessisse dicendus est, dicta. l. indignum. ff. de his quibus vt indignis. l. necare. & l. alimenta. ff. de liberis agnoscen. l. item si obstetrix. §. si quis hominem fame necauerit. ff. ad legem Aquiliam. Induci potest in argumentum. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. ff. de actio. empti. & text. in vasallo in capitulo primo. quibus modis feudum amittatur, collatione decima. Aliquando diximus in. l. prima. §. tulisse. & plerisque alijs. §. illius legis, & in l. tertia. §. subuenitur. suprà eodem titulo. & recensui nonnulla quæ illic scribit Baldus in dicto capitu. primo. quibus modis feudum amittatur. præsertim in sexta & septima quæstionibus. quæ ad hunc textum rectè conferunt. Primò dum in prima quæstione quærit de domino feudi mortifere vulnerato, & de vulnere non curato. in septima de eo qui ita vulneratus est, vt mortem effugere non possit. De qua etiam in. l. huic scripturæ. & l. ita vulneratus. & l. qua actione. §. sed & si quis seruum ægrotum. ff. ad legem Aquiliā. & melius in. l. qui occidit. in fine. eodem titulo,

7 inquit ille text. † si vulneratus fuerit seruus non mortifere, negligentia autem perierit, de vulnerato actio erit non de occiso. Et Paulus de Cast. in dicta. l. si ab hostibus. §. si vir. ff. soluto matrimonio. qui huius quæstionis meminit, inducebat. l. & in totum. ff. de impens. in rebus dotalib. fact. ibi, etiam si res male gesta est. Sed non videtur negligentia excusanda, si in reliquis subuenire neglexit, & sic per incuriam vitam eius accelerauerit, per rationem dictæ. l. ita vulneratus. ibi, qui mortis causam quomodolibet præbuit. Nec obstabit quod in eadem. l. sequitur, sed lege Aquilia is demum teneri visus est, qui adhibita vi, & quasi manu causam mortis præbuisset. Cum qua rectè conuenit dicta. l. qua actione. §. sed & si quis seruum ægrotum. & §. Celsus. eodem titulo. licet enim verba edicti non comprehendant nisi eum, qui vi & quasi manu occidit, tamen lex actionem vtilem vel in factum producit ex sententia edicti. l. item si obstetrix. l. item Mela. in princip. & l. quemadmodum. §. magistratus. ff. ad legem Aquiliam. & dicam in. l. sequen. quoniam text. in dicta. l. qui occidit. in fine. illo titulo, etiam in. l. Aquilia, non excusat eum qui vulneratum neglexit. ibi, dum non patitur ei cibaria afferre, in factum actio danda est. l. item si obstetrix. & dicta. l. qua actione. §. final. in fine. ff. ad legem Aquiliam. Posset induci lex, huic scripturæ. §. si seruus. eodem titulo. & rectè facit quod notat Baldus in dicto capitulo primo. in primo notabili, quibus modis feudum amittatur. collatio. x. Adde prædictis. l. in hac. ff. de triticar. actio. quandoque etiam semineci habenda est ratio. l. quoniam indignum. C. de testamentis. Et hæc allegari solent in frequente

8 decisione mortiferè vulnerati, † qui ex vulnere
decessit quoniam non curauit medicum adhibe-
re, vel si adhibuerit, malum tamen aut imperitũ,
vel præceptis medici obedire renuerit, iuxta. l.
item Mela. §. Celsus. & dicta. l. qui occidit. in fi-
ne. ff. ad legem Aquiliam. & glos. in. l. vnica. in
verbo, depulsa. C. de emendatio. seruo. Hic re-
peti possent quæ scribuntur in capitu. tua nos.
capitu. ad audientiam. capitu. Petrus. & capitu.
presbyterum. extra de homicidijs. & quod nota-
tur in capitu. si qua fœmina. l. distinctio. Bartol.
in. l. fina. ff. ad legem Corneliam de sicarijs. dum
allegat capitu. secundum. extra de cler. percusso.
Allegari etiam solet, electionem mali medici in
culpa esse, vt suprà diximus, per. l. quod si nolit.
§. si mancipium. versicu. culpam. ff. de ædili. edi-
cto. l. vtique. §. culpa. ff. de rei vendicatio. nisi is
qui electus est de numero approbatorum à col-
legio esset, secundùm Alexand. in. l. secunda. co-
lumna. iiij. ff. quod quisque iuris. per. l. eum qui.
§. fina. cum. l. sequen. ff. commodati. facit. l. nemi-
ni. C. de aduoca. diuersor. iudic. Et in argumen-
tum. l. argentum. & l. qui non tam idoneum. &
l. si in ea causa. §. primo. ff. commodati. melius in
l. idemq́. & l. qua actione. §. Proculus. vbi ple-
nius per Floria. & l. si ex plagis. in princip. ff. ad
legem Aquiliam. ibi, neque id medici inscientia
aut domini negligentia accidisset, recte de iniu-
ria occiso eo agitur. Vide Felin. in capitu. signi-
ficasti. secundo. in princip. extra de homicid. Et
volens hoc probare audiendus est, capitu. tertio
loco. extra de probationibus. Ita notant Bald. &
Cardina. in capitu. est & alia. quæ fuit prima cau
sa beneficij amitten. collatione. x. Prædicta am-
pliat Felin. in capitu. de quarta. septima & octa-
ua colum. & principio sequen. extra de præscri-
9 ption. † Similiter in iudice dicendum, qui asses-
sores eligere tenetur, iuxta doctrinam glos. in. l.
vtique. §. culpa. ff. de rei vendica. facit quod Bar
tol. notat in. l. cum prolatis. ff. de re iudica. & in
l. non fatetur. ff. de confess. Sed obstare videtur
dicta. l. secunda. ff. quod quisque iuris. quæ ma-
gistratum teneri non vult, si assessor per imperi-
tiam male iudicauerit: sed id ideo est, quia asses-
sores nõ eliguntur à iudice, seu à magistratu, sed
committuntur ab alio, scilicet à principe vel po-
pulo, vt in. l. consiliarijs. ff. de assessori. de hoc in
l. prima. & l. consiliarijs. & l. nullus iudicum. C.
de assessori. & idem notat Modern. Papiens. in
l. Polla. C. de his quibus vt indignis. ad id indu-
cens gloss. in verbo, pupillo. in eadem. l. & Bal-
dus in rubrica. C. de pœna iudicis qui male iudi-
cauit. hic repeti posset materia. l. primæ & secun-
dæ. C. de pericul. nominato. l. obseruare. C. de
decurionibus. l. primæ. in princip. ff. de magist.
conuenien. §. fina. Institu. de satisdatio. tutorum.
l. primæ & secundæ. & l. fin. C. de magistra. con-
uenien. l. secundæ. ff. de fideiusso. tutor. & quod
Modern. post Bartol. scribunt in dicta. l. secun-
10 da. ff. quod quisque iuris. † Et medicus qui per
imperitiam male versatus est circa infirmi curã,
tenetur, dicto capitu. tua nos. extra de homicid.
l. illicitas. §. sicuti. ff. de officio præsidis. §. præ-
terea si medicus. Institut. ad legem Aquiliam. l.
eiusdem. secundo responso. ff. ad legem Corne-
liam de sicarijs. & alijs legibus suprà relatis in ti-
tulo, ad legem Aquiliam. ff. Et in. l. prima. §. in
honorarijs. ff. de varijs & extraordina. cognitio.
In aduocato idem fit iudicium, secundùm glos.
in dicta. l. vtique. §. culpa. ff. de rei vendicatio. &
glos. in dicta. l. quod si nolit. §. si mancipium. in
verbo, adhibuerit. ff. de ædilitio edicto. dum de
patronis loquitur, qui pessimam causam bonam
faciunt. de quibus in. l. ab Anastasio. per gloss.
C. mandati. qui dum moriuntur vsum linguæ a-
mittunt, vt inquit glos. in. §. mutus. Institut. qui-
bus non est permissum facere testamentum. Sed
11 quod hic dicitur, † incuriam aut insidias medici
hæredem excusare, si forte hæreditatem adeat,
quia occultum est homicidium, vt in. l. prima. §.
quod si quis puta veneno. suprà eodem. l. si ideo.
& l. sororem. C. de his quibus vt indignis. Intel-
lige nisi hæres fraudis particeps esset cum medi-
co, vt plenius dixi in. l. prima. §. tulisse. & in. §.
quid ergo. ibi, tamen si qui conscij vel fautores
sceleris fuerint. in. l. tertia. §. si maritus. & §.
quod ad causam. in secundo responso. suprà eo-
dem. aliter non, dicta. l. si ideo. & l. sororem.
C. de his quibus vt indignis. si tamen detegan-
tur mors & insidiæ, non excusatur hæres si vl-
tionem prosequi differat. Hæreditate enim pri-
uabitur, dicta. l. cùm fratrem. & l. final. in prin-
cipio. C. de his quibus vt indignis. & in. l. prima.
§. quid ergo. suprà eodem.

Non prætermitto circa prædicta quod Bar-
tolus notauit in dicta. l. si ab hostibus. §. si vir.
ff. soluto matrimonio. tria desiderari antequam
12 hæres à negligentia excusari possit. † Primum
est quod copia non sit medicorum, per ratio-
nem legis, idémque. in fine. ff. pro socio. ibi,
aut facilis sit absfuturo, etiam per alium societa-
tis administratio. sed melior textus in. §. quod
autem dictum est. in authentica, de non alienan-
dis rebus ecclesiast. collatione secunda. ibi, siue
etiam in prouinciam duobus insignibus mecha-
nicis aut architectis, aut etiam vno, si vnum so-
lum ciuitas habeat. Cuius etiam meminit Bar-
tolus in. l. finali. in fine. ff. ad legem Corneliam
de sicarijs. fuit etiam ratio. l. final. C. de testa-
mentis. ibi, in illis vero locis, in quibus inue-
niuntur raro homines literati, per præsentem le-
gem rusticanis cõcedimus antiquam eorum con
suetudinem legis nostræ vicem obtinere. & in
versiculo, vbi autem. & in versiculo, si autem
in illo loco. Cui adde quæ Felinus scribit in di-
cto capitulo, significasti. secundo. in principio.
extra de homicidijs. Et ex suprà dictis & per ea
quæ Modern. in eadem. l. tradunt post Cinum
& Bald.

& Baldum, plures facere potes extẽsiones, quas
transcribere nõ existimaui. Induci potest. l. quo-
ties. C. de pondera. & auri illatio. libr. x. dum de
zygostate eligendo loquitur qui nec fallat neq̧
fallatur. Accedit his ratio. l. regula. versic. sed iu-
ris ignorantia. ff. de iuris & facti ignoran. ibi, si
Iureconsulti copiam haberet. & in his verbis,
quod raro accipiendum est. iuncta glos. doctri-
na in verbo, raro. & in. l. in bonorum. ff. de bo-
norum posses. ibi, copiamq̧ eorum quos consu-
leret, habuisse. Adiuuant præcedentia capi. sta-
tutum. in fine princi. de rescript. in. vj. in his ver-
bis, nec audiantur alibi quàm in ciuitatibus vel
locis insignibus, vbi posit commode copia peri
torum haberi, per delegatos apostolicos causæ
ecclesiasticæ alibi tractari non debent quàm in
locis, in quibus peritorum copia haberi potest.
13 † Alioqui si alibi iudicauerint, & propter peri-
torium consilium non postulatum malè iudica-
uerint, litem suam faciunt, vt suprà dictum. l. si fi
liusfamiliâs. ff. de iudic. §. primo. Institu. de obli-
gatio. quæ ex quasi delicto nascun. Non præter-
mitto etiam per. l. distinctionem fieri inter inso-
lentiam curiosam, et diligentiã non ambitiosam,
in. l. si bene. ff. de vsur. & in. l. plurimum. ff. de iu-
ris & facti ignoran. ibi, non deperditi & nimium
securi hominis. in. l. ex mille. versic. si totus. ff. de
euictioni. ibi, non magis quàm si incuria fundus
aut seruus traditus deterior factus sit. Secundò,
vbi peritorum copia erit, hæres male eligendo
in culpa erit, dicta. l. quod si nolit. §. si mancipiũ.
§. culpam. ff. de ædil. edicto. dicta. l. vtique. §. cul
pa. iuncta illic gloss. ff. de rei vendica. & alijs le-
gibus, quarum suprà meminimus.

Tertiò quod facultates eius suppetant ad sub-
eundam medici impensam, vt suprà dixi per di-
ctam. l. idemq̧. in princ. ff. pro socio. & dicta. l. si
seruus depositus. ff. de noxali. actioni. & alijs su-
prà relatis legibus.

In textu, vel insidijs medici. Roman. hic notat
hunc text. iuncto. §. occisorum. in. l. prima. suprà
14 codẽ. in quo dicit † probari maleficium duplici-
ter posse clam committi, iuxta doctrinam glo. in
l. si cum exceptione. §. in hac. in verbo, ignoran-
tiam. ff. quod metus causa. Primò, cùm de nocte
fit. & licet glo. & Roma. nihil ad id allegent, dic
esse casum. l. iij. §. si maritus. ibi, noctu intra cubi
culum secum cubantem necauerit. suprà eod. il-
lic plenius dictum est. Secundò, quando in mul-
titudine homicidium seu maleficium cõmissum
est, sic quod ignoret quis fecerit. Allegatur per
Roma. dicta. l. si ideo. C. de his quibus vt indig.
& . l. fina. ff. de ritu nupt. & quod Barto. notat in
l. secunda. C. de his qui ex publi. ratioci. libro. x.
Et Alexã. huic opinioni adhæret in dicta. l. cùm
fratrem. C. de his quibus vt indig. sed hoc illæ le
ges non probant. Nam in dicta. l. fina. ff. de ritu
nupt. recte probatur, differentiam esse inter ma-
15 leficium palàm, & clam perpetratum: † vt quod
clàm factum est, grauius puniatur: sed non quod
in multitudine factum est dici posit clam factũ
esse. Nulli autem dubium esse potest, differentiã
esse inter crimina clàm commissa & palàm perpe
trata. & hic text. noster recte aperit. pariter. l. pri
ma. §. quod si quis puta veneno. cum duobus. §.
sequenti. & alija legibus suprà relatis isto titu. &
dicta. l. si ideo. l. cùm fratrem. & . l. sororem. C. de
his quibus vt indig. l. iij. per totam pene legem.
& . l. ita fidei. ff. de iure fisci. dixi etiam in. l. iij. §.
quod ad causam. suprà eod. & notatur in. l. clam
posidere. in princip. ff. de acquiren. posses. Sed
quod homicidium vel furtum aut aliud malefi-
cium dicatur clam factum esse, quod in multitu-
dine perpetratum est, non est verum, sed potius
incertum dicendum est, vbi vniuscuiusque ictus
vel actus considerari vel distingui non possunt:
vt in. l. fina. ff. ad legem Cornel. de sicarijs. l. item
Mela. §. si seruum. & . §. si plures. l. ita vulneratus.
§. fina. ff. ad legem Aquiliam. Et quæso cõsidera
16 text. dicti. §. finalis dum ait, cùm † plures trabem
alienam furandi causa sustulerint, quam singuli
ferre non possent: furti actione omnes teneri exi
stimantur. & attendatur quid in eodem. §. sequi-
tur, quanuis subtili ratione dici posit, neminem
eorum teneri, quia neminem verum sit eam sustu
lisse. c. significasti. extra de homicid. Idem in. l. j.
§. fina. ff. de his qui deiece. vel effud. Incertitudo
enim delicti qualitatem distinguere non permit
tit, cùm lex omnes pariter puniat, per illos text.
Et idem declarat Bartol. in dicta. l. fina. ff. ad le-
gem Cornel. de sicar. Angel. in. l. j. in fine. C. vn-
de vi. pro quibus considerari potest ratio. l. sed
& si restituatur. §. si paterfamiliâs. ff. de iudi. ibi,
quia incertum esset an tres nascerẽtur. l. antiqui.
ff. si pars hæred. peta. l. si fuerit legatum. & . l. qui
duos. in princ. ff. de reb. dub. & quod notatur in
l. cùm quidam. §. suum. ff. de acquiren. hæredita.
tametsi Felin. dubitauerit in dicto cap. significa-
sti. ij. colum. iij. & . iiij. extra de homicid. Alioqui
si verum esset glos. Roma. & Alexan. dictum se-
queretur vt omnes à furto excusandi essent, tam
etsi certi sint qui huiusmodi in turba seu multitu
dine maleficium fecerunt. quod falsum est. l. vul
garis. §. fin. ff. de furt. ibi, neque enim dici potest
pro parte furtum fecisse singulos, sed totius rei
vniuersos. Et sic faciet singulos furti teneri. Et
idem in homicidio dicitur in. c. sicut dignum. ex-
tra de homici. Accedit his. l. prætor. §. j. & . §. hoc
edicto. ff. vi bon. rapto. in his verbis, non solum
qui damnum in turba dedit. & . l. finali. C. de his
qui latro. occulta. ibi, sin autem propter multitu-
dinem. & in. §. fina. eiusdem. l. ibi, si se ad compri
mendam multitudinẽ rusticanorum. l. addictos.
versic. at si tanta clericorum & monachorum au
dacia est, vt bellum potius, quàm iudicium esse
futurum existimetur. C. de episcopali audientia.
Nec mouere potest quod Barto. scripsit in dicta
l. ij. C. de his qui ex publi. ratiocin. libro. x. dum

17 Bartol.declarat † quando aliquid clam factum esse dicatur quando ad notitiam hominum deuenire non potest maleficium quod factum est,sed ob id factum non ignoratur, quia non clam,sed palam à multitudine factum est, tametsi incertũ esse possit quis fecerit. Tolle exemplum in casu per Felin. proposito in dicto.c.significasti.ij.iij. & iiij.colum.extra de homicid.& in.l.fina.ff.ad legem Corn.de sicar.quando vno vulnere tantũ percussus interijt:hoc casu ignorari potest cuius ictu perierit. Illos tamen incertitudo non excusat,per suprà dicta.dixi aliàs.non repeto.

Quo autem modo negligẽtia probari possit, Feli.in.c.si autem.colum.ij. extra de rescrip.aperit,sed non declarat. remittit autem se ad ea quæ scripsit Bartol.in consil.cij.incipiente, Charissime domine,isti nostri Nucerini.qui rectè distin-
18 guit, † aut,inquit Bartol.ego teneor certo & limitato tempore & loco aliquid implere: si non inuenitur illo tempore & loco impletum quod promissum est,satis probata est negligentia, nisi qui obligatus est de iusto impedimento doceat. Allegat.l.iij. §.si ad diem. &.l. qui commeatus. ff.de re militari.l.ij.§.sed & si quis.ff.si quis cautionib. Et ratio huius est, vltra quàm dicat Bart. quoniam locus & tempus interpellant pro homine, & in negligentia seu mora constituunt. l. traiectitiæ. ff.de action.& obligatio.l.magnam. C.de contrahenda stipulat. hic repeti posset materia moræ,&.l.quod si Ephesi. &.l.centum Capuæ.ff.de eo quod certo loco.l.mora.ff.de vsur. l.eum qui calendis.&.l.sequen.ff.de verbo.obligatio. Quandoq;,inquit Bartol.in dicto consil. cij. tenetur aliquis in genere aliquid facere, vt erat in casu quo Barto. consulebatur de communitate Nucerina, quæ cõueniebatur propter negligentiam per incolas commissam circa malefactorum apprehensionem, iuxta formam statuti
19 Nucerinæ ciuitatis seu oppidi, † ad probationẽ negligentiæ eorum probari debet illos sciuisse, seu notitiam commissi maleficij illo tempore & loco habuisse.l.quidam decedens.§.fina.&.l.sequen.ff.de administra.tuto. Et in casu nostræ legis inducuntur dicta.l.si ideo. &.l.cùm fratrem. &.l.sororem.C.de his quibus vt indig.dixi in.l. prima.§.si sibi manus.& in.§.tulisse.& in.l.iij. §. si maritus.suprà eod.tit. & legitime probata erit negligẽtia, si in loco notorium erat maleficium, neq; locus maleficij longe aberat à ciuitate. Hic recenseri possent triuiales iuris regulæ, quæ de notorio in loco traduntur: quas amplissimo cõmentario Bald. prosequitur in.l. ea quidem. C. de accusatio. Anto.de Butr. Abb.& alij in capi. tua.& capi.vestra.extra de cohabita.cler.& mulier. Pro quibus induci potest. l.aliud. in primo responso.ff.de regu.iur.l.quod maior. &.l.municipes.ff.ad municipa.l.latæ.in princi.ff.de verborum significatio.l.si vicinis.C.de nupt. Rectè etiam facit ratio huius senatusconsulti, quæ præsumit aduersus eos, qui sub eodem tecto erant cum dominus occisus est,vt in.l.prima.§.hoc autem senatusconsultum. in versicu.eodem autem tecto.suprà eodem. Illic dictum est. Sed hæc nõ esset sufficiens consideratio ad constituẽdos eos
20 in negligentia,nisi ista duo concurrerent. † Primũ quod in loco publico saltem non occulto delictum commissum sit,secundùm quod statim in loco crimen publicum factum fuerit,vt celari nequiuerit:& sic non tantum notorium, sed statim publicum & manifestum factum fuerit:vt declaraui in.l.iij.§.quod ad causam. versic.aperire.ij. suprà eodem. de his illic plura dixi.non repeto. Sed in casu huius senatusconsulti, cùm pœnale sit, dic non recedendum esse à declaratione huius.§.&.§.præcedentis. Primò, vt constet occisum esse dominum. Idem in.l.prima.§.item illud sciendum est.suprà eodem titu. & super eo pronuntietur iuxta. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. & dixi in repetitione.§.præcedentis. super verbo, publicantur. Et per eam condemnationem seu pronuntiationem detecta erit negligentia,per supra dicta. facit.l.final. C.de his quibus vt indig. hoc plenios explicaui in dicta.l.prima. §.si quis in villa. super his verbis, si forte diffusa late prædia habeat. & in.l. tertia. §. ignoscitur, versicu.surdus.suprà eodem.super ratione illius §.in his verbis,quia vt ille per spatium.& Barto. in dicto suo consilio.cij.illos textus non prætermisit. in reliquis lege quæ Bartol. in hac negligentiæ materia scripsit.vix enim hæc materia nisi cum amplissimo commentario explicari & cõcludi posset: quare ex multis hæc pauca sufficiãt. Non prætermittam circa hunc.§.quid lex nostra per insidias occultas intellexerit diffinire, quæ secundum naturalem vim & virtutem huius vocabuli occulte fiunt & exequuntur. Et ob quas
21 hæredes vult excusari. † Et ratio, quia præuideri non possunt neque præueniri,vt suprà dictum est, per.l.primam.§. quod si quis puta veneno. &.§.sequenti.l.tertia.§.si maritus. suprà eodem. facit. l.si fortè. C. ad legem Corneliam de sicar. capitu.porro. quæ fuit prima causa beneficij admitten.collatio.x.capitu.primum. extra de homicidijs. &.§.causas. in authentic. vt cùm de appel.cognos.colla.viij.l.consensu.§.si qua igitur, &.§.vir quoque.C.de repud.& in.§.mitiores.in authẽ.de nup.colla.iiij. Si tamẽ filius,seruus,aut hæres paratas insidias senserint, & eas non reuelauerint,neq; illis occurrerint,non excusantur.l. fin.C.de his quib.vt indig.licet quãdoq; lex adiectiuũ addat, vt in.l.cùm fratrem.ibi,licet enim hæreditatẽ eorum qui clãdestinis insidijs perimũtur,hi qui iure vocãtur adire non vetãtur.quẽadmodũ de dolo dicitur in.l.j.§.non fuit autẽ.ff.de dolo.cũ in edicto prætoris de dolo malo cõtineatur.l.eiusdem.in princ.ff.ad legẽ Corn.de sica.l. quod sæpe.§.j.versic.veneni.ff.de contrahẽ.emptio,tamẽ sui natura hæc vocabula in malã partẽ

assumuntur. l. propter insidias. C. qui accusare
possunt. dicto. c. porro. quæ fuit prima causa be
neficij amittendi. l. prima, secunda & tertia. ff. ad
legem Iuliam maiestatis. vide quæ de dolo scri-
bit Bartolus in. l. quod Nerua. in repetitione. ff.
deposi. & quod nota. in. l. fina. per illum text. in
verbo, proditorū. C. de delato. lib. x. & quæ Fe-
li. scribit in dicto. c. primo. extra de homicid. in
22 prin. † huiusmodi insidiatores proditoribus as-
similantur secundùm eūdem, & Luc. de Pen. in
dicta. l. ff. per illum tex. C. de delato. lib. x. Adde
quod notatur in. c. inter. extra de immuni. eccle.
& per Alexan. in dictis. l. cùm fratrem. C. de his
quib. vt indig. ex cuius dictis Feli. in dicto. c. pri
mo. extra de homicid. plura mutuatus est. In
text. sed hæredi suo defensio mortis incumbit.
hic tex. in verbo, defensio. dupliciter interpreta-
ri potest. primo secundùm glos. in verbo, defen-
sio. vt pro vltione accipiatur. quæ ad id allegat
l. primā. C. de his quib. vt indig. in verbo, inultā.
& l. primā. C. de precib. imperato. offerē. & ex-
pressius declarat tex. in. l. prima. C. quib. ex cau.
serui pro præmio liberta. accip. ibi, si ad vleiscen
dum necē domini incorruptis probationibus ac
strenuo nisu cōstiteris. l. si necem. ff. de bo. liber.
dum in princ. ait, si necem domini detexerit ser-
uus. l. hæredem. ff. de his quib. vt indig. ibi, qui
sciens defuncti vindictā omisit. Sed propius ac-
cedo super hoc verbo, defensio. vt pro vindica-
tione mortis assumatur, & de iniuria defuncti vl
tio assumatur. l. Marcellus. §. fina. ff. ad Trebel.
ibi, vel mortem testatoris non defenderit. l. j. §.
23 quæstionem. suprà eo. dum ait, † quæstionē au-
tem sic accipimus non tormenta tantum, sed o-
mnem inquisitionē & defensionē mortis. l. si ser
uus plurium. §. si quis ante quæstionē. ff. de lega.
primo. in his verbis, vel necem testatoris nō de-
fenderit. & clarius in fine eiusdem. §. ibi, vel mi-
nus plenè defendit causam. Defendere enim se-
cundùm grāmaticos multis modis dicimur. Pri-
mò dum ab alio in iudicio tuemur, seu defendi-
mur, vel cū nos ipsi defendimus, vel cùm ab iniu
ria aliquis nos defendit, prohibendo ne iniuria
aut conuicium nobis fiat, vel cùm vis aut iniuria
illata est iudice medio prosequimur, vt illata in-
iuria aut fama læsa restituatur sumpta ab iniuriā
inferente, aut pœna aut multa, vt in hoc senatus-
consulto. & imperator pro huiusmodi vocabu-
lo, defendere. sæpe verbo, exequantur. vtitur: vt
in. l. neganda. C. qui accus. pos. dum ait, neganda
est accusatis qui non suas suorumq; iniurias exe
quātur licentia criminandi in pari vel minori cri
mine. &c. & in. l. si crimen. eodem titu. ibi, si cri-
men ad tuam tuorumq; iniuriam pertinens exe-
quaris. & l. non prohibentur. eodem titu. ibi, si
suam suorumq; iniuriam exequātur: ideoq; con
sobrini tui necem defendere tibi permittimus;
& in. l. non ignorat. quæ sequitur, ait, non igno-
rat competens iudex eam, quæ vltionem & mor-
tem filij persequi allegat, non temere ad accusa-
tionē esse admittendam. Et in. l. de crimine. dici-
24 tur, † mulieri de publico iudicio accusare per-
mittendum non esse nisi suam suorumq;, prose-
quatur iniuriam. Similiter iureconsultus vtroq;
vocabulo pro eadem significatione vtitur in. l.
hi tamen omnes. in princi. ff. de accusat. dum ait,
hi tamen omnes si suam iniuriā exequātur, mor-
temq; propinquorum defendāt, ab accusatione
non excluduntur. Et hæc defensio seu accusatio
seu mortis prosequutio in tātum necessaria est,
vt eum peragant, id est ad finem vsque litē pro-
trahant, vt condēnatoria vel absolutoria in reos
sententia proferatur. l. secunda. in princip. ff. ad
legem Iuliam de adulte. ibi, non aliàs ad mulie-
rem possit peruenire, nisi reū peregerit. peregis-
se autem nō aliàs quis videtur, nisi & condemna
uerit. & l. qui cum maior. §. accusasse. ff. de bon.
25 liberto. dum ait, † accusasse autem eum dicimus
qui crimina obiecit, & causam perorari vsq; ad
sententiam efficit. l. Papinianus. §. meminisse. in
principio. ff. de inofficioso testamento. l. alia. C.
de his quibus vt indignis. l. post legatum. in prin
cipio. ff. eodem. de his quibus vt indignis. vt in
§. præcedenti. & hic & alijs legibus quas suprà
annotauimus quæ de vltione loquuntur. l. pri-
ma. C. de his quibus vt indignis. l. hæredem. ff.
eodem. de his quibus vt indignis. si velint hæ-
redes pœnam euitare, vt inquit illa. l. Marcel-
lus. §. finali. ff. ad Trebellianum. l. prima. & l.
cùm mortem. ff. de iure fisci. l. eum qui ff. de
his quibus vt indign. Inducitur in adulterio te-
xtus in. l. secunda. in principio. versiculo, cæte-
rum. & §. si publico. versiculo, nam Claudius. &
§. sequen. & l. tertia. ff. ad legem Iuliam de adul-
26 terijs. † & hi casus singulares sunt, in quibus in-
uitus quis agere seu accusare compellitur con-
tra communem iuris regulam, in. l. vnica. C. vt
nemo inuitus agere vel accusare cogatur. hoc au
tem pro Reipublicæ beneficio introductū est,
& vt is qui futurus est hæres siue ex testamento
siue ab intestato suspicionem euitare possit, vt
suprà dictum est, & in. l. prima. in principio. su-
prà eodem. Alio autem capite accusans seu accu
sator releuatur, quoniā de calumnia excusatur,
si in probatione deficiat. l. qui cùm maior. §. si pa
tris mortē defendere necesse habuerit. ff. de bo-
nis libertorum. ibi, Et puto succurrendum si af-
fectione & periculo paternæ substantiæ ducen-
te accusationem velit calumniosam instituere.
Et sic propter imminentem necessitatem amit-
tendæ successionis defendit se hæres à pœna ca-
lumniæ. l. Paulus. §. quæro. eodem titulo. ff. de
bonis liberto. ibi, eam quæ ex voluntate patris
accusauit, non debere repelli à bonorum posses
sione contra tabulas, quoniam non suum iudi-
cium sed alienum secuta est. Idem in. l. mater. &
l. calumniæ. C. de calumnia. & in. l. finali. ff. de
27 publicis iudicijs. Ex quibus † inferri potest

eum qui proximi sui mortē vel suam suorumq; iniuriam prosequitur, censeri ad sui defensionē facere, vt legis pœnam euitet: quia inuitus agere seu accusare compellitur. Et hac ratione à calumnia excusatur per supradicta, &.l.secūda. in fine.C.de malefi. & mathemati. Aliter & secundò iste tex. legi posset & interpretari in verbo, defensio. vt in suo significato intelligatur. Et erit huius.§.sensus, Si testator incuria decesserit. Intellige alterius quàm hæredis vel p medici insidias ab hærede tamen nō affectatas, sed verè occultas,& ab hærede ignoratas,quia verè defuncti mors per hæredem detegi non potuit, vt in.l. si ideo. in verbo, desiderata. quia cædis authores reperiri non potuerunt. & in fine eiusdem.l.ibi, ex quo nulla eorum culpa detegitur. & in.l.sororem. ibi,secundum quæ si fiduciā innocentiæ geris,& neque dolo malo maritū necatum,neque aliàs indignam te successione probare confidis. C. de his quib. vt indign. Si fiscus nihilo minus aduersus hæredē contendat, & dicat indignum factum esse, ob idq; fisco bona quæsita esse,iuxta.l.primam.C. de his quib. vt indig. l.hæredem.ff.eo.l.primam.ff. de iure fis. & alijs.
28 suprà alleg. legibus, † competet hæredi de morte defensio, quia mors detegi non potuit: & sic ex capite iustæ ignorātiæ excusandus erit hæres, vt dictum est in.l.iij.§.quod ad causam.suprà eodem titu.per dictam.l.si ideo.&.l.sororē.C. eo. & singulariter ponderandus est tex. dictæ.l.sororem.in his verbis, aduersus omnem calumniā maximā habes securitatē. & in dicta.l.si ideo .in his verbis,obesse hæredibus, ex quo nulla eorū culpa detegitur,oportet. Et in.l.minoribus.eo.titu.C.ibi, vereri non debetis ne quam hæreditatis paternæ quæstionem à fisco meo patiamini. Et dictio,sed.in isto tex.hoc demonstrare videtur,veluti aduersatiue posita, vt in.l.secunda.ff. ne quis eum qui in ius voca.est vi eximat.iuncta doctrina glos. & Bart. in verbo, sed &.in.l.qui vsumfructum.ff.de verbo.oblig.l.sed & si lege. in princi.ff.de petitio.hæredi. Et hic erit sensus,
29 † Vbi quis incuria alterius quàm hæredis, vel medici insidijs testator necatus erit, adiri quidē hæreditas poterit impunè: vt suprà diximus per dictam.l.si ideo.&.l.sororem.&.l.cùm fratrem. C.eo.sed si hæredi controuersia per fiscum moueatur,quia ante controuersiam motam hæreditatem adierit, atque ob id bonæ fidei possessor non æstimetur,vt in dicta.l.prima.C. de his qui. vt indign. competet ex hoc textu hæredi mortis scilicet occultæ, & diu ab insidiatoribus desideratæ defensio.& dicta.l.si ideo.&.l.sororem. & l.minoribus.C.eo.l. si seruus plurium.§. si quis ante.ff.de lega.j.& dicetur in.l.propter veneni. §.fina.infrà eo.tit.quia lusorie hoc non facit hæres.alioqui secus:vt illic explicabimus. & notatur in dicta.l.si seruus plurium.§.primo.ff. de lega.j. Et licet hæc interpretatio in se bona sit, prima.tamen est vera,& eam sequere.

PAVLVS.

Et si certus sit percussor,tamen habenda est quæstio, vt cædis mandator inueniatur. Vtique autem ipse maximè quæstioni dabitur, quanuis & cæteri puniantur. Quanuis aliàs in caput domini serui nō torqueantur: rectè tamen fiet quæstio etiam si hæredem accuset,siue extraneus hæres,siue suus sit.

Summarium in præscriptæ Legis Lectionem subsequentem.

1 Rei criminum prius de se interrogandi sunt, mox confessi,de conscijs & mandatoribus interrogabuntur.
2 Percussor siue sit de familia defuncti siue de hæredis familia, in ipsius hæredis potest caput torqueri.
3 Reus criminis neque de conscijs aut cōplicibus torqueri aut interrogari debet.
4 Iudex in inquirēdo summam adhibere debet prudentiā, sequens formam à iureconsulto traditam.
5 Seruua regulariter in caput domini non debet torqueri.
6 Seruus quare senatusconsulto Sillaniano permittatur in domini caput torqueri.
7 Serui quibus casibus & quare pmittātur à lege distrahi.
8 Extensio in criminalibus fieri non potest de vno casu ad alium.
9 Extensio ob similitudinem aut identitatem rationis admittitur in criminibus atrocioribus.
10 Rei accusati, in socios interrogari nō debent, quibus nec creditur deponentibus.
11 Iudicis nullas esse in confessos partes, quàm in condēnando, an sit semper verum.
12 Confessus crimen prouocare non potest.
Appellationes quorum non admittantur.
13 Assessores arguendi sunt qui reos conuictos torquent, vt confessione extorta remedium auferant appellationis.
14 Appellatiōes in criminalibus quare passim in Gallia admittantur.
15 Appellatio non potest impedire apprehensionem personalem decreto iudicis institutam.
16 Appellatio iudicatum extinguit, & maxime in criminalibus.
17 Prouocationis remedium nulli vnquam omnino debet denegari.
18 Error proponi potest aduersus confessionem, ideoq; confessus etiam prouocare potest.
19 Appellatio non admittitur in criminibus homicidij, veneficij, maleficij, adulterij, & vis publicæ.
20 Argumenta seu indicia à testibus & testimonijs differunt.

21 Confessio in tormentis aut tormẽtorum præsentia & formidine extorta non debet attendi.
Confessio torti non sufficit ad cõdemnationem, nisi plura etiam manifesta interueniant argumenta.

22 Reus læsæ maiestatis accusatus, cũ accusatore qua ratione sit torquendus.

23 Iuramentum accusati quandoque ad suam sufficit purgationem.

24 Quæstio nemini applicanda, nisi causa vrgente legitima, & de culpa conuicto.

25 Processus homicidæ aut rei alterius maleficij, propter criminis conscios aut mandatores non est differendus.
Accusatores qui subornati aut summissi Iureconsultis dicantur.

26 Latrones de socijs & receptatoribus interrogari possunt.
Iudex in omni crimine quod in cuiuspiam committitur iniuriam, de conscijs & mandatoribus interrogare debet.

27 Iudex inquirendo seuerus, in iudicando blandus esse debet.
Iudex aduersus maleficos, aut quos malos putat, excãdescens, aut ad calamitosorum preces illachrymans, inconstantis & non æqui animi præsumitur.

28 Reo conuicto, de socijs deponenti absque quæstione nõ creditur.
Iudex ministerio suo aut certe iuris, id est argumentis aut testibus certus esse debet de percussore antequam eum damnare possit.

29 Deprehendi in crimine differt ab eo quod est de crimine conuinci.
Militi, qui omni tempore talem se præstitit, vt probus & verax existimaretur, facilè aliquid affirmanti adhibetur fides.

30 Conuincere de crimine, & deprehendi in crimine, an differant.
Conuictus an ilico & ipso facto sit censendus, qui in fraganti crimine est deprehensus.

31 Irenarchæ qui latrones deprehenderunt, eosdem conuincere debent.
Iudex de crimine admisso nõ potest certior reddi, nisi per acta causæ in iudicio sibi constiterit.

32 Iudex non potest sententiam ferre nisi de causa sibi vt iudici liqueat, & non tantum vt priuato.

33 Depositione rei conuicti sufficiente, frustra adhibetur quæstio.

34 Infames non sine quæstione in alios sunt interrogandi.

35 Homicida prius quæstione conuinci debet, postmodum de mandatore interrogari.

36 Impubes in criminibus non exceptis à lege interrogari non debet.

37 Aduocatus quando pro suo cliente torqueri debeat.

38 Mandator homicidij an differat ab ipso interfectore. & nume. 40.

39 Pœna principali scilicet percussori inflicta nõ extinguit pœnam mandatoris & aliorum consortum.

41 Occidens in quo differat ab eo qui mortis causam præbuit.

42 Mandator & mandatarius an pari sint pœna plectendi. & nume. sequen.

45 Animus delinquentis, non rei euentus attendi debet.

46 Maleficia haudquaquam impunita relinqui debent.

47 Calumnias & iniquitates delinquentium propellere, & malitijs obuiare, in Republica sanctissimum.

48 Extensio fieri potest ab hærede ad bonorum possessore, propter identitatis rationem.

49 Accusatio impropria dicitur, qua dominus per seruum in quæstione accusatur.

50 Reo principali accusato, cæteri criminis conscij & participes accusati censentur.

51 Condemnatis proditores suos accusantibus non facilè adhibetur fides.



RINCIPIVM HVIVS
Legis duo dicta principaliter cõtinet, tametsi recte in tres partes diuidi possit, vt clarius veritas eius habeatur. In primo dicto de percussore seu homicida testatoris loquitur, quem vult de mandatoribus seu conscijs criminis interrogari, etiam si certus sit percussor. In secundo de mandatoribus tractatur, quorum pœna percussorem à supplicio nõ eximit. In tertio datur pulchra extẽsio seu declaratio ad omnia quæ in prima lege huius tituli dicta sunt, dum de seruis hæredis siue sui siue extranei loquutum est, quos vult in caput domini posse torqueri. Secundum dictum est ibi, vt cædis mandator inueniatur. Tertium est in versiculo, quanuis aliàs in caput. Reus criminis quantumcunque certus sit, de mandatore & conscijs interrogandus est, neque pœna vnius alium excusat. Et serui in caput domini hoc senatusconsulto speciali ratione torqueri possunt. h.d.

Lex, prius. infrà eodem titulo, declaratiua est huius legis, ob id ad istius legis declarationem nonnihil ex ea mutuabimur. Et istæ duæ leges simul coniunctæ singulares sunt: quia per eas forma iudicibus datur, quam in exercendis seu instruendis criminalibus iudicijs sedulò obser-
1 uare debent. Dicit enim illa lex, prius. † reos criminum prius de se interrogandos esse, atque torquendos, sed postquam crimen cõfessi fuerint, mox de mandatore & conscio seu conscijs interrogandi & torquendi erunt. Et licet glossa vltimam partem huius principij legis vario modo interpretata sit, planè tamen legendam esse arbitror, neque interpretatione vlla indigere, quoniam plana est. vult enim seruos non tantum sui, verumetiam extranei hæredis in caput domini posse torqueri, vt ab eis veritas eruatur, An mandator vel alius mortis defuncti particeps extiterit: licet secundùm iuris cõmunis traditiones seruus in caput domini torqueri non debeat, vt mox ostẽdemus. Et Accursius in verbo, hæredem. hanc interpretationem amplectitur. Tametsi prima glossæ interpretatio cum no-
2 uissima conuenire videatur. † Percussor enim siue de familia defuncti sit, siue de familia hæredis, tamen in caput hæredis interrogari & torqueri poterit. Et hoc etiã demõstrat iste textus.

Primò in his verbis, quanuis aliàs in caput domini serui non torqueantur, recte tamen fiet quæstio, etiam si hæredem accuset. Secundò ostẽditur dum dicitur, siue extraneus hæres siue

ex ſuis ſit. Et facit.l.iij.§. ſi maritus. ſuprà eo.nõ
tamen ſi proprij eſſent mulieris, ſed etiam ſi ma-
riti.&.§.non tantū. ſuprà eo.ibi, nec hæres pro-
pter compēdium ſuum familiæ facinus occultet.
Ecce quomodo nõ differt an ſeruus ſit hæredis,
an verò de familia defuncti: quia mortuo defun-
cto, præſertim in ſuis ſtatim dominium familiæ
defuncti acquiſitum eſt ſuo hæredi.l. in ſuis.ff.
de libe.& poſthumis. Et de eius ſeruo iudicatur
quemadmodum & de eo qui fuit teſtatoris, dixi
in.l.prima.§.ſi pater. &.§.ſeq. ſuprà eo. titu.cui
adde.l.edictum.in fin.ff.de quæſtio.ibi,vt quæ-
ſtio ex eo habeatur quod ſeruus hæredis eſt. Si-
militer de ſeruo extranei hæredis tantūdem di-
xit in dicta.l.j.§. domini appellatione.iij.ibi, &
ego puto plenius accipiendum vt etiā ad eos li-
beros pertineat, qui in poteſtate non ſunt. & in
l.iij.§.de his.ſuprà eodem titu. Secundò,quia
hoc ſenatuſconſultum vult ſingulari ratione ſer
uos in caput domini poſſe torqueri: quanquam
regulariter de iure hoc fieri non debeat.l.j.§.idē
Cornelio.ff. de quæſtioni. ſicut & alia ſpecialia
ſunt,de quibus videndum eſt.
3 In primis, † reus criminis de conſcijs aut com
plicibus interrogandus non eſt, & multo minus
torquendus ſecundùm iuris communis regulas:
neque interrogatus indiciū facit, imò nec ei cre-
di debet.l.fina.C.de accuſa.l.repeti. &.l. diuus.
§.fi.ff.de quæſtio.l.ſicuti.C.de quæſtio. Et ratio
poſita eſt in.l. prima.§. cùm quis latrones.ff. de
quæſtio.ibi,plerique enim dum metuunt ne for
tè apprehenſi eos nominēt, prodere eos ſolent,
ſcilicet impunitatem ſibi captantes,quia non fa-
cilè eis indicantibus ꝓditores ſuos creditur.&c.
Alia poſita eſt in.§.quæſtioni. eadem.l.ibi, Alij
tanta ſunt impatiētia,vt in quouis mentiri quàm
pati tormenta velint: & ita fit vt vario modo fa-
teantur,vt non tantum ſe,verumetiam alios cri-
minentur. tamen hoc ſenatuſconſulto in odium
familiæ quæ neglexit dominū periclitantē adiu-
uare & prohibere quo minus occideretur, per-
mittitur homicidas ſeu percuſſores,tametſi certi
ſint,de mandatoribus & conſcijs inquiri,vt hic,
& in dicta.l.prius.infrà eod.excipiuntur alij ca-
ſus,quorum gloſ.meminit in dicta.l.fi.C. de ac-
cuſa.in.l.prima.in princ.in verbo, ſociorum.C.
de cuſto.& exhibitio.reo. &.l.ſi quis.in fine.C.
ad legem Iuliā maieſta. Dixi in tractatu in.xj. &
xij.ſpecialibus criminis læſæ maieſtatis. quibus
adde.l.diuus.ij.§.primo.ff.de cuſtod.& exhibi.
reo. dum de latronibus loquitur, quos vult de
4 ſocijs & receptatoribus interrogari. † Aduerte
tamen diſcretū eſſe debere iudicem in inquiren-
do. Et formam inquiſitionis tradit iureconſul-
tus in.l.prima.§.in cauſa.verſic. qui quæſtionē.
ff.de quæſtio.dum ait, qui quæſtionē habiturus
eſt,non debet ſpecialiter interrogare an Lucius
Titius homicidium fecerit, ſed generaliter quis
id fecerit. Et ratio in illo tex.diligenter à iudici-
bus attendenda eſt. Aliter,inquit,magis ſugge-
rentis quàm requirentis videtur. Et hanc rectè
gloſ.conſiderauit in dicta.l.prius.in verbo,quo
mandante.infrà eo. ſimiliter in quæſtione diſcre
tus eſſe debet.l.quæſtionis.ff.de quæſtionibus.
Aduerte tamē quod licet reus criminis de cō
ſcijs inquiri non debeat,ſi tamen dum interroga
tur cōſcios nominauerit, & alijs probationibus
aut euidētibus rationibus ſeu cōiecturis de con
ſcijs appareat, non eſt prohibitus iudex de con-
ſcijs inquirere,& commiſſum crimen & detectū
publica vindicta coërcere & punire.l. ſicuti.C.
5 C. de quæſtio. Secūdò † regulariter ſeruus in
caput domini torquendus non eſt.l.prima.§.di-
uus Antoninus.ff. de quæſtio.l. cùm probatio.
ff.de probatio.l.prima.C. de quæſtio. & hic eſt
tex.ibi, quanuis aliàs in caput domini ſerui non
torqueantur. Et ratio poſita eſt in.l.vnius.§.ſer-
uo.ff.de quæſtio.quoniam non oportet ſalutem
dominorum ſeruorum arbitrio committi, licet
tempore interrogatiōis ſeu quæſtionis ſerui de-
ſierint in poteſtate domini eſſe: & id in memo-
riam prioris dominij.l. ſeruos.ij.C. de quæſtio.
dicta.l.vnius.§.ſeruus.ff. de quæſtio. neque re-
fert an viuus adhuc an mortuus ſit dominus.l.
apud Celſum.§.aduerſus.ff.de except.doli. etiā
ſi redhibitus ſit.l.etiam ſi.ff.de quæſtio.non etiā
aduerſus matrem aut tutorem domini, excepta
cauſa tutelæ.l.ij.C. de quæſtio. neque etiam ad-
uerſus ſocium domini.l. hoc quod placet.C. de
quæſtio. Et ſi nihilominus à iudice interrogatus
fuerit,fidem nõ facit illius teſtimonium,dicta.l.
ſeruos.prima. &.l.pridem.C. de quæſtio. dicta
l.j.§.diuus Antoninus.&.§. ſi quis dicatur.&.§.
cùm quidam.l.diuus.§.fina.ff.de quæſtio.etiam
ſi à domino interrogandus offeratur.l. vnius.§.
6 ſeruus.eod.titu. † Tamen hoc ſenatuſconſulto
permittitur ſeruum torquere in caput domini,
vt hic tex.vult ibi, etiam ſi hæredem accuſet. Et
ratio huius eſt, quoniam faciliter veritas patrati
criminis detegi non poteſt. Hoc dictum eſt in.l.
prima.in princi.ſuprà eod.& eſt ſingularis ratio
huius ſenatuſconſulti. Alia ratio poſita eſt in di-
cta.l.prima.§.hoc autem ſenatuſconſultum. ver
ſicu.ſerui quoties. ſuprà eo.ne ſaluti dominorū
ſuam anteponant. Alia poſita eſt in.§. vltimum
ſupplicium.eadem.l.ibi, ne cæteri ſerui credant
in periculo dominorum quenquā conſulere de-
bere.&.l.fina.in fine.C. de his quibus vt indig.
Excipiuntur tres alij caſus in.l.prima.C. de quæ-
ſtio.ſcilicet adulterij,fraudati cēſus, & criminis
læſæ maieſtatis.& in.l. quoties.C. de quæſtio.l.
ſi quis viduam.ff.de quæſtio. Alius caſus expri-
mitur in.l.hoc placet. alius in.l.fina.C. de quæ-
ſtio.cui conuenit.l.fina.§.licentia.C.de iure deli
ber.§.ſi vero abſunt.in authen.de hæredi.& fal-
cid.colla.prima.l. vnius.§.iudex.ff. de quæſtio.
Et ratio potiſsime in his duobus nouiſsimis caſi
bus eſt,quia aliàs faciliter veritas detegi non po
teſt

test.l.edictum.ff.de quæstio.& in.l.consensu.§.
seruis.&.§.super plagis.C. de repudi. Alios ca-
sus expressimus in tractatu in.xj.&.xij. speciali-
bus criminis læsæ maiestatis.diximus etiam in.l.
7 j.§.serui.suprà eo.titu. † Quandoque etiam lex
admittit seruorum distractionem, præsertim in
detegendo adulterio et crimine læsæ maiestatis,
vt à potestate dominorum liberati patrati crimi
nis veritatem facilius detegant.l.si postulauerit.
§.quæstioni.ff.ad legem Iul.de adulte.l.j.§.fina.
versic.potes.&.l.patre.ff. de quæstio. Et quan-
doq; publicantur,dicta.l.si postulauerit.§.quæ-
stioni.& ratio in illo textu posita est,vt sine vllo
metu verum dicant, & ne dum timent se in reo-
rum potestatẽ regressuros obdurent in quæstio
ne.non tamen prius publicantur,quàm quæstio
de illis habita fuerit. Additur & tertia ratio etiã
si in tormẽtis patratum esse facinus negauerint,
ne dum sperẽt se in dominorum potestatem re-
uersuros, si negauerint spe meriti collocandi in
mẽdacio perseuerauerint,hac ratiõe publicant̃.
8 Ex hoc tex.recte colligi potest, † In crimina-
libus extensionem fieri nõ posse de vno casu ad
aliũ,nisi expresse lex dicat.Probatur in hoc tex.
in his verbis, quanuis aliàs in caput domini ser-
ui non torqueantur.c. inter.extra de iure immu
nita.vbi etiam ex identitate rationis non est per-
missa extensio,quantũcunq; grauia aut enormia
sint crimina,nisi in lege aut canone expresse ca-
ueatur,aut extensio facta inueniatur,dicta.l. edi
ctum.§.quæstiones.ff.de quæstio.ibi,nõ semper
in omni causa & persona quæstiones desiderari
arbitror,sed cùm capitalia et atrociora maleficia
nõ aliter explorari & inuestigari possunt, quàm
per seruorum quæstiões, efficacissimas eas esse,
& ad inquirendam veritatem existimo,& habẽ-
das esse censeo. Et cùm tritum & penè attritum
sit hoc iuris adagium(brocardicum vocant)do
ctorum multitudine & scripturarum varietate,
quarum nostri codices adeo diuites & locuple-
tes sunt vt plus æquo sæpissime abundent, cùm
in illis pauca sufficere debeant,vt Iureconsultus
ait in.l.scire.§.si.ibi,vt ostẽditur in subiectis cõ-
stitutionibus,quas exẽpli gratia subieci adaptã-
tur omnibus.ff.de excus.tut.quem Bart.illic sin
gulariter notauit, & soleo illum ad id allegare.
hac ratione ex multis paucas remissiones cõme-
morabo. Moder.autem in.l.Gallus.§.& quid si
tantum.ff.de liber.& posthu.Alexã.in.d.l.foro
rem.C.de his quib.vt indig.Ludoui.Roma.qui
solennem de hac re facit repetitionẽ in.l.si vero.
§.si de viro.ff.solu.matri.Feli.copiose in.c.trãs-
lato.extra de constit.& Papien.Moder. nõnul-
la transplantat in.l.j.circa prin.& in.l.ij.in prin.
ff.de vulga.& pupil.substit.considera.l.secũdã.
ff.de bo.eo.qui ante sentẽtiam mor. sibi consci.
ibi,argumẽto est senatuscõsultum quod factum
est de his qui Romæ transmissi sunt.l. cùm qui-
dam.§.inuenimus.C.de admini.tutor.ibi,quare
tam optimo exemplo argumentati.& recte facit
9 dicta.l.edictum.ff.de quæstio. † vbi in atrocio-
ribus criminibus extensionem admittit per simi
litudinem aut paritatẽ rationis. Et omnes istius-
modi disputationes semper periculosæ in iudicã
do inuentæ sunt:quia ex rerum varietate plerun
que iudices informantur, sicuti & variæ sunt ho
minum species,vt satyricus Persius ait. Ex præ-
cedentibus annotauimus vnũ dum de seruis lo-
quebamur, qui in caput domini interrogari nõ
debent, & examinati nõ probant: tametsi in.l.j.
§.serui.suprà eod.aliquid aperuimus, hic tamen
vnum repetam,quod non videtur mihi plurimũ
ab hoc tex.alienum,dum ad id induximus.l.pri-
dem.&.l.seruos.primã.&.l.j.in fine.C.de quæ-
stio.l.diuus.§. ex quibus.ff. de quæstio. vbi im-
perator nõ credidit ancillæ,quæ in caput domi-
ni interrogata erat, neque verbis fidem adhibe-
ri vult,etiam si à domino oblata esset.d.l. vnius.
§.seruus.ff.de quæstio.nisi cõcurrẽtibus alijs in-
dicijs & probationibus euidẽtissimis,quibus iu
dex etiam absq; serui cõfessione moueri possit,
dicta.l.j.§.in cæteris.&.l.sicuti.C. de quæstio.l.
ob carmen.§.fina.ff.de testib.glos.in.l.fin.C. de
10 accusa. † Similiter de reis accusatis dicendũ esse
puto,quibus in socios interrogati faciliter cre-
dendũ nõ esse existimo.l. hoc quod placet.C.de
quæstio. Et ratio est, quia plerũq; de alijs inter-
rogati mentiuntur.l.j.§.quæstioni.quã omnino
vide.&.§.fin.versi.prudenter.ff.de quæstio.ibi,
qui homicidiũ in se cõfingere metu ad dominũ
reuertẽdi.& iterũ ibi,quæsiturus de cõscijs quos
æque habere secum mentitus fuerat.& in versic.
nec frustra. Et hac ratione iureconsultus in.d.§.
quæstioni.dixit reorũ quæstionẽ rem esse fragi-
lem & periculosam,& quæ veritatẽ fallat. Sæpe
etiam contingit in eos, qui nullo pacto criminis
participes aut conscij sunt,mentiuntur. Hac ra-
tione improbatur quædam praxis, quã tota pe-
nè Italia et maximè inerudití causarum crimina-
lium iudices & assessores obseruant, qua vt reis
coram eis accusatis omnem appellandi causam
subtrahant & occasionem præcludant, postquã
indicia aut probationes habẽt,student cõfessio-
nes per tormẽta & varia quæstionum supplicia
extorquere,vt vnà cũ probationibus cõfessionẽ
cõiungãt,vt sic secũdum illorũ opinionẽ conui-
cti,sicuti opinãtur,aut verius ominãtur,non au-
diãt eos appellãtes,iuxta.l.ij.C.quo.app.nõ re-
11 cip.& abutũtur illo trito adagio, † In confessos
nullas partes esse iudicis q; in cõdẽnando, vt in
l.pindc.§.fi.ff.ad leg.Aquil.l.qui sentẽtiã.C.de
pœn.l.j.ff.de cõfes.&.C.eod.l.vnica. Et sæpius
absq; nouis indicijs q̃stiões repetũt cõtra id qđ
scribit̃ in.l.repeti.et.l.vnius.§.repeti.ff.de quæ-
stio. Sed quæsito tãtũ colore sup interrogatiõe
sociorũ seu cõplicũ quæstionea repetũt, superq;
alijs criminibus, tametsi de his impacti nõ sint,
interrogãt,iuris terminos excedentes ad exẽplũ

illius præfecti vigilum, cuius meminit iurecon-
sultus in.l.penult.ff.de condictio.causa dat. cau
sa non sequuta. cuius Bald. hic mentionem fe-
cit.cui concordat.l.interdum.§.qui furem.ff. de
fur.qui loco quæstionis vltimum supplicium as-
sumpsit.similiter in.l.si is cum quo.ff. communi
diuidun. ibi, Et ob id motu iudicis villa diruta
est. Similiter & Trebatius Germanus legatus,
de quo scribitur in.l.excipiuntur. infrà eod.qui
impuberem morte condemnauit. Illic dicemus.
Idem in eo qui insolita quæstione vtitur.l.nemo
carcerem.C.de exactori.tributo. quia plumba-
tis vtebatur.l.aut damnum.§.bostes.ff. de pœn.
ibi, vt verberibus necetur, vel virgis interima-
tur.nec tormentis quãuis plerique dum torquen-
tur deficere solent. qui in hoc litem suam faciũt.
l.si filiusfamilias.ff. de iudic.§.primo. Institu.de
obliga.quæ ex quasi delic.nascun.authen.nouo
iure.C.de pœn.iudi. qui male iudi. Dicit autem
hic Bald.& expressius in.l.ij.C. quorum appel.
non recipiun. post Cinum illic, posse assessores
in syndicatu excusari.primò cùm propter incer-
titudinem hic text. permittat quæstionem à reo
sumere, licet percussor certus sit propter manda
torem. similiter in.l. qui vltimo supplicio.ff. de
pœn.& in.§.si quis vero accusatus. in authen.vt
nulli iudic.liceat habere loci conseruato. colla.
ix.quanto magis ad reum conuincendũ licet tor
quere.l.prima.&.l.diuus.in princip.&.l.vnius.
12 ff.de quæstio. † & proderit hæc confessio, vt di
ctum est, quia probibebitur cõfessi appellatio,
per dictam.l.ij.C. quorum appella.nõ recip.Et
propterea dicit hic Bald. hanc legem docere as-
sessores quandam malitiam.& melius probat il-
la lex secunda.in prin.quia appellationes homi-
cidarum, veneficorum, maleficorum, adultero-
rum,& qui vim publicam cõmiserunt, non vult
admitti, qui argumentis conuicti, testibus sunt
superati,& voce propria confessi.Et illius con-
suetudinis assessorum Cinus meminit in.l. fina.
C.de quæstio. quam omnino Cinus cõdemnat.
Et ad tollendam illorum malitiam dicit nõ esse
ad quæstiones seu tormenta procedendum, vbi
testibus superati erunt rei.l.qui sentẽtiam.C. de
pœn.l.prima.C. de iura. calum.& in.l.quoties.
C. de quæstio.ibi, si alijs probationibus veritas
illuminari non possit, de seipsa esse cum tormen
tis interrogãda.nec excusaret huiusmodi impios
iudices & assessores, si ad tollendum appellatio-
nis remedium tormentis aut terrore tormento-
rum à reis confessiones exigerent seu extorque-
rent.Hoc clare probat illa lex.ij. in fine.ibi, aut
formidine tormentorũ territus contra se aliquid
dixerit, prouocandi licentiam ei nõ denegamus.
Et text.in.l.prima.§.ad tormenta.ff.de quæstio.
cum solis argumentis tantum conuincuntur, vt
sola confessio reorũ restet.non aliàs.l. cum reis.
C.de pœn.ibi, manifesta probatione conuictis.
& in.§.sed etiam suscipientes.in authen. de man
da.princip.collatio.iij.ibi, confitentes aut conui
ctos tradant possessionibus.quem tex. illic An-
13 gel.notauit † contra huiusmodi assessores, qui à
reis confessiones extorquent, licet conuictos, vt
remedium appellationis tollant. Adde.l. si ille.
C.de decurio.lib.x.ibi, vel sponte confessus, vel
certe conuictus fuerit. Et hanc iudicum consue-
tudinem Cinus, vt dixi, improbat in.l. finali. in
vltimis verbis.C. de quæstio. dicit enim huius-
modi iudices deum præ oculis non habere, neque
leges. Similiter Angel. hic dicit, assessores male
facere, qui maleficio seu crimine liquidato delin
quentes quæstioni addicunt, neque excusandos
eos sub eo velamine vt mandatores & conscios
ab eis intelligant, non minus læsa, seu, vt Angel.
inquit, onerata illorum erit conscientia. Et Gal-
lia vt similibus commẽtitijs iudicijs obuiet, pas-
14 sim † appellationes in criminalibus admittit, nõ
tantum à sententijs diffinitiuis, verũ etiam à qui-
buscunque alijs interlocutorijs, per quas rei existi
ment grauamẽ sibi à iudicibus fuisse illatum, do-
nec de appellatione cognitum et decisum fuerit,
quiescere vult Galliæ consuetudo & obseruan-
tia iudicantis officium, iuxta formam.l.vnicæ.ff.
nil noua.penden.appella.versic. si quis ergo. &
l.ei cuius.&.l.seq.ff.de appel. non recipien.etiã
non datis libellis dimissorijs. Excipiuntur hi qui
aliàs infames sunt iuris & facti infamia, quia pro
crimine aliàs fustigati, vel alia corporali pœna
condemnati fuerunt vel vagari inueniuntur ve-
luti nihili homines: quo casu iudices, si alijs cri-
minibus irretitos inueniant, nõ obstante tam vi-
lium personarum appellatione regiæ leges (or-
dinationes vocant) iudicibus regijs permittũt vl
tro eos etiam cum quæstione interrogare: neque
vult illorum appellationi deferri, præterquam
si pœna mortis aut ciuilis aut naturalis eos con-
demnauerint, quorum vult appellationes admit
ti, illisque à iudicibus deferri. In quo intelligi pos
set glos. doctrina in.l.ictus fustium. argumento
illius.l.ff.de his qui notan.infam.l.nullam.C.ex
quib.caussis infa. irroge. dixi in.l.j.§.serui.suprà
15 eod.titu. † Secundò nisi citatio personalis à iu-
dice decreta sit, quæ prehensionem seu incarce-
rationem personæ continet, illa propter appella
tionem nõ differtur. Et ratio colligitur ex.l.pri-
ma.C.ex quib.caus.infa.irrog.quia neque carce
res neque vincula, tametsi iussu iudicis iniectam
infamiam irrogãt. Imò si pro quæstione vel eius
loco iudex reum ictibus cædere iusserit, nisi in-
de sententia sequatur, fustiũ ictus non infamãt.
dicta.l.nullam.&.l.fustibus.C.ex quib.caus.in-
fa.irrog.& dicta.l.ictus fustium.ff.de bis qui no
tan.infa. sed vsus aliter obseruat, neque abs re,
per rationem.l.secundæ.ff. de obseq.patro.præ
stan. Et sæpius boc genere quæstionis seu tor-
mentorum vsum est, & maxime vbi rei accusati
propter membrorũ debilitationem alia tormen
ta sustinere nequeunt: quemadmodum de impu
bere

bere scribitur in. l. prima. §. impuberes. suprà eo dem. illic dictum est. In reliquis quiescit iudicis officiũ, donec de grauamine per superiores magistratus in curia decisum fuerit. nec interea infamis erit, vt dixi in. l. præcedente. §. nõ alias. in lectione, per dictam. l. vnicam. ff. nil nouari penden. appellatio. l. qui à latronibus. §. finali. &. l. si quis post accusationem. ff. de testamen. & aliis legibus in ea notatis. & id per rationem. l. primæ. §. fin. ff. ad senatusconsultum Turpilianum.
16 † quoniam appellatio maxime in criminalibus extinguit iudicatum. De quo vide Baldum in. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. neque obstabit. l. secunda. C. quorum appellatio. non recipiun. in eo qui aduersus sententiã dicere intendit, confessum non esse, vel secus quàm confessus sit, iudicatum fuisse, vel erroneam esse confessionem: quemadmodum dictum est in lectione. §. non aliàs. post Angelum in. l. si is à quo. ff. de confes. Imò quilibet alius pro eo proponere potest, & prouocare, vt illic dictum est per. l. nõ tantum. ff. de appellatio. in qua volo te singulariter hæc verba notare, creat autem humanitatis ratio omnem prouocationẽ audiri debere. Similiter. l. addictos. C. de appel. &. l. addictos. C. de episcopali audientia. volunt addictos supplicio,
17 & pro criminum immanitate damnatos, † si interponendæ prouocationis tempora patiuntur copiam nõ denegari, nulla distinctione facta an condemnati seu morte addicti argumentis conuicti, & testibus superati, & voce propria confessi erant, an verò simpliciter confessi aut conuicti omnino vult ad prouocationis remedium admitti. l. secunda. §. finali. ff. de pœ. Et ratio posita est in dicta. l. addictos. C. de appellatio. dum ait, vt ibi diligentius examinetur, vbi contra hominis salutem per errorẽ vel gratiam cognitionis oppressa putatur iustitia. Et quod sequitur in eadem. l. Galliæ obseruantiam seu vsum vel consuetudinem confirmat, dum ait, ea conditione vt si proconsul vel præfectus augustalis vel vicarij fuerint cognitores, non tam ad clementiã nostram quàm ad amplissimas potestates sciant esse referendum. eorum enim de his plenum volumus esse iudicium. & cætera. Vel pone quod aduersus sententiam proponatur, testes in communi productos recipiendos non esse, vel ab eo iudicatum seu condemnatum extitisse, qui potestatem iudicandi non habebat, vt in. l. secunda. §. fina. ff. de pœn. vel testes corruptos fuisse, vel falsum testimonium dixisse, vel iudicem gratia aut errore iustitiã oppressisse. sicuti. l. addictos. C. de appellatio. commemorat, dum ait, aut per errorem aut gratiam cognitionis oppressa putatur esse iustitia, rationi nõ potest cõuenire vt de ea iudicet, per illam. l. &. l. addictos. C. de episco
18 pali audientia. † Præterea nemo est qui diffiteatur aduersus confessionem posse errorem proponi & allegari, & doceri eum, qui dicitur occisus, adhuc viuere, aut occisum non esse, sed naturaliter mortuum nulla vi interueniente, vt suprà dictum est, per. l. inde Neratius. §. finali. &. l. sequen. ff. ad legem Aquiliam. Quid enim si de occiso non constat, neque de furto, vel de re furtiua, quemadmodum sæpius contingere vidi: & non obstante confessione & testium depositione, quia de occiso nõ constabat, neque de furto, absolutos fuisse, tametsi ab inferioribus iudicibus vltimo fuissent supplicio addicti. Quare de ipso homicidio, seu quouis alio maleficio prius constare debet, vt in. §. nõ aliàs. dictum est, & in l. prima. §. item illud. suprà eodem. & in dicta. l. inde Neratius. §. finali. Et. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisc. ibi, verum oportet constare prius, & de crimine pronuntiare. quare illa. l. secunda. C. quorum appellatio. nõ recipiun. imperfecta, & ob id correcta & emẽdata est per Honorium & Arcadium authores illarũ legum, addictos. qui Constantio, cuius est illa. l. secunda. C. quorum appella. non recipiun. posteriores fuerunt. Verum est autem, communem omnium docto-
19 rum sententiam in hoc conuenire, † in quinque criminibus in illa. l. expressis, videlicet homicidij, veneficij, malefici, adulterij & publicæ seu manifestæ vis appellationi deferendum non esse, dummodo à iudice rei illorum criminũ argumentis conuicti sint, & testibus superati, & propria voce confessi. Tametsi pleriq; post Accursium in eadem. l. in verbo, propria. duo tantum requirant, scilicet conuictionem & confessionẽ, quòd rei conuicti & confessi sint. Et in hoc forte saluari possint vt conuictio indicia seu argumenta & testium depositiones comprehendat, quasi vnum sint. sed si rectè ille text. consideretur, oppositum sentit, dum ait, argumẽtis conuictus & testibus superatus. Ecce quomodo hæc duo veluti diuersa assumuntur & proponuntur, & copulatiuè requiruntur. Et hæc cõclusio confirmatur alia consideratione. quid enim si testes aduersus indicia vel argumenta deponant? certe in hoc indiciorum fides diminueretur. Et induco. l. ob carmen. §. finali. ff. de testi. dum ille text. ait, si testes omnes eiusdem honestatis & æstimationis sint, & negotij qualitas ac iudicis motus cum his concurrit. & in fine eiusdem. §. dicitur, confirmabit\q; iudex motum animi sui ex argumentis & testimonijs, & quæ rei aptiora & vero
20 proximiora compererit. † Ecce quomodo argumenta à testimonijs & testibus differũt. l. diuus. secunda. circa finem. ff. de custod. & exhibi. reo. ibi, non exquisitis argumẽtis. &. l. prima. §. idem Cornelio. &. l. vnius. §. in ea. ff. de quæstio. ibi, sed argumentis causam examinandam. & in. §. diuus Seuerus. eadẽ. l. dicitur, confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi nõ oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruit. tametsi in dubio testibus fide dignis potior esset ratio, quàm argumentorũ. c. cùm Ioan

c

nes.extra de fide instrumen.& sic ad hoc vt præ
cluderetur via appellationi, oporteret omnino
tria hæc simul concurrere, videlicet reum argu-
mentis esse cõuictum, testibus superatũ, & pro-
pria voce confessum, & secundùm Accursium
quòd in tormentis non sit extorta confessio, sic-
uti suprà dictum est per illam.l.secundam. in fi-
21 ne.C.quorum appellatio.non recipiun. † quo-
niam confessio non attenditur vbi in tormen-
tis aut præsentia tormentorum & eorum formi-
dine extorta est, per illum textũ.induci potest.l.
tertia.§.armis.ff.de vi & vi arma.ibi, sufficit em̃
terror armorum.l.prima.§.sed an vltro. in prin.
ff.de quæstio.quod declara vt per Bartol. in ea-
dem.l.prima.§.diuus Seuerus.ff.de quæstio. Et
in.l.item apud Labeonẽ.§.quæstiõis.ff. de iniu.
Imò etiam si extra tormenta confessio fiat, non
sufficit, per supradicta, præsertim dictam.l.j.§.di
uus Seuerus.&.§.sed an vltro.ff.de quæstio. di-
ctum est in.§.non aliàs.suprà.l.proxima.& in.l.
prima.§.item illud.suprà eo.tit. Neque inter cri
mina distinguo, tametsi in quatuor criminibus
aliquid speciali quadam ratione statutum inue-
niatur in.l.fallaciter.C.de abolitio.non sic tamẽ
vt sola confessio sit sufficiens, nisi cum ea plura
sint argumenta, quibus conuinci possit, vt dixi
in tractatu in speciali.xiij.per.l. si quis.C. ad le-
gem Iul.maiesta.ibi, si alijs manifestis accusatio-
nem suam non poterit comprobare, & sic cõuin
cere argumentis.l.secunda.ibi, argumentis con-
uictus, testibus superatus, voce etiã propria sce-
22 lusq́ cõfessus. † tametsi reus læsæ maiestatis ac-
cusatus cum eo qui accusauit torquendus erit si
vnà cum præsumptione ex accusatione resultan
te, argumẽtis tantum sit conuictus, licet alijs ma
nifestissimis probationibus non sit superatus,
propter illa argumenta, quibus conuictus erat,
& criminis suspectus effectus est, torquendus
erit: aliàs purgatio tantum illi erit iniungenda, si
nulla alia sit aduersus eum probatio vel suspicio
quàm ea quæ ab accusatione processit, dicta.l.
fallaciter.C.de abolitio.ibi, quàm reum ad pur-
ganda quæ negat debet vrgere. Quod faciliter
fieri potest si aduersus eum nullæ aliæ sint pro-
bationes vel argumenta quàm suspicio quæ ex
accusatione processit, vt dictum est.l. super ser-
uis.C.qui milit.pos. lib.xij.glos.in.l.si cui.§. ijs-
dem.in verbo, doceatq́.ff. de accusatio.& facit
tex.in.c.quoties.extra de purga.cano. quod de
crimine simoniæ loquitur.c.Mennam.ij.quæst.
iiij.Et intelligit Cinus in.d.l.fallaciter. per sacra
mentum.Idem Cin.in.l.vbi.C. ad legẽ Cornel.
de fal.& facit.l. præsenti.§. sic vbi.C. de his qui
ad eccles.cõfug.l.non omnes.§.à barbaris.ff. de
re milita.ibi, prope est vt eius affirmationi creda
tur.glos.in.d.l.si cui.§.ijsdem criminibus. in ver
bo, doceatq́.ff.de accusatio.& idẽ à beato Gre-
23 gorio obseruatum est in.d.c. Mennam. † nam
Menna episcopus à beato Gregorio post iura-
mentum ad sacratissimum corpus beatissimi Pe
tri factum accusationem in eum factam propter
Brunechildam nuper Clotarij Francorum regis
filij & Sigisberti Metẽsium regis vxorem ab eo
vt dicebatur, offensam, veluti purgatus ad regi-
nam dimissus est, vt per eam iterum ab imposito
sibi crimine purgaretur. Similis purgatio posita
est in.c.habet hoc.eadem causa & quæstione. de
quodã Leone episcopo, qui similiter de crimine
impetitus erat in Iustinianũ Imperatorem com-
misso.simili enim iuramẽto purgatus est.& in.c.
quãto.eadẽ causa & quæstione. Idem in.c. cùm
P. Manconella.extra de accusa.&.c.quæ de cau
sa.eadẽ.ij.quæstio.iiij.& per totã penè quæstio-
nem. Et hæc addi possunt scriptis per me in tra-
ctatu.in dicto.xiij.speciali. & in consessu comi-
tatus regis quidam nõ vulgaris doctrinæ vir re-
gis consiliarius & in altera curiarum inquisitio-
num parlamenti Parisiensis præsidens cõdoctor
& conciuis meus, cuius aliquando auditor exti-
teram, me præsente & audiente hoc xiij.speciale
bono animo amplexus est, & eo feliciter vsus
cùm rei, quæ tractabatur, cõueniret: & huic sen-
tentiæ maior iudicantium pars adhæsit, quibus
24 consentio: † alioqui seuerum nimis & ab omni
ratione alienum vt sine culpa & causa legitima
quæstionem seu tormenta quibus articuli dissol
ui solent, vt inquit text.in.§.si vero comprehen-
sorum.in authen.vt nulli iudi.lice.hab. loci con
serua.sustinere cõpelleretur, vt propter indigni
tatem maleuoli in accusatione lasciuientis pœnã
quis pati debeat: cùm plerique vt suam inuidiam
taceant, mentientes iniuria afficiũt, sicuti L. Ne-
ratius vir egregie improbus atque truci vecor-
dia pro suo delectamento os liberi hominis ma-
nus suæ palma verberare solebat, quẽ seruus se-
quebatur crumenã assiũ plenã portãs, & quẽcunque
depalmauerat, statim numerari viginti asses iube
bat, secũdùm legẽ duodecim tabula. cuius memi
nit Gel.lib.noctiũ Attic.xx.c.j. Accedit his.d.l.
j.§.cùm qs latrones.ff. de quæstio.& quod not.
in.c. inquisitiõis.&.c. qualiter & qñ.ij.extra de
accu.exẽplo sacerdotũ accusatorũ Susannæ, de
qua in Daniel.xiij.c.idq́ Catoni maiori sæpius
cõtigisse Plutarchus in Catone ait, vbicunque ini
micis accusatiõis argumẽtũ accusationẽq́ præ-
stabat in causa dicẽda magno cũ discrimine ve-
xabatur, fermè quinquagies diem illi dictũ fuis-
se, semperq́ absolutum fuisse. In text. vt cæ-
25 dis mãdator inueniatur. † In criminibus, in qui-
bus licet reum de conscijs interrogare propter
conscios seu mandatores aut criminis authores
processus homicidæ aut alterius malefici rei differ
ri nõ debet.d.l.prius.infrà eo. dum ait, prius de
se familia torquenda est. Et si confiteatur, tunc
interrogetur quo mandante. Idem in.l.non tan
tum.ff. de iure fisci.l. minoribus.C. de his qui-
bus vt indignis.ibi, licet is qui mandasse dicitur
prouocauerit.l.secunda.§.diuus.ff. de iure fisci.

& in

& in. l. prima. §. incidit. ff. ad senatusconsult. Turpil. similes accusatores à iureconsultis subornati & summissi appellantur. Et hac ratione Bart. in dicta. l. secunda. §. diuus. ff. de iure fisci. inducit illum tex. in argumentum pro rectoribus, vt possint in carcere delinquentes detinere, donec socios criminis manifestent. Et pro Barto. recte facit. l. diuus. secunda. §. primo. ff. de custod. & ex-
26 hibi. reo. ibi, vt † Irenarchæ cùm apprehēderint latrones, interrogent eos de socijs & receptatoribus. l. nihil. §. fina. ff. ad legem Iuliam de adulter. vbi adultero licet illum accusare qui domũ ad explendum adulterium præbuit, aut consiliũ dedit vt adulterium committeretur. & idem notant Barto. & Alex. in. l. repeti. versicu. is qui. ff. de quæstio. dum dicunt licere, imo debere iudicem in omni crimine, quod in alterius iniuriam committitur, de conscijs & mandatoribus inquirere. l. qui sententiam. C. de pœnis. ibi, aut certe omnium qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in vnum conspirantes concordantesq; rei finem conuictus sit. Præsertim in atrocioribus criminibus. l. edictum. ff. de quæstioni. Et differre etiam supplicium, si forte iam condemnati extiterunt. l. qui supplicio. ff. de pœnis. Et
27 † illis iudex vultum debet ostendere terribilem dum inquirēdo veritatem exquirit, vt territi veritatem agnoscant. §. talem. in authenti. de mandatis principum. collatione tertia. sed postquam veritatem iudex eruit, in iudicando cum aliquo benignitatis temperamento procedere debet. l. respiciendum. in principio. ff. de pœnis. aliàs seruare debet iudex modum qui per Iurecõsultum exprimitur in. l. obseruandum. ff. de officio præsidis. ibi, sed & in cognoscendo neque excandescere aduersus eos quos malos putat, neque precibus calamitosorum illachrymari oportet. Id enim nõ est constantis & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Et consideretur, quæso, quod in illo textu sequitur, Et summatim ita ius reddi debet, vt authoritatem dignitatis suo ingenio augeat. l. nequicquam. §. vbi decretum. ff. de officio proconsulis. Adde Baldum in dicta l. secunda. C. quorum appellatio. non recipiun. alia Archidiacon. addit in. c. quid tamen. xlv. distinctione. Lucas de Pēna in. l. si apparitor. viij. columna. C. de cohortalibus. libro duodecimo. Baldus in. c. iniuria. quinta columna. de pace iuramen. firmand. collatione. x. Sed aduertatur in
28 hoc tex. forte melius probari quàm alibi, † non esse reo accusato & conuicto de socijs seu mandatore interrogato credendum, nisi cum quæstione. hoc probat iste text. primo dum in capite legis ait, Et si certus sit percussor, & cætera. ex quibus verbis elicio, iudicem iuris ministerio, id est aut argumentis aut testibus & cõfessione certum esse de percussore, vt in dicta. l. qui sententiam. C. de pœn. dicitur ibi, vt vix etiam ipse ea quæ commisit negare sufficiat. l. prima. §. ad tormenta. & l. vnius. §. primo. ibi, euidētioribus argumentis. ff. de quæstioni. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re militari. ibi, sed licet hoc liquidò constare non possit, argumentis tamen cognoscendum est. & l. secũda. C. quorum appellatio. non recipiun. & alijs suprà commemoratis legibus. vel quod forte in fragranti crimine deprehensus cõuictus est, vt iudici certus sit. l. & si excepta. C. de maleficis & mathemati. ibi, aut certè aliquid horum simile exercens in comitatu meo vel Cæsaris fuerit deprehēsus. & in versiculo, si verò conuictus fuerit, & proprium facinus detegentibus repugnauerit pernegando, & cætera. Licet Bartolus & Angelus in. l. prima. C. de petitioni. bonorum sublatis. libro decimo. dicant per illum textum in his verbis, quisquis in crimine maiestatis deprehensus fuerit & punitus. vt il le textus intelligat deprehensum qui conuictus est. Certe illa lex ex ea interpretatione vim in eo verbo, deprehensus. patitur, vt pro cõuicto deprehensus assumatur: sed verbum, punitus. illud est quod cõuictionem præsupponit, postquam
29 in crimine fragrãti deprehēsus est. † Nam aliud est aliquem deprehendi, & aliud de crimine conuinci. l. qui cum vno. §. edictum Germani Cæsaris. & l. non omnes. §. primo. versicu. sed si fuerit vltro reuersus. & §. desertor. & §. qui captus. iuncto. §. à barbaris. ff. de re milita. ibi, sed licet hoc liquidò constare non possit, argumentis tamen cognoscendum est. & si bonus antè miles æstimatus fuerit, prope est vt affirmationi eius credatur. Si emansor aut segnis, & cætera. Et sic differunt inter se deprehendere & conuincere. & Ange. in dicta. l. nulla. addebat. l. tertiam. versiculo, sed vtrum. & l. si quis in seruitute. in principio. ff. de furtis. & l. si quis Barsatorem latronem. C. de fideiuss. cuius materiam in eo qui inuenit latronem, & apptehendit, Moder. omnes examinant. in. l. prima. in principio. ff. de acquirenda possessio. l. si fugitiui. in verbo, deprehendantur. C. de seruis fugiti. ex qua & dicto glossæ clare perpenditur † aliud esse in fragranti crimine deprehendere, & conuincere. cum glossa
30 al leg. l. si quis aliquid. in principio. ff. de pœnis. dum eos à pœna mortis excusat, qui antequam ad hostes peruenirēt deprehēsi sunt: & sic priusquàm consummatum esset delictum, vt suprà dixi per dictam. l. qui cum vno. §. edictum. ff. de re militari. quia non omnis deprehensus, de crimine conuictus dici potest, vt pœnam mereatur, per supradicta. et recte probat. l. vnica. §. primo. C. de raptu virginum. dum ait, vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc fragranti crimine cõprehensi à parentibus virginum, & cætera. & sequitur, conuicti interficiantur. Et licet Accursius in verbo, conuicti. dicat hoc ipso quod in fragranti crimine inueniuntur, conuictos esse, aperte cõtradicit: quia quod à parētibus vel tutoribus virginum vel viduarum in ipso crimine

raptores cõprehensi sunt, conuicti dici non possunt, sed cõprehensos conuincere debent. Alioqui eis non crederetur. vt in. l. diuus. secunda. ff. de custod. reorum. dum de Irenarchis loquitur,
31 † qui latrones apprehenderunt, quos conuincere debent, & ex integro cognosci debet. Et sic aliud est conuincere & aliud deprehendere. l. raptores. in principio. C. de episcopis & cleric. Et clarius in. l. finali. C. de maleficis & mathema. in principio. ibi, deprehenderit, occupauerit: illico ad publicum pertrahat, & iudicum oculis communis hostem salutis ostẽdat. Et quæso legatur quod in ea recte imperator considerauit in principio. ibi, cõueniantur à ciuili officio, vt tradant prouinciali iudicio eos, qui requiruntur, prout iuris est, sub examine iudicis arguendos, & pœnas post documenta congrua subituros. &. §. domini etiam prædiorum. ibi, eadem penè litera. C. de his qui latron. occultaue. l. si quis in ea culpa vel crimine deprehẽsus. C. de custodia reorum. inquit ille text. si quis in ea culpa vel crimine fuerit deprehensus, quod dignus claustris carceris & custodiæ squallore videaẽ auditus apud acta, cùm de admisso constiterit pœnam carceris sustineat, atque ita postmodum eductus apud acta audiatur. quæ lex praxim tradit, quam iudices sedulo seruare debent. Quare alia est ratio conuictionis & alia apprehensionis. Alioqui non posset iudex dici certus, nisi per acta causæ constet. l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præsi. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisc. dictum est in. l. præcedenti. §. non aliàs. in lectione pariter in repetitio. & in. l. prima. §. item illud. suprà eodem titulo. & idem declarat glossa in. l. eadem. in verbo, aspectu. ff. de edend. & in. l. si irruptione. §. finali. ff. finium regundo.
32 † constare enim debet iudici: nec sufficit vt priuato constet. Hinc suborta est illa triuialis disputatio, an iudex secundùm consciẽtiam, an verò secundùm allegata & probata iudicare debeat. de ea illic per Bartolum & Moder. non curo aliter eam intrare. Et hãc conclusionem confirmant verba huius legis sequentia, tamen est quæstio vt cædis mandator inueniatur. non enim aduersus se quæstionem sustinebit, quoniam, vt suprà dixi, aduersus conuictum quæstione vti nõ debet iudex. & suprà reprehẽdimus praxim iudicum Italiæ post Cinum & Baldum in dicta. l. secunda. C. quorum appellatio. non recip. qui post conuictos reos student quæstionẽ & tormenta reis inferre, vt ab eis confessionem extorqueant: sed cùm iam conuicti & confessi sunt, vt nulla alia probatione opus sit: & hoc modo certus esse dicitur, quemadmodũ Accursius ait in dicta. l. eadem. in verbo, aspectu. ibi, sed secundùm Ioan. potest sibi vt iudici cognito, id est, secũdùm quod probatum sibi est per testes & instrumenta & præsumptiones, vt in illa. l. dicit esse probatum, et in. d. l. si irruptio-
33 ne. §. fina. ff. finium regundorum. † Et si sola rei conuicti depositio seu testimonium deberet sine quæstione sufficere, frustra Iureconsultus hic dixisset habendam esse de eo quæstionem, vt cædis mandator inueniretur. Et ratio huius esse potest, quoniam satis sua confessione aut conuictione cõdemnatus existimatur, licet adhuc sententia secuta nõ sit, vel nihil de pœna iudex diffinierit. l. prima. §. primo. ff. ad Turpilianũ. ibi, nam vt Papinianus respõdit, facti quidem quæstio in arbitrio iudicãtis, pœnæ verò persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis authoritati reseruatur. &. l. ordine. in princip. ff. ad municipalem. &. l. palàm. §. finali. ff. de ritu nuptiarum. Nota Baldum in. l. finali. ff. de rerum diui-
34 sione. † sed infames vbi in alios interrogari debent, non sine quæstione interrogãdi sunt. l. ob carmen. ibi, Ob carmen famosum damnatus, intestabilis fit: & infrà ibi, Si ea rei cõditio sit, vbi arenarium testem vel similem personam admittere cogimur: sine tormẽtis testimonio eius credendum non est. ff. de testibus. similiter induci potest dicta. l. qui supplicio. ff. de pœnis. Dum vult deportatos seu ad bestias condemnatos nõ antea pœnæ tradendos, quàm vt ex eis in alios quæstio habeatur. & sic dãnati de socijs non interrogantur sine quæstione. Et ita Azo sentit in summa. C. de quæstionib. Bartolus verò in. l. ex libero. ff. de quæstioni. In deportato non admittit vt cum quæstione interrogari debeat, per. l. diuus. §. finali. ff. de quæstioni. sed illa. l. euitari potest, vt in ciuilibus & pecuniarijs causis intelligi debeat. Nam in eis torqueri non debent, si pro criminis veritate eruẽda interrogari debẽt. similiter neque viles testes & ignoti, nisi cum festinant veritatem corrumpere vel interuertere: vt in. §. si verò ignoti. in verbo, festinantes. in authentica de testibus. collatione sexta. Tamen in criminibus puto veram esse Azonis sententiam. In primis hic textus clare probat etiã de eo qui damnatus non erat, sed tamen confessus aut conuictus, vt negare non posset, vt inquit illa. l. qui sententiam. in fine. C. de pœnis. tantundem dicit
35 l. prius. infrà eodem. † quæ vult prius percussorem etiam per quæstionẽ conuinci, mox de mandatore in eadem quæstione interrogari & torqueri. Secundò in damnato ad bestias probat text. in dicta. l. qui vltimo. ff. de pœnis. Tertiò, vbi seruus aduersus dominum interrogatur, in his casibus in quibus contra dominum interrogari potest, non sine quæstione examinandus est. l. prima. &. l. finali. C. de quæstionibus. l. consensu. §. seruis. &. §. super plagis. C. de repudijs. l. si quis viduam. in fin. &. l. edictum. &. l. vnius. §. iudex. ff. de quæstionib. Verum est autem non esse seruos in dominum torquendos si rei veritas aliter quàm per seruorum quæstionẽ haberi potest. d. §. seruis. &. §. seq. d. l. edictum. in prin. l. diuus. in princi. &. l. vnius. §. iudex. ff. de quæ-
36 stioni. &. l. finali. C. eo. † Idem in impubere qui interroga

interrogari non debet, præterquam in exceptis
criminibus, vt in.l.j.§.impuberes.suprà eodē. &
l. excipiuntur. infrà eodem. Et vbi interrogan-
dus erit, nō sine quæstiōe examinari debet.l. de
minore.ff.de quæstio. Et ratio est in.l.ex libero.
§.de minore.ff.de quæstioni. quia illa ætas cùm
sciat se de iure tueri aduersus quæstionem ratio-
ne ætatis facilius ansam mentiendi accipit. Imò
illa ætas plena est mendacijs.c. primo. extra de
delic.puero. Hac ratione sine quæstione interro
gandi non sunt.forma autem quæstionis posita
est in dicta.l.prima.§.impuberes.suprà eo. quia
habena vel ferula aut virgis cædi debent, vt pau
lò ante diximus, & in illo.§. scripsimus. Adde-
bat Alex.in Apostil.Barto.in dicta.l.ex libero.
ff. de quæstio. dictum Innocē.in.c.ex literis. ex-
tra de transactio.in aduocato, qui pro suo clien-
37 te interrogari non debet sine quæstione. † sed
non ita sinpliciter Inno.hoc dicit, vt passim tor-
queri debeat, sed cùm aduocatus in conficiendo
instrumento testis adhibitus est, quod falsum ar
guitur, & de falso suspectum inuenitur, interro-
gari poterit, sed cū quæstione. Sed id forte obti-
nere posset si de falsitate ipsa suspectus esset. In
quo dictum Innocentij saluari posset, non quia
aduocatus, sed quia de falso suspectus, si ita à iu-
dice cōperiat̃, vt in.l.de minore.§.tormēta.ver-
sus finem.§.ff. de quæstio. Nam istud debet esse
nouissimum iudicibus refugium exquirēdæ seu
inuestigandæ veritatis, dicta.l.edictū.ff.de quæ-
stio.ibi, quæstiones neq; semper in omni causa
& persona desiderari debere arbitror, sed cùm
capitalia & atrociora maleficia non aliter explo
rari & inuestigari possint quàm p seruorū quæ-
stiones, efficacissimas eas esse ad inquirendā ve-
ritatem existimo, & habēdas esse censeo.l. quo-
ties.C. de quæstio. Et ratio optima est, quia sæ-
pe contingit per eas membra dissolui, & tortos
in quæstione deficere.l. aut damnum.§. hostes.
ff. de pœn. & dicto.§.si verò comprehensorū.in
authen.vt nulli iudi.lice.habe.loc.confer.colla.
ix.iuncta glos.in his verbis, articuli dissoluūtur.
& in hoc vide Cinum in.d.l.fina.C. de quæstio.
Ioan.And. in.c.cùm in cōtemplatione.extra de
regulis iuris.& text.in.l.& si excepta.C. de ma-
leficis & mathematicis.& Bal.in.l.milites.C.de
quæstio. Angel. in tracta.maleficiorū.In tex.vt
cædis mandator inueniatur. Accursius hic dixit
38 in glos.prima. † mandatorem nō esse ipsum de-
linquētem. tantundē dixit in verbo, ipse. Et hic
tex.clare ostendit inter percussorem & sic homi
cidam, & mandatorē differentiam esse. Similiter
in.l.prius.infrà eo. Vbiq; enim Iurecōsultus ait
quæstionem ab homicida exquirēdam esse, nec
ante de mandatore inquirendum esse, quàm ho-
micida seu percussor certus sit, & crimen confes
sus: mox de mandatore & conscijs seu participi-
bus criminis per quæstionem interrogādus est.
Idem in.l.diuus.secunda.ff.de custodi. reorum.
Et hac ratione post Accursium dicunt Bald. &
Angel. mandatorem non debere dici principa-
lem delinquentē, quoniā principalis delinquēs
primum aduersus se interrogatur, & quæstio de
eo sumitur : mox de mandatore interrogandus,
est, si principalis crimen cōfiteatur. sed hāc prin-
cipalitatem intelligūt verā esse principalitate fa-
cti, sed principalitate pœnæ coæquales esse, qa
pariter puniātur principalis & mandator, per.l.
si quis id quod.§.fina.&.l.seq.ff. de iurisdictio.
omnium iudicū.l.non solum.§.si mandato.ff.de
iniur.& ideo, inquit Bald.extincta vnius pœna,
alterius pœna remanet.& licet Bal.& Ange.nō
ponderauerint hunc text.tamen in eo clare pro-
batur in his verbis, quanuis & cæteri puniantur.
39 Pœna igitur principalis homicidæ seu percusso
ris cæterorum pœnā non extinguit. Cui ego ad-
do tex.in.l.prima.§.deiecisse.ff.de vi & vi arma.
ibi, cum vtrolibet eorū, id est, siue cum domino,
siue cum procuratore agi posse Sabinus ait. &
in versic. sequē. non enim excusatus est, qui ius-
su alterius deiecit, non magis quàm qui iussu ali
cuius occidit. Et ratio posita est in capite.§. dum
ait, parui enim referre visum est suis manibus qs
deijciat, an verò per alium.l.j.ff.de eo per quem
factum est. Inquit ille tex. fecisse autem dolo ma
lo non tantū is putatur qui suis manibus vel per
suos retinuerit, verum qui alios quoque rogaue
rit vt eum detinerent vel abducerent ne iudicio
sistat siue sciētes siue ignorātes quid esset, quod
committeretur.l.si per alium.in princ.ff.ne quis
eum qui in ius voc.vi eximat. Et ratio posita est
in.l.finali.eod.titu. quia is qui pœnam maleficij
soluit, pœnā suam soluere dicitur: ob id alterius
pœnā non tollit. Accursius illic plures ad id con
cordantes leges refert, quas nō transcribo. Et in
dicta.l.si quis id quod.&.l.seq. hic per Bald. &
Ange.alleg.vbi Moder. Papiensis post Alexā.
multa cumulauit post Bart.in dicta.l.nō solum.
§.si mandato.ff.manda. Licet in.l.Aquilia distin
guatur an quis homicidium aut vulnus proprijs
manibus cōmiserit, an verò causam vulneris seu
homicidij præbuerit, in.l.itē si obstetrix. in prin
40 cip.ibi, Labeo distinguit † vt si quidem suis ma-
nibus supposuit, videatur occidisse, & ob id le-
ge Aquilia de occiso teneatur. Si verò dedit vt
mulier sibi offerret, in factum actionem tantum
dandam esse ait.l.item Mela.in princi.& per to-
tam penè.l.& in.l.qua actione.§.proinde.&.§.fi
nali.&.l.quemadmodū.§.magistratus.ff.ad mu
nicipal. vbique non legis Aquiliæ actio directa
neque vtilis sed in factum subsidiaria tantum da
tur, vt in.l.penultima & finali.C. de lege Aqui-
lia. quæ minor est actione directa vel vtili legis
Aquiliæ, quia subsidiaria tantum est in locū de-
ficiētis directæ & vtilis actionis Aquiliæ, vt in-
quit glossa in dicta.l.finali.C. de lege Aquil. &
recte in prædictis legibus comprobatur : quan-
quam glossa in dicta.l.quemadmodum.§.magi-

stratus. in verbo, In factum. dicat vtilem Aquiliæ actionem cum actione in factum concedi. Illæ tamen leges superius allegatæ contradicunt, præsertim. l. item si obstetrix. quoniã ex quadam legis extensione tantum conceditur. verba enim legis illum qui mortis causam tantum præbuit non comprehendunt, vt ille text. ait. & in. l. qua actione. §. Celsus. ff. ad legem Aquiliam. Celsus
41 autem multum interesse dicit † an occiderit, an mortis causam præstiterit: vt qui mortis causam præstiterit, non Aquilia, sed in factum actione teneatur. Et hac ratiõe dicebat Floria. in. l. item si obstetrix. per illum textum probari in causa statuti punientis homicidam aliqua pœna, non comprehendi sub statuto mandatorẽ: quia propriè homicida non dicitur qui proprijs manibus non occidit, licet legis interpretatione pro homicida habeatur, vt in capi. sicut dignum. & capitu. tuam. extra de homicid. l. prima. §. diuus. ff. ad legem Corneliam de sicarijs. c. periculose. de pœniten. distinctione prima. pro qua ponde ro. l. ita vulneratus. in princip. ff. ad legem Aquiliam. ibi, qui adhibita vi & quasi manu causam mortis præbuisset. & ramen verba edicti de his loquuntur qui proprijs manibus occiderunt, licet ex quadam iuris ratione & æquitate extensa sint legis verba extra suum proprium significatum, vt in dicta. l. prima. §. deiecisse. ff. de vi & vi armata. ibi, non enim excusatus est qui iussu alterius deiecit, non magis quàm qui iussu alicuius
42 occidit. † Et hunc articulũ an mandator & mandatarius paritate supplicij puniri debeant, vt suprà dixi, Florianus in dicta. l. qua actione. §. Celsus. & in. l. item si obstetrix. ff. ad legem Aquiliam. aperuit & prius eo Bartolus in dicta. l. non solum. in principio. &. §. si mandato. & in. l. sed & si vnius. §. seruus. ff. de iniurijs. Cinus & Baldus in. l. non ideo minus. C. de accusationi. Ioannes de Imola in clementina prima. columna secunda de pœnis. Baldus & Modern. Papienses in. l. prima. C. de seruis fugiti. Bartol. & Moder. omnes, præsertim Papiensis qui plura mutuatus est à Felin. in. c. mulieres. extra de senten. excommunicationis. & in dicto. c. sicut dignum. extra de homicidijs. & Franciscus Areti. in. l. Gallus. §. quod si is. columna penultima & finali. ff. de liberis & posthumis. Idem in. l. hæres. ff. de acquirenda hæredita. Petrus de Anchar. in. c. quis. de sententia excommunica. in sexto. Angel. Areti. in tracta. maleficiorum. in verbo, Andream auxiliatorem. & in verbo, Sempronium mandatorem. & illic Augusti. de Arimino in additio. ad Ange. Areti. Et si vis remissionibus satiari, lege Alexand. de Imola in. l. prima. columna secũda. in principio. ff. de verborum obligationi. Neq; in hac quæstione & similibus, quæ brocardicæ ab omnibus dicuntur, mirum esse potest si variæ inuenræ sunt doctorum sententiæ. nam & Iureconsulti plerunque in pœnis non tam ex verbis legum aut senatuscõsultorum aut edictorũ prætorum seu decretorum iudicium proferunt, verum ex legis sententia. Et soleo ad id allegare dictam. l. si quis id quod. in verbo, sententiam. & Accursium in glossa illius vocabuli. ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. miles. §. quidam. ff. ad legem Iuliam de adulter. l. hos accusare. §. finali. ff. de accusat. l. diuus. prima. §. & quatenus. ff. ad legem Cornel. de fals. l. secunda. §. si mater. versic. quod si cùm prægnans. ibi, dico in sententiam incidere. &. §. idoneos. in fine. ibi, puto, licet verba deficiant, sententiam constitutionis locum habere. ff. ad Senatusconsultũ Tertul. l. sed sciendum. ff. ad legem Pompe. de parrici. l. vnicam. ff. quibus non compet. bonorum possess. l. quanuis. ff. de in ius vocando. ibi, licet verba edicti non patiantur. Et quod Feli. notat in dicto. c. mulieres. extra de sententia excommunica. cuius verba pro maiore parte transplantat Moder. Papiens. in dicta. l. si quis id quod. ff. de iurisdictio.
43 omnium iudicum. † Quãtum autem est ad hoc senatusconsultum mandator paritate pœnæ seu supplicij plectendus est cum homicida seu percussore. satis est em̃ quod manibus suis vel quasi, videlicet per alium, homicidium fieri mandauerit, vt hic, & in dicta. l. prima. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. l. prima. ff. de eo per quem factum est. & nouissime pondero textum in dicta. l. ita vulneratus. in principio. ff. ad legem Aquiliam. vbi licet edicti verba de eo loquantur qui proprijs manibus occidit, vel vim intulit, tamen illa l. ita vulneratus. idẽ determinauit, vbi quasi manu causam mortis præbuit. c. mulieres. extra de senten. excommunicatio. nisi specifice & nominatim desideraret aliquid ab ipsa persona proprijs manibus fieri: neque aliter interpretationẽ admitteret, vt in. c. secundo. in principio. ibi, nisi proprijs manibus. de hæreti. in. vj. & in. l. iubemus. §. hoc etiã. ibi, manu sua ab erogatoris dextera suscepisse. C. de eroga. milita. anno. libro duodecimo. veluti personæ industria ad id necessaria esset, vt in. c. fina. §. primo. extra de offic. delega. l. vnica. §. ne autem. C. de caduc. tollend. & inter artifices lata sit differentia. l. inter artifices. ff. de solutio. de quo in. l. si ita fuerit. per totam penè legẽ. ff. de manumis. testa. Sed de hac interpretatione lege Felinum, qui plenius examinat in dicto. c. finali. §. is autem. extra de officio delega. Cui adde. l. is qui suis nummis. ff. de manumiss. & dictam. l. item si obstetrix. in principio. ff. ad legem Aquiliam. & dictam. l. primã. ff. de eo per quem factum est. in capitulo, ex parte. extra de decimis. c. non liceat. lxxxvj. distinctione. l. probatorias. ibi, manu propria subscriptis. C. de diuersis officijs. libro duodecimo. l. prima. ibi, atq; si sua manu. &. l. ij. ibi, sua manu ascripsit. l. quæ in testamento. ibi, sua manu lega ta sibi ascripserit, pro nõ scriptis habentur: & legis Corneliæ pœna, si venia impetrata nõ est. C.

de his

de his qui sibi ascrib. in testa. l. fideiussor. ij. §. j. ff.
de pignor. ibi, Modestinus respondit, cum sua
manu pignoris domum futuram Seius scripserit
l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de bonorum
possess. contra tabul. His cumulari possent quæ
Modern. Papiensis Ias. scribit in authent. si quis
in aliquo. colum. ij. C. de eden. & in. l. emptor. §.
Lucius. ff. de pactis. vbi plura transcribit eorum
quæ in dicta authent. scripsit. Addo illi Felin. in
c. cùm inter. colum. iij. extra de re iudi. & c. quo-
ties cordis oculus. j. quæstio. vij. ibi, per hæc san-
cta quatuor euangelia quæ in manibus meis te-
neo. & in. l. filius. & l. senatus. ff. ad legem Cor-
44 nel. de sicar. † ex quibus elicere potes quanta &
quàm varia leges inducere videntur an aliquid
propria manu, vel quasi manu aliquid fit, vel
quando necessitatem præcisam introducant, vbi
aliquid fit sua manu, aut non sua manu.

In his ego puto non tantùm verba legis spe-
ctanda esse, verumetiam sententiam, vt illæ leges
primo loco allegatæ volunt, scilicet. l. si quis id
quod. ff. de iurisdic. omnium iudic. præsertim in
grauioribus criminibus, et his quæ mali sunt exē-
pli, vt inquit. l. si quis aliquid. §. qui abortionis.
ff. de pœn. l. diuus. ff. de re iudica. l. in furti actio-
ne. §. fina. ff. de furtis. l. in eadem. ff. ad legem Iu-
liam de vi publica. & in. l. iij. §. j. ff. ad legem Cor
neliam de sicarijs. ibi, sed malo exemplo medica
mentum ad conceptionem dedit. & maxime in
quibus lex attentationem tantùm desiderat, vt
in. l. Cornelia. l. j. §. diuus. ff. ad legem Cornel. de
sicarijs. l. is qui cum telo. C. ad legem Corneliam
de sicarijs. l. j. & l. vtrum. in verbo, extranei. &
l. si sciente. ff. ad legem Pompe. de Parrici. §. alia.
in verbo, licet extraneus sit. Institu. de publ. iud.
l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleri.
l. vnica. C. de raptu virgi. l. quisquis. C. ad legem
Iuliam maiesta. & alijs criminibus, in quibus co-
natus punitur, vt inquit glos. in. l. qui ea mente.
ff. de furt. l. si quis seruo. vbi per Bald. & Franc.
45 Areti. C. de furt. † In quibus omnibus non con-
sideratur euentus rei, sed animus delinquentis tā
tum. l. quis sit fugitiuus. in princ. ff. de ædili. edi-
cto. l. j. & quod illic per Barto. notatur. ff. de ex-
traordina. crim. licet omnes non sint in facto pa-
res, tamen paritate supplicij plectēdi sunt, vt hic
mandator, licet proprijs manibus non occiderit,
satis fecisse videtur qui per alium facit. l. is dam-
num dat. ff. de regu. iuris. & idem tenet Felin. in
dicto. c. mulieres. per illum text. extra de senten.
excom. & in. c. sicut dignum. per illum tex. extra
de homicid. & ita Iureconsultus diffinit in dicta
l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. Primò
dum dixit, sed lege Aquilia is demum teneri vi-
sus est, q adhibita vi & quasi manu causam mor-
tis præbuisset. tracta videlicet interpretatiōe vo-
cis à cædendo, & à cæde. et tamen in dicta. l. item
si obstetrix. differētiam fecerat an quis proprijs
manibus medicamentum supposuisset, an alteri

supponēdum dederit. & in. l. qua actione. §. Cel-
sus. eod. titu. differentiam fecerat an quis occide-
rit, vel mortis causam præbuerit. sed in dicta. l.
ita vulneratus. extendit ad eum qui quasi manu
mortis causam præbuit. & hac ratione Floria. in
dicta. l. item si obstetrix. intelligit illam. l. in eo
qui non malo animo administrauit, sed in culpa
fuit dandum, vt licet is qui in culpa non est, non
teneatur actione directa legis Aquiliæ, actione
tamen in factum ex lege Aquilia proueniente te
nebitur: quæ eūdem effectum producet, qualem
actio vtilis legis Aquiliæ, vt inquit glos. in dicta
l. quemadmodum. §. magistratus. ff. ad legem
Aquiliam.

Secundò, in dicta. l. ita vulneratus. ponderari
debet ratio. §. quod si quis absurde. dū ait, quod
si quis absurde à nobis hoc constitui putauerit,
cogitet longe absurdius constitui neutrum lege
46 Aquilia teneri, aut alterum potius: † cum neque
impunita maleficia esse oporteat. Et in versicu.
multa. addit rationem rationis præcedentis. mul
ta, inquit, in iure ciuili contra strictam rationem
disputandi pro vtilitate communi recepta esse,
innumerabilibus rebus probari potest. Et dat
exemplum, cuius suprà meminimus, sed ad id nō
inductum in ratione decidēdi legis in. §. cùm plu
res trabem alienā furandi causa sustulerunt, quā
singuli ferre non possent, furti omnes teneri exi-
stimantur. Et attendatur quæso ratio illius deci-
sionis, quam ad casum nostrum referre curaui-
mus, dum ait, quanuis subtili ratione dici possit,
neminem eorum teneri, quia neminem verum sit
eam sustulisse: tamen lex, quæ non permittit inul
ta delicta hanc subtilem iuris disputationem su-
stulit, & omnes furti pœna plecti voluit, per illū
text. & l. vulgaris. §. fina. ff. de furtis. l. sacrilegij
pœnam. §. fin. ff. ad legem Iuliam pecul. & dicta
l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. Et hic re-
peti posset quod scripsimus in. l. tertia. §. vtrum.
suprà eodē. dum ille text. vult attendendum esse
47 quod in communevtile est, † nihil autem in Re-
publica vtilius esse potest quàm calumniantium
seu delinquentiū iniquitates expellere malitijsq;
hominum occurrere. in proœmio Institu. in prin
ci. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. & vecti-
ga. l. j. ff. de iusti. & iure. §. fina. in authen. in med.
litis non fieri sacras iussio. collat. viij. l. in fundo.
ff. de rei vendic. §. j. in authen. vt hi qui perhib. ha
bere obliga. res mino. colla. vj. nisi mali cohibeā
tur, nihil erit ad malum quod nō inueniant. Vbi
vero grauia non essent delicta, tunc verba legis
spectanda erunt, vt in. l. iij. §. hæc verba. ff. quod
quisq; iur. vt patiātur extensionē quādoq; ex ra-
tionis idētitate. §. j. versi. hoc quidem in plurimis
legū casibus inuenimus. in authē. vt hi qui perhi.
habe. oblig. res mino. colla. vj. & idem glo. dixit
in verbo, curationem. in princi. illius titu. l. si ita.
§. qui filio. vbi glos. in verbo, hæreditatem. ff. de
48 bono. poss. secundum tabu. † vbi fit extensio de

hærede ad bonorum possessorem. l. libertum. §. senatus. ff. de ritu nuptiar. Plura alia triuialia cumulari possent quæ omitto. Et quandoque secundum quod ex bono & æquo iudici videbitur. l. sed & si vnius. §. prætor ait. ff. de iniurijs. iuxta mores ciuitatis in qua crimen admissum erit. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. et l. ij. ff. de bon. eor. qui ante senten. mor. sibi consciue. & l. prætor edixit. §. quid ergo. iuncta ratione illius. §. versicu. neque enim. ff. de iniurijs. in qua considerandam etiam arbitror glos. opinionem in verbo, hoc crimen. quæ voluit in illo text. non tantùm Labeonis rationem, sed & Labeonis dictum ab Vlpiano improbatum esse. & puto eam verum dicere, & aliquando leuiorem, dicta. l. sed & si vnius. §. prætor ait. ff. de iniurijs. Et potissima ratio in iure est, quæ in leuiorẽ partem interpretatur in dubijs. l. commodissime. ff. de libe. & posthu. l. interpretatione. ff. de pœnis. regula, odia. de regul. iur. in. vj. Bart. ampliorem distinctionẽ facit in dicta. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. quæ cuicunque patet: ob id circa eam longiore tractatu non me inuoluam, cùm in ea doctorum decisiones satis frequentes sint in locis prædictis. Sed illis existimaui addere quæstionem Barto. per eum disputatam, & incipientem, statuto ciuitatis cauetur quòd quicunque interfecerit hominem in ciuitate vel in territorio capite puniatur. & præcedit antepenultimam suarum quæstionum.

In textu in verbo, accuset. hic aduerte verbũ,
49 accuset. impropriè assumi. † nam licet seruus aut percussor seu homicida domini, dum in dominũ aut alios conscios seu participes mortis domini torquetur, ipsum dominum vel conscios nominando accusare videatur, ista tamen accusatio propriè accusatio dici non debet. Ita glos. notare videtur in. l. in cognitione. in verbo, accusare. infrà eod. dum verbum, accusare. per obliquum intelligit. sed ad id induco. l. nulla. C. de delator. libro. x. dum ille text. non vult pœnam delatoris sustinere eum, qui cùm accusaretur, in alium crimen retorsit. l. qui cùm maior. §. si libertus. ff. de bon. liber. vbi glos. plures alias illi leges concordantes refert. Cui adde. l. fiscus. ij. & l. bona. & l. ij. in princ. ff. de iure fisci. glos. in. l. iudicasse. ff. de verbor. significa. plura alia dicta sunt in. l. iij. §. vtrum. suprà eodem titulo.

Hic Bald. hunc textum induxit post Iacob. de
50 Aret. † cùm reus principalis de crimine accusatur, cæteri criminis conscij & participes censentur accusati. Sic intellige, quoniam principalis non tantùm de seipso examinandus est, sed & de mandatore et alijs conscijs quod fieri non deberet, nisi accusatio capax esset cum reo mandatorem comprehendere, quoniam interrogari non posset. l. fina. C. de accusatio. sed quod in hoc senatusconsulto & cæteris enormibus criminibus licet reos de conscijs interrogare, hoc ideo est, quia statim reo principali accusato cæteri suspecti criminis effecti sunt. hoc velle videtur. l. prima. in princi. iuncta glos. interpretatione in verbo, procurari. quæ vera mihi videtur. C. de custodia reorum. ibi, aut sociorum præsentia necessaria videatur. Id quidem debet quàm celerrimè procurari. Et Accursius inquit, vt accusator & socij accusati sint præsentes, vt statim interrogari possint, dicta. l. diuus. ij. in princ. ff. de custod. reorũ. ibi, vt Irenarchæ cùm apprehenderint latrones, interrogent eos de socijs & receptatoribus: quibus creditur, vt inquit hic Bald. quo ad inquirendum, non autem quantum ad condemnandum. l. qui vltimo. ff. de pœn. Et hoc dictum Bald. ego puto esse singulare: quoniam plerosque audiui tam enixe in hac opinione perseuerare, vt etiam ad condemnationem et conuictionem eorum sufficiat: quia cùm statim vltimum sunt subituri supplicium, æstimandum est eos nolle deierare, neque quicquã velle asserere quod verũ non est. Sed illis obstat. l. iij. §. si quis moriẽs. & quod illic diximus suprà eo. Et idem velle videtur. l. j.
51 §. cùm quis latrones. ff. de quæstio. ibi, quia † nõ facile eis indicantibus proditores suos creditur: sed neque passim impunitas eis per huiusmodi proditores concedenda. & in versic. sequ. quem sedulò leges. & in. l. sicuti. C. de quæstioni. dum ait, sicuti conuictis confessisque ad societatem scelerum vocantibus eos à quibus apprehensi custoditi've sunt, facile credi non oportet, &c. l. si quis forte. ff. de pœnis. quæ plura demonstrat propter quæ reis sic conuictis fides non sit habẽda, neque quantum ad excusationem, neque quantum ad accusationem: licet quantum ad interesse priuatum prodesse possit morientis excusatio. l. diuus. suprà eodem. Illic diximus: hic non repeto.

Si vnus ex dominis non compareat, quærendum est de casu eius per seruos quos communes habuerunt. Magis enim de salute aut vltione domini non comparentis, quàm in caput præsentis torquebuntur. Si appetitus sit, nec occisus dominus: nihil Senatusconsulto cauetur, ipse enim in familiam suam potest animaduertere:

PAVLVS.

Et in libertos extraordinarium auxilium habebit.

Summarium

Summarium in præscript. §. & Legis sequentem lectionem.

1 Seruus communis pro altero dominorum non comparente in caput alterius dñi interrogatur & torquetur.
2 Vulnerans aliquem in domo communi an teneatur pœna statuti punientis vulnerantem alium in domo sua.
3 Dominus pro parte, venit domini appellatione.
4 Seruus mihi cum alio cõmunis, meus est etiam propriè.
5 Seruus plurium non potest alterum dominorum in ius vocare sine venia à prætore obtenta.
6 Seruus communis potest in caput alterius domini pro altero domino torqueri.
Serui in dños torquendi, quare prius debeant publicari.
7 Seruus torquetur pro domino in quæstione suppositi partus.
8 Liberta communis an comprehendatur sub iure, quo liberta prohibetur à patrono diuertere.
9 Dominus communis vere dominus est, & communis liberta vtriusque patroni liberta.
10 Seruo communi non potuit iure antiquo libertatem relinquere alter dominorum.
11 Seruus communis an aliquo casu alteri dominorum in defendendo gratificari possit.
12 Seruus cum dominis existens in itinere pro viribus conari debet ne alter alterum lædat.
13 Vtile Reipublicæ potius attendi debet, quàm quod priuato cuiquam.
Lex quæuis sancta, ad hunc ipsum tendit finem vt iustos ab impietate & iniuria malorum tueatur.
14 Reipublicæ læsæ subuenire maius est, quàm criminoso pœnam remittere.
Socius in itinere socium aggrediens, vt proditor puniri debet.
15 Proditio esse dicitur cùm quid foris efficitur, & aliud in mente geritur.
16 Seruus secretum domini sui reuelans, punitur.
17 Proditori similis existit qui arcanum sibi commissum detegit.
18 Serui dominum insultatum in itinere derelinquentes puniuntur, nisi dominus eosdem excuset.
19 Actio datur à lege ad excusandum comitem itineris aduersus impetum facientes & iniuriam.
20 Socius qualiter se excusare debeat de morte socij.
21 Inimicus reconciliatus summè cauendus.
22 Remissio inimicitiæ manifestè probari debet.
23 Inimicus etiam si recens Christi corpus susceperit, contra inimicum non est admittendus testis.
24 Vxor dicitur socia diuinæ & humanæ domus.
25 Vasallus, feudi domino incolumitatem debet.
26 Socius itineris aduersus socium qui non apparet, torqueri potest.
27 Comes itineris qui potuit prohibere ne socius interficeretur, nec prohibuit, societatis occultæ scrupulo nõ carebit.
28 Reus homicidij satis conuincitur, si is qui cum eo in itinere visus fuit, amplius non appareat. & nume. 32.
29 Mulier secundas nuptias contrahere non debet, nisi legitimè de prioris mariti morte docta.
30 Mulier qualiter de morte mariti militantis inquirere debeat.
31 Quæstio non nisi defectu aliarum probationum adhiberi debet.
32 Socius seu comes itineris non apparens indicium sufficiẽs facit ad applicandam socio superstiti quæstionem. & numero sequen.
35 Seruus qui domino secum in via pereunti auxilio non fuit, non caret suspicione.
36 Suspicio vnica nõ sufficit vt quæstio cuiquã applicetur.
37 Confessioni rei quare non semper adhibenda fides.
38 Appetere quandoque pro inuadere positum inuenitur.
39 Appeti nonnunquam dicitur is, qui quoquo modo vulneratur.
Aggredi dicimur res cum personis, assalire autem personas tantum.
40 Animalia quoque & agunt & patiuntur aggressionem.
41 Senatusconsultum Sillanianum non habet locum, nisi dominus interfectus fuerit.
42 Furtum verbo aut scriptura fieri nequit, sed actu ipso perpetratur.
Senatusconsultum Sillanianum, quo differat à lege Cornelia.
43 Dominus in seruos vitæ necisq; potestatem non immerito dicitur habere.
44 Reipublicæ interest ne quis re sua abutatur.
45 Parentibus qualis sit in filios permissa potestas.
46 Verba in suo proprio significato accipi debent, nec absq; vrgentissima necessitate impropriãda.
47 Dominus an incidat in crimen si seruus ab eo castigatus moriatur.
48 Hæres an seruum defuncti, qui suus futurus est, possit ante hæreditatem aditam torquere.
49 Actio triplex domino serui à lege conceditur aduersus eũ, qui eundem seruum obtulit præfecto vigilum &c.
50 Seruus pro furto simplici non potest morte multari.
51 Dominus seruum suum ad depugnandas bestias authoritate propria tradere non potest.
Dominus sine iusta causa seruum suum occidens punitur.
52 Dominorum in seruos potestas eatenus restricta esse dicitur, quatenus sine causa cognita legibus in eosdem sæuire vellent.
53 Dominus seruum telo, aut ictu fustis seu lapidis percutiẽs reus est criminis, si moriatur inde seruus.
54 Hæres re vera nullus dicendus est ante hæreditatis aditionem.
55 Seruus vitæ seu saluti domini insidiatus, potest igne viuus cremari.
56 Homicida quis censetur quandoque homicidio non secuto. & nume. 67.
Conatus ad crimen aliquando æquè punitur, atque si ad effectum deduceretur.
57 Feriens telo hominem occidendi gratia, non minus à lege punitur, quàm qui occidit.
58 Vulnerans de vulnere, exanimans autem de occiso tenetur.
59 Tale quid esse, differt ab eo quod pro tali habetur.
Interpretatio in dubijs semper in meliorem & benigniorem partem inclinanda.
60 Transfuga qui ad hostes transfugit, grauius punitur eo, qui cum fugeret apprehensus & impeditus est ne fugeret.
61 Vulnerans quem animo occidendi, non est vt homicida puniendus.
62 Relictum cui in diem mortis, non cedit ei cui relinquitur ante euentum mortis naturalis eius qui reliquit.
63 Serui delinquentes qua feriendi pœna, qua liberi humiles, & qua cæteri.

64 Homicidia seu veneficia attentata & non consummata varijs modis puniuntur.
65 Iudex iustus nedum animum, sed actum in puniendis delictis attendere debet.
66 Insidiari hominem homini nefas esse lege putatur.
Animus in criminibus atrocioribus æquè punitur vt euentus.
68 Grassantes prædæ causa latronibus proximi sunt habēdi.
69 Occidere hominem, & cum telo occidendi hominis gratia ambulare, paria sunt.
Grassari quid propriè dicatur, & quid gradi.
70 Latrones propriè dicuntur qui clàm & ex insidijs homines prædæ causa adoriuntur.
71 Ambulans cum telo furandi causa, puniri debet lege Cornelia de sicarijs.
72 Furta manifesta differunt à non manifestis, & rixæ à grassaturis.
73 Pœnæ vt plurimum hodie sunt arbitrariæ.
74 Grassatores qui dicantur.
75 Crimen quod in consuetudinem deducitur, omnino à lege puniri iubetur.
76 Verba statutorum non semper ad rigorē sunt seruanda.
77 Pœnæ vbi certæ statutæ sunt, in proprijs terminis accipiendæ sunt.
78 Statutum prohibens vsum gemmarum seu vnionum, de fictitijs non est intelligendum.
79 Reminisci omnium quare difficillimum.
80 Memoriæ suæ nemo confidere debet pertinacius.
81 Iustinianus verbositatis superuacaneæ notatur.
82 Pœnæ, vltra casum legis non sunt extendendæ.
83 Vim vi repellere licet cuicunque.
84 Maritus vilem adulterum in actu cum vxore deprehēsum impunè potest interficere.
85 Dominus quibus casibus authoritate propria possit in seruos suos animaduertere.
86 Seruus qui deliquit, causa cognita domino puniendus traditur.
87 Occidere, & pœnam imponere, meri esse imperij qualiter intelligendum.
88 Vindictam authoritate sua assumere quando cuique liceat.
89 Domini etsi in seruos animaduertendi habent facultatem, non tamen ob id censentur habere iurisdictionem.
90 Patronus libertum, qui in se peccauit, in seruitutem potest reuocare.



VNC §. LEGO CVM L. Et in libertos. Et diuido in quatuor partes. In prima enim dictum ponit in multis singulare, vt ex sequentibus videri poterit. In secunda illius dicti ratio posita est. In tertia aliud, & secundum dictum Senatusconsulti Sillaniani extensiuum & declaratiuum: cùm in Senatusconsulto de occiso tantum tractetur, non autem de eo qui tantum vulneratus est. Et sic in hoc differat Senatusconsultum Sillanianum à lege Cornelia de sicarijs, quæ animum percutientis in gladio tantùm attendit: hoc autem Senatusconsultum factum requirit & expostulat. Quarta pars est in. l. & in libertos. quæ inter seruos & libertos diuersitatem rationis assignat. Et hoc dicit:

Seruus communis pro altero dominorum nō comparente in caput alterius comparentis torqueri potest. Et Senatusconsulti verba de occiso tractantia ad vulneratum non extenduntur, sed alia extraordinaria via domino vulnerato in seruos & libertos succurritur. Vel sic, quod commune est meum est, etiam in odiosis, in quibus verba legis extra proprium significatum extendi non debent.

5 Communis † seruus pro non comparente domino in caput alterius domini comparētis interrogari potest & torqueri. In hoc fit extensio seu declaratio ad Senatusconsultum Sillanianum, quod in caput domini seruum torqueri permittit, quod non videbatur ad seruum communem posse extendi, eo quod in odiosis quod commune est, propriè meum dici non debeat. l. illud. ff. de ritu nuptiarū. per quam idem tenet Bartol. & Modern. omnes in. l. serui electione. §. Labeo. ff. de lega. j. glos. in. l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. Et per eas Bald. in. l. j. C. qui testa. facere poss. dixit, in casu statuti punientis vulnerantem aliquem in domo sua, non venire eum qui amputauit manum eius, cum quo domum habet communem, quia communis res propriè mea non dicitur. l. pupillus. §. fina. ff. de verbo. significa. vbi verbum, suum. ambiguum esse dicit, an de toto, an vero de parte intelligi debeat. Accedit quod scribitur in. l. Sabinus. ff. communi diuidund. Et maxime Baldus dicit procedere quando domus communis est cum ipso percussore, per rationē l. sed & milites. in princi. ff. de excusati. tuto. ibi, coæqualitas enim honoris militiæ fortior videtur olim militum priuilegio. Secundò, quia verbum, rei. simpliciter prolatum, de tota intelligendum est. l. si rem. ff. de rei vendicat. Tertiò, quia statim incipit esse dubium. l. Pomponius. §. denique. ff. de procurato. & in dubio in mitiorem partem interpretatio facienda est. l. interpretatione. ff. de pœnis.

2 Si verò † cum tertio communis esset: & dicit Bald. locum esse statuto, secūdum quod domus communis mea esse dicitur, dicta. l. prima. C. qui testa. facere poss. & dicta. l. serui electione. §. Labeo. ff. de lega. j. & dicta. l. illud. ff. de ritu nuptiarum. Et eum Alexā. sequitur in dicto. §. Labeo. & in dicta. l. j. C. qui testa. face. poss. & post eum Papiensis Modern. motus per. l. extraneo. §. j. ff. de quæstio. in qua Iureconsultus verbis fictionē importantibus vtitur, dum ait, quod pro domino fortè videretur. Et quia hanc Baldi quæstionem plenissime disputauimus in. l. prima. §. domini. suprà eodē titulo. ideo duobus argumentis aut tribus nouiter consideratis à Baldo intendo respōdere. In primis ad. l. extraneo. §. de quæstione. versicu. cùm enim in socium. ff. de quæstioni. quam ego cum isto text. & dicta. l. prima. §. domini. suprà codē, coniungo quæ illum. §. de quæst

quæstione. declarant verbis fictionem non deno
tantibus vtentem, dum hic tex. primò ait, Si vnus
ex dominis non compareat. Secundò, in ratione
huius. §. inquit, magis enim de salute aut vltione
domini non cõparentis q̃ in caput præsentis tor
quebunt. Et sic iste tex. nulla vocabulorũ impro
prietate vtitur, sed simpliciter dñm cõmunis ser-
ui, tametsi in parte domini, simpliciter dominum
appellat. Similiter in. l. j. §. domini. suprà eo. dici-
3 tur, † dñi appellatione pro parte dñm contineri.
Alius tex. in. l. hoc placet. in fi. C. de quæstio. ibi,
quæ res quæstionem haberi ab eo nõ permittit,
cùm nec cõis seruus aduersus dñm, qui non occi
disse sociũ suum dicat, interrogari possit. Et cla-
rius & apertius in princi. legis Imperator dixit,
dũ ait, Tu aũt asseuerãdo seruũ cõmunẽ esse, nõ
dubitas portionẽ ad eũ pertinere cõtra quem in-
terrogari eum cupis. Cui cõuenit. l. cõstitutione.
ff. de quæstio. placuit, inquit ille tex. plurium ser
uum in nullius caput torqueri posse. Addo. l. itẽ
apud Labeonẽ. §. si cõmunem seruũ. ff. de iniur.
dum ille tex. ait, si cõmunem quis seruũ verbera-
uerit, vtiq; hac actione non tenebit, cùm iure do
minij fecerit. & in. l. sed & si vnius. §. si seruus in
quo vsumfructum. ff. eod. de iniur. ibi, aliter atq;
si cõmunis esset: tunc nõ daremus socio actionẽ,
eapropter quia & ipse iniuriarũ actione tenetur.
Er glo. illic in verbo, tenetur. addit. l. cùm seruus
cõmunis. ff. de noxali. actio. dum ait, cùm seruus
cõmunis alteri dominorũ damnũ iniuria dedit,
idcirco legis Aquiliæ actio nõ est: quia si extra-
neo damnũ dedisset cum altero insolidum lege
Aquilia agi posset. Et illa ratio generalis decla-
rata est in. l. apud antiquos. C. de furt. Quæ ratio
plurimũ considerãda est pro solutione cõsidera-
tionis Iasonis in dicta. l. j. C. qui testa. facere pos.
dum põderat dictam. l. extraneo. §. j. suprà alleg.
similiter attendenda est ratio. l. si seruus seruum.
in prin. ff. ad legẽ Aquil. si seruus cõmunis meus
& tuus seruũ meum occiderit, si volũtate tua hoc
fecerit, teneris lege Aquilia. Quod si nõ volũta-
te tua feceris, cessare noxalẽ actionẽ. Et ratio in
illo tex. est, quã considera, ne sit in potestate ser-
4 ui vt tibi soli seruiat. Secundò ex illo tex. † pro-
batur quomodo cõmunis seruus meus est etiam
propriè loquẽdo. & in. §. j. eiusdẽ. l. dicitur, itẽ si
seruus cõmunis meus & tuus occisus à seruo Ti-
tij, Celsus scribit alterũ ex dominis agentẽ aut li-
tis æstimationẽ consecuturũ pro parte, aut noxæ
ei dedi insolidũ: quia hæc res diuisionẽ non reci-
pit. Et addo. l. si cũ vno. ff. si ex noxal. causa aga.
Primò dixit, si cũ vno ex dominis noxali iudicio
agat, an pro parte socij satisdare debet. & sequi-
tur, Sabinus ait, nõ debere: quia quodãmodo to
tum suũ hominẽ defendere debet, cui insolidum
defendẽdi necessitas esset: nec audit si pro parte
paratus sit defendere. Et illa verba, quodãmodo
totũ. declarat. l. seruus cõis sic omniũ. ff. de stipu.
seruo. dũ ait, nõ quasi singulorũ totus, sed ꝑ par
tibus vtiq; indiuisis, vt intellectu magis partes ha
beant, q̃ corpore. Plures illi. l. cõformes deduxi
mus in. d. l. j. §. dñi. suprà eo. Et repetã hic. l. cõis
5 libertus. ff. de in ius vo. dũ ait, † cõis seruus, licet
pluriũ sit, debet à prætore petere vt ei liceat vel
quẽdã ex patronis in ius vocare, ne in pœnã inci
dat ex edicto prætoris. Addo. l. si cõis seruus ita
stipuletur Lucio Titio. ff. de stipul. seruo. ibi, qui
fuerũt domini illius. Possent hic plures leges cu-
mulari, quibus probaretur, communẽ dũm verè
dominũ esse. Et ex præcedẽtibus satis responde-
tur dictæ. l. extraneo. §. de quæsitione. versic. cum
enim in sociũ. dum ait, quod pro domino forte
videret. Primò vt illa verba sic intelligi debeant
vt principio. §. correspondeant, quod præsuppo
nere vidẽtur nõ esse torquendum seruũ in caput
domini, sicuti prius dixerat in. l. j. §. idem Corne
lius. & §. diuus Antonius. & l. cõstitutione. & l.
ex libero. §. fin. illo titulo, de quæstio. ff. non esse
torquendũ seruũ in caput domini, siue seruus sit
totus domini, siue partem tantũ in seruo habeat.
voluit ex illa cõstitutione generali excipere ex. l.
cõstitutione casum istũ, cùm alter dominorũ cõ-
scius aut author cædis est alterius cõdomini. Sed
dubiũ poterat esse de seruo, quia fortè pro domi
no videretur esse, ob id in eũ torquẽdum nõ esse
in fauorẽ alterius dñi. Et hæc ratio cõsiderata est
à Iurecõsulto in. d. l. si seruus seruũ. §. j. ff. ad legẽ
Aquil. quam dixi suprà notandã esse, dum ait, ne
sit in potestate serui vt tibi soli seruiat. Et licet
glos. illic dicat non esse bonam rationẽ, ego verò
puto eam esse bonã: quia forte seruus potest affe
ctione aut æmulatione moueri aduersus dñm, &
hac ratione facilius cõtra dominũ mentiri: sicuti
cõsiderauit Iurecõsultus in. l. vnius. §. serui. ff. de
quæstio. ibi, ne sic in seruorũ potestate salus do-
minorum cõmittat, vel in potestate seruorũ sit à
potestate dominorũ se eximere qñ volẽt aliquo
6 cõmento aduersus dñm inuẽto. † Secũdò, aliter
dici põt, seruũ non debere in caput dñi torqueri:
si tamẽ alter dominorũ socius cædis sit condomi
ni, in eũ interrogandus erit. sed quomõ? cũ quæ-
stione inquit ille tex. Et ratio quod pro dño for
te videretur, vt dñm à morte liberaret & excusa-
ret, quẽ aut amabat aut forte timebat, ne in pote
statẽ dñi reincideret, vt in princ. huius legis dixi-
mus, per. l. si quis postulauerit. §. quæstioni. ff. ad
legẽ Iul. de adult. & ob id lex statuerit seruos, dũ
in dños interrogari & torq̃ri pñt, publicãdos es-
se, ne metu dñorũ tormẽta sustineãt, & dños à cri
mine excusẽt: sed omnino cũ qõne interrogãdos,
nõ aũt sine qõne. & q̃d ille tex. hũc intellectũ ad
mittat, hoc clare ostẽdo dũ sic ait, Cùm eñi in so-
ciũ cædis socius postularet, de cõi seruo habẽdã
qõnẽ diuus Adrianus rescripsit. Et rõ quare im-
perator qõnẽ de seruo habere rescripsit, q̃d ser-
uus ꝑ dño fortè videret deponere vt eum à cæde
cõdñi excusaret. Et vt clarius ostendã, volo cõsi
derãdũ esse illius legis prin. dũ in eo primo loco

dixit, seruos contra dominum in adulterij quæstionem interrogandos esse. sed quomodo hæc quæstio à seruis exigenda erit? Respōdet, seruis publicatis, vt suprà dictum est. l. si postulauerit. §. quæstioni. ff. ad legem Iuliam de adulte. In sti pro secus dixerunt diuus Marcus & Maximus Imperatores. Secundò in versicu. de quæstione.
7 dicitur, † in quæstione suppositi partus, vel si petat is qui dicitur suppositus patris putatiui hæreditatem: ille text. vult quæstionem de seruis hæreditarijs haberi. ratio quia non cōtra dominum seu dominos, id est indubitatos filios hoc vltimo casu non torquetur, sed pro successione defuncti interrogatur seu quæritur id est torquetur. & sequitur, Quod congruit ei quod diuus Adrianus rescripsit. Et sententia verborum rescripti est. Cum enim in socium cædis socius postularetur, de communi seruo habendam quæstionē rescripsit, quod pro domino forte videretur. quæ ratio correspondet illi quæ per Marcum & Maximum Imperatores posita est in casu præcedente dum dixerant, quia non contra dominum cæteros filios, sed pro successione domini defuncti, sicut diuus Adrianus rescripserat: quia forte seruus pro domino videretur. Et sic cum seruus forte videbatur pro domino esse & illi fauere, ideo quæstionem de seruo haberi voluit. Alia ratio in hoc tex. redditur illius declaratiua: quoniam vbi seruus torquetur in alterum dominorum, qui cædis seu mortis sui domini conscius fuit, eo quod alter dominorum non apparebat, magis pro salute aut vltione domini non comparentis, quàm in caput præsentis torqueri videtur. simili ratione in quæstione hæreditatis procedente ex quæstione suppositi partus vsi sunt Marcus & Maximus Imperatores: quia non contra dominos torquetur seruus, sed pro successione defuncti. Quoniam is dominorum, qui non apparet, non tantū pro domino habetur, neque habendus est, quia re vera dominus est. Et hoc clare iste tex. demonstrat dum ait, si vnus ex dominis. Secundò ex ratione decidendi dum inquit, magis enim de salute aut vltione domini non comparentis, quàm in caput præsentis torquetur. nō dixit, eius qui pro domino est. quia, vt hic text. vult, verè dominus est, dicta. l. j. §. domini. per illum text. suprà eod. & ita illa lex, extraneo. §. de quæstione. intelligi debet. ad quam non aduertit Iason, neque alius quem hactenus viderim.

Restat tantum respondere dictis per Philipp. Decium in. l. id quod nostrum. ff. de regul. iuris. quod in. l. j. §. domini. suprà eodē. omiseramus, dum dicit ad. l. illud. ff. de ritu nupt. dictum Iaboleni fuisse à Caio Iureconsulto authore illius legis correctum, non autem Iaboleni rationem,
8 † qua motus fuerat negare libertam communē comprehendi sub eo iure, quo liberta prohibebatur à patrono diuertere, propter reuerentiam, quam liberta patrono debet, vt inquit. l. in eo iure. in fine. ff. eod. de ritu nuptia. Et ratio, quæ Iabolenum mouebat, ista erat, quoniam propriè liberta non videatur eius esse, quæ etiam alterius sit liberta. quod reprehendit Caius secundum aliorum Iureconsultorum sententiam, qui contra Iabolenum sentiebant. Et miror quomodo Barto. Angel. & Philip. Decius tam aperte cæcutierunt in illo text. & eo magis Philippus Decius, qui post Barthol. Socin. in dicta. l. serui electione. §. Labeo. ff. de leg. j. cuius verba Decius transcripsit in illa. l. id quod nostrum. vt plenius in dicta. l. j. §. domini. suprà eod. ostendimus. Et vt omnium oculis pateat, transcribam verba illius legis. In primis verba Iaboleni dicentis, quia non propriè videtur eius liberta quæ etiam alterius est. Nunc verba Caij in illa. l. referenda sunt. inquit ille, Alijs contra visum est. & sic Caius dicto Iaboleni cōtradicit per rationem quæ sequitur, quia libertam eius esse negari non potest, licet alterius quoque sit liberta quis tam cæcus inficiari potest Caium Iureconsultum radicitus post improbatum Iaboleni dictum, & Iaboleni rationē omnino extirpasse, qui hac sola ratione ducebatur quod propriè liberta non videretur eius esse quæ alterius liberta est. Et Caius econtrario dixit, negari non posse libertam eius esse, licet alterius quoque liberta est. Et non vtitur Caius verbis ambiguis neque fictionem denotantibus, sed veritatem affirmantibus, scilicet, verbo, esse. &
9 verbo, sit. † quia reuera communis dominus dominus est, vt ex multis legibus hoc. §. ostēdimus. aliâs plures deduximus in dicta. l. j. §. domini. suprà eod. simili reprehensione vsus est Iureconsultus Vlpianus in Labeonem in. l. prætor edixit. §. quid ergo. ff. de iniurijs. ibi, neque enim vtique hoc, inquit, intenditur, quod publicam habet animaduersionem. quod verum non est. cui enim dubium est etiam hunc dici posse Cornelia conueniri, & sic publico iudicio, id est publica accusatione? Et Accursius illic rectè considerauit, vt in capite huius legis suprà scripsimus: quare non meruerunt dicta eorum signari, neque in disputationem proponi. Et istius opinionis est Francisc. Aretin. in dicta. l. serui electione. §. Labeo. ff. de legatis. j. & ampliore commentario in dicto §. domini. demonstrauimus & comprobauimus. Plura hic non repetam.

Et casus istius text. est singularis, vt socius cædis nullo iuris beneficio iuuari possit si aliquid in socium moliatur. & id duplici ratione vt coæqualitas in seruos conseruetur, sicuti suprà dictū est per. l. sed & milites. in princi. ff. de excusatio. tutor. secundum rationem dictæ. l. si seruus seruum. in princ. ff. ad legem Aquiliam. ne in potestate alterius dominorum sit seruos ab alio subtrahere. quæ ratio, vt suprà dixi, est bona, & confirmatur ratione huius legis dum ait, magis enim de salute aut vltione domini nō apparētis quàm in caput præsentis torquetur. quanquam re vera in caput

in caput domini præsentis torqueatur, vt inquit l. hoc quod placet. C. de quæstioni. & in dicta. l. extraneo. §. de quæstione. ff. de quæstioni. suprà relata, per quam idem tenet gloss. in. l. prima. in verbo, principis. C. de quæstio. & idem in capite huius legis dicitur, ibi, etiam si hæredem accuset, siue extraneus hæres sit, siue suus. Et hic glo. approbat, & recte in verbo, magis.

In tex. in verbo, non compareat. Duo hic concurrunt grauia. vnum, quia familia vni dominorum plus alteri fauit, in quo Senatusconsultum Sillanianum offensum est. Alterum, quia socius itineris erat is qui occisus fuit superstiti domino, & sic quodammodo à socio & condomino proditoriè occisus est. quod quàm graue sit, licet aliquando diximus, hic tamen nonnihil aperiemus. Primum improbatur vt ansa seruo nõ detur vtri dominorum in delictis velit gratificari. in. l. si seruus seruum. in princi. ff. ad legem Aquiliam. ibi,
10 ne sit in potestate serui vt tibi soli seruiat. † Et hac ratione iure antiquo occasio sublata erat: quia non licebat alteri dominorum libertatem communi seruo relinquere. & si secus fiebat, portio eius alteri domino accrescebat. §. fin. Institu. de donatio. l. prima. C. de communi seruo manumisso. l. sed & si in conditione. §. si seruum communem. ff. de hæredi. institu. Similiter dicitur in l. vnus ex socijs. in princip. ff. de seruitu. rustico. prædio. In duobus socijs eiusdem fundi, cui seruitus debetur vt sociorum alter neq; libertatem acquirere neque ius aliquod remittere absque socij consensu possit. l. fin. ff. communia prædio. dixi in dicta. l. prima. §. domini. suprà eodem. secus autem vbi vnus iustè in alium sæuiret: non quod gratificari liceat, sed si se non opponat, ob id tamen, quia se non opposuit, puniendus non erit. l. tertia. §. si maritus. suprà eodē. Illic dictum est. Excipitur autem casus in. l. tertia. §. si cùm o-
11 mnes. suprà eodem. † quando domini ambo aggressi vel insultati essent & vtrique seruus subuenire non posset: si fortè contingeret eum vni dominorum gratificari, excusandus esset, per illum tex. Illic plura in materia gratificationis à me scripta sunt, quæ hic sufficiant. sed iste non est casus noster, sed cum seruus communis & comes seu socius itineris suorum dominorum ipsorum alterum à condomino videt offendere, prohibere debet, ne vnus alterum offendat. alioqui si secus fecerit, puniendus erit pœna huius Senatusconsulti, vt dictum est in dicta. l. tertia. §. si maritus. suprà eodem titu. Hic repeti possent quæ scripsimus in. l. prima. §. si sibi manus. suprà eod. super his verbis, scilicet vt si in conspectu hoc fecit, potuerunt q; eum in se sæuientem prohibere. sic in
12 hoc textu dicendum est de † seruo aut familia, quæ cum dominis in itinere erat, debuit prohibere ne mutuo domini se offenderent, vel vnus alterum insultaret, per rationem. l. j. §. cùm dominus. suprà eod. titu, alioqui proditoriè serui cum dominis agere videntur, vt mox dicemus, nisi dominus forte moriens culpam seu delictum familiæ purgasset. l. diuus. suprà eod. vbique dictum est. Quare non abs re voluit hic textus, familiam interrogari & torqueri in dominum propter nõ comparentem alterum dominum, vt in. l. hoc quod placet. C. de quæstion. & l. extraneo. §. j. ff. de quæstio. In præcedēte declaratione diximus, neq; in hoc casu censetur iuris interpretatione in caput domini superstitis torqueri, sed magis de salute & vltione domini. Et sic in duobus simul concurrentibus potius spectandum est quod fauet Reipublicæ vtilitati. l. vtilitas. C. de primipi. lib. xij. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. l. j. §. sinautem. C. de communi seruo manumis. §. fina. Institu. de donatio. repeti hic posset ratio. l. iij. §.
13 vtrum. suprà eodem. † potius inspiciendum esse quod in commune vtile est. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de noui operis nuntia. sic in isto text. magis ratio vltionis seu vindictæ publicæ attēditur cùm in solatium publicum hoc inuentum sit, vt mali à malo arceantur. l. capitalium. §. fina. ff. de pœn. quoniam finis legis est, iustos ab impietate & iniuria iniustorum conseruare. l. j. ff. de iustitia & iure. l. j. ff. de iniurijs. l. j. & . ij. ff. de legibus. & in epistola diui Pauli ad Roma. c. xiij. tametsi in caput domini torqueatur seruus, vt suprà dictum est, tamē in hoc domini ratio non habetur propter Reipublicæ beneficium. Accedit quod diximus post glos. in. l. diuus. suprà eod. licet priuata iniuria publicæ admixta remitti possit, publica tamen ob id remissa non erit, per. l. qui cœtu. §. qui vacantem. ff. ad legem Iuliam de vi publi. Illic dictum est. nihil vltra repetimus. Et hæc dictio, magis. hoc demonstrat quod à magnus sit deducta, quæ neutrum se producit maius,
14 † quasi hoc maius sit Reipublicæ læsæ subuenire quàm criminoso pœnam remittere. & sic comparatiuè legatur: vt in. l. iubere cauere. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ibi, imperij magis quàm iurisdictionis.

Secundum quod ex isto text. colligitur, est de socio itineris, qui alium in itinere aggreditur, qui vt proditor puniendus est, delictumq; ob id grauius iudicatur, eo quod ab eo faciliter caueri non potest. Hanc conclusionem Barto. tradit in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. cuius doctrinam omnes qui Bartolo posteriores sunt transcribunt. In primis Bald. in capitulo primo. quibus modis feudum amitta. similiter Andr. de Isern. & Cardina. Alexand. Ipsi ijdem in capitu. vnico, an ille qui interfec. fra. domini. collatio. x. Ioan. de Imola in clemen. prima. de pœnis. Luc. de Pen. in. l. fina. C. de delator. libro. x. & in. l. secunda. C. de proxim. sacror. scrinior. libro. xij. & in. l. fina. C. de agrico. & mancip. lib. xj. Alexan. de Imola in. l. cùm fratrem. in principio. C. de his quibus vt indignis. Iacobus de sancto Georg. in tracta. feudali. in verbo, dictiq; vassalli promisse-

runt. quinta columna. dicunt omnes post Barto.
15 in loco prædicto, † proditoriè aliquid fieri vbi quis actu aliquid ostendit, & aliud in mente gerit: vt in. l. prima. ff. de præuaricator. & l. quarta. ff. ad legem Iuliam maiestatis. Et ideo si veniam tecum veluti socius itineris, & nulla rixa interueniente percutio te in gladio, proditoriè hoc factum esse dici debet: quoniam aliud in animo & aliud in actu gero. Ad id induci potest. l. obseruandum. & quod illic glossa notat. ff. de officio præsidis. l. Labeo. ff. de suppellecti. lega. quibus addo capi. in actionem. de pœniten. distinctio. §. ibi, nec in aliorum notitiam, nisi per verba vel quæcunque alia signa procedit. Inducitur dicta l. fina. C. de delatori. libro. x. vel si sedens tecum in mēsa offendam te, vel si inter te & me signum erat amicitiæ, tu vero à tergo me percutis. Hoc pacto dicitur proditoriè actum esse. Sic inducas
16 dictam. l. fina. in seruo cui † dominus secreta sua commisit, quibus panditis dominum accusat vel defert: ad exemplum proditorum vult seruum seuerissime puniri. excipit tantùm crimen læsæ maiestatis. Idem in. l. penultima & fina. C. qui accusare possunt. neque abs re esse videtur, quoniam vix est vt à familia posit quis imminens periculum euitare, vt dictum est in. l. prima. in principio. suprà eodem. & in hoc ratio potissima huius Senatusconsulti posita est. nobis etiam maximo sunt argumento. l. argentum. & l. in rebus. ff. commodati. l. cum duobus. §. damna. iuncta glos. in verbo, surreptum. ff. pro socio. l. si à bonæ fidei. ff. de rei vendicatione. glos. in. l. si pecuniam. §. finali. in verbo, carere. ff. de condictione causa data causa non sequuta. hic congruè vetus Italiæ adagium, quod in similibus soleo referre, commemorari potest, quod Bald. elicit ex. l. qui dam cum filium. ff. de hæredibus instituendis. Guarda à chi te fide. & aliud illi germanū, Dal qual me fido me guarda Dio, dal qual ne me fido me guardero io. quorum in repetitio. authen
17 ticæ, ex causa. memini. † nam qui commissum arcanum detegit proditori similis est. l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui notantur infamis. & dicta. l. prima. ff. de præuaricatoribus. iuxta illud Flacci in epistolis,

Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam,
Commissumqꝫ teges.

Ego verò propius ad casum nostræ legis dico socium vel melius itineris comitem puniendum esse, & omnes qui cum occiso erant, veluti reos, aut saltem de morte suspectos. text. est hic dum dicitur, si vnus ex dominis non compareat, quærendum est de casu eius per seruos quos commumes habuerunt. Idem in. l. prima. §. cùm dominus. suprà eodem. dum ait, cum dominus in itinere esset occisus, de his qui vnà cum eo fuerunt cùm occideretur, vel cùm vnà fuissent profugerunt, supplicium sumendum. Ecce quomodo omnes itineris comites rei mortis eius iudicantur, nisi de innocentia sua doceant, vt mox ostendemus, quoniam vult de illis supplicium assumi quod fieri iure non posset nisi pariter à lege rei criminis seu mortis iudicarentur. alioqui iniqua esset lex, quoniam de innocente supplicium assumere statueret, contra id quod scribitur in. l. absentem. ff. de pœnis. Accedit his. l. diuus. suprà
18 eodem. † vbi serui à pœna liberi non euasissent qui dominum in itinere insultatum deseruerant, nisi dominus eos excusasset: cuius excusatio qualiter admittenda est, illic dictum est. Quibus adde Felinum in capitulo primo. in fine. extra de præsumptionibus. Prædictis autem addo. l. fina. C. de his quibus vt indignis. ibi, adijcientes, si dominus in via vel in agro fuerit interfectus, eos seruos puniri qui præsto erant, & non auxilium ad prohibendum periculum præbuerunt. Et in fine eiusdem. l. ibi, siue in via siue in agro possint clamorem exaudire, vel insidias sentire. Induco textum in. l. primà. §. finali. ff. de quæstionibus. ibi, quæsiturus de conscijs, quos æque habere secum mentitus fuerat. l. diuus. ff. ad legem Pompeiam de parricidijs. ibi, cùm in venatione filium suum quidam necauerat. & iterum ibi, quod latrònis magis quàm patris iure eum interfecisset. & sic quod proditiose pater filium interemerit dum venarentur. Hic repeti possent quæ scripsimus in. l. prima. §. hoc autem Senatusconsultum. & in. §. iuxta hoc tamen. suprà eodem. Et hac ra-
19 tione † ad excusandum socium seu comitem itineris aduersus eos qui vim vel impetum seu iniuriam fecerunt, lex actionem producit & concedit in. l. item apud Labeonem. §. comitem. ff. de iniurijs. Induci potest. l. prima. §. primo. ff. de extraordinar. crimin. ibi, vel corrupto comite. hac ratione probare debet modum dissolutæ societatis. Hoc probat iste textus in verbo, appareat. ex eo enim quod socius itineris non apparet, lex aduersus eum præsumit, per rationem positam in capitulo, sicut dignum. §. illi. in fine. extra de homicidio. dum in ratione sui ait, Nec caret scrupulo societatis occultæ, & cætera. Idem in capitulo, non inferenda. in principio. ibi, qui enim non repellit à socio iniuriam si potest: & capitulo, qui potest. vbi repetitur ratio supra relata. xxiij. quæstione. iij. capitulo, clericus qui adulationibus. xlvj. distinctione. vbi glossa in verbo, proditionibus. exponit modos quibus proditio fieri potest, quos Archidiaconus illic approbat. capitulo, error. lxxxiij. distinctione. Occulta igitur societas quæ verè proditoria est, qualis de Iuda legitur in euangelio Matthæi vigesimosexto, & Marci decimoquarto, & Lucæ vigesimosecundo, & Ioannis decimooctauo. Et scribitur psalmo trigesimoseptimo, Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et qui iuxta me erant, delonge steterunt. & psalmo xl. Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat

edebat panes meos , magnificauit super me sup-
plantationem. Ista sunt signa quibus animus ma
nifestatur.l.reprehendenda.C.de institu.& sub-
20 stitu.sub conditio.fact. † A quibus si sociusvult
excusari , & à pœna illius occultæ societatis im-
munis seu impunis euadere, de innocētia sua do
cere debet: quoniam contra se iuris præsumptio
nem habet : quemadmodum in furto dicitur , in
l.ciuile.&.l.inciuilem.C.de furtis. Et in crimine
falsi in.l.maiorem.C.ad legem Corneliam de fal
sis . In eo qui vult falsitatis suspicionem euitare
debet instrumenti veritatem ostendere vel eum
exhibere qui tradidit . &.l. prima . C. ad legem
Corneliam de sicar. Et illos text.omnes ad id ita
notant.Sed hoc indicium aliud elidere posset , si
forte is qui socius erat itineris rixosus erat & cō-
tumeliosus vt sustineri non posset. l.si conuene-
rit.in fine . ff.pro socio. Accedit his quod gloss.
notat in.l.ij.in princ.in verbo,suspectum.ff.solu
to matrimo. vel si aliàs cum eo inimicitias babue
rit,licet forte recōciliatus extiterit , iuxta ea quæ
dicta sunt in.l.prima.in princi.suprà eodem.per
rationem.c.accusatores.j.iij.quæstione.v.ibi,ne
irati nocere cupiant , ne læsi se vlcisci velint.nisi
fortè probarent tantam amicitiam ex secuta re-
conciliatione cōtractam fuisse,vt omnis indigna
tio vulneratæ animæ remissa esse videretur.sicut
Bald.inquit in capi.primo.de pace Constan.col
latio.x.& ad id induco.l. Lucius.§. Lucius. ff.de
lega.ij.l.quod si iterum. ff.de adimen.lega.circa
quod dictum vide Felin.in capit.cùm oporteat.
21 colum.v.extra de accusatio. sed † ab inimico re-
conciliato liberet nos Deus:quoniam hæc homi
num mutatio , cùm facilis à lege non reputetur.
§.primo.in authenti.de monach. colla.j.ibi,non
enim facilis est hominum mutatio . ex multis ar-
gumentis apparere debet : quāquam in Italia ab
huiusmodi argumentis cauendum esse non di-
cunt,quare in materia odiosa,qualis est causa cri
minalis , non facilis esse debet iudex ad creden-
dum, quemadmodum inquit text. in.l.prima. in
princi.ff.de eo per quem factum est. Ratio posi-
ta est in.l.fina.in princip.C.de accusatio.ne sub-
iectam innocentiam feriamus.Secundò attende-
re debet qualitatem inimicitiæ.l.secunda.ibi,aut
leuis offensæ contraxerit culpam.C.de libert. &
eorum liberis . l.si inimicitiæ. ff.de bis quibus vt
indignis . Et quod verisimiliter iudici constare
possit offensam verè remissam fuisse. l.athletæ.
§.dat remissionem.ff.de excusatio.tuto. l.in con
firmando.in fine. ff.de confirmatio.tuto.Tertiò
diligenter inquirere debet iudex an recētes sint
inimicitiæ,dicto capitu.accusatores.iij.quæstio.
v. & quanuis ille text. vtatur istis terminis, ante
hesternum diem,aut nudiustertius,ego puto hoc
non esse tantum considerandum,sed quæ & qua
les fuerint inimicitiæ, dicta.l.si inimicitiæ.& ca-
pitu.cùm oporteat.& capitu.inquisitionis.extra
de accusationibus.&.l.tertia.ff.de adimendis le-
gatis.l.tertia.§.primo.ad finem. ff.de testibus.&
pariter forma reconciliationis & remissionis in-
iuriæ:quoniam text.in dicta.l.Lucius.§.Lucius.
22 ff.de legatis.ij. etiam † in causa ciuili & fauorabi
li vult hanc inimicitiæ remissionem debere ma-
nifeste probari,dum ille textus ait,si hi qui pete-
rent, manifeste docerent eo animo circa se patro
num,cùm testamentum faceret , esse cœpisse , vt
his quoq; legatum dari vellet: alioqui nihil ipsis
præstetur.& dicta.l.quod si iterum.ff.de adimē-
dis legatis. ibi , & pœnituerit testatorem prioris
offensæ.Adde quod textus in capitulo,quoties;
extra de testib.duo singulariter considerat . Pri-
mò priuatum odium . Secundò vult partem cir-
ca odium medio iuramento de tribus tempori-
bus interrogari videlicet quod babuerunt , ha-
bent,vel habituri sunt. Accedit.§.si vero quis di
cat odiosum. in authenti.de testibus.quanquam
ille textus plurimum conuenire videatur cum il-
lo capitu.accusatores. iij. quæstio.v. dum in illo
§.dicitur,& approbauerit statim. quoniam crimi
nalis inter eos lis mouetur , qui vsqueadeo infe-
stus est,donec de crimine iudicetur. sed ille text.
veteres inimicitias non excludit : quoniam si ve-
teres inimicitias leges& canones exosas habent,
vt in.l.prima.§.præterea inimicorum:ff.de quæ-
stionibus.multo magis præsentes inimicitias, vt
in.l.tertia.§.primo. ff.de testib. & de his tantùm
loquitur ille . §. si vero quis dicat. neque ob id
præcedēs consideratio per prædicta exclusa est.
& ad id recte facit quod Felin.in dicto capitulo;
quoties. prima colum. extra de testibus. scribit;
referens mirabile dictum Baldi in capit. primo.
23 in verbo,vasalli.j. de pace Constantiæ. † etiam,
inquit , si inimicus ex recenti corpus Christi su-
sceperit,non esse testi confidendum,neque pro-
pter prius odium recipiendum , idq; rectus ho-
nusq; iudex arbitretur iuxta odij præcedētis cir-
cunstantias:vt in.l.tertia . §.tu magis scire potes.
ff.de testibus . Hic induci posset. l.Cicero. ff.de
pœnis.de muliere quæ viri socia est,vt diximus,
partum abegerat , ne iam inimico marito filium
procrearet. Et Gellius noct. Attica.libro.x.cap.
vij. de muliere Smyrnea quæ veneno clàm dato
maritum & filium eius primi matrimonij vtrūq;
interfecit quod filium suum alterius matrimonij
maritus & filius eius exceptum insidijs occide-
rent, cuius pœna ab Areopagitis in annum cen-
tesimum dilata est.
24 Adiuuantur prædicta optimo simili † de vxo
re quæ socia est diuinæ & humanæ domus.l.pri-
ma.ff.de ritu nuptiarum.l.aduersus. C.de crimi-
ne expila.hæredita.&.l.prima.ff.de actio.rerum
amota.quæ si male circa maritum versata sit,siue
in cubiculo,siue extra cubiculum,aut in via, vel
quo alio loco,torquenda est, & serui sui proprij
in caput eius torqueri poterunt , dicta.l.fina. C.
ad legem Corneliam de sicarijs.l.cùm cognitio-
naliter. C. de quæstionibus. l. prima . §. si vir &

vxor. suprà eodem. Idem in marito, per illas le-
ges. &.l.tertiam.§.si maritus.suprà eodem. Illic
dictum est. Accedit.l.consensu. in princip. &.§.
primo.C.de repud. Idem generaliter dicendum
esse puto in alijs personis à quibus fidelitas expe
ctatur, vt in vasallo.capitu.primo.quibus modis
feudum amitt.capi.vnico. an ille qui interfe.fra.
capit.porro. quæ fuit prima causa benefic.amit-
25 ten.collatio.x. † quia feudi domino vasallus de-
bet incolumitatem.capit.vnico.de for.fidelit.&
capitu.primo.de no.for.fidel.etiam vltroneam,
per illum text. & capit.ad hoc. Hic finitur lex. &
in subdito, qui aut veneno, aut telo aut alio quo-
uis modo saluti principis insidiatur. l. & si exce-
pta.C.de malefic. & mathema.l.cuius've dolo.et
l.fina. ff.ad legem Iuliam maiesta.l.quisquis. C.
eodem.ad legem Iuliam maiestatis. Et hi pœnas
proditorum nō euitant, vt suprà dictum est post
glos. & Bald.in.c.j.quibus modis feud.amitt. &
capi.vnico, an ille qui interfe.fratrem.colla.x. &
in.l.fin.C.de delato.lib.x. de his dictum est in.l.
j.§.iuxta hoc tamen.suprà eod.dicam latius in.l.
penul.infrà eod. Ex hoc eodem verbo, appareat.
aliud maximum indicium & argumentū ad quæ-
26 stionem colligitur per hunc text. † aduersus so-
cium itineris, qui cum socio in itinere inuentus
est, qui nō appareat, & illud solum indicium suf-
ficiens sit ad quæstionem per istum text. cui con-
uenit dicta.l.extraneo. §.primo. versi.cùm enim
in socium.ff.de quæstio. sed intellige nō tantum
in socium itineris, verum etiam in alios comites
in itinere inuentos, duntamen viles personæ sint.
Hoc iste tex.vult clare, dum de seruo etiam eius,
qui socius erat itineris, loquitur, quem torquen-
dum esse ait in caput domini. Idem velle videtur
text. hic in dicto versicu.cum enim in socium.ge
neralius loqui videtur.l.j.§. cùm dominus.suprà
eod. vult enim omnes eos, qui vnà cum domino
erant in itinere cùm occisus est, torquendos esse,
sumendumq; de eis supplicium. tamen ille text.
recte intellectus de familia occisi tantum, non au
tem de extraneo intelligi debet. Sed licet hoc ve
rum sit, tamen quæ suprà dicta sunt de socio iti-
27 neris, † qui potest prohibere, & non prohibuit,
quo minus socius in itinere occideretur, aut sal-
tem pro suo conatu non tentauerit aut procura-
uerit à periculo liberare, scrupulo societatis oc-
cultæ non careat, recte probat text. in dicto cap.
sicut dignum.extra de homicid. & quod cum ef-
fectu id procurauerint, vt dictum est in.l.j.§.ex-
cusantur. &.§.tulisse.suprà eodē.per illum text.
non videtur à legis præsumptione liberatus so-
cius: quoniam lex male de eo suspicatur & præ-
sumit, per supradicta. Et facit quod notat Barto.
in.l.fina.ff.de quæstio.dum ait, de eo qui inuen-
tus est mortuus ante domum inimici, & qui an-
tea visus fuerat aliqua præparamenta facere, vt-
pote emere gladium. Alleg.l.primā.§.cùm quis.
ff.de quæstio.l.iij. §.eiusdem. ff.de testibus.cum
quo Angel.conuenit in.l.fina.C.de quæstio.sed
illi text.non multum probant. Ego autem puto
melius facere. l.qui domum. &.l. & si amicis. &
l.nihil interest. §.fina.in fine. ff.ad legem Iuliam
de adulte. Inducitur in argumentum.l.damni in-
fecti.j.§.Sabini.ff.de damno infect.l.si pignore.
§.qui ferramenta sciens. ff.de furtis.cui adiungo
l.in furti.§.ope.eodem titu.ibi, inimicitiarum ta-
men causa fecerit. Ex quibus aliud cōsecutiuum
28 colligo, † satis esse in reum homicidij propone-
re hominem, qui secum visus erat, non apparere,
& indicium sufficiens esse, licet de morte alia cer
titudo non appareat. In quo mirabilis declaratio
datur ad.l.j.§.illud. &.l.necessarios.§.non aliâs.
suprà eodem. in quibus vult necessariò de mor-
te constare iudici priusquam pœna vlla imponi
possit. Et tamen iste text. dicit sufficere hoc indi-
cium etiam ad quæstionem seruorum & familiæ,
si dicatur dominum non apparere. quod est mi-
rabile: & sic fictio tantùm operetur quantum &
veritas: quoniam lex socium itineris non appa-
rentem præsumit à superstite interemptum esse,
vt ista duo paria sint, hominem non esse viuum,
& non apparere. Cui conuenire videtur.l.fin.in
fine. ff.de his qui notan.infam. inquit ille text. si
quis in bello ceciderit, & si corpus eius non ap-
pareat, lugebitur. & in.l.miles.§.mulier.ff.ad le-
gem Iuliam de adulte.primo in his verbis, absen
tem virum audisset vita functum esse. Secundò
in versic.nam si longo tempore.ibi, falsis rumo-
ribus inducta quasi soluta priore vinculo legiti-
mis nuptijs secundis nupta est: quod verisimile
est deceptam eam fuisse, nihil vindicta dignum
videri potest. Sed istud indicium non videtur cō
cludens, per dictum.§.mulier. in fine. dum in eo
dicitur, quod si ficta mors argumentum facien-
dis nuptijs probabitur præstitisse, cum hoc pudi
citia laboret, vindicari debet pro admissi crimi-
29 nis qualitate. † & hac ratione iure nouo consti-
tutum esse non licere mulieri nubere aut secun-
das nuptias contrahere, nisi legitime de morte vi
ri certiorata sit, authentic. hodie.C.de repudijs.
quæ in hoc legem codicis corrigit. & est.l.vxor.
eodem titulo. neque sufficit quadriennio expe-
ctasse, donec veritatem mortis habuerit, & alte-
ri nubere prohibetur. idem de iure canonico ca-
pitu.in præsentia.extra de sponsalibus.capi.do-
minus.extra de secundis nupt. & vide quod scri-
bitur in capit.cùm per bellicam.xxxiiij.quæstio.
ij. Similiter in hoc casu dicendum esse videtur.
oportet enim prius rei veritatem inuestigare, &
diligenter inquirere an socius viuat, quemadmo
dum dicitur in.l.quoties.C.de naufrag.libro.xj.
dum ait de his qui nauigauerunt, & fama est ip-
sos nautas submersos fuisse, ne, inquit ille text.
veritas lateat, à liberis nautarum siue magistro-
rum intra iudicia constitutis, super eorum quæ-
ratur interitu, quos nauicularius naufragio per-
ijsse contendit. Induci etiam recte potest. §.

novim

30 nouimus.in authent.de nupt.collatio.iiij. † Vbi additur alius modus inquisitionis faciendæ à muliere de viri morte, priusquam secundo viro nubere possit, vt decennio virum expectet, & post finitum decennium mittat literas, aut libellũ magistro militum offerat, aut duci, vel tribuno, sub quibus maritus miles erat, & veritatem mortis suæ intelligat. Et clarius & melius forma seu inquirendi modus reformatur in.§.quod autem.in authent.vt liceat matri & auiæ.colla.viij.ex quo sumpta est authent.hodie. C.de repud.quæ non in decennio, neque quoquo alio tempore mulierem excusat, nisi prius modo illic expresso diligenter inquisierit an viuens sit coniunx, an vero mortuus.inquit ille tex. nisi prius accesserit mulier aut per se aut per aliam quãcunq; personam ad priores numeri chartularios in quo huiusmodi maritus militabat, & eos seu tribunum, si tamen adest, interrogauerit si pro veritate mortuus est coniunx, vt illi sacris euangeliis propositis sub gestis monimentorum confecta mulier pro suo testimonio perceperit, quanto magis inquirendum est de veritate mortis, priusquam ad quæstiones seu tormenta perueniri possit. Cùm, vt inquit Satyricus, nulla vsquam de morte hominis contractio longa sit. Hoc plane concedendum est,

31 cum † quæstio inuenta non sit nisi propter inopiam probationum, & in defectum earum, si aliter veritas rei haberi non possit.l.edictum.&.l.j.per totam penè.l.ff.de quæstion.l.j. & fina.C.de quæstio.dixi in.l.j.§.serui. suprà eodem titu. sed postquam diligens inquisitio de socio nõ apparẽte facta erit, iam laborat iuris præsumptio aduersus eum, vt suprà diximus. & hic text.est clarus, & in eum onus probandi transfertur si velit ab illa suspicione purgari, dicta.l. maiorem.C.ad legem Corneli.de fals.l.ciuile.& l.inciuilem.C.de furt.vbi idem notat Cinus, Baldus & Angel.& Cinus in.l.fina.C.de quæstion. His accedit.l.j.vbi glos. prima communiter ab omnibus approbata.C.ad legem Cornel.de sicariis.per Bal.in.l.4.C.vnde vi. Feli.in.c.j.colum. fina.extra de præsumptio.& in.c.significasti.colum.iiij.versic.nota ibi ratione instrumenti.extra de homicid. sed in exigenda quæstione ordo seruandus est, per hunc text. qui vult seruos etiam rei de homicidio suspectos prius etiam in caput domini cum quæstione interrogari. Idem in dicta.l.extraneo.§.primo.versicu.cùm enim in socium.ff.de quæstioni. Sed de modo inquirendæ mortis Barto.longo stylo scribit in.l.ij.§.si dubitetur.ff.quemadmodum testa.aperian.Barto.& Areti.post glos.in.l.sed si de sua. in prima glos. ff.de acquiren.hæredi.& in.l.qui duos.§.cùm in bello. ff.de rebus dubiis. gloss.prima & clarius Angel.post eam in.l.si quidem. C.soluto matri. & Alexan.in apostil. Bartol.in dicta.l.secunda. §.si dubitetur. ff.quemadmodum testamen.ape-

32 rian. Et dum semel casus cõtigisset † de quodam scholastico, qui consuetudinem cum vxore alicuius ciuis Andegauensis habebat, quem socium itineris sibi assumpserat vt vnà secum domũ vsq; veniret, quem multis vulneribus confoderat, & in stagnum, quo transituri erant, proiecerat, hoc præcipuo argumento aduersus eum vsum est, quod maritus illius vxoris abhinc, quod ex Andegaui discesserunt visus non extiterat, famàque aduersus eum laboraret, attenta etiam consuetudine, quam cum illius vxore prius habuerat, totus crimen statim confessus est, & vltimo supplicio condẽnatus. Tantundem dictum est in quendam pannorum factorem, qui dominum suum mercatorem Anglum comitabatur, & occidit in monte qui ad Argentolium vergit, & in proximum nemus, quo trãsibant, corpus domini mortuum dimiserat, mox pannos Parisios portauerat vendideratq;: tandem domum reuersus illo solo indicio aduersus eum laborante apprehensus est, & dum varius in cõfessione inueniretur, accedente aduersus eum fama cum nõnullis aliis minimis & leuibus argumentis cum quæstione interrogatus est, & confessione superatus, cadauere defuncti domini reperto vltimo supplicio

33 condemnatus est. † Sic hæc domini seu socii itineris non apparitio maximum in socium parit argumentum, non tamen sola absque aliis suspicionibus ad quæstionem sufficiẽs est in eum, qui socius occisi esse dicitur, per hunc text. nisi aliàs fortè vilis aut modicæ qualitatis sit socius, quemadmodum de seruo hic dicitur. & in.l.hoc quod placet.C.de quæstioni.licet dici posset singulari ratione in seruos statutum esse, qui curam & custodiam domini habere debent, sua domini saluti postposita: vt in dicta.l.prima.§.hoc autem senatusconsultum.versicu.serui quoties.suprà eodem. Et quod non sufficiat illa præsumptio, videtur plurimum vrgere. l. cùm cognitionaliter. C.de quæstioni. vbi plura desiderat argumenta cum seruorum quæstione aduersus vxorem quæ rea mortis seu veneficii erat mariti sui.ibi, si præstita fuerint ex tanto scelere argumẽta. Et in hoc nihil speciale sit in hoc crimine quantumcunque grauissimo, quale parricidium, cùm maritus in vxorem aut in maritum vxor sæuit, quorum personæ in.l. Pompeia de parricidiis comprehensæ sunt.l.prima.ff.ad legem Pompe.de parricidiis. nam in omni crimine vnum indicium ad torturã non sufficit.l.maritus.&.l.fin. ff.de quæstio.vbi plenius Barto.examinat, similiter Ange.in dicta l.fina.C.de quæstio.verum est autem plurimum hoc indicium aduersus socium vrgere, iuxta.l. maiorem.& doctrinam Ange.C.ad legem Corneliam de fal.l.ciuile.&.l.inciuilem.C.de furtis.

34 † sed per se solum sufficiens nõ est ad torturam: quia actus magni vel irreparabilis est præiudicii.non sufficit igitur secundùm Angel.in.l.fina. in fine. ff.de his qui notantur infamia. & in. l. si quidem.C.soluto matrimon. Cinus in authenti.

hodie. C. de repud. quoniam per hoc senatuscon sultum oportet necessario de occiso constare, dicta. l. prima. §. occisorum. &. §. item illud. &. l. necessarios. §. non aliàs. suprà eodem. excipiuntur tamen singulari ratione serui & familia domini, qui, vt supradictum est, incolumem dominum seruare debent: qui si non fecerit, ob id solum quod non apparet dominus, licet aliter de occiso non constet, torqueri & puniri poterit, vt hic, & dicta. l. hoc quod placet. C. de quæstio. & dicta. l. fina. C. ad legem Corneliam de sicarijs. l. extraneo. §. primo. versicu. cùm enim in socium. ff. de quæstioni. & ratio posita est in. l. prima. §. si

35 quis in villa. suprà eodem. † quia qui domino suo opem aut auxilium non tulerunt iam in suspicione cædis domini sunt. Non sic est omnino in libero homine, contra quem tanta omnino suspicio non est, vt hic: quoniam verum est suspicione sola non esse liberum hominem torquendum, dicta. l. fina. ff. de quæstio. Et ratio est, quia suspicio licet iudicis animum ad credendum mouere possit, dubietatem tamen non tollit, secundum Barto. in. l. admonendi. quarta colum. ff. de iureiurando. Alleg. ad id. l. in lege Aquilia si deletum. ibi, ad suspicionem iudicem adducam. ff. ad legem Aquiliam. l. absentem. in princip. ff. de pœnis. cui adde authenti. si quis ei. C. ad legem Iuliam de adulter. per quam Bald. post glos. illic ait, vnam suspicionem sed plures præsumptionẽ facere. l. quanuis adulterij. C. ad legem Iuliam de adulte. de cuius dicto dicam aliàs. Si igitur suspicio tantum oriatur, vt in. l. prima. §. si quis in vil-

36 la. suprà eodem. † ex vnica suspicione quæstio inferri non potest, sed necesse est plures concurrere, dicta. l. final. in verbo, suspicionibus. ff. de quæstion. Et quemadmodum suprà diximus, recte. l. cùm cognitionaliter. C. de quæstionib. hoc probat, quæ vult plura debere concurrere argumenta priusquam vxor quæ mariti socia est. l. aduersus. C. de crimine expil. hæredi. & cubiculi socia. l. tertia. §. si maritus. suprà eodem. torqueri possit: multo minus in extraneo, dicendum est, non sanguine coniuncto, in quo crimen à lege minus iudicatur. l. secunda. quæ de fratre loquitur. & l. sed sciendum. ibi, non eos etiam pariter complecti, qui pari priore've gradu fuerint. ff. ad legem Pompe. de parricidijs. quia contra eos minor pœna inuenta est, quàm legis Pompeiæ de parricidijs, videlicet legis Corneliæ de sicarijs, vt in. l. prima. ff. ad legem Cornel. de sicarijs. in qua. l. sed sciendum. maximum colligitur argumentum non valere extensionem in criminalibus & odiosis de vna persona ad aliam, etiam si par aut etiam potior esset causa proximitatis vel rationis. Imò non sufficeret confessio illius qui per huiusmodi suspicionẽ impeteretur, vt suprà dictum est per. l. inde Neratius. §. fin. ff. ad legem Aquil. quoniam omnino oportet de occiso constare, dicta. l. j. §. illud. &. l. necessarios. §. non als, suprà eod. nec recipienda est extensio in hac lege aduersus seruos & familiã facta, quoniam in eos militat fortior ratio. & hoc dictum dilatat Modern. Papiens. Iason in. l. iusiurandum. §. si procurator. ff. de iureiuran. Et ratio posita est in. l. j. §.

37 fina. in princi. ff. de quæstio. ibi, † nonnunquam enim aut metu, aut aliqua alia de causa in se confitentur. & in versic. prudenter. eodem. §. dum in rescripto imperatorum ad Vocomium Saxam mentio fit de Primitiuo seruo, qui homicidium in se confingere non dubitauit metu ad dominũ reuertendi. & l. si quis forte. ff. de pœn. de eo qui causa euitandi supplicij confingebat se velle pro Republicæ beneficio et principis salute aliquid reuelare. Idem in dicta. l. j. §. præterea inimicorum. & §. cùm quis latrones. ff. de quæstionibus. Circa hoc vide quæ late Felin. scribit in capit. de hoc. ij. colum. versicu. de hac materia. extra de simoniac. Hostiens. in titu. de homicid. sub rubricella de inquisitionibus. §. & qualiter procedatur. colum. ij. Angel. in. l. si is cum quo. & l. certum. ff. de confess. sæpius de hac re tractauimus. Tamen qui desiderabit nonnulla circa prædicta omnia videre, commentario satis absoluto legat Ioan. de Imola post Bald. & Angel. in. l. final. ff. de hæredi. instituen. vbi Ioan. de Imola post Dinum & Baldum, de tribus tractat. Primum de eo qui cuiquam mortem minatus est, & postridie occisus inuenitur, neque scitur à quo fuerit interfectus, an illæ minæ ad condemnationem sufficiant. Secundum, si cum sanguinolento gladio inueniatur, & alius occisus comperiatur, & ignoratur à quo interemptus sit, an sufficiẽs erit illud indicium ad cõdemnationem. Et in discursu istius secundæ disputationis hunc articulum, an ad cõdemnationem vnum indicium sufficiat, an verò plura necessaria sint, examinat post Iacobum de Bello visu in. §. si vero etiam. in authentica, de exhibendis reis. collatione. v. Tertium, si res furto subtracta, in domo alicuius reperiatur, & nesciatur per quem furto subtracta fuerit, an præsumetur à domino domus aut eius familia furto ablata. Inde aliquod dictum consequutiuum tractat de fama, an ad quæstionem & condemnationem sufficiat. de qua in. l. lege Cornelia. tractare intendimus. Hic plura de his scribere nõ existimauimus. Vide etiam Baldum & Angelum in. l. cùm cognitionaliter. & in. l. milites. & in. l. fina. C. de quæstionibus. Ad reliqua huius. §. procedamus.

38 In versiculo, si appetitus sit nec occisus dominus. Accursius † hoc vocabulum, appetitus. interpretatur, id est, inuasus est dominus à seruis. Et Romanus cum Accursio sentiens pro insultato capit. & hic multa de insultatione cumulat. De his aliqua dicemus. Cæterum dico verbo, appetere. in bonam & malam partem plerunque authores vsos fuisse. In bonam Cicero libro quarto Tusculanarum quæstionum.

Quon

Quoniam, inquit, in bona natura appetimus, sic & à malis natura declinamus. Et diuus Hieronymus in epistola contra Vigilantiū, Rara, inquit, virtus est, nec facile à multis appetitur. Et Cicero in Catone maiore ait, Hæc enim ipsa sunt honorabilia quæ videntur leuia atq; communia salutari appeti, decidi, assurgi, deduci, reduci, consuli, quæ & apud nos & in alijs ciuitatibus, vt quæq; optimè morata, ita diligentissimè obseruantur. Quibus Cicero tum senes appeti dixit, quum admirabilis quædam eorum prudentia facit: qua ratione Cicero Quintum Fabium Maximum, & Cato Mutium Scæuolam appetiuerunt. In malam accepit diuus Cyprianus in epistola quam aduersus presbyteros scripsit, Nec periculū sui appetat, quæ ad meliora & diuiniora se seruat. Et Salomō in Prouerbijs, Qui amat periculum & appetit, faciliter incidit in illud. Et vt plerique dicunt, Res sæpe absque ratione appeti, cum ratione verò expeti. Hic autem in malam partem assumitur pro vulnerare: & sic appetitus, id est vulneratus. Sicuti & apud Liuium in vij. ab vrbe condita legimus. Leuans, inquit, se alis, os oculosq; hostis, rostro & vnguibus appetit. Et diuus Hieronymus in epistola cōtra Ruffinum, Ab alio appeteris, & illi tergū obuertens
39 quiescentem contra te prouocas. † Sic ergo appetitus intellige vulneratus. hoc plane verba huius legis demonstrāt dum dicitur, si appetitus sit nec occisus dominus, id est cum percussione seu vulnere insultatus. Et hunc tex. ad id notat Andre. de Iser. in. c. similiter. quib. mod. feud. amit. & in. c. porro. super verbo, assalierit. quæ fuit prima causa benefic. amit. colla. x. quanquam secundùm eum in locis prædictis, & Roma. hic, plura sint vocabula eiusdem substātiæ, quæ tamen inter se differre videntur, sicuti est aggredi & assalire seu insultum facere, vt ex illis tex. videri potest. & l. is qui aggressorem. C. ad legem Corne. de sica. dicit enim assalire personam tantum contingere, aggredi verò res cum personis. Sed hæc differentia est contra. c. similiter. quib. mod. feu. amitt. colla. x. ibi, assalierit dominū vel castrum domini, sciens dominum vel dominam ibi esse. Idem in dicto. c. porro. ibi, si dominū assalierit, vel vicum, in quo est, per vim aggressus fuerit. pariter in. l. is qui aggressorē. C. ad legem Corn. de sica. aggressio enim in personam non in rem facta erat. & in. l. prima. §. cùm arietes. ff. si quadrupes pauper. fecisf. dica. dū de arietibus & bobus loquitur, quorum vnus alterū aggressus est.
40 † Ecce quomodo animalia agunt & patiuntur aggressionē. Sed propius addo text. in. l. prima. C. quando licet vnicuique se sine iudi. vindi. ibi, aut itinera frequentata insidijs aggressionis obsederit. c. inter alia. extra de immunita. ecclesia. vbi est idem tex. quæ verba demōstrant aggressionem esse in personā tantum, vbi etiam res nō impetitur, impetere etiam seu impetū facere potius in personā, quàm in rem est. l. denuntiamus. C. de his qui ad eccle. confug. ibi, nemo moueat tumultum, aut impetum faciat. l. respiciēdum. §. delinquunt. versic. impetu. ff. de pœn. ibi, Impetu autem cùm per ebrietatē ad manus vel ad ferrum venitur: quanquam & impetus in rem fieri possit, sicuti Vlpianus ait in. l. lex Cornelia. §. domum. versicu. & si dominus. ff. de iniur. ibi, Lneq; cum impetus factus sit, colonus aget, non dominus. sed proprie, vt dictum est, in personā fit per illos tex. Idem in pulsu seu verberatione. l. lex Cornelia. in princi. versic. inter pulsationē. & l. item apud Labeonem. §. si quia pulsatus. ff. ad legem Cornel. de iniur. vel etiam si tentatum fuerit, vt inquit ille tex. de eo, qui manum leuatā tenuit quasi verberaturus. & in. §. adijcitur. eadē l. non prætermitto tex. qui vtitur vocabulo satis incomposito in. c. primo. de capita. qui curi. vendi. collatio. x. vbi ille tex. verbo, laborauerit. vtitur, inquit, laborauerit quis offendere. hic multa de attentatione scribi possent, quæ cum nostræ legi non cōueniant, illa consultò omitto. De his per Bal. in. l. si quia non dicam rapere. & in. l. raptores. C. de episcop. & cleri. & in. l. vnica. C. de rapt. virginū. hic referri conatus materia posset, quam Feli. singulari tractatu expediuit. & in. c. significasti. extra de homicid. in. l. is qui cum telo. C. ad legē Corne. de sica. in. l. prima. §. diuus. ff. ad legem Cornel. de sica. in. l. qui ea mente. ff. de fur. in. l. cogitationis. ff. de pœnis. in. l. prima. ff. de extraordina. crimi. & in. c. si voluerit. de capita. qui curiam vendi. colla. x. De insultu multa hic Roma. scripsit post Bart. in. l. respiciendum. §. delinquūt. ff. de pœn. alia etiam tradunt And. de Iser. Bal. Cardina. & alij in dicto. c. similiter. quibus mod. feud. amitta. Et Bald. & Ang. in. l. prima. C. vnde vi. Ang. post glos. in. l. is qui aggressorem. C. ad legem Corne. de sica. Bart. in. l. prima. §. cùm arietes. ff. si quadrupes pauper. fecisf. dica. Bal. & reliquos Feudistas in. c. præterea. quæ fuit prima causa beneficij amittendi.

Secundò hunc tex. ad tria notandum esse pu-
41 to. Primum est † senatusconsultum Sillanianum locum nō habere nisi mors domini interueniat, & quod occisus sit dominus, neque sufficere illum appetitum seu vulneratum vel insultatum fuisse. Verba huius legis hoc demonstrant, dum dicitur, si appetitus sit nec occisus dominus nihil senatusconsulto cauetur. Verba senatusconsulti posita sunt in. l. prima. in principio. suprà eodem. ibi, à familia necatorum. & in. §. occisorum. eadem. l. in. l. tertia. §. non aliàs. suprà eodē. in his verbis, quàm si constabit esse occisum patremfamilias. Et sic in criminalibus non esse faciendam extensionem extra casum in lege expressum: quemadmodum suprà diximus. l. interpretatione. ff. de pœnis. l. commodissime. & l. cùm quidam. ff. de liberis & posthumis. Et ratio est, secundùm Baldum in. l. hæreditas. in fine.

C.de his quib.vt indig.aufer.hæredi.quia verba
legis suum effectum non habent: quoniam aliud
est occidere,& aliud vulnerare. Et hac ratiõe di
cit consanguineum ab hæreditate consanguinei
excludendum non esse, propter indignitatem,
quoniam non nisi per mortem,non autem per il
latum vulnus: cùm hoc expressum non sit in.§.
causas.in authenti.vt cùm de appel. cognos.col
latio.viij. & idem post eum tenet Francis.Areti.
in.l.si ab hostibus.§.si vir.in secũda colum.in fi.
& prin.seq.ff.solu.matrimo.sed melius hoc iste
text.probat. Inducitur etiam.l.si quis vxori.§.si
42 ex duobus socijs.versicu. † neque verbo neque
scriptura quis furtũ facit.ff.de fur.oportet enim
actualiter furtum fieri.& melius facit dicta.l.lex
Cornelia.§.primo. versic. inter pulsationem.ff.
de iniur.dum ille tex.inter pulsationem & verbe
rationẽ differẽtiam facit.& in dicta.l.item apud
Labeonem.§.primo.eod.titu.ad hunc tex. indu
co.l.qua actione.§.Celsus.et.l.item si obstetrix.
in princ.ff.ad legem Aquil.dum ille tex.ait mul
tũ interesse an quis occiderit,an vero mortis cau
sam præbuerit.aliqd suprà diximus.Et hoc ver-
bum, appetitus. clarè demonstrat. Et in hoc
differt Sillanianum senatusconsultũ à lege Cor-
nelia de sicarijs,quæ animum percutientis tantũ
considerat,in.l.prima.in prin.ibi,furti've facien
di causa cum telo ambulauerit. Et clarius in.§.
diuus.ff.ad legem Corne.de sica.ibi, Et qui ho-
minem nõ occiderit sed vulnerauerit vt occidat
pro homicida damnandum.Licet re vera homi-
cida non sit,tamen vt homicida condemnatur.l.
is qui cum telo.&.l.seq.&.l.fi.C. ad legem Cor
ne.de sica.Ratio autem differentiæ in hoc textu
legitur dum ait,Nam si dominus tantum appeti
tus & non occisus sit,in familiam suam animad-
uertere potest,etiam occidendo, inquit hic Ac-
cursius inverbo,animaduertere.cùm causa iusta
sit.l.quid ergo.prima.§.si hæres.ff. de legat.pri-
mo.l.qui seruum.ff. de verbornm obligatio.l.j.
43 ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. † per quas pro-
batur dominum ex iusta causa vitæ necisq; pote
statem in seruos habere. Et vis huius verbi, ani-
maduertere.demonstrat, quia vitam & animam
amplectitur.l.imperiũ.in verbo,animaduerten-
dum.ff.de iurisdic.omnium iudi.Et hoc quia iu-
sta causa subest,vt dicitur in dicta.l.qui seruum.
&.l.quid ergo.prima.§.si hæres.et.l.j.&.ij.ff.de
his qui sunt sui vel alie.iuris.§.fin.Institu.de his
qui sunt sui vel alieni iur. & vbique glos.decla-
rat,præsertim in dicto.§.fina. in verbo,cognita.
quæ verba illius.§. sine causa legibus cognita.
Accurs.sic intelligit, legibus cognita,id est in.l.
expressa.non quod necesse sit à prætore vel iudi
ce cognosci,sed sufficere vt eã dominus cogno-
scat. Et secundùm hanc legem possit.l. vnica.C.
de emẽda.seruo.interpretari,& moderari, dum
prima pars illius legis de seruorum castigatione
loquitur,quã dominis permittit,duntamen mo-
derata sit domini castigatio,nõ autem vbi immo
derata esset:vt si fortè dominus vsque ad seruo-
rum mortem & occisionẽ impias & crudeles ma
nus barbarorum more extendere vellet. Et hoc
modo verbum,animaduertere. in hac lege posi-
tum moderandum esset. Sed sustinendo glos.no
stræ interpretationem faciliter patet responsio
ad illam.l.vnicam. C.de emenda.seruo.quia illa
lex loquitur,quãdo dominus pro voluntate sua
vel arbitrio sine causa legitima sæuire vellet in
seruos. Et ita expresse dixit illa lex ibi, si volun-
tate eum ictu fustis aut lapidis occiderit, & cæte
ra. Cui concordat.c.si qua forma.l.distinct. ibi,
voluntate an casu occiderit.& in versic.si volun
tate. Secus autem vbi causa iusta & legibus co-
gnita,id est,in legibus expressa dominus in ser-
uum animaduertat. quoniam illa potestas vitæ
necisq;,quam olim domini in seruos habebant,
passim pro voluntate sæuiendi in eos,vt in dicta
l.prima & secunda.ff.de his qui sunt sui vel alie.
iur.&.§.sed maior asperitas.Instit.eo.In quibus
rationem illarum constitutionum considerandã
44 esse puto,dum dicitur † reipublicæ expedire ne
re sua quis male vteretur. Sed qui secundùm le-
gis authoritatem sua potestate vtitur,abuti ea di
ci nõ potest.l.Gracchus.C. ad legem Iuliam de
adulter.l.nec in ea lege.&.l.quod ait lex.ff.ad le
gem Iuliam de adulte.Et hoc sentit Accurs.in di
cta.l.prima.inverbo,causa.ff.de his qui sunt sui.
& in dicto.§.fin.Instit.eo.in verbo,cognità.mo
tus Accursius per.d.l.quid ergo.prima.§.si hæ-
res.ff.de lega.j.l.qui seruum.ff.de verbo.oblig.
Inducitur etiam tex.l.seq.in verbo,extraordina
rium auxilium. quanquã in filijs non idem cense
45 rem,per.l.iij.C.de patria potesta.in qua † paren
tum potestas limitata est, vt sola modica filiorũ
castigatio parentibus sit commissa. vbi verò se-
uerior propter filij delictum necessaria erit casti
gatio,vult filios prouinciæ præsidi offerri dictu
ro in filium pœnam quam pater dicere voluerit.
Hoc ideo dicit,quia lex præsumit paterni nomi
nis pietatem semper pro filijs consilium capere,
si tamen fortè omissa paterna pietate plus æquo
in filium sæuire vellet,noluit hoc parentum affe
ctioni committi,sed iudicum notioni reseruari.
l.vnica.in fine.C.de emenda.seruo.vt aliqua pa
tribus fræni temperies detur, quemadmodum à
lege iudicibus datur,in.l.ij.C.de custo.reorum.
dum sine temperamento in reos sæuire volunt.
in seruos nõ sic.Et vltra quàm suprà dictum est,
volo cõsiderari dictam.l.ij.ff. de his qui sunt sui
vel alieni iuris.in his verbis,vt si durius habitos
quàm æquum est.quæ eadem repetũtur in dicto
§.fin.Instit.de his qui sunt sui vel alie.iur.Ange.
autem hic dicit in hac lege rectè probari statuta,
quæ de occisione loquuntur,non posse ad letali
46 ter vulneratum extẽdi. † quoniam verba in suo
proprio significato accipiẽda sunt. Et hac ratio-
ne dixit Bald.in.l.huic scripturæ. per illum tex.
ff.ad

ff.ad legem Aquil.& in.l.damni infecti.§.Sabi-
ni.argumento illius text. dominũ Odoneum de
Odis potestatem Florentinum nõ recte fecisse,
qui post habitam medicorum relationẽ de quo-
dam qui letaliter vulneratus erat,quiq; mortem
euitare non poterat secundùm peritorum medi-
corum relationem,morte vulnerati nõ expecta-
ta vulnerantẽ secundùm statutum Florentiæ su-
spẽdere fecerat,& vix grauiterq; mortem Odo-
neus de Odis euitare potuit. Saluauit autẽ eum
Florentiæ dux,à morteq; eum liberauit:quia le-
taliter vulneratus maturius mori potest accele-
rata per alium vulnerati morte: quo casu vulne-
rans de vulnerato tantum cõdemnari debet,oc-
cidens verò de occiso.l. ita vulneratus.ff. ad le-
gem Aquiliam.nisi fortè certum esset vulneratũ
æque vita excessurũ esse si acceleratus non fuis-
set,vt inquit ille tex.in versicu. rursus. Sed circa
prædicta non omitto quod in.d.l.vnica.in prin.
47 C.de emẽda.seruo.dicitur, † nullum crimen do
minum sustinere,si fortè contingat seruum à do
mino castigatũ post susceptam castigationẽ dece
dere,dũtamen dolose non sæuierit,sed solita ca-
stigatione vtens loris percusserit, aut in vincula
custodiæ causa cõiecerit.Roma. hic addebat,&
occiderit.per.l.circuncidere.§.fi.ff. ad legẽ Cor
ne.de sica.sed illa.l.obstare videtur Roma.quæ
ait.l.Petronia & senatusconsultis ad eam perti-
nentibus hãc dominis potestatem qua in seruos
vtebantur ad depugnandas bestias pro suo arbi
trio seruos tradere,ademptam fuisse, oblato ta-
men iudici seruo,si iusta sit domini querela pœ-
næ huiusmodi tradendũ esse. Et hac ratione An
gel.& Moder.Papiens.post eum contrarium di
xerunt in.l.pen.ff.de condic.causa da.causa non
secu.In primis inducunt illam.l.penul. iuncta.l.
interdum.§. qui furem.ff. de furtis. & decisione
Baldi in.l.si ea quæstio.C. de his quib.vt indig.
48 dum quærit, † quomodo potest hæres seruũ tor
quere, cùm ante aditam hæreditatem adhuc dñs
non sit.dicit Bal.post glos.illic in verbo, habe-
retur.hoc posse,cùm in spe dominus sit.Secũdò
post glos.ait intelligendum esse de priuata quæ-
stione, quã de seruis hæreditariis hæres exigere
potest ad instructionẽ eius, nõ autem ad pœnã:
cùm punitio iudici reseruata sit, dicta.l.pe. quæ
incipit,cùm seruus.ff.de condictio.causa da.cau
sa non secu.& sic potestas vitæ necisq; in seruos
adempta est,secũdùm eos. Pro eis potest induci
ratio.l.j.ff.ad legem Cornel.de sica. quæ seruos
à liberis non distinguit, quisquis sit qui seruum
aut liberũ hominem occiderit: quare nec distin-
guere licet, vulgato iuris brocardico. Sed nõ
videntur Angel.& Moder. Papiens.in.d.l.cùm
seruus.ff.de cõdi.causa data causa nõ secu.Neq;
Roma.hic,qui à prima sua extensione seu inter-
pretatione glos.nostræ in verbo, animaduerte-
re.discedere visi sunt, recte dicere. Neq; obstat
illa.l. cùm seruus.imò pro Accursio recte facit.
nõ enim illa.l.domino interdicit quo minus do-
minus seruos in quæstionem petere possit, sed
49 contrarium videtur innuere. Quoniam domino
serui triplicem actionem concedit aduersus eum
qui dederat præfecto vigilum offerendũ pro fur
to,quod à seruo sibi factum esse asserebat, eo q
præfectus eũ pro illo furto vltimo supplicio in-
iustè condẽnauerat. Primã ad exhibendũ actio-
nem.Secũdam furti, seu condictionẽ furtiuam.
Tertiam condictionẽ ob causam datorum. Do-
minus enim cùm seruum suum Titio tradiderat,
sub ea lege tradiderat vt si id in seruo repertum
non esset,illum sibi restitueret:sed Titius nõ ser
uata lege conuentionis illum præfecto vigilum
tradiderat,veluti de furto cõuictum, puniendũ,
qui vltimo supplicio illũ affecit, existimãs præ-
fectus vigilum Titiũ serui esse dominũ, & eum
veluti conuictum & confessum tradidisse vt sup
plicio illum affligeret. Certe hoc fieri cum iniu-
ria domini non potuit. Et hac ratione illæ tres
actiones in Titium à lege concessæ sunt. Simili-
ter dico ad.l.interdũ.§.qui furem.ff.de furt. vbi
est idem penè casus. Neq; ex hoc inferri posset,
etiam si dominus serui præfecto vigilum puniẽ-
dũ tradidisset,quod ob id domini potestas adẽ-
pta fuerit: quia si per se hoc potest, multo magis
per iudicem, dicta.l.circuncidere.§.fina.ff. ad le
gem Corne.de sica. Secũdò in ea lege furtum
non erat domesticũ, propter quod dominus of-
fensus dici posset:de quo in dicta.l.respiciendũ.
50 §.furta domestica.ff.de pœn. † quę etiã dñs pro
illo furto morti tradere nõ posset, imò neq; ipse
iudex hoc potuisset, ꝑ illũ tex. quare nõ poterat
dñs ꝓ furto seuerius in seruũ animaduertere q
iudici lex ꝑmittit.Licet hodie de cõsuetudine in
furẽ ꝓpter furãdi cõsuetudinẽ animaduertatur,
etiã vsq; ad mortẽ,iuxta ea quæ Pau.de ca.notat
in.l.iij.C.de epis.audi.ꝑ.l.capitaliũ.§.solẽt.ff.de
pœn.qualitas tñ delicti non mutaẽ,quia delictũ
priuatũ manet,neq; ob id fit publicum.l.ij.ff. de
cõcussio.l.fi.ff.de fur.& idẽ not.glos.in dicta.l.
cùm seruus.in verbo.summo supplicio.ff. de cõ
di.causa da.causa nõ secu.Non sic est vbi seruus
in personam domini attẽtat,vel aliquid graue in
eũ cõmittit,sicuti est in casu huius.l. &.d.l.quid
ergo.prima.§.si hæres.ff.de lega.primo.dum il-
le textus ait, si hæres hominem legatum ob faci-
nus occiderit,hoc est merentem, sine dubio di-
cendum erit eum ex testamento nõ teneri. Idem
in.l. seruum quem.ff. de pignoribus. ibi, si me-
rentem non tenebitur.Idem in.l. qui seruum.ff.
de verborum obligationibus.ibi, si eum in faci-
nore deprehenderit,impune eũ occidit. Sed pro
furto causa sæuiẽdi in seruum vsque ad mortem
nõ est legibus cognita seu recepta: quare in cõsi
deratiõe esse nõ potest illa.l.cùm seruus.ꝑ.d.l.j.
ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.d.§.fi.Instit.eo.
Præterea quicqd per iudicẽ factũ erit,q coërcẽ-
di potestatẽ habebat, vti erat præfectus vigilũ.

l.nam Reipublicæ.§.primo.in verbo,furibus.ff.
de offi.præfec.vigi. non potest in consideratio-
ne esse. Hoc dicit.l.eleganter.§.fin.ff. de pigno.
actio.neque is,qui præfecto tradidit puniendũ,
excusatur: quia,vt suprà dictũ est, triplici actio-
ne à domino conuenitur per dictã.l.cùm seruus.
Quare illa lex signari seu allegari non meruit.

Secundo loco non obstat.l.circuncidere.§.fi.
51 ff.ad legem Cornel. de sica.quæ ait † non licere
domino suo arbitrio seruum ad depugnãdas be
stias tradere. Concedo, nuda domini voluntate,
vt inquit.l.vnica.C.de emenda.seruo. seu nudo.
suo arbitrio sine causa legibus cognita , id est in
legibus expressa non licere domino in seruũ ani
maduertere,per illum tex. sed vbi causa legibus
erit cognita,quibus in seruos merentes dominis
cõcessum est animaduertere,ego puto eum pos-
se,per dictas.l. qui seruum.l. quid ergo.§. si hæ-
res.& alias suprà commemoratas,& in glos.no-
stra in verbo,animaduertere. expressas, dicta.l.
prima.ff.de his qui sunt sui vel alieni iur.ibi,nul
lis hominibus licet supra modum & sine causa
legibus cognita , id est legibus expressa sæuire.
Et in sequenti responso eiusdem.l. refertur im-
peratoris Pij Antonini constitutiõ , qua statuit,
qui sine causa seruum suum occiderit , non mi-
nus puniri iubetur , quàm qui alienum seruum
occiderit. Igitur cum causa dominus seruum suũ
occidere potest. & in.l. secunda eiusdem tituli.
Primò dum in ea refertur eiusdem Pij Antonini
rescriptum ad Aelium Marcianum procõsulem
Euticiæ,in quo verba sequentia cõtinentur, sed
dominorum interest ne auxilium contra sæuitiã
vel famem vel intolerabilem iniuriã denegetur
his qui iuste deprecantur. Si igitur iniuste,nõ au
diantur: vt in sequẽ.responso eiusdem.l.dicitur,
vt si vel durius habitos quàm æquũ est , si causa
legibus cognita dominus sæuierit , iam non ini-
quum,sed æquum erit quod fecit dominus. Ea-
dem verba repetuntur in.§.fina.Insti. de his qui
sunt sui vel alieni iur. ex quibus aperte constat,
52 † non esse veterem dominorum potestatẽ adem
ptam,vel restrictam, nisi quatenus sine causa le-
gibus expressa & cũ iniuria durius, quàm æquũ
est,dominus sæuiret. Et illic Accursius mea opi
nione recte considerauit: cui ego consentio. Nõ
obstat.l.vnica.C.de emenda.seruo. quemadmo
dum suprà docuimus. Licet nõ videam aliquos
aduertisse. Nam illa.l. de illis loquitur , qui sua
voluntate,& sic pro suo arbitrio & sine causa le
gitima legibus expressa immoderatè in seruos
sæuire vellent. Si autem castigando seruum cum
causa & per causam illius castigatiõis seruus de-
cesserit , nullum criminis metum dominus susti-
net. Licet Bal.ex illa.l.tantum distinguat an mo
deratè vel immoderatè seruum castigauerit. Sed
non puto Bal.recte considerasse: sed si cum cau-
sa seruum castigauerit etiã immoderatè , vt quia
inquit ille text.loris seruum afflixerit , & in vin-
cula coniecerit & inde mors sequatur, reus mor
tis serui nõ erit. Alioqui si sua volũtate sine cau-
sa castigauerit,abutendo sua potestate plecten-
dus est,vt in.l.j.&.ij.ff. de his q sunt sui vel alie-
53 ni iuris. † multo magis si aut telo aut ictu lapidis
aut id genus supplicijs in illa.l.expressis occide-
rit,reus erit criminis. Et ita glos.illic sentit in ver
bo,sustineat.in vltimis verbis glos.ibi, nisi cum
causa: vt.ff.de verbo.obliga.l.qui seruum. &.l.
quid ergo.§.si hæres.ff.de lega.primo.& Ange.
illic Accursium sequitur. Licet idem Ang. secus
sensisset in.l.cùm seruus.ff.de cõdictio.causa da
ta causa non sequu. Neque glos.in.l. si ea.C.de
his quib.vt indig.quam Moder. in dicta.l. cùm
seruus.inducit post Ange.contradicit,imò neq;
vllum verbum supradictorum aperit. Præterea
in consideratione esse non potest quæstio Baldi
posita in dicta.l. si ea. cuius suprà meminimus,
dum de hærede loquitur, qui ante aditam hære-
ditatem seruos hæreditarios torsit, vnde mors se
54 quuta sit: † quoniam re vera hæres ante aditam
hæreditatem dominus non est.l.liber homo.pri
ma.§.si seruus.ff.ad legem Aquiliam. Dum ille
tex.ait,si seruus hæreditarius occidatur, q̃s Aqui-
lia agat, cùm dominus nullus sit huius serui. Cla
rum est autem seruum prohiberi adire priusquã
de familia quæstionẽ suppliciumq; sumere pro-
curauerit: vt in.l.necessarios.in princi.&.§. non
est.suprà eo.vbique dictũ est. Et lex hac ratione
transmissionem ad suos hæredes cõcedit,si pro-
pter huius senatusconsulti prohibitionem adire
non valuit: vt in.l.tertia.§.fina.suprà eod. Mirũ
igitur non est si hæres sæuire non potest. Secus
igitur in domino à seruo seu familia grauiter of-
fenso,quæ pœnam mortis de iure expectat,vt su
prà dictum est per.l.seruum quem.ff. de pigno.
ibi,si merentem.&.l.eleganter.§.fi.ff. de pigno.
actio.& legibus hic in glos.allegatis, quarum su
prà mentionem fecimus.&.l.prima.ff.de his qui
sunt sui vel alie.iur.&.§.fin.Instit.eod. loquun-
tur quando sine causa dominus seruum occidit.
Causa autẽ hic exprimitur quando sanguinarias
manus in dominum inijcit , in quem si dominus
non animaduertet, iudex forte durius quàm fa-
cturus esset dominus, sæuiret, per rationẽ.l.pri-
55 mæ.§.vltimo. suprà eod. † quoniam serui saluti
dominorum insidiantes igne cremari poterunt.
l.capitalium.§.grassatores.versic. cremantur.ff.
de pœnis. vbi & humiles & plebeias personas
alijs præparantes insidias simili ignis supplicio
vult affici. Hinc dicunt Andr. de Iser. & Car-
dina. Alex.in dicto.c.porro.quæ fuit prima cau
sa benefi.amitten.colla.x. Faciendam esse diffe-
rentiam,an dominus per insidias aggressus sit à
vasallo,an verò absque insidijs.c. si voluerit. de
capita.qui curi.vendi.l.hac edictali.§.conuenti-
culas.de pace tenenda & iuramen.firman.colla.
x. Nam propter insidias seuerius cũ seruo subdi
to & vasallo agẽdum est à domino aut à iudice,
dicto.§.

dicto.§.grassatores.versicu.igni cremantur.

Et dum hic Romanus post Angelum ex hoc textu colligit in statutis locum non habere.l.si quis non dicam rapere.C. de episcopis & clericis.intellige in statutis actus perfectionē seu consummationem desiderantibus,vt hic,& in.l.prima.§.finali.ff. de extraordina. crimini.nisi forte absurditatem in iure naturali vel politico induceret,vt suprà dictum est per.l.ita vulneratus.ff. ad legem Aquiliam. quia in his quod in commune vtile est,solum spectari debet.l.tertia.§.vtrū. suprà eodem.illic diximus: nec insistendum est circa vanas illas disputationes: quia legis sententia potius attēdenda erit: vt in.l.si quis id quod. ff.de iurisdictione omnium iudicū. plures alias suprà annotauimus.Et cùm hic articulus mihi visus sit quotidianus & vtilis, hac ratione expedire illum volui aliqua breui cōclusione.Igitur cō
56 clusio erit, † Ambulans cum telo necādi hominis gratia,vel volens paratis insidijs hominē occidere homicida censendus est, licet mors inde seu homicidium non sequatur.Et lege Cornelia de sicarijs & veneficijs puniendus est.l. prima. in principio.&.§.diuus.ff. ad legem Corneliam de sicarijs.l.is qui cum telo.C.eodem. ad legem Corneliam de sicarijs. Idem in atrocioribus criminibus dicendum est, in quibus conatus ad aliquem exteriorem actum deductus æque punibilis est,atque si crimē perfectum esset.l. prima. in fine.ff.ad legem Pompeiam de parricidijs.l.si quis non dicam rapere.C. de episcopis & cleric. l.quisquis.C.ad legem Iuliam maiest.l.ij.in verbo,leui argumēto.C.de hæreti.l.vnica.C.de raptu virginū.Et licet plerique sint,qui non vsque ad vltimum supplicium posse extendi dicant, & sæpius vociferare nonnullos audiui: tamen satis mihi erit allegare.l.aut facta.§.euentus.ff.de pœ
57 nis.Inquit ille tex.† non minus lex punit eū qui occidēdi hominis causa cū telo ferit, quàm eum qui occiderit puniat.Quod autem qui occiderit vltimo supplicio puniatur, vltra vulgatam.l.tertiam.C. de episcopali audien. addo textum in.l. vnica.in principio.C. de raptu virginum.ibi, & merito mortis dānātur supplicio:cùm nec ab homicidij crimine huiusmodi raptores sint vacui.

Sed huic cōclusioni obstare videtur.l.prima. §.hæc verba.ff. quod quisque iur. ibi,quid obfuit conatus, cùm iniuria nullum habuerit effectum:? Et sic effectus seu euentus rei potius spectari debet quàm conatus.l. prima.§. primo. & §.imperfecto.ff.de extraord.crimi.vbi in crimine raptus & stupri potius effectū quàm conatū considerat. Idem in hoc senatusconsulto,vt hic, non tantum appetitus: & sic actus ille percussionis etiam cum animo occidendi non punitur hoc senatusconsulto. Secundò.l. huic scripturæ. §.si seruus.l.item Mela.§.Celsus.&.l.qua actione.§.Celsus.l.qui occidit.§.finali.&.l.ita vulne-
58 ratus.ff.ad legem Aquiliam.† vbi qui vulnerauit etiam letaliter, si tamen alius exanimauerit, primus de vulnere,secundus verò de occiso lege Aquilia tenebitur. Et sic aliud est mortifere vulnerare, & aliud occidere. tametsi dicta l.ita vulneratus.§.rursus. inter mortifera vulnera distinguar, quod aliqua sint ex quibus certū & indubitatum est vulneratum decedere,qui licet ab alio postea exanimetur, vterque tamen de occiso tenebitur lege Aquilia. Si verò nō ita certum,vt si forte medici nihil prorsus certū dicāt, & rei successus demonstrat: tunc vulnerans de vulnerato,occidēs de occiso tenebitur,per prædicta.Et sic vbi lex necem desiderat,vulnus illatum cum animo occidendi non æque punibile erit per illas leges,& hunc tex. Tertiò ponderatur.l.prima.§.diuus.ff. ad legem Corne. de sica. in his verbis,pro homicida damnandū.& sic qui cum telo ambular necādi hominis gratia,& vulnerauit occidendi animo,homicida non est, sed pro homicida damnandus est.Confirmatur vno
59 trito iuris adagio, † aliud esse aliquē esse talem vel pro tali haberi.l.patris & filij.ff.de vulga.& pupil.substitu.vbi Moder. Papiens. post Franci.Areti.hoc adagium prosequitur. Induci potest.l.fi.§.videri.ff. de bonis eorum qui ante senten.mor.sibi consciue.dum ille textus ait,videri autem patrem,qui sibi manus intulisset,quod diceretur filium suum occidisse, magis dolore filij amissi mortem sibi arrogasse.& sic in benigniorem partem interpretatio fit.sed melius versicu. sequen. hoc probat, ibi, sicuti cùm quæritur an is qui sibi manus intulit,& non perpetrauit, debeat puniri,quasi de se sententiam tulisset: secus autem si perpetrasset, per rationem eiusdem versiculi:quia si sibi non pepercit, multo minus alij parceret. Et sic actus debet esse consummatus. Idem in.l.tertia.§.is qui ad hostes.ff. de re mili-
60 ta.† Vbi plus punitur qui ad hostes confugit, quàm qui apprehensus est, & hoc modo perfugere impeditus seu prohibitus est. Quod dictū Franciscus Aret. prosequitur in.l. si fugitiui.C. de seruis fugitiuis. facit.c. primum, quibus modis feudum amittatur.collatiōe decima. vbi per Baldum dixi in.l. prima.§.finali. suprà eodem.

Quartò,in lege Cornelia de sicarijs pro homicidio pœna mortis nō erat imposita.l.tertia.§.legis Corneliæ.ff.ad legem Corneliam de sicarijs. humiliores bestijs subijciebantur, altiores verò in insulam deportabantur:hodie verò iure Codicis in.l. tertia.C. de episcopali audientia.dicitur, homicida quicquid fecit semper expectet. Et Ioannis vigesimosecundo,qui in gladio percutit, gladio peribit. Sed si is qui alium vulnerat occidendi animo,nō autem occidit,nihil potius aut peius expectare debet quàm quod fecit. & sic mitius quàm morte plectēdus est: quia homicida nō est, licet pro homicida damnādus sit.

Quintò, lex Cornelia de ſica. verbo, occide-
rit. vtitur in.l. prima. in principio. ff. ad legem
61 Corne. de ſica. † & ſic actum perfectum & con-
ſummatum deſiderat. ſed qui vulnerauit non oc
cidit, vt hic & ſuprà dictum eſt in ſecũdo funda-
mẽto: cui ego addo, Vbi aliquid in alterius mor
tem confertur, nihil debetur donec vltimus vitæ
ſpiritus emiſſus ſit. l. qui duos. ff. de manumiſ. te
ſta. l. prima. ff. de conditio. & demõſtra. ibi, quia
non ceſsit dies viuo eo: quanuis certũ fuerit hæ-
redem moriturum. l. peculium. §. fi. ff. de leg. ſe-
cundo. ibi, eo defuncto libertas cõpetit. Accedit
quod ſcribitur in. l. Statius Florus. §. Cornelio
62 Felici. ff. de iure fiſci. † vbi relictũ in diem mor-
tis, non cedit ante euentum mortis naturalis. Et
ideo ſi deportato aliquid relictum eſt, quandiu
deportatus viuet, licet per deportationem ciui-
liter mortuus à lege iudicetur. l. prima. §. fina. ff.
de bono. poſſeſ. contra tabu. non tamen circun-
ducitur à fiſco quod illi debetur quandiu natu-
raliter viuet. Idem in. l. ex ea. §. in inſulam. ff. de
verbo. obliga. l. legatum. & l. eas. ff. de capit. di-
minutio. quia nõ niſi in naturali morte verifica-
ri poteſt. l. peto. §. prædium. & l. cùm pater. §. hæ
reditatem. primo. ff. de lega. ij. dixi in. l. neceſſa-
rios. §. non aliàs. in repeti. ſuprà eo. titulo. Vnde
eſt quod pro iniurioſa pulſatione lex pœnam le
gis Corneliæ de iniurijs imponit. l. lex Cornelia.
in princ. & l. item apud Labeonem. §. ſi quis pul
ſatus. ff. de iniur. quæ pœna poſita eſt in. l. fin. ff.
63 de iniur. † ſerui flagellis cæduntur, liberi humi-
les fuſtibus ſubijciuntur, cæteri exilio tempora-
li vel interdictione rei certæ. hæc pœnarũ diſtin
ctio criminum varietatem oſtendit. Ob id Spe-
cu. in titu. de accuſa. §. primo. verſicu. quid ſi pri
mo. quem Ioan. Fab. in dicta. l. is qui cum telo.
C. ad legem Corneliã de ſica. refert, & in. §. item
lex Cornelia de ſica. Inſtit. de publi. iudi. dicit. l.
is qui cum telo. vſu & cõſuetudine antiquatam
eſſe. tametſi Ioan. Faber in locis prædictis dicat
illam legem in caſu ſuo obſeruari debere: quia
de eo loquitur, qui paratis inſidijs cum telo am-
bulat, vt ex propoſito hominẽ occidat: quia inſi
diæ delictum ſunt. l. propter inſidias. C. qui accu
ſa. poſſunt. c. porro. quæ fuit prima cauſa benefi
cij amittẽ. Et ſimiles emunitate eccleſiæ nõ gau-
dent. c. primo. extra de homici. dixi in repetitio-
ne. §. non aliàs. ſuprà eod. Quibus adde quæ Fe
lin. notat in. c. ſignificaſti. ſecundo. extra de ho-
mici. Ioan. Andr. in. c. felicis. de re iudica. in. vj.
Paul. de caſt. Alex. & cæteri moder. omnes in di
cta. l. prima. §. fina. ff. quod quiſq; iur. Bartol. &
Alex. in dicta. l. prima. §. diuus. ff. ad legem Cor
nel. de ſica. vbi Bart. iſtius conſuetudinis in Spe
cul. relatæ in loco prædicto meminit, illamq; in
Italia ſeruari: quia Italia ſtatutis regitur. Et ſtatu
ta dicunt, ſi quis occiderit. quæ verificari nõ poſ
ſunt niſi naturalis mors ſecuta ſit exemplo legis
64 Aquiliæ, quæ vulnus à morte diſtinguit. † Et
Mediolani & Rothomagi diuerſimode vidi iu-
dicare. aliquos enim vltimo ſupplicio damnari
vidi, nonnullos leuioribus pœnis ſubijci. in ve-
neficio noſtra ætate vidi rationem perſonarũ ha
beri, ſacerdotẽ exauctorari ſeu regradari, vt ſe-
cundùm diuum Hieronymum loquar in epiſto-
la ad Pammachium contra Ioannem epiſcopum
Hieroſolymitanum & Ruffinũ, quæ eſt. xx. ter-
tij tractatus primæ partis. ea nunc habetur folio
lxx. ſecundi Tomi in impreſsis Pariſ. imperato-
res & decretalium authores degradationem vo-
cãt in. l. prima. C. de priuileg. ſchola. libro. xij. c.
degradatio: de pœn. in. vj. Iureconſulti exaucto-
rationem appellant in. l. ij. §. ignominiæ cauſa. ff.
de his qui notan. infa. ibi, ſed & ſi eum exaucto-
rauerit, id eſt, inſignia militaria detraxerit. l. qui
de libertate. ff. de liber. cauſa. ibi, erit exauctora
tus, id eſt, militia remotus. l. qui cũ vno. §. igno-
minia miſſus. & §. exauctoratus. ff. de re milita.
alios humiliores laqueo ſuſpendi: quæ nobilis
erat muro perpetuo in ſolitudine viuere coacta
eſt: aliquos autem propter ſolas inſidias attenta
tas vltimo ſupplicio tradi, iuxta. l. is qui cum te-
lo. C. ad legem Corne. de ſica. & l. primam. §. fi-
na. ff. ad legem Pomp. de parrici. c. primũ. de ho
mici. lib. vj. & ea quæ Bal. ſcribit in. l. ſi quis nõ
dicam rapere. C. de epiſco. & cleric. & Bartol. in
l. Cicero. ff. de pœn. & in. l. diuus. ff. de extraor-
dina. criminib. Non puto vnum omittendum
eſſe, quod Bar. ſcribit in dicta. l. aut facta. §. euẽ-
65 tus. ff. de pœn. dum ait, † Licet in lege Cornelia
de ſicarijs verba animum tantũ, non autem euen
tum cõſiderent, bonus tamẽ rectusq; iudex ſua
æquitate debet actus euentu etiam conſiderato
diligenter attendere, vt aut grauiorem aut leuio
rem pœnam imponat ſecundùm quod rei quali
tas & criminis euentus poſtulabit, iuxta. l. quid
ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa.
& l. ſi ſeuerior. C. ex quib. cauſ. infa. irroge. vbi
Franciſ. Aret. declarat quãdo iudex aut minue-
re aut exaſperare pœnam poſsit. Cui adde Feli.
in. c. canonum ſtatuta. xij. colum. extra de conſti
tu. l. ad beſtias. ff. de pœn. l. eum qui triginta. ibi,
habita conſideratione videlicet meritorum. & l.
quinque ſummates. C. de decur. lib. x. Sed Ioan.
Fab. in dicta. l. is qui cum telo. C. ad legem Cor-
ne. de ſica. & dicto. §. item lex Cornelia de ſicar.
Inſtitu. de publi. iudic. ait legis ſeueritatem exe-
quendam eſſe in caſu ſuo, quãdo paratis inſidijs
homicidium attentatum eſt, & vulnus inde ſecu
tum. Pro Ioan. Fab. induci poteſt. l. vt vim. ff. de
66 iuſti. & iure. dum illa. l. dicit † nefas eſſe hominẽ
homini inſidiari, & naturæ omnino aduerſans:
cùm natura nobis quandam cognationem con-
ſtituit. Et hac ratione lex cuicunque permiſit in
hac re ius impune ſibi dicere, & in eos ſæuire q
paratis inſidijs alioa occidere ſtudẽt. l. prima. C.
quando lice. vnicuique ſe ſine iudi. vindi. quod
aliàs iure non liceret. l. prima. ff. ad legem Iul. de
vi pri

vi priua. &.l.extat.ff.quod metus causa. si priua-
to hoc iure licet, quanto magis iudici. Accedit
his ratio.c.primi, de homicid. libro sexto. Et, vt
suprà commemoratum est, lex ob id in his gra-
uioribus & atrocioribus criminibus animũ tan-
tum considerauit, non autem euentum, & æque
animum vt euentum coërcendum puniẽdumq;
esse voluit in dicta.l.aut facta.§.euẽtus.ff.de pœ-
nis. & dicta.l.prima.§.diuus.ff.ad legem Corne-
liam de sica. quæ quanuis non ignorauit homi-
cidam non esse, sed pro homicida condemnan-
dum, pœnam tamen non variauit, vt suprà osten-
dimus, dum in dicto.§.euentus. dicitur, quanq;
67 † non minus lex eum qui occidẽdi hominis cau-
sa cum telo ferit quàm eũ qui occiderit, puniat,
idem in dicto.§.diuus. dum ait, pro homicida da-
mnandum. & sic quanquam homicida nõ sit, ta-
men homicidæ pœnæ eum damnandum esse vo-
luit. Et expresśius imperator declarauit in dicta
l.is qui cum telo.C. ad legem Corneliam de si-
carijs. Is qui cum telo ambulauerit hominis ne-
candi causa, sicuti is qui hominem occiderit, vel
cuius dolo malo factum erit commissum legis
Corneliæ de sicarijs pœna coërcetur. tantũdem
dicitur in dicto.§.itẽ lex Cornelia de sicarijs. In-
stitu.de publicis iudic. Ecce quantum ad pœnæ
impositionem ab homicida non differt, qui cum
telo ambulat necãdi hominis gratia. neque Bar-
tolus inficiatus est in dicta.l.aut facta.§. euẽtus.
ff.de pœn. vt paulò ante diximus. Sed pro Bart.
recte ponderari potest.l.capitalium.§. grassato-
res.ff.de pœnis. Dum ille tex. primo ait, Grassa-
tores, qui prædæ causa id faciunt proximi latro-
nibus habẽtur. nõ ergo latrones sunt, sed proxi-
mi latronibus. Secundo loco ait, Et si cum ferro
aggredi & spoliare instituerunt, capite puniun-
tur. Er aduertatur, quæso, moderatio legis, dum
dicit, Vtiq; si sæpius atq; in itineribus hoc admi-
serunt, cæteri in metallum dãtur, vel in insulam
relegantur. Ecce quomodo distinguũtur hi qui
semel tantum ab his qui sæpius grassati sunt in
itineribus causa prædæ. Et anno millesimo qn-
gẽtesimo decimonono die sabbati vigesima sex-
ta Iunij idem iudicari & obseruari vidi. quan-
quam illi.§.grassatores. plurimũ obstare videa-
tur, dicta.l.prima.in prin.ad legem Cor.de sica.
inquit illa.l. lege Cornelia de sicarijs & venefi-
cis tenetur, qui hominem occiderit, cuiúsve do-
lo malo incendium factum erit, qui've hominis
occidendi furti've faciẽdi causa cum telo ambu-
69 lauerit. † Ecce quomodo hæc duo paritate sup-
plicij plectuntur hominem occidere, vel cum te-
lo ambulare causa hominis necãdi furti've faciẽ-
di cũ telo ambulauerit. quæ grassatoris est diffi-
nitio, cùm quis grassatur, id est frequenti gradu
siue cũ impetu in aliquẽ properat, vt ipsum telo
seu quouis alio modo feriat, vel malo animo ra-
piat. Lactantius secundo libro diuinarum Insti-
tutionum, Suis, inquit, vitijs perditi sæuiunt, et
grassantur vt perdant. et tertio libro ait, Archi-
pirata quispiam vel latronum ductor si suos ad
grassandum cohortetur. Hinc Festus Pompeius
ait, grassari proprie dicuntur latrones vias obsi-
dentes. Gradi siquidem ambulare est: vnde tra-
ctum grassari, ab impetu gradiendi, & gradiẽdo
supra modum sæuire, vt Nonio Marcello pla-
cet. Sed ego puto vtranque legem concordari,
verbísque vtriusque legis aperte demõstrare vi-
dentur. Nanq;.l.capitalium.§.grassatores. intel-
ligatur de his qui causa prædæ non autem occi-
dendi hominis causa in itineribus grassantur:
tametsi ferro accincti transeũtes aggredi & spo-
liare instituerint. Et verba legis ob id recense-
bo. Inquit ille text. grassatores, qui prædæ cau-
sa id faciunt, proximi latronibus habentur: & si
ferro aggredi, & spoliare instituerũt, Sic si spo-
liare causa prædæ, non autem occidere institue-
runt, tametsi cum ferro aggredi voluerunt, sed
non occidendi hominis gratia. Et ob id proxi-
70 mis latronibus sunt, quoniam latrones proprie
dicũtur qui paratis latenter insidijs homines in-
tercipere & adoriri proposuerunt. Vergil. in se-
cundo, fixumq; latronis impauidus frangit telũ.
Tametsi latrones antiqui dicebant eos milites
qui conducti erant vt laterẽt, vt Festo Pompeio
placet, & hostes circũducerent, quasi laterones,
quia circa latera esse soleant, secundùm Varro-
nem. hos lex grauius punit. furca enim figendos
esse ait, in eadem.l. capitalium.§. famosos.ff. de
pœn. & occidere permittit, vt suprà dictum est
l.prima.C.quando lice. vnicuique se sine iudice
vindica. & immunitate ecclesiæ priuantur.c. in-
ter.extra de immunita. ecclesia. Et istorum om-
nium differentiam colligo ex prædictis legibus,
71 † vt is qui cum telo ambulat, sine causa furãdi,
aut in itinere, vel in priuatis domibus, aut aliàs
reus est legis Corneliæ de sicarijs. De eo loqui-
tur dicta.l.prima.in principio.ff.ad legem Cor-
neliam de sicarijs. Et quem licet impune occide-
re si se telo defendat, & apprehẽdi non posśit.l.
itaque.ff.ad legem Aquiliam.c. interfecisti. ex-
tra de homici. & multo fortiori ratione si etiam
occidendi animo faciat: quia tunc geminatũ cri-
men committit, videlicet quasi homicidium, di-
cta.l.prima.§. diuus.ff. ad legem Corneliam de
sicarijs. dum pro homicida damnãdum esse ait.
Secũdò furtum violentum, quod plus est quàm
manifestum, quia vim facit. Et hac ratione secun-
dùm qualitatem illius violentiæ iura per pœna-
rum varietatem crimina distinxerunt, vt inquit
l.sacrilegij pœnam.in principio.ff.ad legem Iu-
liam pecul. Et in actione vi bonorum raptorũ,
de qua in toto titulo.ff.&.C.& Institu. vi bono-
rum raptorũ. vbique quadrupli pœna statuitur,
ad similitudinem furis manifesti, quandoq; pœ-
na legis Iuliæ de vi priuata, & legis Iuliæ de vi
publica: vt in illis titulis.ff. &.C. ad legem Iuliã
de vi publica & vi priua. Præsertim in.l.seruos.

C. ad legem Iuliam de vi publi. Et hoc recte declarauit Iurecõsultus in dicta. l. aut facta. §. quali
72 tate. ff. de poen. † dum ait, furta manifesta à non manifestis, rixæ à grassaturis, de quibus noster sermo est, expilationes à furtis, à violentia petulantia. Sed si constare posit quod occidendi animo aggredi spoliareque voluit: tunc legis Corneliæ pœnæ locus esse debet, dicta. l. prima. ff. ad legem Corneliam de sicarijs. & hoc voluit dicta. l. aut facta. §. euentus quoque. ff. de poen. Si verò non animo occidendi, sed prædæ causa tantum, quemadmodum in illo iudicio in curia reddito compertum est, cuius suprà meminimus: & tunc locus est dictæ, l. capitalium. §. grassatores. ff. de pœn. etiam si cum ferro aggredi, & spoliare instituerint, vt si semel tantum in metallum damnari debent, vel in insulam relegari. & dicta. l. seruos. C. ad legem Iuliam de vi publico. tu adde meliorem text. in. l. prima. ff. de furibus balneæ. ibi, sed si se telo fures defendunt, vel effractores, vel cæteri his similes, nec quenquã percusserint, metalli pœna, vel honestiores relegationis afficiendi erunt. Nota illa verba, nec quenquã percusserint. vel per iudices secundùm regionũ mores in aliam pœnam commutari, illis tamen non grauiores, quemadmodum inquit text. in. l. prima. ff. de furi. balne. ibi, dũmodo sciamus in pœnam eorum operis publici tẽporarij modum nõ egrediendum. Et in. l. stellionatus. §. fin. versicu. solent. ff. de crimine stellionatus. ibi, non debeat opus metalli hæc pœna in plebeis egredi. In his autem qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio, aut ab ordine motio remittenda
73 est. † quantum hæc apud nos inualuit opinio, vt pœnæ hodie sint arbitrariæ, quemadmodum de pœnitentia scribitur in. c. tempora. vbi glossa & Archidiaco. xxv. quæstio. vij. sed verum est his qui iura ignorant, & quibus arbitrium pro lege est, iuxta illud Satyrici, Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. cuius meminit glos. in. §. furtiuæ quoque res. Institu. de vsucapio. quod Iustiniano non placet, vt in simili scribitur in. §. fina. Institu. de donatio. ibi, cuius fauore antiquos legislatores multa & contra cõmunes regulas statuisse manifestum est. Et in. §. quia verò verisimile. versicu. oportet. in authenti. de non alie. reb. ecclesi. collation. ij. Oportet, inquit, ea quæ communiter & generaliter in omni vtilitate sanciuntur, potius valere, quàm ea quæ contra aliquos studẽtur agi ad corruptionem cõmuniũ legum. Verum est autẽ vbi constitutiones principis vel lex scripta vel consuetudo pœnam non inuenit, causa tamen cognita liberum arbitriũ erit ei qui cognoscit pœnam certam statuere, & non aliter inquit. l. prima. §. expilatores. ff. de effracto. dun tamen non contra bonos mores quicquam fiat. l. item apud Labeonem. §. adijcitur. ff. de iniur. l. nemo plumbatarum. C. de exacto. tributo. libro decimo. l. aut damnum. §. vita. & §. proinde. & §. hostes. ff. de pœnis. l. vnica, in fine. C. de emendatio. seruorum. recte potest induci. l. sacrilegij pœnam. versiculo, & scio. & versiculo, sed moderanda. ff. ad legem Iuliam pecul. Excipiuntur hi qui sæpius grassati sunt & in itineribus hoc admiserunt, dicta. l. capitalium. §. grassatores. non ergo satis esset in villa vel ciuitate etiam sæpius hoc admisisse, sed in itineribus oportet eos commisisse: quoniam ille textus copulatiuè hæc duo requirit. Primò quòd sæpius. Secũdò quod
74 in itineribus, † quoniam & hi grassatores dici possunt qui nocturno tempore in villis aut oppidis vel vrbibus seu ciuitatibus astant etiam cũ ferro prædæ causa, vt à transeuntibus vestes auferant, vel etiam aliquid aliud subtrahãt. de quibus loquitur illa. l. aut facta. §. qualitate. ibi, Rixæ à grassaturis. Neque quod ferro succincti deprehenduntur grauius eos constringit: cùm non occidendi animo, sed tuendi sui causa habeant. Istorum meminit Tranquillus in Augusto. cap. trigesimosecundo de Augusto loquẽs, Pleraque, inquit, pessimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam, aut ex consuetudine licentiaque bellorum ciuilium durauerant, aut per pacem etiam extiterãt. Nam & grassatorum plurimi palàm se ferebãt succincti ferro, quasi tuendi sui causa: & rapti per agros viatores sine discrimine liberi seruique ergastulis possessorum supprimebantur. Et mox subiungit, Igitur grassatores dispositis per opportuna loca stationibus inhibuit, ergastula recognouit. Ex cuius dictis Iureconsulti nõ dissimilem censuram in eos statuerunt, cùm sæpius grassati sunt, per dictum
75 §. grassatores. † Secundò cùm in cõsuetudinem à malis iniquisque ac peruersis hominibus crimen aliquod deducitur, quos lex vltimo vult supplicio puniri, dicto. §. grassatores. dum ait, capite puniuntur. Quo loco caput non pro deportatione assumitur, vel damnatione in metallum, cùm illos qui semel tantum grassati sunt illa pœna dicta. l. puniat. Et ad id ponderatur dicta. l. aut facta. §. finali. ff. de pœnis. ibi, nõnunquam euenit vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbẽtur: quoties nimirũ multis personis grassantibus exemplo opus sit. non quod ille textus de multitudine hominum simul vnà peccãte intelligatur, quos lex aliter punit, vt in. l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis. ibi, Quòd si ita correpti in eisdem deprehendantur, exilio puniendi sunt: nonnunquam capite plectendi &c. de multis peccantibus. l. prima. §. puniuntur. ff. de abigeis. ibi, sed vbi frequentius est id genus maleficij: alioqui & in opus nõnunquam temporariũ dantur. vt quia hoc maleficij genus in consuetudinẽ perditi homines introduxerint, per vicos & plateas vel ciuitates & oppida nocturno tempore, siue cum ferro vel absque ferro prædæ causa tantum, non autem occidendi animo prædantur & subtrahunt. quos illa. l. aut facta. §. finali. vult vltimo

vltimo supplicio puniri, & secundùm admissorum maleficiorum consuetudinem supplicia augeri. l. prima. in princip. ff. de abige. Puniuntur, inquit, durissime, non vbiq; sed vbi frequentius est id genus maleficij. Alioqui et in opus nõnunquam temporariũ dantur, dicta. l. sacrilegij pœnam. §. & scio. ff. ad legem Iuliam pecul. His addere potes quæ Lucas de Pẽna scribit in. l. j. colum. ij. in fine. & . l. sequẽ. C. de deserto. & occulta. libro. x. Cin. Bald. & Ange. & alij in. l. inciuilem. & . l. ciuile. C. de fur. & in. l. maiorem. C. ad
76 legem Corne. de fals. † Ex quibus omnibus recte concludi potest licere quandoq; à verbis statuti discedere, secundùm quod in commune vtile erit: quemadmodum vsus inuenit legem Draconis, quam in fures statuit, quæ mortis erat, vt Aulus Gellius meminit libro. xj. c. xviij. noctiũ Attica. pro Reipubli. beneficio obseruare: sicut & iniuriarum pœnam, quæ in duodecim tabulis erat. xxv. assium, vt idem Gellius scripsit in cap. primo. lib. xxj. noctium Attica. ius arbitrariam fecit pro iniuriæ qualitate: vt in. l. fin. ff. de iniur. §. in summa. Instit. de iniur. & facit. l. secunda. ff. de bo. eo. qui sub tutela vel cura sunt. & recte supra induximus. l. ita vulneratus. in. §. penulti. ff. ad legem Aquil. ibi, multa authoritate in iure ciuili contra strictam rationem disputandi pro vtilitate communi recepta esse. & . l. tertiam. §. vtrũ. supra eod. dum vult spectari quod in commune vtile est. dictũ est in repetitiõe & lectione. §. nõ alias. in. l. necessarios. supra eo. non tamen absq; ratione fieri debet, vt in dicta. l. sacrilegij pœnã. ff. ad legem Iuliam pecul. & melius in. l. & si seuerior. ibi, certis rationibus motus. C. ex quibus causis infa. irroge. alioqui non licet. l. seruos. in fine. C. ad legem Iuliam de vi public. l. fina. C. ne
77 sanctum baptis. reite. † Pœnæ autẽ statutæ, vbi certæ erunt, in proprijs terminis regulariter accipi debẽt, iuxta. l. primam. §. hæc verba. ff. quod quisque iur. l. prima. §. hoc interdictum quod de cisterna. vbi Barto. not. ff. de fonte. l. apud Trebatium. in princ. ff. de aqua pluuia arcen. ibi, neque eñ aquæ calidæ aquæ pluuiæ sunt. Et Moder. omes extẽdunt in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthumis. vbique volunt statuta stricte debere interpretari, neque licere verba transgredi. Pro quibus iste text. forte melius quocũque alio hoc probat. & . l. prima. ff. de extraordina. crimini. sed nulla est regula quæ non aliquando vim patiatur, vt inquit Iustinianus in §. vt autem lex. in authen. de non alie. reb. eccle. collatione secunda. Quid, inquit, erit stabile inter homines, & ita immobile, vt nullam patiatur mutationem? cùm omnis noster status sub perpetuo motu consistat. §. primo. in authen. de non eligend. secundo nuben. collatione prima. Nam aduersus. l. apud Trebatiũ. ff. de aqua pluuia arcend. videtur obstare. l. prima. §. idem Labeo scribit. ff. de aqua quotidia. & æstiua. dum ille textus ait, Etiam si prætor hoc interdicto de aquis frigidis sentiat, tamen de aquis calidis interdicta non esse denegãda: sed non sine causa, vt inquit ille text. in versiculo, nanque. & versicu. his accedit. & versic. constat. Similiter. l. vellera. C. de vestib. holobar. libro vndecimo. aduersatur decisioni Barto. in dicta. l. vnica. §. hoc interdictum quod de cisterna. ff. de fonte. dum
78 quæstionem facit † de statuto prohibente vsum perlarum, vt non comprehẽdantur fictæ perlæ: quia statutum in proprio significato & vera vocabuli substantia recipi & intelligi debet, non in ficta: quoniam illi obstat dicta. l. vellera. ibi, nec tinctum cum Rodino prius serico, alio postea colore fucari, cum de albo omniũ colorum tingendi copia non negetur. l. vnica. C. nulli lice. in frænis aut equestrib. sellis. libro vndecimo. ibi, neq; illud sub hoc colore et prætextu præparare quod velit elementiæ principali velut aliquod munus offerre. Ludouic. Roma. multa congessit in repetitione. §. de viro. in. l. si verò. ff. soluto matrimo. & in rubri. & . l. prima. ff. de arbitr. Et neotericorum istius quæstionis pleni sunt codices. Igitur quantum ad hunc text. satis est dicere quòd hic Iurecõsultus dixit verbum, occiderit. in senatuscõsulto expressum ad vulnus etiã cum animo deliberato illatum nõ posse extendi, per rationem huius text. quam mox declarare intendimus. In tex. Nihil senatuscõsulto cauetur. Recte in hoc tex. probatur tritum illud & verè hrocardicum adagium, Satis esse aut opponenti aut respondenti dicere hoc in lege scriptum non esse, vel non inueniri, vel non esse legem quæ hoc dicat. l. tertia. §. fina. ff. de præuarica. ibi, quia neque lege aliqua de hac re cautum est, neque per senatusconsultum. §. cùm igitur. versiculo, optimum. in authentica, de non eligen. secundò nuben. collatio. prima. ibi, nec qualibet est lex aliquid tale dicens. l. fin. in fine. C. de consuli. libro duodecimo. ibi, sed ne quid in parte temporis talle eueniat. & sine legibus inueniatur, frequẽs est apud omnes. §. cõsideremus. in authen. de trien. & semisse. collatione tertia. ibi, cum hoc non lege agimus, erubescimus. Sed nõ passim quis sibi hoc adagium struat, nisi memoriæ tam sit locuples, iusq; ipsum totum ciuile & canonicum tam accurate perlegerit vt nihil prorsus intactũ reliquerit, neque ab eo lectum sit quod memoriæ non commendauerit, vt Raphael Fulgo. nõ minus prudenter quàm apposite dixit in. l. eius qui in prouincia. §. quod si stipulatus. super glossa. in verbo, sicut. ff. de rebus creditis. dum glossa ait aliàs non reperisse in lege regulam in illo §. positam. dicit enim Raphael prædictus non meminisse glossatorem aliàs hoc dixisse, nisi in illa lege. Et, vt id recte dicatur, oportet hæc concurrere. Primum quod quis totum iuris ciuilis

corpus viderit. Secūdum quod intellexerit. Tertium quod omnium recordetur. quod nemini doctorum hæc tria simul cōtigisse putat: tametsi præter cæteros Accursius melius hoc asserere potuit: quoniam integrū ius ciuile glossauerit. Et hac ratione Bartol. in.l. cùm scimus. in fine. C. de agrico. & censitis. libro vndecimo. arguit eos qui glossam positam in.l. iubemus. C. de libera. causa. alibi nō esse dicunt, cùm alias illi cōformes alleget. Neq; abs re putat Raphaelē Fulgosium in loco prædicto hoc dixisse. Nam & Iustinianus in.l. secunda. §. si quid autem. C. de ve-
79 te. iure enuclean. † difficillimum esse ait in tanta legum copia & librorum multitudine, vt penè impossibile sit omnium habere memoriam: neque in natura vituperandum esse, cùm hoc imbecillitati humanæ quæ naturaliter inest hoc inscribatur, cùm omnium habere memoriā, & penitus in nullo peccare, diuinitatis magis sit quàm humanitatis seu mortalitatis, veluti aliqui codices habent. Nec dissimile est aliud iuris brocardicum, quod ex.l. peregre. in principio. ff. de acquiren. possessio. colligitur, labilem esse hominum memoriam: cùm sæpius contingat loci memoriam repetere: quemadmodū contigisse Philippo de Aregio doctori Bal. notauit, qui cùm Papiæ, vbi aliquando iura ciuilia legendo professus erat quodlibetum fecisset in titulum de testamentis, profitens multa se velle de quolibet in materia vltimarum voluntatum respondere. Bal. qui tum Papiæ auditor erat, & quem prius legentem audiuerat, surrexit, interrogauitq; illum vbinam in iure haberetur, vulgarem substitutionem in legato factam non comprehendere nisi casum quo noluerit vel potuerit. Et cùm ob mutuisset, Bal. aperto libro ostendit illi.l. pater qui Seuerinam. ff. de conditio. & demonstratio.
80 sic † nemo tam supinus esse debet vt suæ doctrinæ & literaturæ vel etiā memoriæ confidere debeat, iuxta.c. ne innitaris. extra de cōstitutio. qui textus est diui Hieronymi. Tametsi in comperto sit ab Antonio de prato, qui repertorium, vti dicunt, in commentarios Barto. iusto aliquo volumine compilauit, additum fuisse Barto. plures leges & glossas dum eas interpretaretur singulares dixisse, neq; alibi esse, tametsi multæ ac multæ sint ab eo allegatæ quæ non adeo singulares sunt quin cohærentes, affines, &, vt ita dixerim, consanguineas & vterinas leges & glossas habeant. Neque ob id derogare intendo authoritati Iustiniani imperatoris in.l. vnica. §. quibus specialiter. C. de nouo codic. componen. & in.l. prima & secunda. C. de vete. iure enuclean. In plerisque illarum legum partibus in procemio Digestorum & Institutionum, qui gloriatur omnia iuris superflua & superuacanea resecasse, dixeritq; in dicta.l. prima. paulò post principium. C. de veteri iure enuclean. quod semel dictum est,
81 iterum repetendum non esse: † cùm & verbositate tum & superfluitate adeo sit delectatus, vt nihil ab eo sit compositū quod in multis fæcem fastiditionis non generauerit, tantaq; fuit suæ verbositatis copia vt Fabium superauerit, cuius Horatius in prima Satyra meminit. Cætera de genere hoc adeo sunt multa loquacem delassare valent Fabium, hoc genus nostra tam insolens ætas effutiuit vt nihil aliud præter id inueniatur quàm probris certare, satyras scribere, vt omnē priorem ætatem veluti Reipublicæ noxiam delere, & penitus extirpare velint, qui nihil aut parum difficultatum iuris nouerint, atque ob id legum nodos dissoluere nequeant, vt dum in foris comparent veluti infantes, sicuti Cicero ait in Rhetorica ad Herennium, & in tertio de legibus, nasci videtur. in cōfesso est multos verè doctos & ad bonas literas natos apparere, qui plurimum in Republica munus offerunt, quibus etiam non mediocris seu vulgaris literaturæ viri delectantur, gaudentq; suo consortio, lætantur suis, alienis nō despectis, cùm, vt inquit Gregorius nonus in.c. humilis. extra de maiorita. & obedien. humilis esse debet magistri doctrina: neque putet quisquā se scire quod nesciat alter. De his satis dicta esse puto.

Prædicta solent ab omnibus induci ad id cu-
82 ius suprà meminimus, ex isto textu † non esse licitum in pœnalibus casum legis extendere, nisi quatenus in lege aut senatuscōsulto cauetur, seu scriptum inuenitur, nisi verba legis aut sententia hoc admitterent, vt suprà diximus. & in.§. non aliàs. suprà eodem. per.l. si quis id quod. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & alijs legibus illic notatis. Quibus adde.l. marito. §. illud. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. plura hic nō dicam: cum, vt suprà dixi, neotericorum codices istorum omnium triuialium pleni sint. In tex. Ipse enim in familiam suam potest animaduertere. Baldus & Roman. hic sic glossæ interpretationem in verbo, animaduertere. admittūt dum ait glossa, occidendo de eis vt bestijs cum causa iusta.l. quid ergo. §. si hæres. ff. de legatis primo. & alijs legibus in ea memoratis. & intelligunt veram esse, si in actu vel in ipso aggressuræ tempore domini seruos apprehendunt: quos tunc occidere licebit: quemadmodum de extraneo legitur in.l. prima. C. vnde vi.l. si ex plagis. §. tabernarius. &.l. scientiam. §. qui cum aliter. ff.
83 ad legē Aquiliam. † cùm vnicuique liceat vim vi repellere cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ: alioqui occidere non licet. Sic in domino dicendum esse volunt, vt non plus liceat domino in seruos sæuire vltra quàm suprà dictum sit. Potest eorum opinio iuuari quod.l. Cornelia de sicarijs distinctionem non faciat inter seruos & liberos. omnes enim sub lege comprehendit, quisque seruum aut liberum hominem

hominem occiderit. Addunt. l. circuncidere. §. fi
na. ff. ad legem Corne. de sica. cuius suprà memi
nimus. Sed nō possum illis me subscribere, quo-
niam alioqui hoc senatusconsultum nihil singu-
lare dominis cōcessisset in seruos, qui tam nefan
da in dominos non tantum cogitauerint sed ex-
pleuerint in dominos facinora, vt quos seruare
incolumes debent, necatores & occisores com-
periantur, contra id quod in senatusconsulto Sil
laniano expressum est in. l. prima. in princ. suprà
eo. in tota penè lege, vt illic docuimus, & l. fina.
C. de his quibus vt indig. & alijs multis legibus
per nos toties repetitis & cribratis. Et minus
aliud, quod ex isto tex. inferūt. sequeretur enim,
vt illi aiunt, dominum iurisdictionem in seruos
habere. quæ mea opinione nō recte cōcludunt:
quoniā si huiusmodi illationes veræ essent, nul-
lum dominis in seruos & libertos priuilegium
hoc senatusconsultū cōcederet. quod aperte iste
tex. contradicit, dum ait, ipse enim in familiā suā
84 potest animaduertere. † Nam & vilem adulterū
impune maritus occidere potest, si illum in actu
comprehendat, dicta. l. marito. ff. ad legem Iuliā
de adulter. & l. Gracchus. C. eo. titu. neque ser-
uus hoc senatuscōsulto puniri potest, si forte do
minum non prohibeat sic in vxorem sæuientē. l.
tertia. §. si maritus. suprà eo. similiter cuicumque
suum aggressorem licet in ipso actu impune oc-
cidere: & non tantum in ipso actu licet, imò præ
uenire potest. l. is qui aggressorem. & l. si quis
percussorem ad se venientem. C. ad legem Cor.
de sica. In qua signari volo verbum, venientem.
Et dicta. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Quanto ma
gis licere debet domino in seruum, qui in domi-
num dupliciter peccat. Primò in ius naturæ, di-
cta. l. vt vim. quæ in hoc æque seruo sicut & libe
ro communis est. l. hos accusare. §. fin. ff. de accu
sa. l. venia. C. de in ius voc. & dicta. l. j. ff. ad legē
Corne. de sica. Secundò in ius ciuile: quia domi
ni potestati subijcitur, vt in toto titu. ff. & Instit.
de his qui sunt sui vel alie. iur. & secundùm illud
ius tueri debet dominū, illumq́ꝫ seruare incolu-
mem, neque suam salutem saluti domini præpo-
nere: vt in. l. j. in princi. & §. potuisse. versic. vlti-
mum. suprà eod. Et hac ratione dico senatuscon
sultum nō propter communē naturæ rationem
tantum fuisse introductum, sed propter iuris ci-
uilis cōstitutionem ex quadam naturali ratione
introductam: vt in. l. j. in princ. suprà eo. propter
85 † quam est potestas dominis cōcessa, vt propria
authoritate absque iudicis requisitione in pro-
prios seruos, qui in eum sæuire nō dubitauerūt,
possint animaduertere. Et istud est extraordina
rium auxilium, quod à lege dominis cōceditur,
vt inquit. l. sequ. & in libertos. Præterea initium
huius. §. differētiam demonstrat. Nam vbi mors
domini interuenit, quæstio per iudicē exigi de-
bet à familia instante hærede occisi, & mox sup-
plicium assumi, si conscia auctrix aut fautrix est
homicidij in dominū cōmissi. Similiter & secun
da pars huius. §. ostendit, dum de domino à fami
lia appetito tantum loquitur, quem nō vult sub
senatusconsulto comprehēdi: cum alia iuris par-
te dominis in seruos alia potestas sibi reseruata
est animaduersionis, quæ ea non est, cuius Bald.
& Roma. suprà meminerūt, & ex prædictis cō-
firmauimus, qua licet aggressorem suum impu-
ne occidere, si sine moderamine inculpatæ tute-
læ periculum mortis euitari non potest: sed ea
quæ iure dominicæ potestatis à lege cōcessa est,
de qua in. l. prima & secunda. ff. de his qui sunt
sui vel alie. iuris. & in legibus allegatis post glos
sam hic, in verbo, animaduertere. in prima parte
huius. §. Sed illis addo text. specialiorem & huic
nostræ legi conuenientem in. l. fina. §. primo. ff.
de publica. & vectigali. dum ille text. ait, si quis
improfessus seruus fuerit, & probabitur in com
missum cecidisse, & aut vxorē domini corrupis-
se dicatur, aut aliud grauius admisisse, vt cogno-
scat procurator. Et si in his causis compertus sit
86 æstimetur, & ad pœnam domino tradatur. † Ec
ce quomodo pro his criminibus nō occidendus
statim traditur domino neq́ꝫ puniēdus, sed cum
causæ cognitione cum fiscali procuratore habi-
ta seruus ad pœnam domino tradatur, vt in eum
animaduertat. Et dicit illic glos. & recte in ver-
bo, tradat. Nam ex causa morti eum tradere po-
terit dominus, vt infrà de verborum obligatio.
l. qui seruum. Iterum, inquit Accursius, pote-
rit eum torquere vt veritatem eruat, cùm per fa-
miliam res melius aperiantur quæ domi gerun-
tur. C. de repud. l. consensu. §. seruus. & cætera.
Ecce quomodo Bald. & Roma. expositio susti-
neri non potest. Tantundem probant leges illic
& hic per Accurs. allegatæ, & quas superius an-
notauimus, & l. sequen. vt dixi in his verbis, ex-
traordinariū auxilium habebit. clarè ostendunt.
dicam in. l. seq. quibus existimo nō posse respon
deri. Nec huic text. accōmodari potest. l. vnica.
C. de emendatio. seruo. quoniam intelligēda est
de ea simplici castigatione, quam dominus de fa
milia facit propter nōnulla domestica errata, nō
autem de his quæ non modo errata dici debent,
sed maleficia seu crimina, quæ familia in domi-
num facit non tantū seruis non congruentia, sed
neque exteris, & in quibus animaduersio, nō di
xerim castigatio, expectanda est, quemadmodū
inquit. l. item apud Labeonem. §. si communem.
& §. adijcitur. in princ. & versic. cæterum. & ver
sicu. vnde quærit. & l. prætor edixit. §. præterea.
ff. de iniur. Nam in illa. l. vnica, de seruorū emē-
datione tractatur. hic verò & alijs legibus suprà
relatis, de ipso vulnere, vel de cæde aut veneno
in dominum appetito tractatur, vt vindicentur:
& sic ad vindictam est, vt inquit illa. l. prætor. §.
si dicatur. versicu. nam ibi principaliter. Et hoc
verbum, animaduertere. in hac lege positū desi-
gnat, vt suprà docuimus per. l. imperium. ff. de

iurisdictione omnium iudicum. & mox copiosius explicabimus. Similiter. l. finali. §. primo. ff. de publicanis & vectigali. non dicit seruos in illis criminibus ad castigandos vel emendandos eos tradi, sed vt ad pœnam domino tradantur. Non sic est in filio, cui hæc libertas concessa nō est absque iudicis ministerio. l. congruentius. & l. si filius. C. de patria potesta. l. vnica. C. de emēda. propinquorum. Nec obstat quod Bald.
87 & Romanus dixerunt † occidere & pœnam imponere meri esse imperij, neq; hoc ius posse cōpetere priuato, imò nec magistratibus municipalibus. l. magistratibus. ff. de iurisdictione omnium iudicū. §. nulla. &. §. & iudicare. in authentica, de defensoribus ciuitatū. collatione tertia. Imò plus dico, Et si rei eis offerantur, in ipso latrocinio vel congressu violentiæ aut perpetrato homicidio stupro vel raptu vel adulterio deprehensi, illos cum his à quibus fuerūt accusati sub idonea persecutione ad iudicium dirigere debent. l. defensores. tertia. C. de defensorib. ciuitatum. Quoniam non omnia facultatē habens occidendi, vel mortem exigendi, imperium habere dicitur, sed facultatem simplicem à lege concessam qua impune vti possint quæ ob necessitatem hominum, & in odium eorum qui neglecta naturali ratione & legis seueritate, quales sunt hi qui vitæ alterius cōtra ius naturæ insidiantur, vel cum propter eorum crimina seu facinora à lege adeo exosi habentur, vt contra iuris communis regulas in aduersarij potestatem committantur, veluti à lege diffidati, vt inquit. l. fina. C. de maleficia & mathematicis. &. c. primum. in fine. de homicidi. libro sexto. vel cùm seruus cum domina miscere se audet, vt inquit. l. vnica. C. de mulieribus quæ proprijs seruis se immiscuer. & in dicta. l. finali. §. primo. ff. de publicanis & vectigalibus. ibi, & aut vxorē corrupisse domini dicatur. &. l. qui seruum. ff. de verborum obligationibus. vel pone in patre, qui in domo sua vilem adulterum cum filia deprehendit. l. nec in ea lege. &. l. quod ait lex. §. quod ait lex. ff. ad legē Iuliam de adulter. & marito. dicta. l. marito. eodem titulo. ff. &. l. Gracchus. C. eodem titulo.
88 † Tertio in casu. l. itaque. ff. ad legem Aquiliam de fure nocturno, qui se gladio defendit. cap. interfecisti. extra de homicid. l. furem nocturnum. ff. ad legem Corneliam de sicarijs. Quartò in casu. l. vnicæ. C. quando liceat vnicuique se sine iudice vindicare. Quintò in dicta. l. fina. C. de maleficis & mathematicis. Sextò in. l. minime. ff. de religios. & sumptibus fune. Septimò in. l. si percussorem. &. l. is qui aggressorem. vbi Ange. C. ad legem Corneliam de sicarijs. l. vt vim. ff. de iustitia & iure. l. prima. C. vnde vi. Octauò in dicto capit. primo. de homicid. libro sexto. & alijs multis casibus. In his omnibus licet impune homicidium committere. Ob id tamen lex non dixit eos iurisdictionem vel imperium habere, neque in genere, neque in specie: licet ius in causa propria dicere videantur, vt inquit textus in. l. penultima. ff. ad legem Iuliam de vi priua. &. l. extat. ff. quod metus causa. Sed hoc est propter facultatem à lege illis concessam, vt in. l. capite quinto. ff. ad legem Iuliam de adulter. & notatur plenè à Canonistis in cap. cùm non ab homine. extra de iudic. sic est in casu nostro & alijs si-
89 milibus legibus, quæ † non intendunt dominis in seruos iurisdictionem aut imperium cōcedere, sed animaduertendi facultatem prout vnusquisq; de familia meruerit, vt in dicta. l. seruum. in fine. ff. de pignor. in verbo, merentem. & dicta. l. quid ergo. prima. §. si hæres. in verbo, merētem. ff. de legatis primo. & alijs legibus suprà commemoratis. Concedo autem melius dominum facere si iudici seu præfecto puniēdum offerat, vt in. l. eleganter. §. finali. ff. de pignori. per rationem quam in similibus referre soleo, cùm propria authoritate aliquid à lege facere conceditur, melius esse si per iudicem fiat: vt in. l. si pupillorum. ff. de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt. &. l. prima. §. primo. ff. si ventr. nomine mulier in possessio. missa sit.

In. l. & in libertos. in tex. extraordinarium auxilium habebit. hic text. rectè facit pro his quæ in Baldū & Roma. in. l. præcedenti. §. finali. diximus, dominum in seruos & libertos propter offensam in eum factā beneficio huius senatusconsulti extraordinarium auxilium habere: quia sine iudice exercere potest, vt in. §. finali. l. præceden. ostendimus: quia manus violentas in dominum iniecerunt. Induci potest. l. respiciendum. §. furta domestica. ff. de pœnis. quæ in his criminibus, in quibus dominus in seruos & familiares seu domesticos vel mercenarios suos domi animaduertere potest, publicam vindictam à iudice postulari non admittit: quia præsidis coercitionem non expostulant. Et dicit hic glossa
90 † in libertis hoc esse extraordinariū auxilium: quia in seruitutem reuocare potest. l. secūda. C. de libertis & eorum liber. sed non videtur mihi satisfacere hæc glossæ expositio, & maxime cùm ille textus pro leui offensa libertum in seruitutē reuocare posuit, etiam absque eo quod necesse habeat dominus eum præsidi offerre, vt ipsemet Accursius in eadem. l. voluit, in verbo, sub imperio. quāquam in. l. prima eiusdem tituli dicatur, extra ordinem patrono, qui sua voluntate seruum manumisit, accusationem ingrati liberti facere vult. sed hoc verbum, extra ordinem. ob id dictū est, quia æquū nō videbatur seruū factum liberū. & sic pristina naturali libertate restitutū, posse denuo in seruitutē reuocari: cùm intersit, ciuitates liberis hominibus repleri. in authen. vt libe. de cæte. in prin. coll. vj. l. j. & ij. C. de cōi ser uo manumiss. tū hoc extra ordinē concessum est. Similiter et hic aliud extraordinariū dñis cōcessum est: qa etiā sine iudice hoc possunt. Et ad id allego

allego text.in.l.serui & filij.in princ.ff.de furtis. ibi,neque enim qui potest in furem statuere, necesse habet aduersus furem litigare : idcirco nec actio ei à veteribus prodita est. Si autem tale crimen ab eis commissum esset, vt vindicta publica opus esset, qualis ea est quæ exprimitur in.l.capitalium.§.grassatores. versicul. igne cremantur. ff.de pœnis. & per se animaduertere non potest, sed ad iudicem debet referre. & vtrunque expressum est in.l.finali.C.an seruus ex facto suo. Accedit.§.illud. in authenti.vt liber. de cætero.collatione.vj.

PAVLVS.

Senatusconsulto Pisoniano cauetur, vt, si pœnæ obnoxius seruus vænisset : quandocunque animaduersum in eum esset, venditor pretium præstaret: ne emptori iniuriam fecisse videatur Senatusconsultum.

Summarium in præscriptæ Legis lectionem sequentem.

1 Hæres interfecti potest adire hæreditatem ante quæstionem suppliciumque de familia sumptum, si mors detegi nequeat.
2 Lex sancta neminem sua carere cogit re absque causa legitima.
3 Ecclesia iustitiæ cultrix, nil contra iustitiam patitur cuiquam fieri.
4 Pignus vel hypotheca an possit prohibere domus euersionem, stante statuto &c.
5 Creditores anteriores non præferuntur fisco, quãdo vterque satisfieri potest.
6 Ædificia an possint quandoque dirui in pœnam delicti.
7 Ædificium in loco publico constructum, destrui debet, non obstante principis rescripto.
8 Damnatus ad mortem, ad tempus seruari potest, vt creditoribus suis rationes reddat.
9 Domus communis an debeat dirui altero peccante in damnum non peccantis, stante statuto &c.
10 Respublica læsa per malefactorem præfertur creditori priuato in bonis delinquentis.
11 Creditor in re hypothecaria ius habere dicitur, & non dominium.
12 Delictum ab homine differt ab eo quod brutũ committere potest.
13 Reipublicæ fauor semper potius attenditur, quàm priuatorum commodum.
14 Clerico & laico simul delinquentibus, remittitur laicus ad iudicem ecclesiasticum beneficio clerici.
15 Vtilitas publica semper est priuatæ præferenda.
16 Emens rem scienter ab eo qui deliquit, in fraudem fisci, re carebit & pretio.
17 Locuples fieri nemo debet cum aliena iactura.
18 Creditor vel emptor sine fraude prior fisco existens, ipsi fisco est præferendus.
19 Iudicium publicum ne elusorium reddatur summopere cauendum.
20 Diuisio rei fieri non debet, vbi præiudicium cuiquam afferret.
21 Iudex an possit pœnam statuti vel consuetudinis quandoque moderari.
22 Iudex sententiam à se latam retractare non potest, aut mutare, cùm semel suo sit functus officio.
23 Pœna quo casu iudicantis possit arbitrio imponi.
24 Pœna à lege vel statuto imposita, non debet per emptores vel creditores retardari, modò id sine ipsorũ fieri possit iniuria.
25 Pretium rei emptæ confiscatæ restituitur emptori ex bonis venditoris.
26 Fiscus ꝑpter delictũ demoliturus cõmunẽ domũ, satisfacere debet alteri, qui scilicet non deliquit, pro sua parte.
27 Seruus tortus vel domus desolata per fiscũ in tertij præiudicium, æstimari debet, & tertio satisfieri.
28 Satisfactio quando parti ex sententia læsæ fieri debeat de bonis condemnati, & quando de bonis fisci.
29 Vasallus dominum deprædari potest, qui sibi iustitiam denegauit.
30 Domus publicari potest, in qua moneta falsa cusa est.
31 Statutum iubens domum destrui propter delictum, an valeat.



PRINCIPIVM HVIVS legis verba Senatusconsulti Pisoniani continet, quæ ad explicationẽ cuiusdam dubitationis ex Sillaniano Senatusconsulto prouenientis posita sunt, cuius meminimus in.l.j.§.seruus pignori datus. suprà eodẽ. qui de seruo pignori dato tantum tractat: nunc verò de seruo vendito, qui mortis domini conscius est, quẽ bona fide emptor emit, an suo periculo peribit, an verò hæredis venditoris, quemadmodum dictum est in.l.iij. §.si ex stipulatu. suprà eod.de seruo qui pro præmio libertatẽ cõsequitur: quia mortem domini detexit & defendit. & quæ illic dicta sunt, hic repeti possent: tamen nihil eorum quæ illic dicta sunt, repetemus, nisi quatenus ad interpretationem istius legis necessarium erit.

Ad cuius intellectum præmittendum esse pu-
1 to † licere hæredi hæreditatem adire priusquam de familia quæstio sumpta sit & supplicium, vbi mors defuncti detegi non potest. l. si ideo. &.l. sororem. &.l.cùm fratrem. C. de his quibus vt indign.aufer.hæred.dictum est in.l.necessarios. §.non aliàs.&.§.fina. suprà eodem. dicam etiam aliqua in.l.propter veneni. in princi.infrà codẽ. Postquam autem detecta erit, tenebuntur hæredes eam prosequi & defendere. Alioqui vt indigni hæreditate priuabuntur, dicta.l.cùm fratrẽ. &.l.edictum.ff.de quæstionibus. & in.l.prima. §.quid ergo.suprà eodem.

Suborta est in hac lege quæstio de seruo hæreditario ab hærede bona fide vendito, prius quàm mors domini detegi potuerit. clarum est morte detecta si seruus venditus conscius aut particeps mortis domini cõperiatur vltimo supplicio plectendum esse, vt suprà dictum est: an emptor inscius criminis serui pretiũ ab hærede repetet. Senatusculto Pisoniano responsum est, emptorem serui pretium recuperare ne emptori iniuriam fecisse senatusconsultum Sillanianum dicatur, quod voluit quandocunq; crimen familiæ eluceesceret puniendum esse. nec dissimilis ratio posita est in. l. iij. §. elegãter. & l. posthumos.
2 suprà eodẽ. † Indecens quippe esset legem quæ sancta esse debet. l. ij. ff. de legi. tantam iniquitatẽ inuenire, vt quis sine causa re sua aut rei pretio carere debeat. l. meminerint. C. vnde vi. hic in gl. alleg. in verbo, senatusconsultum. cui adde. l. cũ scimus. in prin. C. de agricol. & censi. libro. xj. l. vnica. §. sed & qui domini funus. C. de Latina liberta. tollen. ibi, maneant illi in pristina seruitute publico testimonio defraudati. quod Iustinianus correxit, ne quis suo publico testimonio defraudetur. l. prima & secũda. C. ne fis. rem quam vendi. euincat. libro decimo.

Et huic textui satis conuenit. l. Papinianus. §. meminisse. versicu. cæterum. ff. de inofficio. testamen. dum ait, eo autem solo carere quis debet, cuius emolumentum ad eum pertinet. Cæterum si id rogatus fuerit restituere, non debet iniuria fieri. l. Marcellus. §. si is qui rogatus. ff. ad Trebellia. & in. l. cùm vero. §. idem imperator. ff. de fideicom. libert. ibi, ne fortuita mora seruitutem partui irrogauerit matri partum tradendum esse vt ab ea ad libertatem perducatur. Iungere prædictis possumus text. in cap. j. §. sed diuersum. de
3 aliena. feudi. collatio. x. ibi, † ecclesia cultrix & auctrix iustitiæ non patitur aliquid cõtra iustitiã fieri, inse vel in alterũ. & ista sunt iuris præcepta in. l. iustitia. §. iuris præcepta. ff. de iusti. & iure. §. iuris præcepta. Instit. de iustitia & iure. hæc quæ de inanimata lege dicta sunt, de lege animata intelligenda sunt, cuius talis voluntas esse debet, qualis de iure. l. ex facto. ff. de vulga. substitutio. vbi Areti. Alexan. & Moder. boc dictum longiore pagina prosequuntur. & Alex. in apostil. Bart. in. l. idem Vlpianus. §. sunt & alij. ff. de excusationi. tutor. Adde illis. l. fina. C. de testa. milita. l. ij. C. de noxa. actioni. l. ij. §. si quis à principe. & §. seq. ff. ne quid in loco publi. fiat. principio etiam gentium & nationum populus nullis legibus tenebatur, sed principũ arbitria pro legibus erant, vt Iustinus ait in principio suorum epitomatum.

Prius dicta conferent ad diffinitionem quæstionis per Bar. propositæ post Iaco. de Aret. in dicta. l. j. §. seruus pignori datus. supra eo. Si per statutum aut consuetudinem debitoris domus propter eius delictum dirui aut destrui debeat an propter pignus vel hypothecam creditoris euersio domus prohiheri poterit. Et in consequentiam illius quæstionis Ludouic. Roma. in dicto. §. si seruus. plures alias quæstiones illi similes disputauit mutuans plurima ab And. de Iser. in. c. conuẽticulas. de pace tenen. & iura. firman. colla. x. Et fere eod. sermone repetuntur per Domi. & Pet. de Anch. in. c. felicis. de pœ. in. vj. Floria. in. l. si is cùm quo. ff. communi diuidũ. Card. Alex. in dicto. c. conuenticulas. prius eis Bart. in l. Atheius. §. fi. ff. de aqua pluuia arcenda.

4 Et in hoc text. recte probatũ videẽ † propter hypothecam vel pignus aut pretium ab emptore datum non posse domus euersionem prohiberi, dummodo emptor pretium recipiat, vel creditori pro iure suæ hypothecæ aliter cautũ sit: cùm ratio senatusconsulti Pisoniani tantum considerauit indemnem emptorem seruare dum ait pretium serui venditi, qui pœnæ obnoxius compertus est, emptori reddi per venditorem, ne senatusconsultum Sillanianum emptori iniuriam fecisse dicatur. Idem in. l. fina. §. j. ff. de publica. & vectiga. ibi, & si in his causis compertus sit, æstimetur, & ad pœnã domino tradaẽ. & dicit glos. illic in verbo, æstimetur. vt pretium serui fisco detur: vt in primo responso illius. §. Et sic dummodo vtriq; satisfieri possit, pœna retardari non debet. Et hoc Ange. dicere voluit in dicta. l. j. §. seruus pignori datus. suprà eod. dum dicta Bart. declarat. allegat. l. vnicam. C. pœn. fisca. credito.
5 præferri. libro. x. † Vbi enim anterioribus creditoribus & fisco satisfieri potest creditores etiam anteriores fisco non præferuntur. Quibus ego addo tex. quem nullum interpretum ad id notauisse comperio in. l. j. C. de bon. proscripto. nam pœna capitalis seu vltimi supplicij seruo indicta domino præiudicium afferre non debet, imò illius executio differenda erit, donec seruus domino rationes administrati peculij & aliarum rerũ domini reddiderit. Idem in. l. de pollicitationibus. versicu. qui cùm primum. ff. de pollicita. Et licet Luc. de Pen. in. l. j. colum. ij. in fine & princip. sequ. C. de petitio. bono. subla. libro. x. dicat non inueniri lege cautum, domos aut ædificia propter crimina quantũcũq; enormia euerti seu dirui debere. quanquam in ca. præterea. de pace tenenda & iuram. firman. dicatur in odium violatoris pacis domum eius destrui posse: similiter in odium eius qui Cardinalem per iniectionem manuum violentarum offendit, in cap. felicis. de pœn. in. vj. Et in odium blasphemorum & persecutorum ecclesiæ in. c. quando. versicu. & paulo post. xxiij. quæstio. iiij. ad instar edicti Nabuchodonosor, quod expressum est in. c. imperatores. xj. quæstio. iij. & Danie. iij. vt neque in consideratione esse posset dicta. l. si is cum quo. ff. communi diuidundo. ibi, & ob id motu iudicis villa diruta sit: quoniam in ea iuste iudex nõ fecit, sed cum partis iniuria. Et idem sentit illic glossa ab

omnib

omnibus approbata. & illis consentit Andre. de
Iser. in dicto. c. conuenticulas. de pace tenen. &
iura. firman. colla. x. quemadmodũ in. l. & si cer-
tus sit. suprà eodem. dictum est de. l. cum seruus.
ff. de condict. causa data causa nõ sequu. de præ-
fecto vigilum, qui cum iniuria seruum laqueo su
spẽdere fecerat. Accedit. l. interdum. §. qui furẽ.
ff. de furt. Sed præter illos casus à Luca de Pẽna
6 expressos, comperio scriptũ in iure † domos iã
constructas etiã in pœnã diruendas esse. Primo
in. l. si cui. & l. Mæuiana. C. de ædific. priua. quæ
circa publica ædificia seu muros ciuitatis ædifi-
catæ sunt, nõ dimisso quindecim pedũ spatio. Et
in. l. opus. ff. de ope. publi. quando ad æmulatio-
nem alicuius castri vel ciuitatis constructũ est ali
quod ædificiũ. l. quæcũq;. C. de fund. limitroph.
lib. xj. glo. in. l. per prouincias. C. de ædifi. priua.
& in. l. fi. §. fi. C. de seruitu. & aqua. in prouincia
in qua ventus ad conseruationẽ fructuum maxi-
me necessarius est, si quis ædificando ventũ pro-
hibuerit contra ius seruitutis à lege introductæ,
non dico ab homine, ædificium destruetur, vel si
contra ius seruitutis altius non tollendi constru-
ctum est ædificium. l. altius. C. de seruit. & aqua.
7 l. luminibus. ff. de seruitu. vrba. prædio. vel † si
in loco publico aliquid ædificatum erit, etiã cũ
rescripto principis, non suffragatur principis re-
scriptum, si ædificium publicum aspectũ defor-
met, dicta. l. ij. §. si quis à principe. & §. seq. ff. ne
quid in loco publi. fiat. Idem si fiat nouum opus
contra nuntiationẽ noui operis factã, vt in toto
titulo. ff. de noui ope. nuntia. Ad institutum re-
uertamur, vbi fisco & creditori satisfieri poterit,
pœna differri seu retardari non debebit, per ea
quæ suprà dicta sunt, quibus adde tex. in capitu.
vnico. de natura feudi. collatio. x. in bis verbis,
vel nisi emerint feudum. tunc enim seu tunc ei
pretium restituendum est. l. cum vero. §. cùm qui
dam. ff. de fideicommissarijs libertati. ibi, ne pue
ri ingenuitate destinata fraudarentur pretio em-
ptori restituto. §. sicut autẽ damnosas. in authen.
de non alienandis rebus ecclesiasticis. collatione
secunda. ibi, contractus quidem pro non facto
erit, & recipiet omnino qui dat, quod per cir-
cunuentionem & fallaciam datum est. & haud
multo post, ait, Oeconomus autem & cætera.
aut geronthocomus de suo ei qui dedit saluabit
ex hoc damnum. l. item veniunt. §. præter hæc.
versiculo, cùm antequam partes. Ibi, placere re-
dacta ex pretio rerum venditarum pecuniæ vsu-
ras non esse exigendas. & l. si possessor. §. ait
senatus. in principio. ff. de petitione hæredita-
tis. Ibi, quia babet actionem debebit pretium
præstare. Et melior textus, cuius suprà memi-
nimus in dicta. l. finali. §. primo. ff. de publica.
& vectigalib. ibi, æstimetur & ad pœnam do-
mino tradatur. & illum textum Raphael Cu-
manus ad id notat. Et in. l. si postulauerit. §. fi-
nali. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. ibi, & ac-
cusator quæstionem in eo habere velit, duplum
pretium domino præstari lex iubet: at hic sim-
plum. l. seruus vni. in princip. ff. de legat. primo.
ibi, non aliter adiudicandus est, quàm ex eo vo-
lẽtibus cohæredibus quæstio habeatur. De quo
per Barto. Raph. Cuma. et Roma. in. l. Atheius.
§. fin. ff. de aqua pluuia arcen. Domi. post Ioan.
8 Andre. in ca. felicis. de pœn. in. vj. † Et vt suprà
dictum est, seruari potest ad tempus donec credi
tori rationes reddat, vt sine damno creditor sit,
dicta lege prima. C. de bon. proscripto. l. Pom-
ponius scribit. in princip. ff. familiæ erciscundæ.
l. seruo legato. §. si fundus. vltimo responso. ff.
de legat. primo. l. de pollicitationibus. ff. de pol-
licitatio. præfinito tamen aliquo breui termino à
iudice, intra quem rationes reddantur. l. prima.
§. sin autem. C. de communi seru. manumiss. facit
l. diffamari. C. de ingenu. manumiss. quo elapso
amplius differendum non erit. l. prima. C. de ge-
nera. aboli. & dicta. l. diffamari. l. si eo tempore.
C. de remissio. pigno.

Sed vbi ex bonis eius cuius domus diripien-
da seu diruenda aut euertenda erit, creditori sa-
tisfieri non poterit, tunc fiscus vt pœna exequi
possit æstimationem præstabit, dicta lege finali.
§. primo. ff. de publicanis & vectigalibus. super
verbo, æstimetur. l. secunda. C. pro quib. causis
serui pro præ. liberta. accipiant. l. finali. C. de cu-
pressis. libro. xj. ibi vnam libram auri eundem
priuatis nostris largitionibus accipere decerni-
mus. l. domini. infrà eodẽ. dicam copiosius in. l.
lege Cornelia. in princip. infrà eodem. per illum
text. Idem in dote dicitur per omnes in. l. si con-
stante. §. finali. ff. soluto matrimonio. Et hũc tex.
Angel. hic ad id notat & allegat. l. si fundus. ff.
locati & conducti. & legẽ, ex facto. ff. de vulgari
& pupillari substitutione. ne emptores sine cul-
pa damno afficiantur, vt iste textus ait. Sed cùm
hic articulus inuentus sit dubius per Domini. &
Petr. de Ancharano in dicto capitulo, felicis.
9 de pœn. in sexto. Dum quærunt † de domo quæ
duorum est, cuius inferior pars vnius est, & su-
perior alterius, quæ forte iuxta formam statu-
ti vel iuris dispositionem in casibus suprà rela-
10 tis demoliri & destrui in totum debet, an is qui
inferiorem partem habet propter socium hoc
damnum recipere debeat. quod non videba-
tur posse fieri. §. oportet. in authentica, de man-
datis principum. collatione tertia. Vbi huius-
modi rerum euersiones & diruptiones prohibi-
tæ esse videntur: cùm non res, sed personæ sint
quæ peccant. Hac ratione diuisæ sunt opinio-
nes. & idem Bald. & Cardinalis sentiunt in ca-
pitulo primo, hic finitur lex, deinde incip. colla-
tione decima. nõnullorum primo dicentium æ-
quum & iustum esse ne publica pœna illudatur,
socium cogi debere partem sui socij, quæ pro
pœna eius euerti & dirui debet, redimere vt inte 11
gra domus vel integrum castrum socio superstiti

maneat, dicta.l.j.§.j. C.de communi seruo manu mis.l.communi diuidūdo.§.fina.ff.communi diuidun. Et pro eis melior tex.est in.l.nō amplius.§.fina.&.l.seq.ff.de lega.j.vbi Bar.ad id inducit illam.l.& mox remittit se ad ea quæ scripsit in dicta.l.Atheius.ff.de aqua pluuia arcenda.& simi liter pro Barto. induci potest ratio istius text.& melius dictæ.l.fina.§.j.ff.de publica.& vectiga. Sed hæc opinio non videtur tuta. quid enim si socius nō habeat vnde redimat, vt suprà dictum est, per.l.tutor.§.cùm haberes.ff.ad senatuscon. Velleia.l.si seruus depositus.ff. de noxa.actio. quomodo creditori consultum erit, cùm hæc lex prohibeat emptoribus & similibus personis iniuriam fieri: nam indecens esset, vt propter socij paupertatem sua re cum iniuria careret.l.ij.in fine.ff.de custo.reo.l.ij.§.fina.ff.de iure fisci.& dictum est in.l.necessarios.§.fina.suprà eod.inducitur.l.si constante.§.quoties.ff.solu.matri. ibi, sed si cùm maritus satisdare possit, nolet, quid si non vult, quia non potest, sicut sæpius propter paupertatem contingit. vt gl. illic inquit in verbo, vsitatum.§.fina.Institu.de suspect.tuto.neque æquum neque iustum esset vt innocēs propter nocentem pœnam sustineat.l.absentem.ff.de pœn.

10 Quo † igitur modo succurrendum erit reipublicæ læsæ pariter & legi vel statuto in pœnam statuēti domus vel castri euersionem, quemadmodum Pictauis contigit curiæ parlamenti Parisiensis ordinatione in quēdam nobilem qui pleraque rebellādo in regiam authoritatem & curiæ ordinationem molitus erat, propter quam curiæ decreto seu senatusconsulto castrum dirui mandatum est, & rege imperante executioni demandato, an creditor postponetur pœnæ, an verò pœna seu fiscus creditori de vitādo damno certanti. Bartolus illam tangit & diffinit in dicta.l. Atheius.§.fina.ff.de aqua pluuia arcenda. Idem Bar.Bal.Ang.& Roma.in.l.j.§.si seruus pignoratus.suprà eo. vbi hanc quæstionem disputandam remisi.& Barto. in dicto.§. si seruus. refert Iaco.de Are.fuisse istius opinionis vt respublica seu reipub. interesse priuato præferri debeat, per illum text. quoniam creditor in illo text. pro domino habetur. Secundo ponderatur iste text. per Bald.hic, licet creditori pretium restitui debeat. Bart. verò in dicto.§. si seruus. contradixit Iaco.de Aret. & dixit illi obstare dictam.l. vnicam.C.pœ.fisca.credi.præfer.lib.x. Cui addo.l. in summa.&.l.quod placuit.&.l. nō possunt.ff. de iure fisci.Bald.& Angel.in dicto.§. si seruus. cum Bar.sentiunt. hic verò in primo notabili videtur cum Iacobo de Aretio sentire Roma.& in dicto.§.si seruus. In primis pro Iacobo allegat.l. pignus.C.de pignora.actio.l. si dominus. C. de pigno.quoniam debitor semper remanet dominus. Pro quo adde.l. eorum.ff. de damn.infect.

11 † vbi creditor ius tātum in re hypothecaria dicitur habere, nō autem dominiū, sed debitor remanet dominus. Cui addo meliorem tex.in.l.iij.§.Pomponius.ff.ad exhiben. Vbi hæc quatuor diuersa esse ait, aliquem esse rei dominū, rei vsufructuarium, rei possessorem, rei creditorem, & vnumquemque eorū pro suo interesse, diuersis tamen respectibus ad exhibendum posse agere. facit.l.j.§.per seruum corporaliter pignori datum. ff.de acqui.pos.l. pignori.&.l. serui nomine. ff. de vsucapio. Pro Bar. allegat Roma.l.qui occidit.in prin.ff.ad legem Aquil.l. seruum quē.ff. de pignori. in quibus dicit probari creditorem posse agere, ne quid in seruum pignoratum fiat, propter quod creditori contingeret debito suo priuari, pignoratitiamque actionem sibi competentem inutilem fieri: quāto magis via exceptionis prohibere poterit. Et hoc argumēto vsus est Cinus prius eo in dicta.l.pignus.C. de pig.acti.

Sed huic argumento obstat, si fortè contingeret pignoratum seruum homicidium committere, quod in facultate creditoris esset prohibere non tantum dominum, sed & iudicem pœnam à seruo exigere: quod contradicit dicta.l. seruum quem.ff. de pigno.l. eleganter.§.fina.ff. de pign. actio. dum in dicta.l. seruum. Vlpianus ait, si vt creditori noceret, vinxit, tenebitur: si merentem, non tenebitur. quanto magis in iudice. Secundo obstat iste tex. dum ait, vt si pœnæ obnoxius seruus vænisset, quandocunque animaduersum in eū esset, vt venditor pretium præstaret. Et sic creditor non etiam emptor animaduersionē in seruum qui crimen commisit vnde puniri debet, prohibere potest, licet aduersus debitorem vel venditorem ad pretium aut debitū creditor agere possit. Idem in.l.j.C.de bon.proscrip. Et ob id Cinus in dicta.l.pignus.C. de pignora.actio. respondebat ad legem, qui occidit.in prin.ff.ad legem Aquil.vt intelligatur quādo animo iniuriandi vel cum iniuria creditoris tantum hoc fit. Non sic vbi lege permittente fieret, vt in dicta.l. seruum.ff.de pigno.mox Roma.cum Bar.sensit per dictam.l.vnicam.C.pœ.fisca.credit.præferri.libro.x.

At Floria.de sancto Petro in.l. si is cum quo, ff.communi diuidun. & prius eo Bal. in dicta.l.

12 j.§.si seruus.suprà eod.titu.dixerunt † differentiam esse an res inanimata sit quæ peccauit, vel an res animata sit quæ peccauit: sicuti est seruus vel quadrupes vel bipes. Et fiscus istis casibus creditori præferri debet. & verum dicit Iaco.de Aretio. Si verò res inanimata sit, in quam lex pœnam imponit, sicuti est domus vel castrum: & vera sit Bart.opinio, quæ fuit etiam Petri & Cini, vt dicunt in dicta.l.pignus.C.de pignor.acti. & hoc modo nullatenus domus vendita vel pignori obligata dirui seu euerti poterit, ne innocens propter nocentem puniatur, quod non licet: vt in.l. absentem.ff. de pœn. vel ne emptor iniuria afficiatur, per hunc textum.

Sed huic conclusioni datur instantia; quid si locus

locus attendatur, quia vere propter locum pœna aggrauatur, vt mox declarabimus. Tolle in primis exemplum, si statuto prohibeatur ne in domo hazardi seu sortis ludus teneatur, alioqui domus euertetur. cuius meminit Cinus in.l.j.C. de bo. proscripto. licet locus non peccet, locus tamen ad peccandū inuitat. Et vltra quàm dicat, facit text. in.l. qui domum. &.l. & si amicis. &.l. nec in ea. ff. ad legem Iul. de adulte.l.j.C. de fal. moneta.l.fina.C. de paga. & sacrifi. & temp. eorum. exemplo illarum ciuitatum quæ dei iudicio euersæ sunt, quarū meminit.§. docemur. in auth. vt non luxurientur contra natu. collatione.vj.& Genesis.xix. capitulo, quod ait Lor.xiiij. distinc. capitulo, aduersitas.§. hinc idem air. versiculo, vt Lot corporalem. septima. quæstione.j. Similiter de Carthagine, quæ penitus deleta est: cuius Accursius meminit in.l.si vsusfructus. ff. quēadmo. serui. àmit. & quod Bart. de ciuitate Brixiæ not. in.l. aut facta.§. nōnunq̄. ff. de pœ. in quam dicit se vidisse scriptam sententiam ab Henrico imperatore latam, qua volebat Brixiam destrui & penitus deleri. Sed hæc consideratio euitari fortè posset: quoniam similes pœnæ ad terrorem aut criminum aut gentium interuenire solent: vt in c.felicis. de pœ. in sexto.l. prima. C. ad legē Iul. repetundarum. & dicta.l. aut facta.§. nonnunq̄.

13 ff. de pœn. † in quibus potius reipublicæ fauor quàm priuatorum commodum spectari solet, vt cæteris exemplo sint. l. capitalium.§. finali. ff. de pœnis. Et per rationem.l. tertiæ.§. vtrum. suprà eodem. quia quod in commune vtile est, potius attendēdum est.l. vtilitas.C. de primipil. lib. xij. quod videtur contra hunc textū quia quantuncunq; hoc crimen sit speciale & in reipublicæ beneficium inuentum, sic tamen pœnam non vult exigi, vt emptor vel creditor iniuriam patiatur. sed ad id paulo post respondebimus.

Hac ratione aliam & secūdam opinionem recensebimus, quæ huic rationi conuenit, vt nullo modo domus euerti aut dirui possit: quam Flor. in dicta.l. si is cum quo. ff. communi diuidun. dicit fuisse Iacobi de Rauen. Petri & Cin. in dicta l. pignus.C. de pignor. actio. quod non comperio. Sed pro ea Flori. allegat.l. si communem. in princip. ff. quemadmod. seruit. amittā.l. si is qui duos. ff. de libera. lega. propter enim socij beneficium res integra salua manet, & socius per socium retinet quod per se non retineret. Idem in l. si post mortem.§. fina. ff. de bonor. possef. contra tabu.l. fina. ff. de libe. & posthu. Et per dictā l. si is qui duos. Maria. Socin. in.c.ij. colum. iiij. versiculo, octauo fallit. extra de mutu. petitio. di

14 cebat, † si clericus & laicus idem delictum commiserint, beneficio clerici remittēdus erit laicus ad ecclesiasticū iudicē puniēdus. iuxta.c. si iudex laicus. de senten. excō. libr. vj. quia maius dignū trahit ad se minus dignū.c. abbate. extra de ver. signifi. &.c. quod in dubiū. extra de cōsecra. ecc. vel alta. de quo in.c. cōtingit. &.c. per tuas. extra de arbit. Secūdo ne causæ continētia diuidatur: vt in.l. nulli prorsus.C. de iudic. Tertio ne propter vnū & idem negotium diuersæ proferantur sententiæ.l. fin.§. quoniā vero.C. de re milit. lib. xij. sed ad hoc dictū addo text. qui videtur mihi melior in.l. liberis.§. si duo simul emerint. ff. de libe. causa. ibi, euenit igitur vt ei prosit, qui cum comparauit, sciens quod alius ignorauit. Et illū text. Accursius illic in verbo, ignorans. notat ad id vt innocens nocētem excuset, vt in.l. prægnātis. ff. de pœ. & aliis legibus per eū allegatis. Et rectè induci potest ratio.l. absentem. ff. de pœnis. dum ait, Sanctius enim esse impunitum relinqui facinus nocentis quàm innocentē condemnare. & sic propter innocentem nocens à pœna excusatur. Sed sæpius contra dictum Marian. Socini iudicare vidi. Et primo anno quo postulare cœpi, qui fuit annus domini millesimus quingentesimus primus, tres sacrilegi pro eodem crimine apprehensi sunt, duo Aureliæ laqueo suspensi sunt, tertius curiæ parlamenti Parisiensis decreto iudici ecclesiastico traditus est, cùm clericus esset, & ille vicinus meus erat, natus bonis parentibus: tametsi à præposito sancti Ioannis daingre prope Aureliam omnes eadem pœna condemnati fuissent vt laqueo suspenderentur. Deinceps similiter vbiq; obseruari vidi vt reipubl. consuli possit, per rationes prædictas. Et Benedict. de Plumbi. in dicta.l. liberis.§. si duo.

15 ait, † vbi publica versatur vtilitas, potius inspici debere quod reipublicæ fauet. l. actione.§. Labeo. ff. pro socio. authenti. sed neq; curialem. C. de episcopis & clericis. Cui addo tex. in.l. primā. C. ad legem Cornel. de falsis. vbi propter impuberem quæstio suppositi partus non differtur. Et sic propter publicum interesse pœnæ executio differri non debet. nec in consideratione esse posset Roma. distinctio posita in dicta.l. prima.§. si seruus pignoratus. suprà eodem. an creditor sit prior vel posterior. Nam propter publicum interesse fiscus seu pœna publica potior esse debet creditore priuato.l. vnica. C. de venditione rerum fisca. communium cum priua. lib. x. Et ob idem facilis esse potest respōsio ad.l. vnicam.C. pœn. fiscal. credit. præfer.l. in summa. &.l. quod placuit.l. non possunt. ff. de iure fisci. & similes, quoniam de ciuilibus prius loquūtur, in quibus si ratione pœnæ totam domum publicare fiscus vellet, excluso quocunq; alio creditore anteriore, non posset, nisi forte delictum anterius esset, vel in fraudem publicationis alienatio facta esset.l. post contractum. ff. de donationib. legem primam. C. de iure fisci. libro. x. Dixi in dicta.l. necessarios.§. non alias. in lectione & repetitione. suprà eo. vt est in.l. pen. & fin.C. ad legē Iul. maiest. Hoc autē vltimū dictū Rom. hic intellexit verū esse & procedere, nisi pretiū, quod reus percepit, in vtilitatē rei cōdemnati versum esset,

Sed ego illi addo, & adhuc in rerum natura sit pretium, vt infrà dicam. Et interim induco. l. vnicam. C. si seruus extero emendum se manda. l. apud Celsum. §. auctoris. ff. de exceptio. doli. & l. j. §. si quis in fraudem. ff. si quid in fraudem patr. & quod is qui emit, dolo careat, per illos text. & l. aufertur. §. j. & l. in fraudem. in princ. ff. de iure fisci. dicta. l. j. C. de iure fisc. lib. x. quoniam propter suum dolum re & pretio carebit: vt in. l. hi qui. C. de rescinden. venditione. dicta. l. j. §. sed si rem quidem bona fide. ff. si quid in fraudem patron. l. ordine. in fine princip. ff. ad municipal. licet forte aliàs reciperetur superior distinctio, an pretium ad vtilitatem debitoris peruenerit, & adhuc pretium extet, per. l. si debitor. & l. ex his. ff. quæ in fraudem credit. Sed glos. dicit speciale esse in fisco vt careat re & pretio. dicta. l. bi qui. C. de rescinden. venditione. sed non videtur esse speciale in fisco, dicta. l. apud Celsum. §. auctoris. ff. de exceptio. doli. quando emptor in fraudevel dolo participat: quia propter suum dolum pretio priuatur, eo quod veros creditores fraudare voluit. hoc ille text. probat, dum ait, vtique si ipse dolo careat. alioqui si dolo nõ careat, peruenitur ad exceptionem doli, & patietur de dolo suo exceptionem. His addo text. in argumentum in. l. si is contra quem. C. de ædifi. priua. ibi, cum ædificia quæ alieno loco imponuntur, solo cedant, nec impensæ his qui improbe id fecerint restitui debent, antiquato diui Adriani edicto.

Ego verò existimaui aliqua distinctione hoc
16 nouissimum declarare, † vt is qui à reo post delictum emit, ratione cuius omnis alienatio interdicta erat, vel etiam volens delictum committere, ex quo bonorum publicatio in consequentiam pœnæ venit, vt dixi in dicto. §. non aliàs. illam alienauit, & emptor scit rem eo animo vendi vt publicatio fraudetur, sicut in illo. §. dictũ est per l. fina. ff. ad legem Iuliam maiest. & l. cum ratio. §. fraudis. ff. de bo. damna. & reuocabitur, neque restituetur pretium emptori, si fiscus rem habere velit, per dictam. l. post contractum. ff. de donat. l. hi qui. C. de rescindẽ. vendi. verum est, nisi adhuc in rerum natura sit pretium in bonis rei condemnati. Et singulariter pondero dictam. l. ex his. ff. quæ in fraudem credi. fiunt. quæ mihi videtur plena æquitatis, & à qua cum maxima difficultate in iudicando discederem. Et ob id visum est mihi recensere verba legis, quibus moueor, inquit ille text. in princi. Ex his colligi potest, nec quidem portionem emptori reddẽdam ex pretio, posse tamen dici illum rem apud arbitrum ex causa animaduertendam. Et notetur, quæso quod in illa. l. sequitur, vt si nummi soluti in bonis extent, iubeat eos reddi: quia ea ratio ne nemo fraudatur. Quæ ratio plena veræ philosophiæ est. nihil enim fisco deperit propter fraudem. Et dum ille text. loquitur de arbitro, intelligit de iudice, qui vt bonus vir arbitrari debet

17 secundum illam rationem: † & satis conuenit illa naturalis ratio, ne quis cum aliena iactura locupletetur. l. nam hoc natura. ff. de condictio. indebi. Si verò non extent nummi: & non puto à fisco pretium neque pretij partem restituendam, per leges prædictas, præcipuè. l. hi qui. C. de rescinden. venditio. & l. post contractum. ff. de donatio. Tamen si quis secus sentiret, seruato iuris rigore ego putarem sustentabilem esse illam opinionem, per dictam. l. apud Celsum. §. auctoris. ff. de excep. doli. & dictam. l. hi qui. C. de rescinden. venditio. & alias leges que dolum eius puniunt. & l. qui à debitore. ff. quæ in fraudem credito. fiunt. cùm quicquid in fraudem fisci fit, punibile sit, dicta. l. aufertur. §. j. ff. de iure fisci. quæ in duplum punit eum, qui in fraudẽ fisci aliquid admittit seu committit, quoquo modo fiat, inquit illa. l. in fraudem. in princ. eo. tit. vt de dolo suo puniatur, dicto. §. auctoris. & dicta. l. hi qui. in pretio emptorem multat. & rectè facit, dicta l. si is contra quem. C. de ædifi. priua. cuius suprà meminimus, quæ rationem non habet an aliquis cum alterius damno locupletetur propter illius dolum. Idem in. l. in fundo. ff. de rei vendicati. vt inquit illic text. hominum malitijs occurratur. l. inter quos. §. fina. ff. de dam. infec. Prædictis addo tex. non inelegantem in. l. res quæ. §. lites. ff. de iure fisc. Ibi, puniri pro tam turpi tamque inuidioso commento. id est, inquit Accurs. & bene, voluntate inspecta: quia per eum non stetit quo minus delinqueret seu fraudẽ fisco faceret: quia re vera fecit. & sequitur in text. Et nisi durũ esse videbatur in vltro venientem pœnam statuere.

18 † Si vero creditor vel emptor qui sine fraude causam onerosam habet prior esset fisco, existimo præferendum esse fisco: quia res cum causa sua transeunt in fiscum. l. licitatio. §. finali. ff. de publi. & vectiga. l. fiscus cùm in priuati. ff. de iure fisci. l. cùm quidam. §. fiscus. ff. de vsur. l. Marcellus. §. fina. ff. ad Trebel. Et hac ratione fiscus creditorem indemnem seruare debet: quoniam non possunt vlla bona ad fiscum pertinere, nisi quæ creditoribus superfutura sunt, dicta. l. non possunt. ff. de iure fis. & dicta. l. vnica. C. pœ. fisc. cred. præfer. lib. x. Hæc vera sunt in pœnis ciuilibus: sed in criminalibus, in quibus res delinquẽtium reipubl. ad pœnam addicuntur, nõ videtur hoc locum obtinere quasi quædam rei persecutoria fisco competat, licet non anterior, tamẽ iure potior sit propter reipubli. beneficium & publicum exemplum, vt homines ab huiusmodi facinoribus arceantur, secundũ Bal. in dicta. l. vnica. C. pœ. fisca. cred. præferri. Iudex enim secundum eum in his delinquentem prosequi debet, sicuti canis leporem. l. si quis filio. §. hi tamen. ff. de iniusto, rupto, & irrito facto testa. l. constitutiones. ff. de appella. §. talem. in authẽt. de mand. princip. l. congruit. in prin. ff. de offi. præsid.

Tertia fuit opinio dicẽtium vt aliqua pars rei creditori

19 creditori asaignetur pro debito, † nisi forte lex, statutum vel consuetudo omnino eluderentur, per rationem. l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. de damno infec. Alioqui vbi publicum iudicium illusorium redderetur non esse differendum, neque quicquam creditori tradẽdum. l. si quis forte. ff. de pœ. l. milea. §. quæ propter impuberem. ff. ad legẽ Iuliam de adulte. Et hac ratione dixit in. l. j. C. de bo. proscript. dictam. l. j. in vsu non esse, ne forte propter dilationem executionis pœnæ illusio sequatur. Et Pet. de Anch. in dicto. c. felicis. de pœn. in. vj. dicit, si diuisio cum creditore faciẽda fisco inutilis redderetur, hac ratione facienda non est. Induci potest. l. non amplius. §. fina. & l. seq. ff. de lega. j. l. ij. C. quando & quibus quarta
20 pars debeatur. lib. x. vbi enim † rei diuisio allatura est præiudicium, diuisio fieri non poterit, sed licitationi locus esse debet. Hoc vltimum iuuaret quod in præcedenti opinione dictum est per hunc tex. sic debere fiscum agere ne iniuriam emptor patiatur, vbi creditor quod suum est consequitur, Respublica sine damno est. l. vnica. C. de venditio. rerum fisc. communium omnium cum priuat. libro. x. vt in sequen. ostendemus.

Quarta opinio est, vt tota domus aut totum ædificium in quo delictum cõmissum est destruatur, & prorsus euertatur, & tota redimatur per fiscum, si tota vel pars domus obligata vel vendita sit, si pars absque ipso toto integrali subsistere non potest. l. sed interdum. ff. de aqua pluuia arcẽda. l. si postulauerit. §. quæstioni. ff. ad legem Iuliam de adulter. de hac in generali huius articuli discussione tractabimus.

Quinta quam plerique dicunt Iaco. de Rauen. & Petr. esse in. l. & si seuerior. vbi ita Bald. refert C. ex quib. causis infa. irrog. quam in scriptis eorum non reperi, vt iudex legis seueritatem moderari posait, argumẽto dictæ. l. & si seuerior. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notã.
21 infa. l. hodie. ff. de pœ. † tamen non puto in facultate esse iudicis pœnam statuti vel consuetudinis posse moderari, argumento. l. prospexit. ff. qui & à quib. manumis. liberta. accip. Licet Bar. in dicta. l. Atheius. §. fina. ff. de aqua pluuia arcẽda. longam faciat distinctionẽ, an posait iudex ante vel post sentẽtiam moderari. In primis post latam sententiam nihil amplius esse in iudicis facultate, etiam si post sententiã de innocentia cõdemnati per eum sibi constaret, sed executionẽ suæ sentẽtiæ differre debet, & principem super ea re consulere, vt medio principis sentẽtia eius infirmari posait. l. j. §. finali. ff. de quæstio. l. diui fratres. ff. de pœn. Licet enim iudicum sententiæ reprehẽsione dignæ sint. l. relegati. §. ad tempus. versic. reprehensæ. ff. de interdic. & relega. quia in eis ordinariã iurisdictionẽ sibi cõcessam forte excesserunt, sustinentur donec infirmentur aut beneficio superioris suspendantur. Et ratio
22 huius est, † quoniam iudex post latam sententiã semel functus est officio suo, officiúmque eius ea lata quiescit, siue bene siue male iudicauerit. §. semel. instit. quib. ex caus. manumit. nõ licet. l. ij. C. de sentent. ex libello recitan. l. Paulus. ff. de re iudica. Ante latam sententiam plerique volunt iudicem posse pœnã legis moderari. l. hodie. ff. de pœn. Adiuuari potest hæc opinio ex ratione l. respiciendum. in princ. ff. eo. de pœn. ibi, in grauioribus pœnis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. Sed in casu statuti qui ex indiuiduo per statutum decisus est, non puto in potestate iudicis esse aliquid ab eo posse detrahere: cùm non posait clementior esse lege seu statuto. l. j. §. j. ff. ad sena. Turpil. ibi, facti quidem quæstio in arbitrio iudicantis est, pœnæ vero persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis authoritati reseruatur. & l. ordine. in princ. ff. ad municipa. ibi, cum facti quidẽ quæstio sit in potestate iudicantium authoritas
23 iuris non sit. & legea priua allegatæ † intelligi debent vbi à statuto certa pœna non est determinata, sed ex argumẽto legis vel statuti assumi debet, vt puta, si de mẽte seu interpretatiõe legis imponi debeat, vt in. l. ij. ff. de bo. eo. qui ante sententen. mortem sibi consciue. vel quando facti est quæstio, id est, si factum ipsum seu delictum non sit in statuto comprehensum: tunc in iudicantis erit arbitrio, dicta. l. ordine. ff. ad municipa. & dicta. l. j. §. j. ff. ad Turpil. In his enim plurimũ potest iudex circa pœnarum augmentum vel diminutionem, habita personarum, locorũ, & temporis ratione: vt in. l. aut facta. per totam penè. l. ff. de pœn. & ita intelligi potest dicta. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notant. infa. & dicta. l. & si seuerior. C. ex quib. causis infa. irroge. pariter & regionũ. l. j. ff. de abig. l. sacrilegij pœnam. ff. ad legẽ Iul. pecula. l. ij. ff. de termi. amoto. vel ætatis. l. auxilium. ff. de mino. Quare & ista opinio videtur esse dubia.

Ob id existimaui singulos casus distinguere, vt vnaquæque opinio in suo quoque casu saluari
24 posait. † In primis dico pœnam à lege vel statuto impositam propter emptores aut creditores aut socios non posse seu debere retardari, sed nõ cum iniuria eorum, per hunc text. Sed si velit fiscus totam domum vel ædificium destrui, iuxta pœnam à lege vel ministro legis impositam, cauere debet vt sine damno vel iniuria creditorum hoc fiat: vt si rei bona sunt publicata seu fisco addicta, & ex bonis confiscatis vel quæ in consequentiam pœnæ confiscata sunt, tenebitur pretium rei vel æstimationem eius tradere emptori aut socio vel creditori. l. lege Cornelia. in princ. & l. domino. infra eo. Illic dicetur. Et hoc modo intelligi possunt. l. vnica. C. pœn. fisca. credito. prefer. capitu. fina. de natu. feudi. colla. x. l. in summa. l. quod placuit. l. non possunt. ff. de iure fisci. Et hic tex. noster dum ait, ne emptori iniuriam fecisse dicatur senatusconsultum. Si verò

bona publicata non sunt, sed ea reus condemnatus retinet, & ex bonis condemnati satisfieri debet, dicta. l. domino. & d. l. lege Cornelia. infra eo. & l. si is cum quo. ff. communi diuidundo. l. interdum. §. j. ff. de publica. & vectiga. vbi delicto serui & pœnæ fisci dominus satisfecit. l. seruum. ff. de pigno. l. si fundus. ff. loca. & conduc. præsertim vt inquit illic gloss. in verbo, teneris. quando ex delicto venditoris publicatio prouenit. Et iste text. hoc recte probat dum ait, vt venditor
25 tor pretium præstaret. † Ecce quomodo ex bonis venditoris emptori pretium authoritate senatusconsulti Pisoniani restitui debet. Si verò ex bonis condemnati satisfieri non potest creditori aut emptori aut socio, si vult fiscus pœnam exquiri, tenebitur creditori aut emptori vel socio satisfacere. l. sed interdum. ff. de aqua pluuia arcenda. l. ij. C. quib. ex causis serui pro præmio liberta. accip. text. cum gloss. in. l. si postulauerit. §. quæstioni. in verbo, publicos esse. ff. ad legem Iul. de adulter. dicto capitu. fina. & illic gloss. in verbo, pretium. de natu. feud. per rationem huius legis, ne lex vel statutum iniuriam cuiquam facere videatur. glossa hic allegat. l. meminerint. C. vnde vi. c. qualiter & quando. extra de accusationibus.

Si verò fiscus non vult creditoribus satisfacere, & non puto hoc licitum esse cum iniuria creditoris aut socij aut emptoris, per hunc text. Et in hoc casu locum habere. l. vnicam. C. pœn. fisca. credi. præfer. lib. x. l. in summa. l. quod placuit. & l. non possunt. ff. de iure fisci. l. fina. §. j. ff. de public. & vectiga. Poterit tamen fiscus optionem illis dare aut dandi æstimationem partis cõtingentis fisco, aut partem illorum redimere, per ea quæ dicta sunt in. j. & ij. opinionibus suprà.

26 † Vbi verò nollet fiscus satisfacere nullo modo ædificium destrui debet, dicta. l. liberis. §. si duo. ff. de libe. causa. & in hoc sustineri posset secũda opinio: pro qua induco. l. mulier in opus salinarum. ff. de capti. & postlimi. reuersis. quam ad id Petr. de Anchara. ponderauit in dicto. c. felicis. colum. ij. de pœn. in. vj. & licitum erit pœnam legis vel statuti in aliam commutare, argumẽto. l. nec auus. C. de emancipa. libe. l. hodie. ff. de pœ. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notã. infa. l. & si seuerior. in his verbis, certis rationibus motus. C. ex quib. causis infa. irroge. ne delictum inultum remaneat, per suprà dicta, intellige nisi forte tam graue crimẽ esset, vt si domus non destrueretur, damnum futurum esset in republica, ob id quod fiscus non potest satisfacere, cùm res per legem aut statutum ad pœnam exemplarem addictæ sunt, causa publica priuatæ præferretur, per ea quæ suprà dicta sunt in secunda & tertia opinionibus.

Sed quantum præstabit fiscus pro æstimatione: pone seruum tortum fuisse, & ob id diminutum, vel domum forte desolatam, quia diu inculta seu inhabitata remansit, vel cum reus aduersus familiam iudicis resisteret in eo apprehendendo castrum vel domus desolata est, qualiter fiet æstimatio: gloss. in dicta. l. si postulauerit. §. quæstioni. in verbo, publicos. in fine. ff. ad le-
27 gem Iul. de adulte. † Respondet in seruo post torturam æstimatio facienda erit. Et ratio ex illo tex. colligitur: quia non ante publicari possunt, quàm torti fuerint. dum ille tex. ait, non antè publicantur quàm quæstio de illis habita fuerit, & damnum quod contingit facto rei prouenit. & l. iij. in verbo, secuta. C. ad legem Iul. de adulte. Idẽ in domo quæ penè destructa fuerit: qa reus iustitiæ resistendo causam destructioni præbuit, vt in simili inquit. l. fina. C. de malefi. & mathematicis. vel quod diu in reatu eo quod cum difficultate superari & conuinci non poterat. & ita tenet Bart. in. l. cùm emptor. §. finali. ff. de dam. infecto. argumento illius tex. dum ait, ex pretio parietis deducenda esse cæmenta & quicquid ex eo saluum erit, qualia sunt tigna, tegulæ, & cæmenta, & alia quæ post destructam domum salua erunt, seu saluari poterunt.

Prædicta comperio declarasse Bart. in dicta l. si postulauerit. in princip. ff. ad legem Iul. de adulte. nisi simul cum fisco pars ad euersionem domus institerit, & hac ratione à iudice parte instante destructa sit. tũc enim pars æstimationem præstabit, non autem fiscus, dicta. l. si postulauerit. in princip. ff. ad legem Iul. de adulte. l. iij. in fine. C. ad legem Iul. de adulte. & dicta. l. interdum. §. j. ff. de publica. & vectiga. Si tamen adulter aut reus de alio crimine accusatus conuincatur & condemnetur, per dictã. l. si postulauerit. videtur probari æstimationem emptori aut creditori vel fructuario tam à reo quàm ab accusatore præstandam esse: sed in hoc senatusconsulto videtur absolutum, vt de bonis condemnati omnino debeat satisfieri, si bona eius sufficiant: alioqui ex publico suppleri debet quod ex bonis condemnati creditor accipere non potest. l. lege Cornelia. in primo responso infrà eodem.

28 † Ego putarem sic distinguendum: aut enim accusator obtinet in accusatione: & ex bonis condemnati satisfaciendum erit: vt in. l. domino. & dicta. l. lege. infrà eod. aut non potest satisfieri ex bonis accusati: & ab accusatore satisfactio facienda erit, dicta. l. iij. ibi, & quorum dominis caueri præcipit, si defuncti fuerint in quæstione, vel facti deteriores secuta absolutione. C. ad legem Iuliam de adulterijs. si vero in parte tantum, de bonis condemnati satisfit, & reliqua portio deficiens ex bonis accusatoris suppleri debebit, dicta lege, si postulauerit. in principio. ff. ad legem Iuliam de adulter. Et si integraliter non potest ex vtriusque bonis satisfieri: tunc reliquum fiscus supplebit. lege, lege Cornelia

Cornelia.in princi.infrà eodem. Et præstabit fiscus quantum æstimabitur seruus post torturam seu quæstionem, & domus quātum erit cùm destrui debebit, vt suprà dictū est. Quod hic omissum est, supplebitur in.l.si seruus. in.l.domino. & in dicta.l.lege Cornelia. infrà eodē. Aliquid dictum est in.l.iij. §.si ex stipulatu.suprà eodem.

Circa prædicta non omitto duas glossas quas Bald.& Cardina.singulares esse dixerunt, an liceat pro damnis priuatis in pœnam statuere, vt domus aliqua destrui aut euerti possit. Et exprimuntur duo casus quibus à lege vel statuto seu consuetudine introduci potest, similiter & à iudice in pœnam ordinari. Primus est in.c.fin.de mili.vasal.qui contumax est.collatione.x.dum ille
29 tex. † de milite vasallo loquitur, cui dominus iustitiam denegauit, quem vasallus deprædari posset, vt inquit ille text. quæ cōsuetudo secundum Andre.de Isern. illic in Cathalonia & Hispania seruatur. Similiter & à iudice secundum Bald. Andr.de Isern.Cardina.& Marti.Lauden.pronuntiari pro crimine potest, inducentes glos.illius text.quæ sic voluit intelligere, quando propter eius contumaciam à Paribus dominus bannitus est. Similis glos.in capitu.j. hic finitur lex, deinde incip.consuetud.regni.collatio.x. sed illæ glo.in hoc reprobantur, cùm eam potestatem Pares in dominum non habeant. Et hac ratione dictum glos.ita moderati sunt, si dominus à rege vel imperatore bannitus esset. Neque hoc mihi placet: quoniam ille text.loquitur in vasallo, qui primo dominum requisiuit vt iustitiam illi administraret, & mox domini superiorem adierit, qui pariter iustitiam sibi denegauit: quibus sic expertis feudorum consuetudo permittit vasallo dominum deprædari, vt quod suum est consequatur. licet glos. illic dubitauerit, propter. l.extat. ff. quod metus causa. sed illa.l.pariter. &.l.pen. ff.ad legem Iuliam de vi priua.intelligūtur quādo pars copiam habet iudicis, qui sibi ius dicat. Secus igitur vbi ab eo qui ius sibi dicere debuit, iustitiam habere non potuit. Ob id inuentum est de iure canonico remedium in capi.ex transmissa.capit.licet.capi.ex tenore.capi.ex parte.extra de foro competen.capi.nouit.extra de iudicijs.

Secundus casus igitur ex prædictis est propter delictum. Et adde quod delictum de grauioribus sit, quemadmodum dicitur in.l.prima. C.de
30 falsi.monet. † de domo in qua fabricata est falsa moneta, quæ publicari potest, vel vbi quis paganos admiserit sacrificia sua facere.l.fina. C.de paga.& sacrific.& templis eorum. vel concedi potest illa occupari: vt in authenti.cassa. in fine.C. de sacrosanct.eccles. Bald.autem in dicto capi.j. columna.iiij.hic finitur lex.ait iure aut lege cautum non inueniri vt bannitorum bona possint deuastari: quoniam personæ sunt quæ delinquunt, non autem res, vt suprà diximus. Addunt Bald.& Cardina.text.in.§.quia vero.in authentica, vt nulli iudic.collatione.ix.sed ille text.non probat, sed est text.in.§.oportet.in authentic.de mandat.princip.collatio.iij. Et idem sensit Luc. de Pen.in.l.prima.columna.ij.in fine.C.de peti. bono.sublatis libro.x. cuius tamen casus suprà expressimus, in quibus huiusmodi pœna inuenta est. sed &.l.prima.in princi. ff.de iure fisci.induci potest in his verbis, vel domum destructam esse. Et licet Accursius casum illius legis intelligat secundum casum legis, senatus. ff.de contrahenda emptio. l.hi qui. ff.ad legem Iuliam de vi publica.duplici ratione. Prima, quia verba præcedentia & sequentia obstant, quæ de reis accusatis post mortem loquuntur, pariter de desertoribus accusationum. Secundò, alia ratione, quomodo in domo destructa per vim aut iniuriam à violento illatam fiscus vendicare poterit, nisi quod domus propter crimen eius cuius erat destructa fuerit, non videtur rectè conuenire. licet Bart.sequatur glos.sententiam in secundo exemplo, quādo negotiationis causa distinctio fit per l.senatus. ff.de contrahen.emptio. sed si huic velis insistere, non puto rectè probari in dicta.l.senatus. quoniam per Senatusconsultum quod Auiola & Pansa consulibus factum est, vt inquit l.cætera.in princi. ff.de lega.j. non fiebat publicatio domus, licet emptor causa negotiationis domū emisset versus fiscum ad duplum pretium teneatur, venditor verò in nullo puniebatur, nisi quod irrita fiebat venditio, & pretium quod receperat emptori tenebatur restituere, dicta.l.senatus. &.l.ij. C.de ædific.priua.quinimo licebat destruere domos, duntaxat causa ornatus vna demoliatur vt alia fabricetur vel instauretur, & publicus aspectus non deturpetur. vt in eadem l.& in.l.si quis post hanc.eodem titu. sed de ciuitate ruri transferre marmora & columnas prohibetur: & si secus fecerit, priuabitur ea possessione, quam sic ornauerit: sed non domo destructa seu columnis aut marmoribus destituta. quare adhuc illi.l.primæ.ff.de iure fisci. accommodari nō posset, eo magis quod per illam.l.si quis post hanc. probari videatur non inuentum fuisse hoc prohibitum extitisse, sed prohibitionem à Constantino initium accepisse. vnde illa.l.j.ff.de iure fisci.quæ longe anterior est, non potuit in ea verificari. quare non puto inconueniens posse illam. l. intelligere de domo quæ propter crimen destructa est, & ob id fisco addicta. cogita tamē quoniam.l.an in totum.eodem titu.C.de ædific. priua.remittit hoc consuetudini, secūdum quod in villis aut oppidis vel ciuitatibus solitum erit obseruari. Comperio enim Anto.de But.in cap. cum tanta.xxvij.colum. extra de consuetudi.in-
31 surgentem in huiusmodi † consuetudines & statuta quæ domorum euersiones introducūt, quas de iure non valere ait.c.non est putandum.j.q.j. l.si vnus.§.pacta.ff.de pactis. propter mala quæ inde contingunt.

Si filiusfamiliàs qui in castrensi peculio testatus est, occisus sit: omnino id defendendum est, vt ex quibus casibus ad fiscum patrisfamiliàs bona pertinent, ijs casibus & huius peculium, potius quàm ad hæredes qui deliquerunt in adeundo & similibus, vlti've non sunt.

Summarium in. §. præcedentis lectionem sequentem.

1 Filiusfamiliàs in castrensi peculio testamentum facere potest, in quo & paterfamilias censetur.
Peculium castrense filij non publicatur ob delictum, sed patri reseruatur.
2 Pater fiscum excludit à bonis filij delinquentis.
3 Peculium castrense filij, & quod ei militaturo donat pater, profectitio peculio æquiparatur.
4 Peculium castrense filij mortui non acquiritur patri vt hæreditas filij, sed vt peculium quod à patre profectum est.
5 Patrimonium filij non est ei proprium, sed quasi proprium.
6 Pater castrense peculium filij ab intestato mortui suum facit, atque profectitium.
Filius in potestate non sibi, sed patri acquirit.
7 Filius delinquendo patrem suo castrensi peculio priuare non potest, testando autem potest.
8 Pater non præsumitur aliquid dolose agere, vbi de filij facto contenditur.
9 Filius aduersus patrem agere non potest actione de dolo, aut iniuriarum, aut alia quapiam famosa.
10 Pater filio succedens ex testamento, tenebitur pro eiusdem del·ito.
11 Hæredes omnes hæreditate indigni sunt, qui mortem occisi testatoris non sunt vlti.
12 Possessio bonorum vnde liberi, seu vnde parentes, tam ex testamento quàm ab intestato conceditur.
13 Pater hæredem à filio institutum accusans quod eius necis vltionem neglexerit, non ob id hæreditatem consequetur, quin potius ad fiscum deuoluetur.
14 Actio iniuriarum filio non competit, præsente patre qui possit agere.
Actio patri per filium in omnibus causis, præterquam in castrensis peculij, quæritur.
15 Hæredis & bonorum possessoris par aut eadem ratio.
16 Pater fiscum excludere debet in successione filij.
Filius alienando non potest patri præiudicare in profectitio seu aduentitio peculio.
17 Pater filio præiudicare nequit in peculio aduentitio, nisi in vsufructu.
Filius potest liberè de castrensi peculio disponere, cui nec pater potest contrauenire.
18 Pater ijsdem modis & formis vti debet in castrensi peculio ex testamento filij, quibus extraneus hæres vteretur.
19 Actio patri quæritur ex iniuria filio illata, etiam si nolit filius.
20 Actio iniuriarum dissimulatione abolctur, & remissa non instauratur.
21 Tempus iuris etsi stricto iure absenti currit, ex causa tamē à lege conceditur restitutio.
22 Patronus qui mortem liberti non vlciscitur, quod in eodem ius habuit amittere creditur.
23 Filius delinquens non præiudicat patri in peculio castrensi.
24 Peculium profectitium sicut non publicatur in filij præiudicium ob patris delictum: ita castrense publicari non debet in damnum eorum, quos habuit filius miles, filiorum.
25 Hæres interfecti necessariò debet moneri, antequam de neglecto pietatis officio in vindicta mortis facienda arguatur.
26 Hæres institutus in castrensi peculio per filium, à successione patrem excludit.
27 Filij excludunt patrem à successione & fiscus hæredes in testamento institutos.



HIC §. SVPPLET AD ea quæ dicta sunt in.l.j.§. domini appellatiõe.iij. & §.si pater necatus sit.suprà
1 eo.tit. † Pro cuius declaratione præmitto filiumfamilias in castrensi peculio testamentum posse facere l.testamētum. &.l.fina.C. de inofficio.testa.§.j. Instit.de mili.testa. Secundò filiumfamilias in castrensi peculio censeri patremfamilias. Hoc probat iste tex. in verbo, patrisfamilias. cui conuenit.l.ij. ff.ad Macedo. tamen in eo pater aliqua iura retinet, quasi cõtracta quadam fiducia, vt inquit. §.fina. Institut. de legitima agnatorum successione.

Primò enim propter delictum castrēse filij peculium non publicatur sed patri reseruatur, licet alia bona publicari possint. l.si filius. C.de bonis proscriptor. quam Bald. & Angel. illic notant. Idem Angel. & Ioan. de Imola in. l.si finita. §.si de vectigalibus. ff. de damno infecto. dicunt non esse alibi. Et eam Baldus & Angel. videntur hic pro contraria ad hunc textum inducere in his verbis, vt ex quibus casibus ad fiscum patrisfamilias bona pertinent, his casibus & huius peculium potius quàm ad hæredes qui deliquerunt in adeundo & similibus vlti vltæ've nõ
2 sunt. † In quibus non excipitur pater, quod non videbatur esse iustum vt pater eodem iure regatur quo& cæteri hæredes, quibus à lege nihil reseruatur, quemadmodum et patri qui fiscum excludit, dicta.l.si filius. Sed ad id respondent Baldus & Angel. hic quod in illa lege filius ipse deliquerat, & lex non vult patrem filij successione priuari in solatium eius, dicto. §.finali. Institut. de legitima agnatorum successio. &.l.fina. versus finem. C.de emancipatio. libero. ibi, & legitima iura omnimodo habere, & si non specialiter hoc sibi seruauerint.

Sed hic de hæredis culpa & delicto tractatur, cuius occasione fit indignus successionis occisi à familia, quod neglexit quæstionem & supplicium assumi priusquam hæreditatem illius adirēt:

vt in

vt in.l.j.ff.de iure fisci.& rectè induci potest etiã aduersus patrem, qui dulce patris officium non impleuit quia de occisoribus vltionẽ assumi non procurauit, vt inquit.l.j.C.de his quib.vt indig. & vbi pater in naturalibus deficit, quia patris officium non implet argui potest.l.hoc colore. ff.de inofficio.testa. Ego autem puto hunc text. in patre non obtinere per rationem dictæ.l.si filius.C.de bo.proscripto.quam Bar.ponderauit in his verbis,peculiũ eius,nec quod in castris acquisiuit,vel quod ei militaturo donasti. quoniã
3 ille text.† castrense peculium filij, & quod filio militaturo pater donat,æquiparat profectitio peculio filij, vt pariter illa retineat pater, quemadmodum & profectitium peculiũ retinet, in quo filius nihil facere potest,quod præiudicari possit patri,cum suum sit. Ego verò addo illi text.longe meliorem in.l.iij.ff. de castren. peculio.Ibi, si quidem intestatus bona eius non quasi hæreditas,sed quasi peculium patri deferuntur. Secundo ex illa.l.si filius. iuncto secũdo dicto per nos in capite huius.§.dum diximus,filiumfamilias in castrensi peculio esse veluti patremfamilias, in eoq; omnia agere vt paterfamilias.l.miles.ff. de castren.pecu. & tamen nihil facere potest delinquẽdo quod patri præiudicare possit: quasi hoc sit à filij potestate remotum. Imò neq; castrense neq; aduentitium peculium publicari possunt,licet bona patris propter eius delictum publicentur.l.iij.§.sed vtrum.versus finem.versicu.Licet aliquo casu.ff.de mino.cuius meminerunt Bart. & Imol.in dicto.§.si de vectigalibus.& Ioan.de platea in.l.& si instrumenta.C.de fide instrumẽ. & iure hastæ fisca.libr.x. sed reseruantur filio & successoribus suis qui fiscum excludunt. sed ille tex.euitari posset: quoniam hæc peculij confiscatio in contemplationem filij occisi fit cuius mortem pater vlcisci neglexit spreto pietatis officio. Tamen dici potest per hanc rationem non tolli
4 aliud ius patris quod est efficacius: † quoniam castrense filij peculium patri nõ acquiritur morte filij vt hæreditas filij,sed vt peculium filij à patre proficiscens, in quo filius nihil facere potest quod patri præiudicet.l. cùm oportet.C. de bonis quæ liber.§.j.Instit.per quas perso.nob. acquiri.l. filiusfamilias. ff. de donatio.&, vt suprà dixi,Bart.in dicto.§. si de vectigalibus.rectè distinxit dictam.l.si filius.C.de bon.proscripto.vt quemadmodum in profectitio peculio nihil à filio fieri possit quod patri præiudicet, sic neq; in castrensi.Primò dum ille text.ait,peculium eius. Secundò,nec quod in castris acquisiuit. Tertiò, vel quod ei militaturo donasti. Reuerti enĩ hæc omnia debent ad patrem, veluti ab eo processerunt, vt bona patris potius dicantur, quàm filij, dicta.l.ij.ff.de castren.pecul.Neque obstat.l.iij. C.de castren.pecul. lib.xij. ibi,sed peculium castrense proprium habent,nec in eo vllum ius patris est.& Iurecõsultus in.l.iij.§.Pomponius. ff.

5 de mino.† non proprium esse patrimonium filij ait,sed quasi proprium.Et intellige dictam.l.iij. viuo filio, cuius castrẽse peculium proprium est vel quasi proprium,& in eo vt paterfamilias habetur,vt dixi per.l.iij. ff.de castren.pecul.sed eo mortuo secus, dicta.l.ij. ff.de castren.pecul. Secundò Luc.de Pen. illum text. intelligebat quo ad ius dominij vel proprietatis. quod & verum est,donec filius viuit,vt prius dixi.Et intellige si intestatus decedat: quoniam in testamento non prohibetur filius alium quàm patrem hæredem instituere:vt suprà dixi.l.testamentum.&.l.fina. C.de inofficio.testam.& idem sentit dicta.l.ij.ff. de castren.pecul. Ibi, si autem testamento facto hic pro hæreditate habetur castrense peculium. &.l.pater qui castrense.in prin.&.§.pater.ff.eo. de castren.pecul. Ex quibus duo elicio,quæ pater iure singulari in castrensi peculio retinet, & id beneficio paternæ potestatis à qua filius,tametsi miles,seu paterna voluntate militauerit,non liberatur.l.errat.in princip. C.de castren.pecul. libro.xij. §.filiusfamilias. Institu.quibus modis ius patriæ potesta.soluitur.
6 Primum est † quia castrẽse filij peculium mortuo filio ab intestato pater illud suum facit atq; profectitium peculium, vt non hæreditatem acquirere dicatur, sed profectitium peculium, dicta.l.ij.ff.de castrensi pecul. Et quemadmodum peculium profectitium non publicatur,similiter nec castrense,dicta.l.si filius.C.de bo.proscript. & hoc pulchrè declarat Bar.in dicta.l.si finita.§. si de vectigalibus.ff.de dam.infecto.nec id absq; ratione est. nam quod filius castrense peculium suum proprium esse dicat, vt in dicta.l.errat.C. de castren.pecul. lib.xij. contra iuris communis regulas est: quoniam quicquid filius in potestate acquirit,patri acquirit.§.j.Instit.per quas perso.nob.acqui.l.cùm oportet.§.j. C.de bon.quæ libe.in.l.j.§.item acquirimus.ff.de acqui.possess. non mirum si faciliter tollatur,& ad priorem seu natiuam originẽ,id est,ad ius cõmune reducatur l.eius militis.§.militia missus.ff.de testa.milita.
7 Aliud & secundum est, † licet filius testando suo castrẽsi peculio patrem priuare possit, dicta l.ij.ff.de castrẽ.pecul.l.testamentum.&.l.fina.in princ.C.de inofficioso testam. non autem delinquendo,dicta.l.si filius.C.de bo.proscripto.sed hoc nihil ad hunc tex.quoniam de patris seu hæredis delicto tractatur, qui necem filij occisi defendere neglexit,vt iste tex.ait. huic tamen suprà responsum est. Supradictis addo non esse mirandum si dixerimus patrẽ non debere sub hac lege comprehendi multiplici consideratione. Prima, quoniam durum esset vt pater filio & bonis priuaretur,quæ iuris dispositione sua esse dicuntur, vt suprà dixi:quoniam in amissi filij solatium patri debentur.l.scripto hærede.§.fin.ff.vnde liberi.cùm parẽtes, inquit, ad bona liberorum ratio miserationis admittit.l.iure succursum.ff.de iure

dotium. Iure succursum est, inquit, patri vt filia
amissa solatij loco succederet. §. primæ si quidẽ.
versus finem. in authent. de nuptijs. colla. iiij. ibi,
si vero omnes defuncti sint, habeat consolationẽ
suæ infelicitatis mater. & vulgata. l. nam & si pa-
rentibus. in princi. ff. de inofficio. testa. Secundò
alia ratione dici potest patrem sub hoc Senatus-
8 consulto non comprehendi: † quoniam lex non
præsumit aliquid patrem dolose facere, vbi de fa-
cto filij contenditur, sed potius paterna turbatio-
ne moueri, argumento. l. isti quidem. in fine. ff.
quod metus causa. l. diuus. in fine. ff. ad legem
Pompe. de parricid. ibi, nam patria potestas in
pietate, non in atrocitate cõsistit. l. j. C. de his qui
sibi ascripse. in testa. Ibi, functus dulci officio. l.
nec in ea. in fine. ff. ad legem Iul. de adulte. pie-
runq́, inquit, pietas paterni nominis consilium
pro liberis capit. l. j. §. sed si libertus. ff. si quid in
fraudem patro. alie. fue. Ibi, non videtur frauda-
re patronum hoc ipso quod dotauit: quia pietas
patris non est reprehendẽda. Et hac ratione lex
9 vt honori parentum aliquid tribueret, † noluit
filio in patrem actionem de dolo aut iniuriarum
aut aliã famosam actionẽ dare, in. l. ij. de obseq.
patro. præstand. l. non debet. ff. de dolo. l. si su-
perstite. C. de dolo. ibi, non de dolo propter pa-
ternam verecundiam. Nam & parentibus in fi-
lios non dantur. l. serui & filij. in princ. ff. de fur.
sed si qua pœna propter delictum in patrem cõ-
missum in filium imponenda est, patris arbitrio
remittitur, dicturo quam voluerit in filium sen-
tentiam. l. iij. & l. congruentius. C. de patr. pote-
sta. dictũ est in. l. & si certus. §. fina. versic. si ap-
petitus. suprà eo. His addo. l. sed si lege. §. præ-
tor ait. ff. de in ius vocan. ibi, vel si pudorem non
suggillat qua patronus non cõuenitur vel parẽ-
tes. Si igitur viuo filio nulla doli aut alia famosa
actio competat, multo minus in patrẽ filio mor-
tuo competere potest: quoniam post eius mortẽ
pater de re sua potiusquam filij tractare dicitur,
dicta. l. ij. ff. de castren. pecul. & suprà diximus,
maxime ab intestato. sed ex testamento secus, vt
suprà dictum est. Quibus addere potes glo. di-
stinctionem in. l. qui se patris. in verbo, faculta-
tes. C. vnde libe. Cui addo patrẽ in successione
filij in testamẽto eius nihil plus iuris habere quã
extraneus heres. l. cùm oportet. C. de bonis quæ
libe. & veluti extraneus iudicatur in. l. pater qui
10 castrẽse. §. j. ff. de castr. pecu. † Et licet ab intesta-
to potior sit quocũq́ extraneo, tamẽ ex testamẽ-
to pro debito filij in perpetuũ tenebitur, quẽad-
modũ & quilibet alius extraneus hæres. l. j. §. me-
rito. ff. quãdo de pecu. actio annal. sit. & idẽ not.
Ioã. de Pla. in. l. & si instrumẽta. C. de fide instru.
& iure hastæ fisc. lib. x. Meminerũt Bart. & Ioã.
de Imol. in. d. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de
dam. infec. Accedit. d. l. testamentũ. & l. fin. C. de
inoffic. test. Præterea iste tex. loquit̃ in filiofami-
lias occiso qui decessit testatus, dũ ait, si filiusfa-
milias qui in castrẽsi peculio testatus est occisus
omnimodo defendendũ esse, neq́ patrẽ quã aliũ
extraneũ excipit. Similiter in fine huius. §. ibi, ex
quibus casibus ad fiscũ patrisfamilias bona perti-
nẽt, his casibus & huius peculiũ potius q̃ ad hæ-
redes qui deliquerũt in adeũdo & similibus vlci
11 vltæ ve nõ sunt. Sed indubij iuris est † oẽs hæ-
redes hæreditate indignos esse si mortẽ occisi te-
statoris vlti non sunt: simil'r igit̃ & pater. Et hoc
modo ab intestato pater nõ videret̃ cõprehẽdi,
quia filius suo iure vsus nõ est, qm̃ testamẽtũ nõ
fecit. Tamen ista consideratio nõ videretur esse
bona, eo quod iste text. dicit ex quibus casibus
ad fiscũ patrisfamilias bona pertinent. Sed clarũ
est etiã hæredi ab intestato auferri bona si hære-
ditatem adierit priusquam de familia vindictam
assumere fecerit, aut quæstionem. l. necessarios.
& l. iij. §. non tantũ. suprà eod. tit. imò neq́ patri
querela inofficiosi testamenti aduersus testamen-
tum filij de castrensi peculio disponentis conce-
ditur, dicta. l. testamentum. & dicta. l. fina. C. de
inofficio. testa. §. si igitur defunctus. in authẽ. de
hæredi. ab intesta. venien. colla. ix. Alia etiam ra-
tio aduersus hanc nostram interpretationem re-
censeri potest, hoc senatusconsultũ omnes bono-
rũ possessores cõprehẽdere, dicta. l. necessarios.
12 † sed bonorũ possessio vnde liberi seu vnde parẽ-
tes, cuius glo. meminit in. d. l. qui se patris. C. vn-
de liberi. in verbo, facultates. quæ datur patri, di-
cta. l. scripto hærede. ff. vnde libe. cõceditur tam
ab intestato quã ex testamẽto. d. l. scripto hære-
de. & l. iij. ff. vnde liberi. d. l. qui se patris. & l. ij.
C. vnde libe. §. sint autẽ. insti. de bono. pos. versi.
& primo loco. l. iij. §. dari. ff. de bono. pos. titulo
generali. quare si omnes bonorũ possessores ex-
cludentur, pariter & parẽtes excludũtur, & fisco
bona acquirantur, atq́ si filio extranei hæredes
essent. Et ad id põderari potest. l. j. C. de his qui-
bus vt indig. vbi lex hæredes successione priuat,
& eam fisco acquirit, eo quod hæredes debitum
pietatis officiũ scientes omiserũt. & authen. hoc
amplius. in prin. C. de fideicõmis. Similiter & pa-
ter potius q̃ extraneus huius impietatis accusari
potest. d. l. hoc colore. ff. de inoffic. testa. & l. di-
uus. ff. ad legẽ Põpe. de parric. quare in patre for-
rior videt̃ ratio, cuius oculus nequior inuenitur
13 quã cuiuscũq́ extranei. Plus addi potest, † si pa-
ter hæredẽ à filio institutũ accusaret quod necẽ
defuncti sui filij nõ vindicasset, ob id tñ filij hæ-
reditatẽ nõ cõsequit̃, sed fiscus. l. j. ff. de iure fisc.

Quibus puto posse respõderi, in primis huic
textui, quoniam per hoc senatusconsultum non
licet pœnã extendere vltra verba senatusconsulti
& personas in eo comprehensas, vt dictum est in
l. & si certus. §. fin. & l. sequ. suprà eod. Sed cum
de iure persona patris in multis ab alijs differat,
per ea quæ supradicta sunt, maxime in causa inte-
stati, qua pater non hæreditatẽ filij cẽsetur acqui-
rere, sed propriũ eius patrimoniũ seu peculium
quod

quod profectitium à lege appellatur, dicta. l. secunda. ff. de castren. peculio. Nec mouere debet quod suprà dictum est, in causa testamenti filiũfamilias pro patrefamilias haberi. hoc verum est quantum ad cõsecutionem eorum quæ filius testando patri reliquit: sed quod propter omissionem relictis priuari debeat, hoc nõ dicit iste tex. Abundare etiam videtur ratio, quam filius moriens de patre habere voluit, ne & filio suo & sibi relictis ab eo in consolationem paternæ affectionis priuetur: quod durum & seuerum nimis videretur, per ea quæ suprà dicta sunt. Quibus addo. l. sed & si vnius. §. filiofamilias. ff. de iniur.
14 dum ille text. † ait non competere filiofamilias iniuriarum actionẽ, si præsens sit pater qui agere possit, etiã si agere nolit, vel quia differt, vel remittit atque donat iniuriam. Excipitur tãtum nisi tam vilis abiectaq; sit patris persona qui filij alioqui honesti viri remittit iniuriam, volens filij sui iniuriam ad suam vilitatem seu (vt alij volunt) vtilitatem metiri. & in versicu. seq. Sed vbi pater vilis persona non erit, non potest filius de huiusmodi remissione iniuriæ conqueri: quoniã actio illa videtur patri esse quæsita, si patrem habeat, neque in militari expeditione facta sit: quoniam in omnibus causis præterquam castrensis peculij ex persona filij patri actio acquiritur, vt suprà diximus per. §. primũ. Instit. per quas perso. nobis acquir. & propius in actione iniuriarũ loquitur. l. prima. §. primo. versi. spectat enim ad nos. &. §. vsqueadeo. ff. de iniur. §. patitur. Instit. de iniur. quoniam actio iniuriarũ hoc modo nõ erit in castrensi peculio, sed erit propria patris, per supradicta. Vnde indecens videretur quod ex actione sibi cõpetente quam viuens filius nõ habet, & quã inuito filio pater remittere potest, iacturã pater patiatur, cui filius viuens dicere nõ poterat cur illã remitteret, dicta. l. sed si vnius. §. filiofamilias. ff. de iniur. neq; militia filium à patria potestate liberet, vt suprà diximus per. §. filiusfamilias. Instit. quibus mod. ius pat. potesta. solui. &. l. errat. in princi. C. de castren. pecul. libro. xij. Et clarum est eum qui iniuriã passus est, etiam hoc senatusconsulto posse nõ tantum expresse, verumetiam tacite remittere, vt in. l. prima. §. finali. &. l. diuus. suprà eo. illic dictum est.
Ex his alio argumẽto de bonorum possesso-
15 ribus facto responsum esse videtur, cùm par eademq; sit ratio hæredis et bonorum possessoris, dicta. l. necessarios. in princi. suprà eod. quare in vno dicta in alio procedunt. Hic addi possent nonnullæ limitationes quas Bart. Bal. Ange. & Moderni, præsertim Papiẽses tradunt in authen ti. hoc amplius. C. de fideicommis. dum ille text. pœnam hæredi imponit negligenti voluntatem testatoris implere, præsertim eam quam Bartol. tradit, nisi forte à testatore specialis executor datus esset, qui in hoc hæredem à pœna excusaret, per. l. multa. in prin. ff. de conditio. & demõstra. Sed pro publica iniuria habẽt instigatorem vel procuratorẽ qui nomine fisci agat, vt dictum est post glos. in. d. l. diuus. per. l. qui ictu. §. qui vacatem. ff. ad legẽ Iul. de vi publ. nec bona fisco acquirẽtur, si seruos, quos dominus moriens excusauit, vel delictũ remisit, hæres non accusauerit, per illos text. nõ videtur esse cõueniens si pater, cui ex psona filij actio quæsita est, vel tacite non agẽdo, vel etiã expresse illã remiserit, qa q̃d suũ est remittit. Adiuuari potest hæc respõsio ex ratione. l. vnicæ. C. de his q ante apertas tabu. trãsmit. in fine. ibi, habeat verò solatiũ tristitiæ suæ, quibus est meritò cõsulendũ. si sola ratio tristitiæ sufficiens est vt nepotes et pnepotes ad suos hæreditatẽ trãsmittãt, etiã si ante apertas tabulas decesserint, & sic nõ aditam hæreditatẽ ad suos trãsmittãt, cõtra cões iuris traditiões; quarũ meminimus in. l. iij. §. fi. &. l. seq. suprà eo. post Bar. & alios in. l. vetri. ff. de acqui. hære. maior in patre est ratio cõseruãdæ hæreditatis filij in solatiũ tristitiæ suæ filij amissi, q̃ sit nepotibus & pronepotibus: nisi fortè iã vilis esset pater, vt dictũ est, vt duplex indignitas eũ apprehẽderet. Prima ex d. l. sed si vnius. §. filiofamilias. ff. de iniur. Secunda indignitas ex hoc senatuscõsulto procedens.
16 † Ex quibus puto patri posse & debere consuli vt fiscũ excludat. Licet hoc expresse decisum nõ cõperiã, tñ existimo in æquitate fundatũ: quãq; stricto iure alia opinio sustineri posset, sicut & aliàs dicit tex. in. l. Pãtonius. in prin. ff. de acqui. hære. Et vt prædicta omnia expediã ex eis existimaui nõnullas cõclusiones excipere. Prima est, quẽadmodũ filius alienãdo patri præiudicare nõ potest, q̃tũ est ad pfectitiũ peculiũ vel aduẽtitiũ. l. cũ nõ solũ. §. filius. C. de bo. quæ lib. similiter nec delinquẽdo. d. l. si filius. C. de bo. pscripto. & idẽ not. Bar. in. d. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dã. infec. quẽ sequere, quicquid illic Ioan. de Imo. dicat. Secũda, pater in peculio filij aduẽtitio aut profectitio castrẽsi vel quasi castrensi, delinquẽdo aut aliter male versando filio non præiudicat. l. iij. §. sed vtrũ. &. §. Põponius. ff. de minorib. & idẽ tenet Bar. in. d. §. si de vectigalibus. & bene quicquid illic Ioã. de Imola dicat. & cũ Bart. sentit Ioã. de Platea in. d. l. & si instrumẽta. C. de fide instru. & iure hastæ fiscalis. lib. x. Tertia, pater † in aduentitio peculio
17 filio præiudiciũ afferre nõ põt, nisi quo ad vsum fructũ. l. cũ oportet. C. de bo. quæ lib. Imò in casibus expressis in tribus authẽticis ibi positis illi legi etiã in vsufructu nullũ ius põt pater prætendere, & ex cõsequẽte filio circa illud pjudicare.
Quarta, filius libere testãdo & cõtrahẽdo de castrẽsi peculio disponere põt, nec; illis pr cõtra uenire põt. l. filiusfamilias. ff. de dona. l. ij. C. de castrẽ. pecu. lib. xij. l. testm̃. &. l. fi. C. de inof. test. quod prosequere vt per glos. & Bald. in. d. l. qui se patris. in verbo, facultates. C. vnde lib. quia in eo vicẽ patrisfamilias obtinet. l. ij. ff. ad Maced.

18 Quinta, pater in castrensi peculio ex testamen
to filij ijsdem modis & formis vti debet, quibus
alius extraneus hæres vti deberet. l. miles. & l.
pater qui castrense. in princ. & §. primo. ff. de ca
strensi peculio. Ex ea sequitur illatio quæ vide-
tur ex hoc tex. necessaria. nam si ijsdem casibus
quibus patrisfamilias bona ad fiscũ perueniunt,
si hæres non vlta morte defuncti hæreditatem
adierit: pari forma pater, qui hæres est filij ex te-
stamento suo priuari debet filij hæreditate, si il-
lam adierit non vlta filij morte, per hunc text. &
hæc conclusio videtur posse ex hoc tex. elici, vt
suprà docuimus. Et inspecto iuris rigore vel iu-
ris subtilitate vera est: & maximè cùm pater ex
testamẽto filij factus hæres censetur verè filij hæ
reditatem acquirere. l. secunda. in fine. ff. de ca-
stren. pecul. quæ lex facit differentiam non præ-
termittendam inter bona filij ex testamento pa-
tri prouenientia, quæ hæreditatem filij Iurecon-
sultus appellat, & ea quæ patri ab intestato pro-
ueniunt: quia profectitium peculium appellan-
tur, & eis veluti profectitio peculio vtitur. tamẽ
per rationem dictæ. l. Pantonius. in princip. su-
prà de acqui. hære. æquitas iuris scripta, cuius su
prà mentionem fecimus, patrem ab hac necessi-
tate excludit. Et id puto verũ & iustum. Primò,
quia patri luctuosa est filij hæreditas. Secundò,
19 † quia ex iniuria filio facta patri actio acquiri-
tur, velit nolit filius. l. prima. §. vsqueadeo. ff. de
iniur. quare cùm patri actio quæsita sit ex suo ca
pite, etiam si filio hæres non sit, per illum text. &
l. primam. ff. de liber. causa. non videtur conue-
niens vt ad similitudinẽ extranei, cui nulla actio
quæri potest, nisi per medium filij, cuius est hæ-
res, vt ea causa quæ patri prodesse potest, potius
spectari debeat, quàm ea quæ nocet, præsertim
aduersus fiscum, vt in. l. tertia. §. si quis palàm. ff.
de iure fisci. de qua plura diximus in. l. iij. §. fi. &
l. seq. suprà eo. & ista conclusio in æquitate fun-
data est, argumento. l. Pantonius. in princ. suprà
20 de acquiren. hæredi. Quoniam † actio iniuriarũ
ex bono & æquo est, & ideo dissimulatiõe abo
letur. l. nõ solum. §. iniuriarum. ff. de iniur. & se-
mel remissa nõ restituitur. l. si vnus. §. pactus ne
peteret. ff. de pac. & dicta. l. non solum. §. secun-
dùm hoc. ff. de iniur. vnde si pater pietate motus
sit, nõ tantum filij, sed suam propriam prosequi
negligat, non videtur tam arcta in eum interpre
tatio fieri. Istis addo tex. in argumẽtum in. l. eas.
ff. de capit. diminutio. dum ille text. ait, eas obli-
gationes quæ naturalem præstationẽ habere in-
telligãtur, palàm est capitis diminutiõe nõ peri-
re: quia ciuilis ratio naturalia iura corrũpere nõ
potest. l. hos accusare. §. fin. ff. de accusatio. licet
enim ciuilis ratio videlicet huius senatusconsulti
Sillaniani videatur patrem filij hæredem in ca-
strensi peculio comprehendere per rationem il-
lam generalem quæ om̃es hæredes & bonorum
possessores filij amplectitur, nisi illius mortẽ vl-
ciscãtur priusquã hæreditatem eius adeant, quia
castrense peculium hæreditas etiam patris dici-
tur, vt suprà ostendimus per. l. tertiam. ff. de ca-
stren. pecul. tamen non videtur illa ratio ciuilis
adeo potens vt naturalem illam præstationem,
quæ ex bonis filij patri debetur, secundùm iuris
naturalis dispositionem. l. scripto hærede. ff. vn-
de libe. l. nam & si parentibus. in principio. ff. de
inoffic. testamen. omnino tollatur, vt pater filio
& bonis eius careat. Et, vt suprà dixi, iureconsul
tus hac ratione ductus est in dicta. l. Pantonius.
21 Vbi † licet stricto iuris rigore tempus iuris ab-
senti currat tamen ex causa lex restitutionẽ con-
cedit. Cui addo. l. filio præterito. ff. de iniusto, ru
pto & irrito testamẽ. ibi, licet subtilitas iuris re-
fragari videatur, attamen voluntas testatoris ex
bono & æquo tuebitur. Addo illi text. non incõ
gruum huic considerationi in. l. si seruũ. §. sequi-
tur. ff. de verbo. obligatio. ibi, scribit enim hanc
quæstionem esse de bono & æquo, in quo gene
re plerunque sub authoritate iuris scientiæ per-
niciosè, inquit, erratur. §. cæterum. Institu. de le-
giti. agna. succes. & maxime in pœnalibus, vt di-
xit Barto. in dicta authen. hoc amplius. C. de fi-
deicommis. per. l. multa. in princ. ff. de conditio.
& demonstra. Et ego putarem de æquitate hanc
sequendam: cùm in dubijs contra fiscum inter-
pretatio fieri debeat. l. non puto. ff. de iure fisci.
& maxime in hoc casu, in quo fiscus de lucro tra
ctat: vt in. l. vnica. C. pœnis fiscalib. credito. præ
22 ferri. lib. x. quod in patrono nõ procedit. † Nã
si liberti mortem non vlciscatur, ius quod in eo
habet amittit. l. Iulianus ait. in fine. ff. de bonis li
bert. l. portiones. ff. de his quib. vt indig. in qua
considera rationẽ eius dum ait, omnes enim hæ-
redes, vel eos, qui loco hæredis sunt, officiose
agere circa defuncti vindictam conuenit. quæ in
patrem concludere videtur sicuti in patronum.
Hoc autem putarem limitandum seu declaran-
dũ, nisi fortè pater tam vilis & abiecta esset per-
sona, filij autem persona honesta fuisset, vt pro-
pter patris vilitatẽ iuris rigor recipiendus esset,
quasi à patre sine causa iniuria remissa sit, vt su-
prà diximus, per. l. sed si vnius. §. filiofamilias.
ff. de iniur. In hoc fortè putarem iuris rigorem
23 obseruandum esse. Sexta, filius † delinquẽdo
in castrẽsi peculio patri nõ p̃iudicat: & licet for-
tè publicatio bonorum propter filij crimen con
tingere posset, castrense tamen peculium nõ pu-
blicabitur, sed pater fiscum excludet, l. si filius.
C. de bo. proscrip. Septima, filius decedẽs in-
testatus castrense peculium non tanquam hære-
ditatem, sed vt peculium profectitiũ ad patrem
transmittit. l. secunda. ff. de castrensi peculio. l.
intelligis. C. de castrensi peculio. libro duodeci-
mo. quod declara vt illic per Ioan. de Platea. sed
vltra quàm dicat, & ea quæ suprà scripta sunt, di
co patrem posse de re castrensis peculij filij sui
etiam viuo filio disponere: & si viuẽs filius nihil
de ea

de ea re sua dispośuerit, manebit alienata. Et retrotrahetur alienatio, quasi retro pater rei dominium alienauerit. l. seruum filij. in princi. ff. de lega. primò. hodie verò si filius in patris potestate existens castrēse peculium habeat, & filios ex se progenitos, filij sui excludent patrem à consecutione peculij. l. cùm oportet. C. de bonis quæ libe. §. primo. in authen. de hæredi. ab intesta. venien. collatio. ix. vbi hoc glos. declarat in verbo, acquirūtur. §. j. Insti. per quas perso. nob. acqui.

24 Octaua, sicut † profectitium peculium propter patris delictum non publicatur in filij præiudicium. l. iij. §. sed vtrum. vltimo respōsō. ff. de minori. sic nec castrense publicari debet in præiudicium filiorū, si quos filiusfamilias miles habet, iuxta dictam, l. cùm oportet. C. de bon. quæ libe. & dictum. §. primū. in authen. de hæredi. ab intesta. venien. collatio. ix. Et vlterius dici potest, vbi filiusfamilias miles ab intestato decedit nulla per eum dispositione facta castrensis peculij, cùm ante mortem filij retro pater dicatur dominium castrensis peculij habuisse, non videtur patrem illius iuris posse priuari, nisi prius à iudice monitus sit accusationem de morte filij faceres, ne illius mors inulta remaneat, præfinito illi termino, intra quem accusare debeat, vt in. l. diffamari. C. de inge. manumis. iuxta glos. declarationem in. d. l. j. C. de his quibus vt indig. in verbo, reddere, dum quærit per quantū tempus hæredes expectari debeant ad vlciscēdam defuncti mortem. Ex cuius glos. decisione Bald. Alex. &

25 Moder. colligūt † monitionem esse necessariā, antequam argui possint de neglecto pietatis officio circa mortis defensionē, argumento authē. hoc amplius. C. de fideicōmis. §. si quis verò nō implens. in authen. de hæredi. & falcid. colla. prima. authen. licet. C. de episco. & cleri. §. ex maleficijs. versicu. item mixta. Instit. de actio. ibi, vsqueadeo vt etiam in iudiciū vocarētur. vbi Moder. multa addunt. Nicol. Spinel. in. l. locorum. C. de omni agro deserto. libro vndecimo. Et pu to in patre rationē optimam esse per ea quæ suprà diximus. Et si forte à iudice monitus negligat, existimarem eius negligentiam posse accusari, & illius cōtumacia tunc in delictum sonaret, argumento. l. omne delictum. in princi. vbi hoc notat Barto. ff. de re milita. Anto. de Butr. in. c. quoniam frequenter. ix. colum. extra vt lite non contest. & hoc satis velle videntur Bal. & Alex. in dicta. l. prima. C. de his quib. vt indig. & Ange. in. §. fina. colum. fina. in princi. in authenti. de testib. colla. vij. de his dicam copiosius post Barto. in. l. in cognitione. infrà eod. titu. Nona &

26 vltima erit, † Si hæres institutus à filio in castrēsi peculio, patrem à successione filij excludet: vt suprà dictum est per. l. testamentum. & l. fin. C. de inofficio. testamen. l. miles. & l. pater qui castrense. ff. de castren. pecu. vel iure authenticorū & Codicis filij ipsius militis, qui hodie auū excludunt, quantumcunque in potestate aui nepotes sint, vt in dicta. l. cùm oportet. in princi. C. de bo. quæ liber. §. primo. in authenti. de hæred. ab intesta. venien. colla. ix. fiscus etiam patrem excludet: quia pater quātum ad id vt extraneus iudicatur, per illos text. & l. secūdam. in fine. ff. de castren. pecul. l. secūdam. C. de castren. peculio. libro duodecimo. §. primo. Institu. quibus non est permis. face. testamē. dicta. l. pater qui castrēse. Et facit ad id. l. prima. in princip. ff. de iure fisci. Accedit bis trita iuris conclusio, si vinco vincētem te, fortiori ratione vinco te. l. de accessionibus. ff. de diuers. & tempor. præscrip. c. autho-

27 ritate. de concess. præbend. libro sexto. † hæredes institutos pariter & filij excludūt patrem, fiscus hæredes in testamento institutos excludit, per hunc tex. pariter & filios, in dicta. l. prima. C. de his quibus vt indig. excludet igitur fiscus patrē, qui non tenet primum locū institutionis vel successionis: quia non patris peculium isto casu ab hærede eripit, sed filij hæreditatem, dicta. l. secūda. ff. de castrensi peculio. Istis conclusionibus expeditus erit hic. §.

CAIVS.

Cùm fisco caduca bona defuncti addicuntur propter inultam mortē, in eū legatorum actio datur: & libertates ratæ sunt, eorū scilicet qui senatusconsulto excipiutur.

Summarium in præscriptæ Legis Lectionem subsequentem.

1 Hæres institutus ob suam negligentiā ab hæreditate excluditur.
2 Voluntas testatoris caduca differt ab ea quæ pro nō scripta habita est.
3 Hæres secundùm legem Papiam ante apertas tabulas hæreditatem adire nequit.
4 Hæres qualiter facto legis Papiæ impediebatur hæreditatem adire.
5 Legatarius statim testatore mortuo legatum acquirit.
6 Caducitas iure Digestorum locum habere nō potest, vbi testamento datus est cohæres.
7 Caducitas quare hæreditatē nō esse aditā præsupponat.
8 Caducitas an fuerit iure Digestorum cognita.
9 Hæreditas nō adita quare iacēs dicatur, & bona defūcti.
10 Hæreditas interfecti non publicatur nisi concurrentibus nonnullis casibus.
11 Tyrannus fuit legis Papiæ conditor, bonaq; subditorum anxiè plus satis affectauit.
12 Bona defuncti ob inultam mortem caduca effecta fisco addicuntur.
Hæreditas non adita propriè non dicitur hæreditas, sed interpretatiuè.

13 Caduca bona dici nequeunt si adita sit hæreditas.
14 Bona hodie caduca non possunt dici, quanuis hæreditas ex testamento ab hærede instituto non adeatur.
15 Fiscus qui in hæreditate succedit aliena, iure priuati vti debet.
Fiscus, cui hæreditas ab indigno ablata acquiritur, impropriè hæres dicitur.
16 Hæres tanquā indignus hæreditate priuatus, nomine manet hæres.
17 Cautionis fragilitati se committere nemo cogendur.
18 Bona caduca, vacantia, & hæreditas quid inter se patiantur discriminis.
Bona quæ dicantur vacantia.
19 Delatio bonorum vacantium quadriennio præscribi potest.
Iura etiam à principe concessa præscribi nequeunt, quæ cum titulo obtineri non possunt.
20 Bona mortuorum vacantia, qui sine consanguineis intestati decesserunt, in fiscum transferuntur.
21 Hæreditate hæredem expectante, bona dici nequeūt vacantia.
22 Hæreditas tandiu iacens dicitur, quandiu hæredem præstolatur. & nume. 26.
23 Hæreditas adita non iam hæreditas, sed hæredis bona dici debet.
24 Hæres meus nō dicitur, qui mei hæredis hæres inuenitur.
Caduca quæ quondam iudicabantur, & quæ iure nouissimo.
25 Bona quæ ab indignis auferuntur, quare caduca dici nō valeant.
Hæres institutus an pro non scripto sit habendus, si antequàm testator, decedat.
Hæreditas vacans est, quæ nullum expectat hæredem.
27 Occupans bona vacantia, quo casu ad legata non teneatur.
28 Libertatis causa cuiuis pecuniario commodo est præferenda.
29 Fiscus succedens in hæreditate aliena, ad hæreditaria onera tenetur.
30 Bona fisco addicta licet hæreditas non sint, ad exemplum tamen hæreditatis regi debent.
31 Caduca cum legatorum & libertatum onere addicūtur.
32 Fiscus in bonis succedens vacantibus ideo hæres propriè non dicitur, quia hæreditas non est.
33 Fiscus bona vacantia occupans ad onera hæreditaria tenetur.
34 Consuetudo non extenditur regulariter vltra locum suū.
Fiscus vnius territorij non potest bona in alieno territorio occupare, prætextu cuiusuis consuetudinis.
35 Territorij diuersitas varietatem causat quandoque hæreditatis.
36 Serui quibus in testamento est concessa libertas, iure manumitti debent.


AEC LEX MIXTAM habet materiā cum. l. si sequens. infrà eod. vt ex dictis Barto. hic & aliorum doctorū videri potest. In qua instantia huic legi datur, si hæredi datus est substitutus vel cohæres, an existentia substituti vel cohæredis impediat fiscum quo minus hæreditatē defuncti occisi per hoc senatusconsultū apprehendat. quod videbatur, eo quod cohæres non negligens vel substitutus non tantum ex legis dispositione, sed ex expressa testatoris volūtate ad successionem occisi, qui testatus decessit, vocantur, vt dictum est in. §. fina. l. præcedentis, in verbo, testatus. quare videbantur potiores fisco in eius successione per rationem authenti. hoc amplius. C. de fideicommis. & §. si quis autem non implens. in authenti. de hæredi. & falcid. colla. j.
1 † vbi hæres institutus propter suam negligentiā
ab hæreditate, in qua hæres erat, excluditur tamen cohæres & substitutus, & aliæ personæ in eis expressæ fiscum excludunt. quod videbatur idem in hoc casu dicendum esse. contrarium tamen hic Iureconsultus censuit, & fortius extendit in dicta. l. si sequens. vbi etiam secundus gradus, vel etiam cohæres negligētiam instituti suppleret, quia necem defuncti vltus esset, per rationem illius. l. ne pœna illius, huius esset præmiū. Illic dicetur. Cui adde. l. ex facto. §. Iulius longinus. ff. de vulga. & pupilla. substitu. dicam infrà.

Secundò hæc lex amplectitur materiam subobscuram, & à paucis intellectam: & iurium diuersitas & doctorum contrarietas paulò difficiliorem reddit. Et Barto. in dicta. l. si sequens. infrà eod. aperit, sed non perfecte, vt ex sequentibus videre licebit. Pro cuius faciliore intelligentia visum est mibi nonnulla præmittere: tametsi illius disputatio multis videbitur paruæ vtilitatis esse: tamen ne transeat incognita, cōsultò extricare & explicare curauimus. In primis con
2 siderandum esse puto † latam esse inter caducita
tem & testatoris voluntatem pro non scripta haberi differentiam. Licet Papiens. Moder. in. l. si duobus. §. primo. de lega. j. ff. dicat argumētum procedere de quasi caduco ad pro non scripta, per. l. vnicam. §. in primo. & §. seq. C. de caducis tollen. qui text. mea opinione probat oppositū, vt nunc nunc ostendemus. Primò enim aduertendum esse volo, quemadmodum bona hæreditaria caduca fiebant, & ob id fisco acquirebantur, vbi hæres non adita hæreditate decedebat. l. item veniunt. §. pridie. ff. de petitio. hæredita. l. vnica. in princi. C. de cadu. tollen. tametsi per Iustinianum in eadem. l. §. penul. & fin. correctum & emendatum sit. Secundò, Lege Papia cau
3 tum esse, † hæredem ante apertas tabulas non
posse hæreditatem adire, dicta. l. vnica. in princ. C. de cad. tollen. Et si fortè contingebat legatarium ante apertas tabulas, & sic ante aditam hæreditatem decedere, legatum nō transmittebat: sed caducum efficiebatur, & fisco acquirebatur, dicta. l. vnica. §. cùm igitur. & §. seq. C. de cadu. tollen. Institutio verò pro non scripta diceba tur seu babebatur, & legatum pro non scripto erat, quando bæres vel legatarius prius testatore decedebant, & vbi hæres bæreditatē non adibat, testator dicebatur intestatus decedere. §. primo

mo Instit. de hæred. quæ ab intesta. deferun. ibi, aut si ex eo nemo hæres extiterit. l. intestatus. ff. de verbo. significa. vel quãdo is qui institutus erat, hæres intestabilis erat passiue: vt si in metallum damnatus erat. l. prima, secunda, & tertia. ff. de his quæ pro non script. haben. l. prima. C. de hæredib. institu. l. vnica. §. & eum triplici. & tribus. §. sequenti. C. de caducis tollendis. Et inter incapaces multiplex erat differentia, vt Accursius, Bartolus, & Alexand. plenius scribunt in. l. hæreditas. in glos. magna. C. de his quibus vt indignis. Excipiebantur parentes & liberi, dicta l. vnica. §. cumq; lex. C. de caducis tollend. sicut & alio edicto excipiuntur in. l. prima, secunda & tertia. ff. de lega. præstã. Tertio, lex Papia vltra priorem inuidiam aliud maximũ & exorbitans, & ab omni iure alienum introduxerat edictum.
4 † legis enim facto impediebatur hæres adire, & ob id sine culpa vel præter culpam aut negligentiam ipsius iure suo priuabatur, contra id quod scribitur in. l. tertia. §. fina. & l. sequẽ. suprà eod. Nam illa lege hæres hæreditatem adire non poterat, nisi apertis prius tabulis, vt suprà dictũ est, aperiens autem non sumpta de familia quæstione & supplicio, puniebatur pœna centum aureorum, vt in. l. lege Cornelia. §. fina. infra eod. & dictum est in. l. tertia. §. quod ad causam. suprà eo. si adibat hæreditatem, publicabatur, vt in. l. necessarios. §. non aliis. suprà eo. & sic facto legis seu senatuscõsulti prohibebatur adire, si interim moriebatur hæres, hæreditatem non transmittebat, quoniam adita non erat, vt in. l. quoniam. C. de iure delibe. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tollen. l. ventri. ff. de acquiren. hæredi. Et sic lex Papia indirectè facultatem acquirendæ hæreditatis auferebat. quàm iniquum esset, dictũ est in. l. tertia. §. fina. & l. seq. suprà eo, per quã hæc iniuria sublatã est. Idem in d. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tollen. vbi hoc idẽ gloss. not. in
5 verbo, patimur. Secũdò, in legatario pariter hoc sublatum est: quia statim mortuo testatore legatum acquirit, nec amplius fit caducum. dicta. l. vnica. §. cùm igitur. C. de caduc. tollen. de qua in l. à Titio. ff. de furtis. & in. l. si tibi homo. §. cùm seruus. ff. de lega. primo. & hic noster text. idem vult. Quarto videndum est, quantum doctores super hoc articulo pugnant, an caducitas isto iure Digestorum locum obtineret, cuius Accursius meminit in dicta. l. si duobus. in prin. ff. de lega. primo. in primis Barto. illic dicebat, de iure Digestorum caducitatem non fuisse admissam, vbi hæredi datus erat cohæres vel substitutus. datio enim cohæredis vel substituti prohibebat omnem caducitatem. per dictam. l. si duobus. §. fina. & l. qui filiabus. §. primo. ff. de lega. primo. l. re coniuncti. ff. de lega. tertio. l. vnica. C. quando non petent. partes petenti. accresc. Substituti autem prima causa erat, & cohæredem excludebat, authen. hodie. C. de fideicõmis. Sed à lege Papia inuectam esse, dicta. l. prima. in prin. C. de caduc. tollen. hoc autem primum Barto. dictum multis obscuritatem genuit, præsertim Paulo de cast. & Frãcisco Aret. in dicta. l. si duobus. dubitauerunt enim an Bart. dicere voluerit primo iure Digestorum non fuisse prohibitam aditionẽ, sed per legem Papiam quæ temporibus Adriani Imperatoris facta est, ingruentibus tunc bellis ciuilibus, vt inquit dicta. l. vnica. in princi. C. de caducis tollend. & expressius in dicta. l. item veniunt. §. prærer hoc. versicu. pridie. ff. de petitione hæreditatis. introductam fuisse huiusmodi prohibitionem. Hæc Bartolus nõ considerauit,
6 sed tantum dicere voluit † per dationem cohæredis non posse caducitati locum esse de iure Digestorum, atq; ob id vniuersam hæreditatem cohæredi, potius quàm fisco acqri. l. Celsus. §. pen. & fina. ff. de lega. secundo. & dicta. l. si duobus. in fine. ff. de lega. primo. quod ius per legem Papiam antiquatum est, postremo verò per Iustinianum restitutum lege Papia sublata. Et hac ratione Barto. ad dictam. l. item veniunt. §. præter hoc. versic. pridie. ff. de peti. hæredi. in qua senatusconsultum quod tempore Adriani, Traiani, Partici filij factum est, recensetur, dicebat verba senatuscõsulti legi Papiæ obstare: quoniam illa lex hæreditatem non dicebat esse, sed prorsus caduca bona esse, & ob id fisco acquisita: quoniã illo senatusconsulto pro illis bonis petitio hæreditatis concessa erat: & si hæreditas non esset, petitio hæreditatis concedi nõ posset. quod lex Papia non cõcedebat, sed statim fisco esse acquisita volebat, vt in. d. l. vnica. in princ. Secundò aliter Bart. respondebat quod in illo senatusconsulto nullus datus erat cohæres aut substitutus, vel alius ab intestato succedens. quæ responsio huic legi conueniret secundum Bar. intellectum, quẽ Roma. amplectitur: quoniã bona hic facta sunt caduca, eo quod adita non erat hæreditas. Angelus vero dicit aditam fuisse hæreditatem, & hac ratione substitutum fiscum excludere. Sed
7 † re vera caducitas præsupponit aditã non esse hæreditatem, vt suprà docuimus, & Bart. hic sentit. Sed iste text. nõ videtur posse subsistere: quoniam si verè in hoc text. bona fuissent caduca fiscus non posset ab intestato venientes excludere: quoniã fiscum præcedunt. §. si quis autem nõ implens. & §. exhæredatos. fecundo responso. in authenti. de hæredibus & falcid. colla. prima. l. eam quam. & authen. hoc amplius. C. de fideicommissis. & maxime per rationem gloss. communiter approbatam in. l. prima. in verbo, reddere. C. de his quibus vt indignis. quæ vult monitionem à iudice fieri hæredi prius quàm indignitati locus esse posit, vt & in. §. fi. l. præcedentis annotauimus post Barto. Paul. & Alexan. in dicta. l. prima. quæ etiam cohæredi & substituto fieri deberet: alioqui in mora esse non possent. Et hac ratione necesse est concludere contra

id quod scripsit Bartolus in dicta.l.si duobus.in prin.ff.de lega.primo.caducitatem nõ fuisse à le
8 ge Papia inuectam, † sed & hoc iure Digestorũ agnitam fuisse. & per hunc text.locum habebat, quia vult caduca bona fisco acquiri, sicut & in dicta.l.item veniunt.§.præter.versic.pridie.ff. de peti.hæredi. Vbi pro illis bonis effectis caducis vide petitionẽ hæreditatis fisco competere. in versi.item placere censuerunt.& cætera.adita autem hæreditate bona amplius caduca dici nõ possunt:vt plane omnes consitentur, dicta.l.prima.§.primo.C.de caduc.tollend.sed bona sunt hæredis.l.sed & si plures.§.filio.& dicta.l.ex facto.§.Iulius Longinus.ff. de vulgari & pupil. substit.l.in eo.ff.de acquirẽ.rer.domi.§.primo. Instit.quib.ex cauf.manum.nõ licet.&.§.restituta.Instit.de fideicommissa.hæred.glos.in.l.prima.§.veteres.ff.de acquirenda posses.l.paterfamilias.ff.de priuileg.credito.plene per Barto. Pau.& Ange.in.l.prima.ff.de acquiren.hæred.
9 † Prius itaq; quàm hæreditas adeatur,bona defuncti esse dicuntur,& hæreditas iacens.l.nihil. ff.de verbo.significa.l.hæreditas in multis.ff.de acquirend.rer.domi.l.hæres & hæreditas.ff.de vsucapio.& per illos tex.defunctũ censetur repræsentare, vt in.l.prima.per totã penè legem, præsertim in.§.Scæuola.ff.si quis testa.liber esse iuf.fuerit.Et tamen ante aditam hæreditatẽ fisco bona hæreditaria addicuntur,iuxta dictam.l.itẽ veniunt.§.pridie.ibi,cùm antequam partes caducæ ex bonis rustici fisco peterentꝰ.Idẽ in.§.ait senatus.vbi glos.hoc not.in verbo, euenerat.& in verbo, peterentur.& in vltimo respõso illius §.ibi,nõ solum autem in hæreditate hoc vtimur senatusconsulto, sed & in peculio castrensi vel alia vniuersitate.quod non videtur æquum neq; iustum,imò contra mentem huius senatuscõsulti hæc lex facta videtur. Nam per hoc senatuscõsultum hæres non punitur nisi tabulas aperuerit priusquam de familia quæstio & suppliciũ assumeretur. Secũdò non vult puniri hæredem,nisi per aditionem hæreditatis factam ante sumptũ de familia supplicium. Scriptũ enim est senatusconsultum verbis negatiuis,
10 † nõ aliàs bona publicari, quàm si constiterit esse occisum patremfamilias,& hæredem ante quæstionem habitam & sumptum de familia supplicium adijsse hæreditatem,dicta.l.necessarios.§.nõ aliàs.suprà eodem.si non aliàs bona publicari possint,nisi illis duobus coniunctim concurrentibus: quomodo hic dici potest,bona caduca fisco acquiri:quia si caduca dicantur, adita non est hæreditas. quod Bar.hic rectè considerauit.& Bal.in.l.eam quã. tertia colũ.C.de fideicommis.quia interim re & nomine hæres est,secundum Bald.illic.l.his cõsequenter.§.sed an in familia.ff.familiæ erciscũ. quoniam ille tex.non vult cohæredes posse alterum hæredem à diuisorio iudicio excludere, licet forte neglexerit necem defuncti vindicare: quanquam fiscus hoc possit.& sic interim hæres manet:quibus in hoc cõsentio.Non videtur itaque rectè hæc lex facta: quia omnino verbis & sententiæ senatusconsulti cõtradicit. Et istud est quod discedere fecit Angelum hic ab interpretatione Bart.in hac.l.& in.l.si sequens.infrà eod. & verbum,caduca.in hoc tex.non debere in suo proprio significato accipi.quia verè secundùm eum adita fuerit hæreditas, priusquam de familia quæstio habita esset & sumptum supplicium: alioqui bona non possent publicari,dicto.§.nõ alias.Et hac ratione necesse est alterum istorum cõcludere, aut quod de iure Digestorũ & prius quàm lex Papia edita fuisset, caducitas cognita erat,propter quam bona fisco acquirebantur,& pro eis petitio hæreditatis confundebatur, vt in dicta.l.item veniũt.§.pridie.&.§.ait senatus.ff. de petit.hæred.cui astipulari videtur.l.vnica.C. de cadu.tollen.ibi,cumq; lex Papia & ius antiquũ,quod ante eam in omnibus simpliciter versabatur.vel quod hoc verbum, caduca. debeat pro quasi caduco, abusiue tamen,accipi:quia ad similitudinem caducorum bona defuncti occisi propter hoc hæredis delictum reducuntur, cùm ex testamento nullus hæres effectualiter esse possit: quoniam ab hærede qui adiuit hæreditatem ante habitam de familia quæstionem & sumptũ supplicium auferetur,& fisco applicabitur. Manebit autem hæres nomine tantum,sed non effectu.quoniam,vt dictum est,bona ab eo tanquã ab indigno auferuntur,& fisco addicũtur, id est adiudicantur,& applicantur. ita dicit text.in dicta.l.ex facto.§.Iulius Longinus.ff.de vulga. substitu.l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inofficio.testa.in.l.Marcellus.§.fina.ff.ad Trebel. In quo opinio Angeli non videtur longe à veritate esse. Et si verbis huius legis fortè insistendum esset,quis putauerit necessario inferendum esse maximam & verè iniquam per hanc legem fieri extensionem ad senatusconsultum Sillanianum, imò inuidiosam, vt verbo Iustiniani vtar in dicta.l.vnica.in prin.C.de cadu.tollen.ibi,Ita & à nobis circa caducorum obseruationem inuidiosum suũ amittat vigorem.Quid enim, vt inquit glossa in dicta.l.prima.in verbo, reddere.C.de his quib.vt indig.aufer.hæredi.si in mora nõ sit hæres adeundi. Tolle exemplum, si hæres dum inquirit de familia an de morte domini conscia sit, cùm hæc lex excuset seruos & familiam non consciam de morte domini.Similiter.l.j.§.quod si quis puta veneno.&.§.quid ergo.&.l.ij.&.l. iij.§.si maritus.suprà eo.vel dũ præparat omnia ad accusationem necessaria,vt in.l.secunda.§.si simul.ff.ad legem Iu.de adulte.l.prima in prin. ibi,vel ab alio præuentus.l.edicto.§.extat.ff.de iure fisc.l.sororem.iuncta glo.in verbo, nõ conuenit.&.l.pe.C.de his quib.vt indign.&.l.qui posthumos.vbi dictum est,suprà eod.Hoc à iure & ratione alienum esset,imò plenum inuidia,

sicuti

11 sicuti de † lege Papia dictum est, per dictã. l. vnicam. C. de cadu. tollen. quæ tamen bona subditorum affectabat, vt satis illius legis auctoribus esset illa accipere & tyrannicè occupare, vt sine causa & absque culpa vel delicto fiscus bona auferret. Quamobrem necessariò oporteret ad illam glos. disputationẽ puenire, an ad hoc vt publicationi bonorũ locus esse posit, monitio hæredis esset necessaria, vt si spreta monitione adire neglexerit in odium negligẽtis defuncti mortem vlcisci & defendere, fisco acquiri debeat, & ab eo veluti indigno auferri, eo quod vltra supradictam negligentiam iniuriã testatori facere voluerit vt intestatus decederet, vt scribitur in §. primo. Insti. quib. ex caus. manumit. non licet. & sic testamentum ad causam intestati reducere, contra illud edictum, si quis omissa causa testamenti. suprà. Et isto medio bona defuncti fierẽt caduca, eo quod instituto locus non erit, neque etiam substituto, si primus gradus exclusus est à fisco: vt in. l. si sequens. infrà eod. etiam si substitutus mortem vlcisci velit, per illum text. neque aliter puto hunc tex. posse saluari ab obiectione dictæ. l. necessarios. §. non aliàs. suprà eod. cuius negatiua tam præcisa est vt omnem potentiã exclusionis tollat, nisi illa copulatiuè concurrant, scilicet testatorem occisum fuisse, et hæredẽ ante quæstionẽ habitam & suppliciũ de familia sumptum hæreditatem adijsse. Et hoc modo caducitas non stabit in meris caducitatis finibus ita generaliter sumptis, quemadmodum in lege Papia cõtinebantur, quæ solum spectabat, an hæreditas remaneret ab instituto hærede nõ adita. Sed hoc casu caducitas admixtum hæredis delictum haberet, qui spreta iudicis monitione neque adire hæreditatem volunt, neque defuncti mortem vlcisci: vt in dicta authent. hoc amplius. C. de fideicõmis. vt in. §. fina. l. præcedentis dictum est. Et Bal. in. l. eam quam. colum. iij. ad finem. C. de fideicommis. circa hoc dubium plurimũ laborauit, neq; prædictis satisfacit. Quare vt absoluã,
12 dic si verbis legis vis inhærere dum ait, † Cùm fisco caduca bona defuncti addicantur propter inultam mortẽ. & adhærere interpretationi Barto. & Roma. hic & in dicta. l. si sequẽs. infrà eo. & Bal. in dicta. l. eam quam. C. de fideicommiss. colum. iij. in fine. vt propriè iste tex. de bonis caducis intelligatur, ideo quia hæres hæreditatem non adierit, necessariò concludere oportet hanc legem ad senatuscõsultum Sillanianum hoc addere, vt si hæres decesserit non adita hæreditate etiam præter culpã, imò absque culpa, sicuti erat in. l. Papia, de qua in. l. vnica. C. de caduc. tollen. cùm hæreditas propriè non sit hæreditas, sed interpretatiuè tantum, & ob id bona tantum dici debeant, vt hic tex. ait, fisco acquirantur, exclusis etiam venientibus ab intestato, & cohæredibus, & substitutis, etiam si defuncti mortem vlciscantur, iuxta. l. si sequens. infrà eod. Et propter illa petitionem hæreditatis fisco cõpetere ex senatusconsulto, quod tempore Adriani filij Traiani Parthici factum est, cuius verba posita sunt & eius interpretatio in. d. l. item veniunt. §. præter. versic. pridie. &. §. ait senatus. &. §. seq. ff. de peti. hæredit. Et in hoc capite correcta esset ista lex, pariter & senatusconsultũ in dicto. §. pridie. positum per Iustinianum in. d. l. vnica. C. de caduc. tollen. tanquam inuidiosum, & ab omni ratione & iustitia abhorrens, vt suprà diximus.

Et vbi non placeret huiusmodi correctio, sumenda est alia declaratio posita ad verbũ, caduca. vt hæres non tantum neglexerit defuncti necem vlcisci, etiam monitus à iudice, iuxta glos. Bart. Pau. & Alex. opinionem, in dicta. l. prima. in verbo, reddere. C. de his quib. vt indig. verũ etiam hæreditatẽ adire, vt nõ vlcisceretur defuncti necem: & propter eius negligẽtiam bona caduca effecta esse dicantur: quia per eũ adita non
13 est hæreditas. † Alioqui si adita esset hæreditas, bona caduca esse nõ possent, vt suprà dictum est per. l. vnicam. in princ. C. de caduc. tollen. Et ratio & iustitia desiderarẽt bona aut cohæredibus acquiri per ius accrescendi, vt in. l. vnica. C. quãdo non petẽn. partes pet. accresc. l. si duobus. in prin. ff. de lega. primo. l. re coniuncti. ff. de lega. iij. Aut substitutis, si fortè hæredibus dati essent aliqui substituti, aut venientibus ab intestato, & nouissimo loco ad fiscum, secundùm casum. §. si quis autem non implens. in authen. de hæred. & falcid. colla. prima. l. eam quam. & authenti. hoc amplius. C. de fideicom. Et istud corrigendo ita expresse Iustinianus determinauit in. d. l. vnica. §. pe. & fina. C. de caduc. tollen. in. §. pe. dicitur, necesse est si quis solidam hæreditatem non adierit, hũc si quidem habeat substitutum, ad eum si voluerit & potuerit peruenire. Quod si hoc nõ sit, vel ab intestato successores eam suscipiãt, vel si nulli sint, vel accipere nolunt, vel aliquo modo non capiãt: tunc ad nostrum ærarium deuoluatur. in. §. fina. circa prin. dicitur, Tantũ etenim nobis superest clementiæ, quod sciẽtes etiam fiscum nostrum vltimum ad caducorum vendica-
14 tionẽ vocari. † Ecce quomodo bona caduca hodie dici non possunt, licet hæreditas ex testamento ab hærede instituto adita non sit: imò licet ex testamento non adeatur hæreditas, venientes tamen ab intestato fiscum excludẽt, quare omnes à fisco monendi sunt, iuxta dictã. l. hoc amplius. sicut & glos. voluit in. d. l. prima. C. de his quib. vt indig. Alioqui fiscus vt caduca non habebit. Et ad. l. si sequens gradus. dici posset debere intelligi de eo, qui adiuit non vlta nece defuncti, quã non releuaret si sequẽs gradus, qui est substitutorum, necem defuncti vlciscãtur, per illum text. & dictam. l. his consequenter. §. primo. ff. famil. ercisc. de cuius veritate copiosius dicam in dicta. l. si sequens. Vel oporteret opinioni Angeli hic omnino adhærere, quod ante sumptum

de familia supplicium adita fuerat hæreditas, & ob id fisco addicta fuerunt. Et sic impropriè caduca dicũtur: quia effectualiter ad causam caducitatis reducta atq; si nullus apparuisset hæres, & ea fiscus vt vacantia apprehẽdisset. Prima autem magis amica est verbis literæ, sed iniqua. Secũda æquior, & sine violentia est, si rectè. l. si sequens. infrà eo. consideretur: quia ob hoc quod hæres hæreditatem non adiuit, fiscus bona occupauit, eo quòd vltus non est necem defuncti, & propter non vltam necem vt caduca fiscus accepit. Et sic caducitas fieret, non tantum vbi hæreditatem non adiuit, verumetiam vbi hæres legis præceptum & debitum pietatis officiũ in defunctum nõ implet, vt in. l. hæreditas. C. de his quibus vt indig. ibi, merito eius portio ipso iure ad alium translata à fisco vendicata est. &. l. prima. C. eo. &. l. portiões. ff. de his quib. vt indig. Tertia quæ est Angeli licet assistentiam veritatis habeat propter resistentiam senatusconsulti Sillaniani, cuius verba transcripta sunt in dicta. l. necessarios. §. nõ aliàs. suprà eo. quæ omnino huic legi contradicunt, vt paulò ante ostendimus: tamen non absque suppletione est. tametsi per Iustinianum, qui caducitatem huiusmodi improbauit & emẽdauit, videatur omnino approbata: & vt legum correctio euitaretur, potius secũdæ interpretationi adhærerem, iuxta ea quæ glos. Barto. Bal. Pau. & Alexã. scribunt in dicta. l. prima. C. de his quib. vt indig. quoniã non video quomodo hæc lex, necessarios. §. non aliàs. suprà eo. defendi possit. In text. in eum legatorum actio.

15 † Fiscus priuato succedens iure priuati vtitur. l. cùm quidam. §. fiscus. ff. de vsur. l. fiscus. prima. ff. de iure fisc. Et hac ratione legata & libertates ab eo, qui occisus est, relicta, implere debet, vt hic, & in. l. Marcellus. §. fina. ff. ad Trebel. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamẽ. l. dicitur. ff. de iure fisci. Alias leges huic concordantes Accursius hic refert in secũda parte glos. in verbo, excipiuntur. Cui adde. l. secundã. C. ad legem Iul. de vi public. per quam & dictam. l. ex facto. §. Iulius Longinus. ff. de vulga. & pupilla. substitu. dicebat fiscum nõ propriè hæredem esse, tametsi hæreditas ab indigno ablata sibi acquratur. Et ratio, quoniam, vt suprà docuimus, hæres institutus re & nomine hæres est, dicto. §. Iulius Longinus. &. l. his consequẽter. §. j. ff. famil. ercifcun. & idem notat Bald. in. d. l. eam quam. colum. tertia. C. de fideicommis. quibus adde. l. ei qui soluendo. ff. de hæred. instit. l. cùm quasi. §. sed & si quis sine hærede. ff. de fideicommis. li-

16 berta. † Nam apud eum quantũcunque hæreditate priuatum nomen hæredis remanet. Et ideo si aliquid hæredi Titij dãdum esset, defuncti voluntas rectè impleta non erit, si alij quàm hæredi data sit, tametsi fiscus locum hæredis obtineat, per. l. qui hæredi. §. cùm hæreditas. ff. de condi. & demonstra. vbi Bart. hoc notat, & dictum. §. Iulius Longinus. melius facit. l. Mæuius. ff. eod. de conditio. & demonstra. oportet enim illi dari quem testator nominauit. Et cõsidera rationem illius legis. quid enim interest vtrum tali personæ dare iubeatur, an aliquo loco ponere, vel in mare deijcere. l. in testamento. eo. tit. Accedit. l. quia poterat. ff. ad Trebel. quæ hac ratiõe cogit hæredem adire, & mox fideicõmissario restituere, quod testator iussit data hæredi instituto cautione, ne propter aditam hæreditatem ab hæredi-

17 tarijs creditoribus cõueniri possit: † tametsi fragilitati cautionis se cõmittere cogendus non sit. l. cogi. §. si pater. in fine. &. l. qui ita. §. primo. ff. ad Trebel. c. accedens. & illic glos. in verbo, inimicis. extra vt lite non contesta. c. ex transmissa. extra de restitu. spoliato. Hic cumulari possent quædam triuialia, quæ sæpissime tractantur de bonorum possessore, an sub hæredis appellatione comprehẽdatur: de quo in. §. quos autem. Institu. de bono. posses. vbi præter hæredes facere non potest, & ob id loco hæredum esse dicitur. l. secunda. ff. de bono. poss. quanquam hoc senatusconsultum bonorum possessores comprehendat quemadmodum & hæredes. l. portiones. ff. de his quibus vt indig. &. l. necessarios. suprà eo dem. Illic dictum est. In text. in verbo, cadu-

18 ca. Roma. statuit hic † differentiam inter caduca & vacantia bona & hæreditatem. De caducis superius docuimus. Bona autem vacãtia non esse hæreditatem ait, post Bart. in. l. quarta. §. eadem constitutio. ff. de fideicommis. liberta. & notat gloss. illic ita sentire, dum allegat. l. quod diuo Marco. ff. de manumiss. testa. & est parua glossa in verbo, idem iuris. Sed clarius Bart. expressit in. l. fideiussor obligari. §. fin. ff. de fideiusso. vbi illa dicit esse bona vacantia, quibus legitimi successores desunt, neq; spes aditionis est. Allegat l. primam. in princ. §. an bona. ff. de iure fisci. sed neque in illo. §. neque. in princip. legis quicquã de bonis vacantibus dictum est, sed in. §. diuus.

19 eadem. l. dum declaratur † quãto tempore delatio vacantiũ bonorũ præscribi possit, & ait quadriẽnio, postquã certũ esse cœperit neq; hæredẽ neque bonorũ possessorẽ extare. Allegatur etiã per eum. l. non possunt. C. de bo. vacã. ego puto eum voluisse allegare. l. j. C. de bon. vacan. quæ hoc probat dum ait, intestatorum res qui sine legitimo hærede decesserint, fisci rationibus vendicandas: neq; à ciuitatibus sub obtentu priuilegiorũ suorũ occupari possint: & si ea occupauerint, vult ea omnino reuocari. Et sic ea iura quæ cũ titulo obtineri possunt, etiã à principe cõcessa præscribi nõ possunt, sed possessa quocũq; tẽpore reuocari debere: vt latius explicauimus in re. pe. §. nõ aliàs. in. l. necessarios. suprà eo. Ad Roma. redeamus in illo titu. de bonis vacantib. C. non inuenitur lex, cuius caput sit, non possunt. sed est in titu. de iure fisci. ff. quæ nihil probat. rectè etiam facit. l. penultima. C. de bonis vacan.

inquit

20 inquit ille text. † vacantia mortuorum bona ad fiscum iubemus transferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea vel iuris titulo legitimũ reliquerit intestatus hæredem. Et in. l. fina. eod. titu. ibi, diligenter inquirat, cuius vacans cadensq́ fuerit patrimonium quantumcũq; vel quale videatur, vt cum data reclamandi copia, nullũ id iure possidere vel vendicare constiterit, locumq́ ærario factum esse. Et hoc modo secundùm Iustiniani constitutionem, in dicta. l. vnica. §. penul. & fina li. C. de caducis tollendis. nulla inter caduca & vacantia bona in his esset differẽtia. Eandem diffinitionem idem Bart. tradit in rubrica. ff. de acquiren. hæredi. Et differentiam ponit inter hæreditatem & bona vacantia: quam Bal. sequitur in authen. ingressi. quinta colum. C. de sacrosan.
21 eccles. † Sed cùm hæreditas hæredem expectat, bona vacantia dici non possunt, per illos text. l. hæreditas multis modis. ff. de acquir. rerum domi. Et intellige siue ex testamẽto siue ab intestato, dicta. l. penult. C. de bo. vacan. libro. x. in his verbis, nullum ex qualibet sanguinis linea vel iuris titulo legitimum reliquerit intestatus hæredem. & in. l. fin. eo. titu. ibi, nullum id iure possidere vel vendicare cõstiterit. Et sic proprie per illum text. vacantia bona dicuntur, quæ nullum inueniunt qui in eis quicquam reclamet vel vendicet. Quoniam interim nomen hæredis hæreditas iacens sustinet. l. nouatio autem. ff. de nouatio. ibi, sed transit ad hæredem illius, cuius personam interim hæreditas sustinet. l. mortuo reo. ff. de fideius. l. hæres & hæreditas. ff. de vsuscap. l. hæreditas enim. ff. de acquiren. rer. domi. l. nihil aliud est hæreditas. ff. de verbo. signifi. l. item veniunt. in prin. &. §. ait senatus. versicu. non solũ. ff. de petitio. hære. Ego verò clarius mea opi-
22 nione intendo declarare. In primis † hæreditas, quæ hæredẽ expectat, donec adeatur dicitur hæreditas iacẽs, & interim quo hæres appareat, hæreditas defuncti personam sustinet, dicta. l. nouatio. ff. de nouatio. l. mortuo. ff. de fideius. l. hæreditas enim. ff. de acquiren. rerũ domi. inquit illa lex, hæreditas enim non hæredis personam, sed defuncti sustinet. in. l. hæreditas in multis. eo. tit. dicitur, hæreditas in multis ꝓ domino habetur. l. hæres & hæreditas. ff. de vsucapio. dicitur, hæres & hæreditas tametsi duas appellationes recipiunt, vnius personæ tamen vice funguntur. Et sic propriè dicitur hæreditas iacens, quam nemo adhuc occupauit, & defunctum repræsentat. Intellige in his quæ sunt iuris, non autẽ in his quæ sunt facti, dicta. l. hæreditas in multis. ff. de acquiren. rerum domi. l. j. §. Scæuola. ff. si quis testa. li
23 ber esse ius. fuerit. † Adita autem hæreditate iam non amplius hæreditas dicitur, sed hæredis bona per commixtionem seu confusionẽ vtriusque patrimonij, dicto. §. Iulius Lõginus. &. l. hæredem. ff. de his quib. vt indig. in verbo, confusam. &. l. indigno. in verbo, confusas. eo. titu. l. si ei. §. fin. ff. de euictio. l. cùm hæredes. in princi. ff. de acquir. hæredi. glos. in. l. prima. §. veteres. eo. titu. quo fit vt is qui renuntiauit paternæ successioni, à bonis quæ à patre prouenerunt excludi non poterit, si postea per mediũ fratris ad quem vniuersa patris successio peruenit, eã obtineat. l. qui cum tutoribus. in princi. ff. de transactio. de quo per Bart. & Moder. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. & in. l. post emancipationem. in prin. ff. de libe. lega. quoniam desinit paterna esse hæreditas, & fratris hæreditas dici-
24 tur. † Nam hæres hæredis mei, meus hæres non censet. l. cùm patronus. §. cùm libertus. ff. de operis liberto. ibi, si non per alium hæredes extiterunt. Bona autem caduca dicebãtur olim vbi ex testamento hæreditas non adibatur: vt suprà diximus post Barto. in. l. si sequens. infrà eod. & Bald. in. l. eam quam. C. de fideicom. l. vnica. in princip. C. de caduc. tollen. &. l. item veniunt. §. pridie. ff. de peti. hæredita. & hic est tex. vt superius post Barto. & Roma. hic docuimus. Hodie verò caduca non sunt, quandiu legitimus hæres morienti erit, siue ex testamento siue ab intestato: vt in dicta. l. vnica. §. penul. & fin. C. de cadu. tollen. Nullo autem apparente hærede aut ex testamento aut ab intestato bona vacãtia dicuntur, dicta. l. prima, penul. & fina. C. de bo. vacan. libro. x. Adde dictam. l. j. §. diuus. ff. de iure fisci. dum ait, Idq́ tempus ex die quo certum esse cœperit, neque hæredem, neque bonorum posses-
25 sorem extare computari oportere. Ea † autem quæ ab indignis auferuntur, caduca dici nõ possunt: quoniã hæres cogi potest hæreditatẽ adire. l. quia poterat. &. l. cogi. ff. ad Trebel. Et postq; adiuit, fiscus ab eo illam vendicabit: vt in. l. Marcellus. §. fin. ff. ad Trebel. &. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamen. eiq; auferentur veluti ab indigno. l. hæredem. ff. de his quib. vt indig. & dicto. §. meminisse. in. l. prima. C. de his quib. vt indig. sæpius suprà diximus. l. prima. ff. de iure fisci. Similiter vbi hæredes instituti vel legatarij prius testatore decedebant pro non scriptis habebãtur: vt in. d. l. vnica. §. in primo. &. §. sequitur. C. de cadu. tollen. l. si eo tempore. ff. de his quæ quæ pro non scrip. habentur. & deferentur bona primùm ad eos, qui ex testamento vocantur, quales sunt cohæredes & substituti & legatarij & fideicommissarij, mox ad hæredes ab intestato venientes. d. §. in primo. &. §. seq. Bona autem vacãtia fiscus vsq; ad quadrienniũ petere poterat: quadrienniũ tunc incipiebat, cùm certũ esse cœperat nullũ inueniri, qui hæreditatem seu bona defuncti postularet seu reclamaret, siue ex testamento, siue ab intestato. l. pe. & fi. C. de bo. vacan. &. d. l. j. §. diuus. ff. de iure fisci. Alia verò bona quæ modis in prin. d. l. j. descriptis acquiruntur fisco, vsq; ad viginti annos per fiscũ peti poterunt. d. l. j. §. diuus. cognitio autem ipsa delicti quinquennio tantum durat. l. in cognitione.

infrà eo. illic dicemus, & quod hic omittitur, suppleuimus. Adde dictam. l. item veniunt. §. ait senatus. ff. de peti. hæredi. quæ differētiam demonstrat quæ tunc inter caduca erat & vacātia bona. Et in his probata est Ioan. de Platea sententia in
26 d. l. j. C. de ho. vacanti. dum dicit hæreditatē dici iacentem cùm expectat hæredem antequā adeatur. Vacantem autē esse hæreditatē, cùm nullum expectat: vt ex dicta. l. j. & l. penul. & fina. C. de bo. vacan. lib. x. satis comprobatum. Et idem tenet Bart. in. l. fideiussor obligari. §. fi. ff. de fideiusso. Sed dubitationē faciebat Matthæus Mattasela. in notabilibus suis secundùm Roma. hic. licet notabile nō alleget, est tamen. clxij. incipit, Nota singulariter quod ad hoc vt valeant legata. An fiscus qui caduca vel vacantia bona occupat, ad soluenda legata & fideicommissa & dandas libertates cogi possit. Et dicebat non teneri. Mouebatur per dictam. l. iiij. §. eadem constitutio. ff. de fideicommissa. liberta. l. quod diuo. ff. de manumis. testa. cùm per illos text. probatum esse videatur, bona vacantia non esse hæreditatem. & ad illum text. Bar. illic notat. idem Bart. in. l. postquā. in princi. ff. vt lega. nomine cauea. dum ait, semper defuncti hæreditatē nominari, donec aliquis adire potest, per. l. hæreditas. ff. de verbo. signifi. sed quando ab omnibus est repudiata, etiam à fisco, tunc bona dicūtur vacantia. l. j. §. an bona. & §. diuus. ff. de iure fisci. & idem Bart. in rubri. ff. de acquir. hæredi. Et bene diui Marci constitutio, cuius mentio fit in. d. l. quod diuo. ff. de manumis. testa. hoc aperte cōtinebat. Nam legata & libertates præstari volebat, vbi testamentū irritum fiebat, sed non vbi bona vacantia fisco acquirebantur. inquit ille tex. Locū habet irrito testamēto facto, si bona vētura sunt. Alioqui vacantibus bonis fisco vendicatis non habere constitutionē locū, aperte cauetur. quod idem repetitur in. d. l. iiij. §. eadem cōstitutio. ff. de fideicommis. libert. quæ in fortioribus termi-
27 nis loquitur, † vt etiam si fiscus bona vacantia spreuerit, neque ea agnoscere seu acquirere voluerit, quia forte soluendo non sint, vt inquit. l. prima. §. an bona. ff. de iure fis. Et si alius postea apprehendat quā fiscus agnoscere noluerit, seu recusauerit, non tenebitur qui bona sic vacantia occupauerit, legata præstare neq; libertates. De quo vide Bar. & Moder. in. l. recusare. §. si fisco. ff. ad Trebellianum. & verba constitutionis diui Marci per Iustinianum expressa sunt in tit. de eo cui liber. no. bo. addicun. Institu. lib. iij. quæ sibi obstare videntur, dum in ea dicitur, procuratorē fisci teneri bona agnoscere causa cōseruādarum libertatū. Et hoc expressum est in. §. j. versicu. Et ne huius rescriptionis. Et ratio, secundùm eum, est, quia imperator in modū consilij hoc dixerit. sed verba illius. §. aliter sonant, dum dicitur, Et ne huius rescriptionis nostræ emolumētum alia ratione irritum fiat, si fiscus bona agnoscere vo-
28 luerit, & hi, qui rebus nostris attēdunt, † sciant commodo pecuniario præferendam esse libertatis causam, & ita bona cogēda, vt libertas his salua sit, qui eam adipisci potuerūt, ac si hæreditas ex testamento adita esset. Ecce quomodo nō in modum consilij, sicut Mattasela. dicere volnit in prædicto notabili, cōstitutio à Marco imperatore facta non erat, sed expresse constitutionis vim & rohur habere voluit, vt deinceps hæc forma necessario obseruaretur. Quare Roma. hic obiectis Mattasel. respondebat, quæ vera esse consentiebat, vt hæreditas dici nō possit antequam bona apprehendantur, sed postquā apprehensa erunt, hæreditatis nomen accipiūt. l. si seruus cōmunis meus & castrēsis peculij. ff. de stipula. seruo. & ita dixit reperisse Bald. sic dissoluentem in l. proxime. ff. de his quæ in testa. delen. qui licet, secundùm eum, nihil alleget, certum autem esse
29 affirmat ad † alia debita & onera hæreditaria fiscū teneri & obligari, eo quod successor est bonorum, quæ intelligi debēt deducto ære alieno. l. princeps bona. ff. de verbo. signific. l. non possunt. ff. de iure fisci. l. si quis seruum. §. fi. ff. de lega. ij. l. multum interest. ff. de vsufruct. lega. Cui adde. l. fiscus. & l. dicitur. ff. de iure fisci. eiq; petitionem hæreditatis pro illis bonis cōpetere, dicta. l. item veniunt. §. præter hæc multa. versicu. pridie. & §. ait senatus. et. l. sed & si lege. in prin. ff. de petitio. hæredita. si igitur hæres est, necessario tenetur ad onera hæreditaria, dicta. l. fiscus. & l. dicitur. ff. de iure fisci. l. Marcellus. §. fin. ff. ad Trebel. & in hac lege hoc probatur. Sed non puto hoc esse verum, neque quod Roma. dicit, licet in se verum sit, fiscū oneribus hæreditarijs obligari, vt suprà dictū est. Sed quantū ad obiectionem Matthæi Mattasel. non esse verū, neq;
30 quod ipse Matthæus dixit. † Nam illa bona licet proprie hæreditas nō sint, tamē postq; addicta sunt fisco, ad exemplum hæreditatis vult illa regi: & hac ratiōe legata & libertates à fisco deberi. Hoc expresse dicit text. in dicta. l. quarta. quæ incipit, ergo. §. primo. ff. de fideicommis. liberta. ibi, Et potest dici exemplo aditæ hæreditatis competere his libertatē etiam absentibus. Et hac ratione differentiam non vult facere Iureconsultus Vlpianus interpres illius constitutionis diui Marci, an bona fiscus agnouerit, an verò agnoscere spreuerit, seu recusauerit: quoniam omnino vult constitutionem diui Marci locum habere. Hoc dicit in dicta. l. quarta. §. eadem constitutio. dum ait, eadem cōstitutio prospexit vt si fiscus bona admiserit æque libertates competent. & sequitur in text. Ergo siue vacent bona fisco spernente, siue agnouerit, constitutio locum habet. Neque obstat glos. sequentis respōsi illius. §. in verbo, idem iuris. quam ad id Mattasel. inducebat: quia nō cōsiderauit tex. illius. §. exprimentē aliū casum & à nostro diuersum, quā do bona nō vt vacātia agnoscebātur à fisco

fisco, vel alicui acquirebantur non titulo succes-
sionis, vel vacantis hæreditatis, sed alio, dum de
duce legionis loquitur ille tex. qui sui militis bo-
na accepit non vt vacantia, sed sibi delata: vt in
his casibus constitutioni locus esse non possit.
Et ratio, quia bona non erant isto respectu fisco
neque alteri vt vacantia addicta. Et contra eum
est iste textus qui euitari non potest, dum ait,
Cum fisco caduca bona defuncti addicãtur pro-
pter inultam mortem, in eum legatorũ actio da-
31 tur, & libertates ratæ erũt. † Ecce quomodo ca-
duca bona addicuntur fisco cum onere legato-
rum & libertatum. Idem in dicta. l. ex facto. §. Iu
lius. ff. de vulgari & pupilla. substit. & l. Marcel
lus. §. fina. ff. ad Trebellianum. Et ad id põdero
tex. in. l. dicitur. ff. de iure fisci. præsertim in his
verbis, cum ex quibuslibet alijs causis fisco ven
dicatis hæreditatibus & libertates & legata ma-
neant. & prius dixit, de ea quæ per hoc senatus-
consultum fisco acquiritur. Et Accursius in ea
plures alias leges illi similes & affines refert,
quas omnino vide. Et prædicta conferunt ad
decisionem quæstionis per Guliel. de Cuneo di-
sputatæ in. l. prima. C. de his quib. vt indig. au-
fertur hæred. per eundem etiam Bar. Bald. & cõ
muniter omnes. C. de summa trinitate & fide ca-
tho. de eo qui bona habet sub diuersis territorijs
posita, qui nullo legitimo hærede relicto deces-
sit, neque spes est alicuius hæredis qui ea agno-
scat, siue ex testamento, siue ab intestato, an iuri
accrescendi locus esse possit si forte fiscus vnius
ex territorijs nihil in illis bonis velit reclamare,
alius autẽ fiscus alterius territorij illa vult agno-
scere & apprehendere, an poterit? Bal. similiter
hanc quæstionem aperuit in. l. vnica. nona colũ.
C. quando non peten. partes peten. accresc. Di-
cunt omnes non esse locum iuri accrescendi. Al
legat prædictus Guliel. de Cun. l. si libertum. ff.
de operis liberto. sed nõ est lex, quæ sic incipiat
neq; hoc probet. Tamẽ recte potest induci text.
in. l. si quis libertinum. ff. de bonis liberto. dum
de libertino ille tex. loquitur, in quem propter
crimẽ ab eo commissum animaduersum fuerat,
& bona fisco ob id applicata. detrahetur, inquit
ille text. à patronis portio illis debita, & reliquũ
bonorũ fisco applicabitur. & sic fiscus nõ potest
maiorẽ partẽ cõsequi q̃ detracto alieno iure ha
bere potest. Idẽ in. d. l. Marcellus. §. fi. ff. ad Tre
bel. ibi, æque quartæ commodum ad fiscum per
tinebit: Dodrans verò fideicõmissario restitue-
tur. Allegabant. l. si quis probare. C. de episcop.
& cleri. ego puto corruptum esse librum meũm,
& quod voluerint allegare. l. si quis presbyter.
C. de episco. & cleri. quæ cum illa. l. si quis liber-
tinum. cõuenit. Idem tenuit Ioan. de Imola post
Bald. in. l. ex facto. magna. ff. de hæredi. insti. Et
32 mouentur hac ratione, quia fiscus succedens in
bonis vacãtibus nõ proprie hæres dicitur, quia
nec hæreditas est: vt suprà dixi per. l. quartam. §.
eadem constitutio. ff. de fideicommissa. liberta.
Sed bona dicuntur vacantia. Igitur & c. l. prima.
C. de bonis vacanti. libro decimo. Intellige hoc
verum respectu fisci, non autem eius cuius bo-
na erant, cuius ratione hæreditas & successio
dici debet. Et ad id suprà inducebam authenti.
hoc amplius. C. de fideicommis. Sed illis addo
textum meliorẽ in. §. si verò institutio. in authen
tica, de hæredi. & falci. collatione prima. ibi, vt
non remaneat sine aditione ipsius morientis hæ
reditas. Et prius in illo. §. locutus est imperator
de hæredibus institutis, & cohæredibus, & sub-
stitutis, & legatarijs, & fideicommissarijs, & ser-
uis, & omnibus ab intestato etiam extraneis ve-
nientibus, seu à lege ad defuncti successionem
vocatis, nolentibus tamen hæreditatem adire,
propter quod fiscus nouissimo loco sit vocatus,
& sic deuentum sit ad id quod suprà dictum est
per. l. primam, penulti. & fina. C. de bonis vacan
ti. libro decimo. quia illa hæreditas nullum inue
niat possessorem neque hæredem, atque ob id
per illas hæreditas non tantum caduca dici de-
beat, iuxta. l. vnicam. §. primo. & fina. C. de cadu
cis tollen. sed etiam vacans, & bona vacantia per
illas leges. & l. item veniunt. §. ait senatus. ff. de
petitio. hæredita. tamen quantumcunq; caduca
& vacantia sint, illa bona imperator morientis
hæreditatem appellat, in dicto. §. si verò institu-
tio. & Guliel. de Cuneo in dicta. l. prima. C. de
summa trinit. & fide catholi. non est vsus hac ra-
tione, imò successionem esse dixit, & oneribus
hæreditarijs affectam, sic vt portio fisco addicta
hæreditaria onera subire subiecta sit. Allegabat
l. secundã. C. ad legem Iuliam de vi publi. & pri
uata. vbi tertia pars bonorum eius qui reus erat
vis priuatæ quæ propter crimẽ fisco addicta fue
rat, oneribus hæreditarijs respõdere decreta est.
ibi, tutelæ actionem pro ea portione aduersus fi
scũ dirigi. & in ratione. l. ibi, Nam successio pro
33 oneribus portionis suæ respõdet. † In qua hæc
duo probata sunt, videlicet morientis hæredita-
tem & successionem esse, & fiscum hæreditarijs
oneribus obligatũ esse, tenerię; de eis responde
re. Allegabat. l. inter eos. §. finali. ff. de fideiusso.
ibi, vt hæredis ita fisci rationem haberi oportet.
Et dicit illic Accursius super verbo, fisci qui &
hæres est. l. secunda. C. ad legem Iuliam de vi. &
Cin. post Pet. in illa. l. allegabant. l. non intelligi
tur. §. cùm ex causa. ff. de iure fisci. & suprà pon-
deraui dictam. l. iiij. §. j. ff. de fideicom. liber. ibi,
exemplo aditæ hæreditatis, & pro rata portione
qua fiscus ex bonis consequetur, onera hæredita
tis subire compellatur. per illos tex. Quibus ac-
cedit. l. si certarũ. ff. de milit. testa. l. Celsus. ff. de
relig. & sumpti. fune. non quod fiscus conueniri
possit vltra quàm sint facultates hæreditariæ se-
cundùm. l. j. §. cui bona. ff. de iure fisci. & idem
tenent Pet. & Cin. in dicta. l. ij. C. ad legem Iuliã
de vi publica. Tandem in quæstione proposita

consentiunt omnes nō esse locum iuri accrescendi, sed vtrūque fiscum bona occupare, quæ sub suo territorio erunt, si secundùm morem regionum bona publicari debeant, & fisco acquiri: alioqui si in aliqua regione nō est locus publicationi, bona hæredibus ab intestato venientibus reseruabuntur & acquirētur, excluso fisco, in cuius territorio publicatio locum obtinet, authentica, bona damnatorum. C. de bon. proscripto. §. finali. in authentica, vt nulli iudic. collatione
34 nona. l. cum ratio. ff. de bonis damnator. † consuetudo enim extra locum & territoruim suum extendi non debet. l. ex ea. vbi hoc notat Barto. ff. de postulando. l. an in totum. C. de ædific. priua. & l. prima. C. quæ sit longa consuetu. l. cum de consuetudine. ff. de legibus. l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. §. ius autem ciuile. Institutio. de iure naturali gentium & ciuili. & ideo cum extra suum territorium & districtum vim aliquam talis consuetudo non habeat, non potest fiscus vnius territorij bona alterius occupare neq; petere: imò si omnia territoria regerentur eadem consuetudine & eodem principe, rationales vniuscuiusq; pūinciæ curā bonorū publicatorū suscipere deberent. l. si qn. ij. C. de bo. vacā. lib. x. per rationales in singulis quibuscūq; pūincijs cōmorātes. l. forma. §. si verò qs agrū. ff. de cēsi. quāto magis vbi sub diuersis pūincijs sita sint, quæ diuersis legibus seu consuetudinibus regūtur, queādmodū Turoneñ. se habet cōsuetudo vt pp̄ter crimē bona publicari nō possint, sed veniētibus ab intestato reseruanť. & idē sæpissime vidi obseruari, præsertim in quodam quæstore, qui regiæ pecuniæ inquirēdæ & cōseruādæ præfectus erat (generalē vocāt) laqueo suspēso, cuius bona publicata extiterunt, & maior pars bonorum eius in agro Turoneñ. constituta erat, quæ æri alieno tantū addicta sunt. In finitimis aūt pūincijs, in quibus publicatio locū obtiner, omnia publicata fuerūt, & fisco addicta. Et ad id facit. l. tutor qui post. §. hæres. vbi hoc Bar. not. ff. de admini. tuto. Ex hoc videtur Bar. opi. suprà relata in. l. postquā. in prin. ff. vt in pos. lega. in rubri. ff. de acqui. hære. in. l. iiij. §. eadē constitutio. ff. de fideicō. lib. rectè cōprobata. Nam si in diuersis territorijs defunctus bona habeat, quemadmodū scribitur in. l. ex facto. magna. ff. de hære. instit. l. si plures. §. quis. ff. de admini. tuto. maxime quæ diuersis legibus regūtur, nō debeant dici hæreditas defuncti, quia fortè contingetvt aliqua hæredē seu possessorē inueniāt, alia verò non. Et in his nō potest esse ius accrescēdi: quia fiscus vnius territorij bona alterius occupare nō potest, vt suprà diximus: & sic p parte intestatus, vel melius sine hærede erit, & in parte hæredē habebit seu successorē saltem fiscū, vel secūdùm Bar. in. d. l. postq̄. in prin. ff. vt in pos. legat. nomi. cauea. postquā alicuius bona fisco applicātur, & sic moriens sine hærede decedit, eo quod bona eius vacātia dicuntur, nō autē hæreditas. De cuius dicti veritate suprà disseruimus plura. Igitur nō repetemus. Sed vlterius dico prædicta in nullo Bar. doctrinā confirmare. Nam ob id successionis nomen non amittit, vt suprà diximus, per §. si vero institutio. in authen. de hæredi. & falci. colla. j. & l. ij. C. ad legem Iuliā de vi publi. & ad exemplū aditæ hæreditatis regantur, dicta. l. iiij. §. j. ff. de fideicom. libert. & idē tenet Bal. in. d. l. ex facto. ij. colum. iij. super versi. vnde scio. ff. de
35 hæredi. instit. dum ait † diuersitatē territoriorū & iurisdictionū hæredum diuersitatē inducere, vt duas faciat hæreditates duósve hæredes, secūdùm. l. quæritur. §. potest. ff. de pęti. hære. l. si certarum. §. Iulianus. ff. de testa. milita. ibi, Iulianus ait, si quis alium castrensium rerū, alium cæterarū scripsisset hæredē: quasi duorū hominū duas hæreditates intelligi. Idē in. d. l. ex facto. magna. ff. de hære. insti. pro quo rectè facit. l. fi. C. de debitorib. ciuita. libro. xij. & dicit Petrū istius opi. fuisse. Et pro inferioribus dominis, qui limitatā habent iurisdictionē vsque ad certam summā, vt ex bonis sui subditi, cuius bona pro nō publicata sunt, dicere soleo posse, imò debere vsque ad concurrentē illam summā consequi, argumento l. liberto octoginta. ff. de bon. liber. & l. si certarum. in prin. ff. de testa. milit. & dicta. l. Marcellus. §. fin. in fine. ff. ad Trebel. quem suprà induxi. Accedit his. l. pupillus. §. territoriū. ff. de verborum significa. & quod notatur in. l. extra territorium. ff. de iurisdictio. omniū iudicum. Sed vbi alter fiscus recusauerit confiscata bona apprehēdere, vel fortè ad hæredes ab intestato succedentes peruenerint, an fiscus qui partem bonorum tantū cōsecutus est, à creditoribus hæreditarijs poterit pro rata bonorū quæ per huiusmodi publicationem est assecutus, ad solutionē debitorum hæreditariorum compelli. quod videtur absolutum per ea quæ suprà dicta sunt. l. secunda. C. ad legem Iuliam de vi publi. ibi, nam successio pro oneribus portionis suæ respōdet. l. inter eos. §. finali. ff. de fideius. & l. finali. C. de debitor. ciuita. libro duodecimo. quæ omnia videtur absoluere. Illis accedit textus in. l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudic. ibi, æs alienum patrimoniū totum imminuere constat, non certi loci facultates. Sed illis obstare plurimū videtur dicta. l. si certarum. §. Iulianus. ff. de militari testamen. dum ille text. ait, vt etiam in æs alienum quod in castris cōtractum esset, solus is teneatur, qui castrensiū rerū hæres institutus esset, extra castra contracto ære alieno is solus obligatur qui cæterarū rerum hæres scriptus esset. Ex quo tex. probatum esse videtur vt ea bona quæ specialiter in sua prouincia hypothecæ obligata inueniuntur prius exequi debeant quàm ad reliqua bona perueniri possit. vbi verò non sufficient, in reliquis executio facienda erit. quod probat finis eiusdem. §. ibi, quod si alterutra pars

pars bonorum ære alieno, quod ex ea causa pendebit, non sufficiat, & propter hoc is qui ex ea parte hæres institutus est non adierit alterum qui adijsset compellendum esse aut defendere totam hæreditatem aut totum creditoribus soluere. Iste finis. §. probare videtur vt vbi hæreditatis bona in parte inueniantur vacantia quod nullus sit hæres neque ea occupare velit quod alter hæres qui partem bonorũ accepit, quia in alijs bonis ius accrescendi locum obtinere non potest, eo quod vniuersaliter hæres esse non possit obstante consuetudine regionis, in qua bona sita sunt. Tolle exemplum in consuetudine in plerisque regionibus huius regni obseruata, quæ soli primogenito vel primogenitæ hæreditatem concedit, vel quæ omnia bona acquisita constante secundo matrimonio filios illius matrimonij afficit, seu acquirit filijs primi matrimonij omnino exclusis, vel in ea bona paterna paternis hæredibus & maternis parentibus reseruat si illi huiusmodi bona delata repudiãt & adire recusant, an hi qui adiuerunt creditoribus opponere possint vt super illis vacantibus prius discussio fiat, quibus discussis si non sufficiant ex suis satisfaciant, iuxta dictam legem, si certarum. Idem in fisco dici debeat, vt antequam ad eum perueniatur, illa bona sic vacãtia distrahi debeant, quàm ad sua perueniatur, per illum text. sicut in specialiter obligatis dicimus, vt prius in eis debeat executio fieri, vt in dicta. l. si fideicommissum. §. tractatum. in vltimo responso. ff. de iudicijs. ibi, quod tamen si forte certis oneribus destinatum sit illud patrimonium, vtputa alimentis præstandis, quæ Romæ præstari paterfamilias iusserat, vel tributo vel quibusdam alijs inexcusabilibus oneribus, an possit præscriptio huiusmodi locum habere, quæ est discussionis, de qua in capite illius legis. consequitur in tex. & hoc puto iustius dici locum habere. similiter in hoc casu dicendum esset. Et dum semel contigisset casus in curia anno. 1531. die vicesima septima Ianuarij de eo qui fratri suo quotannis loco legitimæ iure naturæ debitæ certam summam dare tenebatur, eamq; super certo feudo accipiendam assignauit, moriens plures filios reliquit hæredes. patruus qui legitimam super illo feudo sibi assignatã habuerat, postulabat in ea qua erat possessione viuo fratre protegeretur, seu manutenetur. Primogenitus filius cui feudum illud iure primogenituræ ex pratris successione aduenerat, exponebat non teneri patruo suo, nisi pro rata portionis æqualiter cum alijs fratribus contribuere iuxta dictam. l. ex facto. §. vnde scio. ibi, pro hæreditarijs partibus eos agnoscere æs debere. ff. de hæredibus instituendis. l. prima. ibi, nempe pro modo emolumenti. C. si certum petatur. l. prima. C. de annonis & tributis. libro. x. in his verbis, Aes quidem alienum proportione ex qua quisque defuncto hæres extiterit, præstare oportet &c. l. vt iurisiurandi. §. fin. ff. de oper. libertorum. & quod Ioan. Faber not. in. §. quædam actiones. tertia columna. Institut. de actionibus. A patruo autem opponebatur quod à fratre suo specialis assignatio super illo feudo sibi facta erat. Quare ob id se iure postulasse dicebat solutionem à nepote feudi possessore sibi fieri, maxime cùm pro solutione legitimæ, vniuersa patris hæreditas sibi obligata esset. l. scimus. C. de inofficioso testamento. Nepote ex aduerso proponente tametsi vniuersa hæreditas ad id obligata esset, sed non vnaquæque portio hæreditatis insolidum obligata erat, Et ob id omne æs alienum ab vniuersa hæreditate soluendum esse, per supradicta. In ea causa seu lite nepos obtinuit hac ratione quia paternũ totum patrimonium vniuersaliter, non aurem certum locum affectum haberet pro legitima, dicta lege, scimus. §. repletionem. C. de inofficio. testamento. ibi, repletionem autem fieri ex ipsa substantia patris. vbi autem onera ab initio obligationis vniuersum patrimonium specialiter non afficerent, actio aduersus eum competere non poterat, nisi pro rata portione. secus autem vbi omnia & singula specialiter pignori seu hypothecæ essent obligata. Prius enim exequenda essent, & illis discussis ad modum generalis §. ad hoc. in authentica, de litigiosis. collatione quinta. &. §. sed neque. in authentica de fideiussoribus. authenti. hoc si debitor. C. de pignoribus. Et casus est clarus in dicta lege, si certarum. §. primo. in fine. ff. de milita. testam. & in dicta. l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. vbi autem bona omnia pro debito sunt hypothecata duntamen idoneè creditoribus caueatur de solido debito soluendo, bona addici fisco possunt. argumẽto est. l. ij. ibi, & bona ei addici, si idoneè creditoribus cauerit de solido quod cuique debetur soluendo. &. l. quarta. §. addictis. in his verbis, vbi enim libertatis spes est, ibi dicendum est vel modica data occasione quod sine damno creditorũ futurum est adiectionem admittendam. & in. §. sequen. versic. addici. dum ait, addici ita demum bona voluit, si idoneè creditoribus cautum fuerit de solido quod cuique debetur. ergo cauendum est idoneè. & sequitur, quid est idoneè satisdatione vtiq;, inquit, an pignoribus datis? respondi, Etsi ei fides habita fuerit promittenti sine satisdatione idoneè cautũ videbitur. & lege. §. sequentẽ, qui incipit, creditoribus. qui est pulcher. ff. de fideicommiss. liberta. & si forte dicatur illum textum singulari ratione, hoc est fauore libertatis statuisse, dic in fisco etiam obtinere in dicta. l. prima. §. an bona. ff. de iure fisci. ibi, sed contra sententiam eius edictum perpetuum scriptum est, quod bona ita venerunt, si ex his nihil fisco acquiri possit. non ergo bona fisco addicta vendi poterunt si ex his fisco aliquid acquiri potest & idoneè cautum sit

creditoribus, vt in prædictis legibus scribitur. quibus addo tex. non longe dissimilem in.l.j.§. iubet.ff.de collatio. bonorum.l. item liberatur. §.qui paratus.ff.quibus mod.pig.vel hypotheca sol.l.rescripto.§.debitores. præsertim in versic. plane.ff.de mune.& hono. Alioquin aut totam defendere tenebitur hæreditatem, aut totum cre ditoribus soluere, dicta.l.si certarum.§.j. versic. quod si alterutra.ff.de milita.testa.non facta patrimoniorum distinctione, dicta.l.si fideicōmissum.§.tractatū.ff.de iudicijs. Intelligo etiam dūtamen cum difficultate hoc non fiat, vt damnum creditoribus afferat, vt in.l.j. & secunda in principio.ff.qui satisdare cogan.l.si quis stipu. sit.§. si.ff.de verb.oblig. In text.etiam libertates ratæ
36 sint eorum &c. † serui quibus libertas concessa est in testamento, si conscij aut participes mortis domini non sunt iure manumitti debent, neque eorum manumissio differri debet.glo.hic plures concordantes refert huic legi similes. Excipit etiam & impuberes, intellige doli non capares, vt in.l.j.§.impuberes.supra eodem diximus. & quod illic omissum est, supplebimus in.l.excipe retur.eod.titu.

PAVLVS.

Si exhæredatus filius, antè, quàm adiretur patris hæreditas, occisus sit: ex euentu inspicietur: vt si adita fuerit hæreditas, quasi alieni fuisse videantur. Si verò irritum testamentum factum sit: quia ipsius essent si viueret, omnia perinde agantur, ac si dominus esset.

Summarium in Legis præcedentis lectionem sequentem.

1 Emancipatus pro extraneo habetur fictione iuris, nec inter suos vocatur.
2 Exhæredatio non liberat filium à patria potestate.
3 Filij in potestate in senatusconsulto Sillaniano veniunt domini appellatione.
4 Exhæredatio qua ratione dicatur emancipatione durior.
5 Pater filium exhæredaturus, nominatim ingratitudinis causam testamento inserere debet, quam & hæres institutus probare tenebitur.
6 Filio iustè exhæredato non conceditur à prætore bonorum possessio contra tabulas, aut quoduis aliud iuris subsidium.
7 Testamentum ad causam intestati, quòd scilicet hæreditatem non adierit institutus hæres, redactum, filio exhæredato officiet minime.
8 Testamentum duobus modis irritum efficitur, nullitate primò per filium proposita, hæreditatem dein non adeunte instituto hærede.
9 Filius à patre exhæredatus, patris successione perpetuò priuatus erit, licet ex testamento non adeatur hæreditas.
10 Filius per testatorem à propria substantia per exhæredationem pulsus, ad res, quarum ille exortem esse eum voluit, vocari non debet.
Filius à patre semel exhæredatus, an vsqueadeo censeri debeat alienus & extraneus, vt nullo vnquam tempore aut casu possit successionis paternæ esse capax.
11 Filius exhæredatus, per quas à paterna successione excludatur personas.
Prælatus qui rem alienauit ecclesiasticam, tanquam quilibet de clero potest idem eandem reuocare.
12 Filius per testatorem à successione exhæredatione exclusus, nullo pacto ad eandem admitti debet veluti extraneus.
Exhæredationem nullius esse momenti, filioq; exhæredato non nocere, si non ex testamēto adita sit hæreditas, qualiter intelligendum.
13 Exhæredatio filij sic ex euentu pendere dicitur, vt si adeatur hæreditas, à successione alienus sit: sin irritum efficiatur testamentū, paternæ successionis dominus censeatur.
14 Exhæredationis filij causa in testamēto expressa de earum numero esse debet quæ iure introductæ sunt: alioqui testamento annullato vniuersam patris hæreditatem consequetur filius.
15 Ingratitudo filij abstergitur per legem, qua testamentum ad intestati exitum reducitur.
16 Exhæredatus filius hodie non tenetur probare se bene de patre meritū esse, sed hæres institutus ingratitudinis causam testamento insertam probare tenetur.
17 Filius notæ causa vel mala mente exhæredatus, iure antiquo nunquam ad patris successionem regressum habere poterat.
18 Filius exhæres factus, cui aliquid pater reliquit, nō est ab eodem reputatus prorsum indignus.
19 Filius vt omnino paternæ sit successionis incapax, debet esse in testamento exhæredatus probata ingratitudinis causa, & nihil in eodem testamento oportet ei relictum esse.
20 Filius, cui in quo exhæredatus est testamento quid relictum est, fiscum excludet, nullo apparente aut non adeunte hærede.
21 Testator iure nouissimo nominatim instituere filium debet, aut nominatim exhæredare.
Fictio legis non contingit circa id quod non est, sed circa id aut quod fuit, aut quod futurum speratur.
22 Filius exhæredatus fictione legis efficitur rerum paternarum dominus, si testamentum quouis pacto fiat nullum.
23 Status quæstio, etiam post mortem eius, de cuius viuentis seruitute aut libertate dubitatum extitit, examinari potest.
Querela inofficiosi testamenti non præparata non potest transmitti.
24 Alienatio facta à patre de lucro dotis vel donationis propter nuptias, qualiter in pendenti esse intelligatur.
25 Gratia principis non censetur perfecta, donec diploma ab eo, cui incumbit, subscriptum sit.
26 Literæ apostolicæ prius expediri debent, quam gratia dici possit perfecta.
27 Regulæ apostolicæ bursales quæ dicantur.

Papa

Papa eo liberalissimus dicitur, quòd pro modico plumbo maximam auri molem exigi permittat.

28 Romæ licenter cuncta admittuntur vitia, vbi neque simoniæ neque ambitus quis argui potest, modò numerare possit.

29 Impetratio literarum in consideratione esse debet, & non earundem expeditio.

30 Contractus, cui causam dedit dolus, tum nullus dici poterit, quum per partem idipsum & oppositum & probatum erit.

31 Testamentum de stricto iuris rigore nullum censetur, in quo filius præteritur, etiam si per eundem nullitatis non arguatur.

32 Contractus, cui dolus causam præstitit, nullus iudicabitur, quando pars nullitatem prosequetur.

Sententia quæ iure ipso nulla est, an appellatione firmari possit.

33 Consensus partis nequit sententiam nullam sic firmare vt valida sit tanquam sententia, licet vt pactum, possit.

34 Hæres an ipso iure sit ob inobedientiam hæreditate priuatus.

35 Translatio dominij facta per contractum, cui dolus causam præstitit, valida esse potest.

36 Priuatio iuris cuiuspiam à lege facta ipso iure, intelligenda est, scilicet si consentiat.

37 Nullitas etiam si ipso iure à lege inducatur, possessio tamē à possessore non aufertur.

38 Diuisio fraude, dolo, aut quouis alio modo perperam & sine ratione facta inter fratres, non est nulla, sed communi diuidundo reformanda.

39 Maior enormiter læsus, licet absque aduersarij dolo, per prætorem restituitur.

40 Officium iudicis mercenarium dicitur, quod actioni deseruire comprobatur.

41 Contractus cui causam dedit dolus, per actionem ex illo contractu rescindendus est. & nume. 45.

Actio de dolo, nullo vnquam conceditur tempore, quo alia competit actio.

42 Dolus omnino bonæ fidei contractibus aduersatur.

43 Incautus is dicitur, qui contrahendo, aut aliud quippiam agendo sibi ipse nescit cauere.

44 Actiones communi diuidūdo, & familiæ erciscundæ sunt bonæ fidei, & non stricti iuris.

46 Pactum à diuisione informatum, actione ex illo contractu rescinditur.

47 Approbare aliquid vt sic factum, differt ab eo quod est approbare vt factum simpliciter.

48 Actio ex eo contractu datur, cui dolus causam dedit, vt rescindatur.

49 Officium iudicis succurrere maioribus in bonæ fidei contractibus læsis, & non in stricti iuris, quando verum sit.

50 Differentia secundum magis & minus, non genere, sed specie tantum differunt.

51 Venditio dolo emptoris facta, rescindi debet.

52 Contrahentes licite possunt se inuicem decipere.

53 Actio de dolo quare necessaria oon sit, vbi dolus causam contractui dedit.

54 Deceptus dolo an possit agere, & qua actione, si aliàs etiam contracturus erat.

55 Dolus contractui incidens si delictum annexum habeat, nedum actionē ex eo cōtractu, verū & de dolo producit.

56 Actio de dolo quando detur in eum, qui dolo induxit quem ad contrahendum, & quando actio ex eo contractu. & nume. sequen.

57 Actio communi diuidundo, & non de dolo, competit aduersus fratrem, qui res quasdam hæreditarias subtraxit.

58 Contractus imperfectus dicitur, in quo deficit propria ipsius substantia.

59 Dolus interueniens in contractibus stricti iuris, oon impedit actionem nasci in sui substātia, sed exceptione elidittur.

60 Venditor cognoscens se deceptum, rem venditam nondum traditam retinere potest, & emptor deceptus pariter pretium retinere.

61 Contrahentes qui se mutuò deceperunt, non autoritate propria ius sibi dicendo coorractum dissoluere, sed prætorem adire debent.

62 Instrumenrum non vitiosum aut suspectum impedire volens, non auditur.

63 Consensus non fertur ad incognita.

64 Contractus dici debet imperfectus, qui peccat aut deficit in substantialibus.

Bona fides primum substantiale in contractibus bonæ fidei existimatur esse.

65 Contractus emptionis effectum suum sortitur, etiam nulla rei traditione secuta, nec pretio soluto.

66 Emptionem & venditionem eatenus rescindi quatenus de facto processum est, qualiter intelligendum.

67 Posthumus post conditionis defectum natus gradum nō rumpit.

68 Venditio perfecta consensu mutuo resolui nequit.

Emptionis & venditionis contractus triplicem exigit perfectionem.

69 Contractus emptionis & venditionis ante rem traditam & pretium solutum, contrario potest dissolui consensu.

70 Dominium rei non transfertur aliquo casu, licet tam venditor quàm emptor in bona fide esse credantur.

71 Contractus mutuo consensu perfectus, nō potest alterius contrahentium contrario consensu resolui.

72 Forma in contractibus non substantiam, sed essentiam & differentiam demoostrat.

Substantia cuiusque rei quæ dicatur.

73 Contractus, cui dolus causam dedit, ideo imperfectus est, quòd qui circumuenitur haudquaquā consentire creditur.

74 Rescindi si nequeat quod nullum est, quod de facto vltra processum est, de facto restitui debet.

75 Prohibita fieri à lege, si fiant, nedum inutilia, sed & pro infectis habentur.

76 Venditio, cui dolus causam dedit, in effectu nulla est.

77 Depositarius qui depositum furtiuum bona fide & ignorans furtiuū esse, recepit à latrone, an debeat illud latroni, qui deposuit, restituere, an verò ei cui furto sublatum fuit.

78 Effectus intentionis dicitur actio quæ à lege producitur,

79 Venditor bonæ fidei quandoq; tenetur de euictione.

80 Emptor & venditor, vt malam fidem excludant, eiusdem esse debent intentionis, quòd scilicet bona fides maximè in his exigatur contractibus.

Venditio consensu mutuo perfecta à maioribus vigintiquinque annis, non potest resolui.

81 Contrahens in contrahendo deceptus agere potest ad declarationem nullitatis contractus.

82 Actus, verba, intentio & effectus contrahentium differūt inter se plurimum.

83 Officium iudicis ideo in balneis exerceri nequit, quòd actioni intentatæ seu intentandæ debeat deseruire.

84 Promissio nudo pacto de donando facta actionem producit.

85 Pactio nuda non obligationem, sed exceptionem parit, ad obligationis naturalis similitudinem.

86 Testamentum solenniter factum, sed à testatore incisum an sit efficaciter inualidum.



DVM QVÆSTIO NVLlitatis testamenti paterni pẽdet, supplicium de patris familia haberi non poterit. Et si nullum pronũtietur propter filij exhæredationem dominium familiæ retro fuisse filij æstimabitur, & familia torquebitur: alioquin pro filij exhæredati morte patris familia nõ torquebitur. hoc dicit.

Per hunc text. verba senatusconsulti, quæ de
dominis loquuntur interpretantur: quoniam in
l. j. §. domini. tertio. suprà eod. dictum fuerat ver
bum, domini. potẽs esse vt filiosfamilias & emã-
1 cipatos comprehendat, † tametsi emancipatus
fictione iuris ciuilis pro extraneo haberet̃, neq;
inter suos hæredes vocaretur. §. cæteri. Instit. de
hæredum qualit. & differ. §. emancipati. Insti. de
hæredit. quæ ab intesta. defer. maior videbatur
esse ratio in filiofamilias quàm in exhæredato:
quoniam sicut per emãcipationem qui filius est
non posiit fieri quin filius sit, multo magis in
exhæredato dicendum est. fictio enim seu imago
iuris veritatem naturæ tollere non potest. l. filio.
in princ. ff. de libe. & posthum. l. non putauit. §.
si quis emancipatum. ff. de bonorum possess. cõ
2 tra tab. l. hos accusare. §. fi. ff. de accusatio. † neq;
exhæredatio filiũ eximit à patria potestate: quoniam non est de modis à lege determinatis, quibus

bus filius à patria potestate eximatur, de quibus in tit. quibus modis ius patriæ potesta. soluitur. Institu. lib. j. quare de patris familia manet. l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verb. signifi. hic repeti potest quod de patre aliquando diximus in. l. necessarios. §. non aliàs. suprà eod. qui quanuis impius & crudelis sit, pater tamen est. §. j. in authenti. de incest. nupt. colla. iiij. multo magis in filio dicendum est, cuius pater correctionem habet, neque in eum aliam sententiam iudex dicere potest, quàm pater dicere voluerit. l. iij. & l. congruentius. C. de patria potestate. etiam si forte causam ingratitudinis filius aut filia commiserit, vt quia in corpus suum peccauerit. l. nec in ea. in fine. ff. ad legem Iuliam de adulter. quæ causa est legitima exhæredationis. §. causas. in authenti. vt cùm de appella. cognos. colla. viij. non videbatur patris familia posse à quæstione & supplicio excusari, si mortis filijfamilias serui cōscij sint aut participes aut in culpa sint, cum vt suprà dictum est,

3 † filij in potestate existentes domini appellatione in hoc senatusconsulto veniant, dicta. l. j. §. domini. iij. suprà eod. Tamen Paulus iureconsultus absolute non admisit filiumfamilias à patre exhæredatum domini appellatione venire, sed ex euentu pendere dixit, vbi filius exhæredatus nullum dicere voluerit patris testamentum propter eius exhæredationem: vt si non iure exhæredatum esse pronuntiatum fuerit, omnia in seruo & familia patris prouide agi debere, ac si dominus esset. sin verò rectè exhæredatum fuisse pronuntietur, & ob id hæredes in illo testamento instituti ex testamento adeant patris hæreditatem, vt alienus reputabitur: & hac ratione serui patris non torquebuntur, neque supplicium ab eis re-

4 liqua've familia assumetur. † Et sic durior est causa exhæredationis quàm sit emancipationis. Et ratio clara est: quoniam vbi patri filius ingratus iudicatur, indignus successione fit. §. aliud quoque. in authenti. vt cùm de appella. cognos. dixi copiose in repeti. authenti. ex causa. C. de liber. præteri. vel exhæred. quia filius in officium naturæ peccauit, & patre indignus iudicatus est. Nam lex adeo eum exosum habebat, vt propter ea quæ suprà de patre diximus, qui solet pro filijs quantuncunque indignis consilium capere, filium ingratum iudicabat quem pater exhæredādo ingratum & indignum dixit. l. liberi. C. de inoffic. testa. l. nam & his. §. fina. ff. de inoffic. testa.

5 licet hodie Iustinianus hoc emendauerit, † voluerit que patrem nominatim in exhæredatione ingratitudinis causam exprimere, & expressam ab hærede instituto probari. l. omnimodo. C. de inoffic. testamen. dicto. §. aliud quoque. in authenti. vt cùm de appella. cognosc. vnde sumpta est authenti. ex causa. C. de liber. præteri. & plenius in ea explicauimus, ductus ea ratione: quia semel filiam de parētibus bene meritam exhæredatam inuenerit, vt dixit in. §. cæterum. in authentica, vt cùm de appella. cogno. colla. viij. ius etiam antiquum ob id querelam inofficiosi testamētū inuenit & instituit in. l. non est enim consentiendum. & l. sequenti. §. fin. ff. de inoffic. testa. vbi similis ratio à Iureconsultis Caio & Martiali posita est. Eadem sæpe repetitur in toto titulo. ff. C. & Institu. de inoffic. testa. præsertim in dicta. l. omnimodo. & prætores bonorum possessionem contra tabulas inuenerunt, vt in toto titulo. ff. & C. de bono. poss. contra tab. præsertim in. l. non putauit. & l. iij. §. si emancipatus. ff. de bono. poss. cōtra tab. vbi filij legitime seu rite exhæredati erāt,

6 dicta. l. non putauit. §. non quæuis. † alioqui si iustè fuerint exhæredati nullū præbebat eis prætor iuris subsidium: sed neque bonorum poss. contra tab. concedebat filijs iustè à patre per exhæredationē remotis ab eius successione, dicta. l. non putauit. in princ. Et hic text. filium iuste exhæredatum omnino à patre alienum dicit, dum ait, vt si adita fuerit hæreditas intellige ex testamento post exclusionē filij factam à iudice super exhæredatione pronūtiando, quia rectè à patre exhæredatū pronuntiauerit, quasi alieni fuisse videantur. Et sic de liberis non sunt, & ob id domini appellatione non veniunt: qui si iustè exhæredati non fuissent, quasi domini essent, inquit iste tex. secundum quod dictum est in dicta. l. j. §. domini. iij. infrà eodē. & hac ratione de patris familia quæstio & supplicium assumi deberet. Et interpretatio per nos data ad illa verba, vt si adita fuerit hæreditas. sumpta est ex verbis sequentibus huius. l. ibi, Si verò irritum testamentum factum sit. filio nullitatem testamenti prosequente, vt inquit glos. in. l. filio præterito. in verbo, tuetur. ff. de iniusto, rupto & irrito testam. Et hac ratione testamentum ad causam intestati redactum fuerit: vt in. l. prima. & dicta. l. filio. eodem titulo. ff. de iniusto, rupto & irrito testamento. quia filius nullitatem testamenti sit prosequutus: vt in. l. is qui in potestate. vbi hoc Barto. notat. ff. de lega. præstandis. Ego aliter declaro ex. l. filium. §. sed cùm exhæredatio. ff. de bonorum possess. contra

7 tabul. † Si forte hæres in testamento institutus hæreditatem ex testamento non adierit, & ob id ad causam intestati reductum erit, vt in. l. præceden. docuimus, dicta. l. prima. ff. de iniusto, rupto & irrito testamen. §. primo. Institu. de hæreditatibus quæ ab intesta. deferun. l. j. ff. de suis & legi. hæredi. testamentum ob id nullius erit momenti, neque exhæredatio filio exhæredato nocebit. textus est plurimum in hoc casu singularis in dicta. l. filium. §. sed cùm exhæredatio. inquit ille textus, sed cùm exhæredatio non adita hæreditate ex testamento nullius sit momenti, ideoque non obstare eam, quo minus contra tabulas libertorum patris, accipiat bonorum possessionem. & sic omne ius familiæ patris in filio consolidatum erit. Et ratio in illo textu suprà allega. posita est, ne testamentum per omnia irritum

ad notam exhæredationis solam profecisse vide-
atur. Et sequitur in eod. text. redit res ad intesta-
ti exitum. Et sic dupliciter irritum fieri potest te-
8 stamentum. † Primò si proposita per filium nul-
litate irritum factum sit patris testamentum, nul-
lius momenti erit testamentum, neque ex illo te-
stamento adiri poterit hæreditas, & de iure Di-
gestorum nulla præstabantur legata, nec liber-
tates debebantur, dicta. l. filio præterito. ff. de in-
iusto, rupto, & irrito testamen. l. inter cætera. ff.
de liberis & posthu. licet per. §. aliud quoque. in
authenti. vt cùm de appella. cognosc. & authenti.
ex causa. C. de liber. præteri. legata & fideicom-
missa & libertates hodie conseruantur. In illa au
thenti. plenius diximus. Secundò si hæres institu
tus hæreditatem non adierit, cùm non sit adita
hæreditas ex testamento, nullius momenti sit te-
stamentum, neque exhæredatio filij in illo testa-
mento facta filio nocebit, per rationem dictæ. l.
filium §. si exhæredatio. ff. de bonorum poss. con
tratabu. dum ait, ne testamentum per omnia irri-
tum ad notam exhæredationis solum profecisse
videatur, reditque res ad intestati exitum. quæ ra-
tio absorbere videtur decisionem Iustiniani im-
peratoris in. §. exhæredatos. in authent. de hære-
9 di. & falcid. colla. j. dumvult † filium semel à pa-
tre exhæredatum, etiam si ex testamento non a-
deatur hæreditas, quia forte hæres adire nolue-
rit, perpetuò priuatum esse à patris successione,
sic vt omnes ab intestato venientes, imò extranei
filium exhæredatum ab omni commodo hæredi
tario excludant, & nouissimo loco fiscus exhæ-
redatum excludit, per illum text. &. §. si quis au-
tem non implens. in authenti. de hæredib. & fal-
cid. colla. j. authenti. hoc amplius. C. de fideicom
miss. sed quomodo extraneus potest ad succes-
sionem venire exclusis legitimis hæredibus. dic
vt in. §. si quis de prædictis. in authent. vt cùm de
appella. cognosc. collat. viij. vt inquit ille text. si
defunctus dum furore agitaretur à suis filijs &
agnatis & alijs venientibus ab intestato negle-
ctus fuerit, & ab extraneo in sua domo susce-
ptus, & sumptus vsque ad extremum vitæ suæ suis
nummis administrauerit, omnes ab intestato ve-
nientes excludet, pariter & fiscum. Istis iungi po
test quod dictum est in. l. necessarios. §. vbi quis
incuria. suprà eod. Et attendatur, quæso, ratio Iu
stiniani posita in illo. §. exhæredatos. dum ait,
10 † Eum enim qui ab ipso testatore propria sub-
stantia pulsus est, quomodo erit iustum vocare
ad res, quarum ille per exhæredationem factam
in eum expressim fieri participē noluit? & vt hoc
argumentum, quod videtur mihi difficile, eluce-
scat, et maxime cùm hic tex. filium exhæredatum
non videatur alienum à substantia patris facere,
nisi cùm patris hæreditas ex testamēto adita est:
vbi ergo nō erit adita, quasi dominus esse videt̄.
Quæro igitur, an filius exhæredatus adeo alie
nus & extraneus censeri debeat, vt nunquam sit
paternæ successionis capax. quod videbatur, vt
suprà dixi per dictum. §. exhæredatos. §. si quis
autem non implens. in authenti. de hæred. & fal.
11 ci. colla. j. vbi † non tantum hæres institutus, aut
cohæres, vel substitutus filium exhæredatum ex
cludunt: intellige legitimè, ritè & rectè exhære-
datum, verumetiam legatarij, & fideicommissa-
rij, & omnes venientes ab intestato, & extranei,
& postremo loco fiscus filium excludat: vt in au
thenti. hoc amplius. in verbo, respectis. & in di-
cto. §. exhæredatos. in verbo, noluit. vbique vult
post fiscum vel cum extraneis venire, non tan-
quam ipse, sed tanquam alius & vnus ex agnatis
vel extraneis, per. l. pater. §. qui duos. ff. de ado-
ptionib. & illum text. induxi aliquando in quæ-
stione per me disputata de episcopo aut prælato
ecclesiastico, qui rem ecclesiæ alienauit, qui po-
test tanquam quilibet de clero reuocare, per tex.
in ca. si quis presbyterorum. vbi gloss. hoc notat
in verbo, alienata. extra de rebus eccle. non alie-
nan. Addebam. l. si seruos. ff. de pignor. actione.
glo. vbique ab omnibus improbatur, præsertim
à Cino, Barto. Bald. & Modern. in dicta authen
ti. hoc amplius. à Iaco. de Bello visu, & Barto. in
dicto. §. exhæredatos. per text. illius. §. quem su-
12 prà trāscripsimus. † Cùm enim testator à sua suc
cessione per exhæredationem legitimè factam fi
lium excludere voluerit, si vt extraneus admitte-
retur, contra expressam testatoris voluntatē hæ-
reditatem eius consequeretur: quod lex prohi-
bet. §. disponat. in authenti. de nupt. colla. iiij. di-
sponat itaque vnusquisque in suis vt dignum est,
& sit lex eius voluntas. Et ita annotauimus in. l.
senatusconsulto. §. fin. suprà eod. Sed, vt suprà di
ximus, plurimum obstat dicta. l. filium. §. si exhæ
redatio. ff. de bonorum possess. contratabul. quæ
exhæredationem dicit nullius esse momenti, vbi
ex testamento non aditur hæreditas, præsertim
hac ratione quæ in eodem textu posita est, quia
non adita hæreditate redit res ad intestati exitū.
Si intestatus pater decederet, nulla de filij exhæ-
redatione mentione facta, clarum est filium non
prohiberi patris hæreditatem adire, quasi de in-
dignitate eius nulla mētio facta esset, per ea quæ
suprà dicta sunt in. l. nam & his. §. fin. ff. de inoffi
cio. testamento. & Iustiniani consideratio in di-
cto. §. exhæredatos. in authenti. de hæredi. & fal
cid. colla. j. per alteram rationem dicti. §. si exhæ-
redatio. elliditur dum ait, ne testamentum per o-
mnia irritum ad notam exhæredationis solā pro
fecisse videatur. Et illa ratio per decisionem hu-
13 ius legis adiuuatur primò dum ait, † ex euentu
filij exhæredationem pendere, vt rerum priuata-
rum sit vel non sit dominus, vt si adeatur hæredi
tas ex testamento, alienus erit à paterna successio
ne. Si verò irritum sit testamentum, vt dominus
censetur paternæ successionis. Vbi ergo irritum
erit testamentum, filij exhæredatio euanescet. Et
in hoc cum illa. l. filium. conuenire videtur, vt
suprà

49 † dari iudicis officiū maioribus læsis in cōtractibus bonæ fidei,non autē in cōtractibus stricti iuris:& sic,secūdùm eos,læsis per dolum officium iudicis tantū cōpetit,nō autē doli actio. Hæc & similia puerilia referuntur, quæ aliter recensere nō existimaui, quæ nō existimo tantæ cōsiderationis aut impulsiōis esse, vt propter illa debeat Io.Igneus semetipsum interficere:sed illis vt respondeamus dominū nostrū Iesum Christū imitabimur,illiusq; exēplo regulabimus dum à Iudæis & scribis impeteretur quod vellet se interficere,sicuti scribitur Ioā.vij.c. nō quod id arrogare velim om̄ia in scriptis meis tersa adeo & cōposita esse & ordinata & verè elimata vt nihil in eis inueniri possit quod cēsura dignū sit,illis maxime quibus sua cōplacent,nihilq; rectū esse putant, nisi quod à se inuētum est, aut(vt verius loquar)repetitum est: cùm Solomon Ecclesiastes primo cap. dicit nihil sub sole nouum esse. ob id cum ea sermonis simplicitate dictis eorum satisfacere tentabo. In primis non puto in grammaticalibus Ioannem Igneum errasse, neque in cælum neq; in terram peccasse, vt ob id debeat seipsum interimere, sed potius quæ per eum dicta sunt confirmare. Nam sicuti suprà scripsimus de l.tres fratres.ff.de pact. cùm nō longe ab ea dissimilis sit dictus.§. per contrarium. neque.§. si vēditor.eadem.l.Iulianus.ff.de actio. emp.& in vtraq; lege puto dolum cōtractui causam dedisse,vt sic cōtraheretur,quemadmodū ex illis tex. apparet. Et q̄uis illa duo suprà cōmemorata differant,& vera sit illa differentia,tamen in vtroq; casu siue quod villicus nolentē vendere ad vendendū dolo inducat, siue vendere volentē dolo ad minus vendendū moueat & persuadeat,verū esse dicere vtroq; casu dolū causam dare cōtra-
50 ctui,siue vt factū,siue vt sic factū. † Ea enim quæ per plus aut minus differūt, nō differūt genere, sed specie tantū.l.si.ff.de fundo instruc.& instrumē.leg.nam si volens vēdere centū rem à me venalem expositā dolo facis, seu dolo persuadeas vt minus valeat, & ob id me inducas ad minus vendendū quā vēditurus essem. & vt ad id facilius peruenires dolo tuo rem deteriorē reddidisti, verū est dicere dolo me inductū ad vendendum minore pretio quàm aliàs fuissem venditurus. Et sic q̄tū erit in pretio dolo inductus sum minus vēdere illo pretio. Dolus igitur cōtractui sic facto causam dedit, dicta.l.si quis affirmauerit.ij.respōso.ibi,quasi minus soluēdo sit.ratione cuius doli illa.l.doli actionem concedit,vt id fiat quod calliditas,quæ in delictū sonat,interuenit:quo casu nō tantū de dolo actionē lex producit,sed et cōtractus nullitatē promittit,in.d.l. & elegāter.in prin.ibi, aut nullā esse vēditionē, si in hoc ipso vt venderet circūscriptus est. quam intendo latius quàm antea fecerim declarare. In primis in.§.si venditor. dolus causam dedit venditioni,quam de seruo fecit pluris vendendo de serui vēditi artificio aut peculio mētiendo. probatur in his verbis, quanti pluris seruum emisset si ita peculiatus esset,vel eo artificio instructus. Non me fugit Accursium in illo.§. si venditor.
51 in verbo, venderet. dixisse in illo textu † venditorem non induxisse emptorem ad contrahendum:quia tunc ipso iure nullus esset cōtractus.l. & eleganter.ff.de dolo. Restat solum videre an ex illo textu colligi possit emptorem ad emendum dolo fuisse inductum,vel etiam ad pluris emēdum quàm emisset. Si hoc constabit, vera non erit Accursij opinio, neque famosus neotericorum libellus. quod autem in illo.§.dolus dedit causam emptioni, verba legis declarant dum ait,si vēditor fecerit vt rem pluris venderet, puta de artificio ementitus est aut de peculio,mea opinione difficile est expressius posse

declarare dolum emptióĩ cauſam dediſſe, quàm ille text. facit dum ait, ſi venditor fecerit vt rem pluris vẽderet. & quomodo hoc fecerit, dat exẽplum, ſi venditor ſeruum artificioſum mentiendo affirmauerit, quem emptor tanti nõ emiſſet, niſi venditor induſtrioſum vel artificioſum vel peculiatum tam enixe aſſeruiſſet. verba illius. §. declarant empti eum iudicio teneri vt præſtaret emptori quanti pluris ſeruum emiſſet. Nihil diuinationis habent illa verba, quoniam vere conteſtantur dolum cõtractui cauſam dediſſe, quoniam emptor ſeruum non tanti emiſſet, niſi venditoris mendacio ad tanti emendum ſeruum inductus fuiſſet. Alioqui quanti minoris agi non
52 poteſt: † cùm permittatur contrahentibus ſe inuicem decipere. l. in cauſæ. ff. de minorib. Et tamen contractus nõ dicitur nullus, ſed actionem ex empto tantum producere ait, quanti emptor minoris emiſſet ſi venditoris dolo deceptus non extitiſſet. Quod autem non ſit nullus, ſatis ex illo tex. videri poteſt: quia ad intereſſe tãtũ actionem producit quanto minoris emiſſet. Progrediamur ad §. per contrarium. qui aliũ caſum amplectitur. in cuius interpretatione puto verũ dixiſſe Ioan. Igneum in repeti. l. contractus. quicquid Accurſius & Moderni, qui illi adhæſerũt, dicant. Nam villicus ille cuius illa. l. meminit, vt facilius hæredem ad vẽditionem hæreditatis inuitaret prius quàm verbum vllum cum hærede de vendenda hæreditate haberet, res hæreditarias expilare cogitauit, & re vera expilauit, inſtrumenta videlicet & mancipia, exiſtimans non poſſe aliter hæredem ad vendendũ inducere, niſi prius hæreditarĳs rebus ſubtractis: quas poſtquam ab hæreditate ſubtraxiſſet, hæredem monuit & monendo & perſuadendo effecit vt eam ſibi venderet. quod ita eueniſſe docet ille text. dum ait, quibus ſubtractis facilè, quaſi minimo valeret hæreditas, vt ſibi ea venderetur, perſuaſit. & ſic dolus cum furto rerum hæreditariarũ, quod eſt cauſa doli, perſuaſionẽ præceſsit, imò cauſa perſuaſionis fuit. Hoc ille tex. oſtẽdit dum ait, & res quaſdam de hæreditate & inſtrumenta & mancipia villicus quidam ſubtraxiſſet. & ſequitur, quibus ſubtractis facilè, quaſi minimo valeret hæreditas, vt ſibi ea venderetur, perſuaſit. Et ſic oculatus quiſque videt dolum & furtũ dediſſe cauſam contractui venditionis, non tantum impulſiuã, ſed & finalem villico perſuadendi hæredi vt hæreditatem venderet, alioqui non venditur: vt aperte ex illo tex. legi poteſt. Secundò ſole clarius demonſtratur furtum rerum hæreditariarũ in cauſa fuiſſe vt facilius hæredi perſuaderetur hæreditatem villico vendere: quæ ſi ſubtractæ prius non fuiſſent, non æque faciliter perſuaſum extitiſſet. Et ne putent ſomnium aut diuinationẽ eſſe, probãt illa verba, quibus ſubtractis facilè, quaſi minimo valeret hæreditas. & ſic cùm tam paucas res in hæreditate eſſe videt hæres, facilimẽ villici perſuaſioni credidit, alioqui non crediturus: qua mediante villicus obtinuit vt ei hæreditas venderetur. Quod non ita faciliter obtinuiſſet, niſi prius res ab hæreditate ſubtraxiſſet. Et ſic furtum præambulum fuit vt ad contractum perueniretur. Non ergo furtum incidens fuit in contractum, ſed cauſam præbẽs contractui: quoniam abſque illo ad contractum peruentum non fuiſſet, vt volunt illa verba à ſenſu cõtrario, quibus ſubtractis facilè &c. Illis igitur non ſubtractis facilè non perſuaſiſſet vt ſibi ea vẽderetur. Ego puto lippos & tonſores illos ſemotis pupillis lippoſis & adempta ſupercilĳ nube, (vt Flacci vocabulo vtar in arte poetica, dum ait, Deme ſupercilio nubem.) Licet Horatius alia ratiõe hoc ſcribat. Et Cicero primo Officiorum lib. c. de ordine actionũ cum decoro. & in. c. de varietate animorum, vt ſuum quiſq; noſcat ingenium, ſicuti Cicero illic inquit, acremq; ſe & vitiorũ & bonorum ſuorum iudicem præbeat, ne ſeuicĳ pluſquam nos videantur habere prudentiæ. Neque præterit me Accurſium illic dixiſſe in verbo, perſuaſit. villicum non perſuaſiſſe hæredi vt vẽderet, vt ſuprà de dolo. l. ſi quis affirmauerit. quam neoterici maxima cum acclamatione in Ioan. Igneum extollunt. ſed non me fugit Accurſium neque etiam neotericos illum text. non ſanè intellexiſſe, neque diſputationem noſtram circa grãmaticalia conſiſtere, ſed circa ineptum eorum ſenſum. Quoniam non alia intentione villicus furtum rerum hæreditariarũ ſecerat, niſi vt illis prius ſubtractis facilius perſuaderet hæredi vendendi voluntatem non habenti vt vẽderet. ſed quæſo videamus quænam erat villici perſuaſio. tex. ille aperit, quaſi minimo valeret hæreditas. quod villicus perſuadere hæredi nõ potuiſſet, niſi prius eas ſubtraxiſſet. ſed ne illarum notitiam hæres haberet, ſubtraxit, vt illis ſubtractis hæreditatem facilius emere poſſet, quemadmodum dictum eſt in. l. tres fratres. ff. de pact. & in. l. ſi maior. C. de dolo. Et ſinẽ gloſ. Accurſĳ in dicto. §. per contrariũ. in verbo, perſuaſit. declarabimus, dum de. l. ſi dolo. C. de reſcinden. vendi. diſcutiemus. Vt ergo moneret hæredem poſſit, prius res hæreditarias ſubtrahere voluit, ſciens aliter ſe nõ poſſe hæredem ad vendẽdũ promouere, neq; inducere: quare haud dubie conſtat furtum, & ſic dolum ex eo ſecutum cauſam contractui dediſſe. Et retorqueo in eos l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo. quanquam illa l. minus quàm. §. per contrarium. cõtineat: quoniam vltra aſſeuerationem ſeu affirmationẽ à villico factam quaſi minimo valeret hæreditas, furtum rerum hæreditariarum à villico factum præceſſerat: & ſic cum perſuaſione furtum interuenerat, ſicut in dicta. l. tres fratres. Nam & in fine dictæ legis, ſi quis affirmauerit. textus pro ſimili ſubtractione duas aduerſus ſubtrahentes legis Corneliæ de falſ. & de dolo producit actiones.
ſed &

sed & principium legis opinionem Petri confirmat in eo solum qui affirmauerat minimam esse hæreditatem, & ob eam affirmationē ab hærede eam emit, ex vendito in emptorem actionē producit, non autē de dolo, cùm actio ex eo contra-
53 ctu sufficiat. In quo pbat Petri opinio: † quoniam vbi dolus causam dedit cōtractui, opus nō est actione de dolo vti, eo quod læsus aduersarij dolo satis cōsequitur id in quo læsus est: vt in dicta. l. tres fratres. & in dicto. §. per cōtrarium. & §. si venditor. sed vbi non tantum simplici dolo vsus est, sed cum eo calliditatem miscuit, vult de dolo agi posse: vt patet in secundo respōso illius legis. & illa actio infamat: quoniam ex delicto procedit. l. non debet. l. si legatarius. l. itaque. §. fina. & l. seq. ff. de dolo. & l. ij. ff. de obseq. pa. tro. præstandis. Et Accursius videtur in illa. l. distinctionē facere inter eū qui dolo circumuenitur in re quam aliàs vēditurus aut empturus seu aliter contracturus erat, & eū qui non esset aliàs
54 venditurus seu contracturus: † vt si quis vendi- turus erat dolo deceptus sit agere non possit de dolo, sed actione ex eo contractu. Et si de pacto vel sententia aut alia simili exceptione opponatur, de dolo possit replicari, vt in dicta. l. tres fratres. in fine. ff. de pactis. l. cùm à te. ff. de dolo. & dicta. l. Iulianus. §. per contrariū. ff. de actio. empti. Sed vbi aliàs non erat contracturus, & illi ad vendendū calliditate aliqua persuasum est, actio de dolo competeret, dicta. l. si quis affirmauerit. secūdo responso. ff. de dolo. & in. l. & eleganter. in prin. eo. titu. in his verbis, aut nullam esse venditionem, si in hoc tempore vt venderet circunscriptus est. Sed huic obstat dictus. §. per cōtrarium. vbi aliàs non erat vēditurus hæres nisi villicus rebus hæreditarijs subtractis persuasisset ei vt eam venderet: & sic calliditate vsus erat villicus propter furtum. & tamen actionem de dolo non concedit, sed actionem ex illo cōtractu, aut quanti minoris, aut quanti pluris. Idem in dicta
55 l. tres fratres. Quare dico † considerandum esse dolum, vt vbi delictum secum annexū habet, nō tantum actionem ex eo contractu producat sed etiam de dolo: vt in dicta. l. si quis affirmauerit. §. fi. & in. ij. respōso. & in. l. cùm quis. eo. tit. per quam idem Accursius notat in. l. si legatarius. in vlti. solutione glos. fin. ff. de dolo. Nec obstat. §. per contrarium. quia in eo nōn tollitur furti condictio pro rebus subtractis, vbi per actionem ex contractu consequi nō posset quod subtractum est. l. & elegāter. §. si dolo malo. l. seruus tuus. & l. si oleum. in prin. versi. sed Pōponius. ff. de dolo. vbi verò aliàs cōsequi potest quod suum est, actio ex illo cōtractu sufficiet, dicta. l. si quis affirmauerit. in princi. Alioqui si magna calliditate & euidēti persuasum est, de dolo agitur, dicta l. & eleganter. in princ. & §. fi. & l. sequen. & dicta. l. si quis affirmauerit. secundo responso. ibi, dico de dolo dandam actionem si callidè hoc fecerit. Secundò in eo quod post Accursium in illo. §. per contrariū. dicitur, villicum nō ad vendendum dolo hæredem induxisse, sed ad minus vendendum. Lipposis & lipposorum tōsoribus fortè hoc nō constaret, sed oculatis viris, imò nō tantum oculatis viris, sed & lipposis & eorū tonsoribus aperte cōstabit. & sic legas, quibus subtractis facilè persuasit, vt sibi ea vēderetur, quasi minimo valeret hæreditas. & ista est vera mens illius. §. quemadmodū in repeti. l. contractus. ff. de regu. iur. adnotauimus. Et verba sequentia illius. §. plane demonstrant, dum in eo dicitur, & ait Iulianus competere actionem ex vendito in tantum quāti pluris hæreditas valeret, si hæ sub-
56 tractæ non fuissent. † Et sic propter res subtractas actio ex vendito competit, non propter id quod dixerat, minimo hæreditatē valere. Nam si propter persuasionem illam, quia res minimo valere dixisset, agi deberet, de dolo competeret actio ad id quod pluris hæreditas valeret, quatenus propter hanc persuasionē dolose factam minus fuisset consecutus, dicta. l. si quis affirmauerit. secundo responso. ff. de dolo. ibi, si autē mihi persuaserit vt repudiem hæreditatem, quasi minus soluēdo sit, vel vt optem seruum quasi melior eo in familia non sit: dico de dolo dandam actionem si callide hoc fecerit. sed in. §. per contrarium. actio tantum datur ex vendito, tamen quanti pluris hæreditas valeret, si subtractæ res non fuissent: quemadmodum in dicta. l. tres fra-
57 tres. in fi. ff. de pactis. dicitur, † actionem cōmuni diuidundo competere aduersus fratrē pro rebus ab eo subtractis tantum non autem actionē de dolo. Quoniam in istis cōtractibus bonæ fidei lex curam tantum habet indemnem eum seruare, cui aliquid subtractum est; & hac ratione actionem ex eo contractu concedit, non autem actionem de dolo. l. cùm à te. ff. de dolo. neq; dici potest dolum incidisse in contractum, sed verè contractui causam dedisse: quoniam nisi dolus causam contractui dedisset, venditor nō erat sic contracturus, vt planè illius legis verba ostendunt, quæ repetere non expedit, cùm plus satis explicata sint.

Mirari itaque non debent quis Ioanni Igneo hoc reuelauerit: cùm non in claris sed in obscuris diuinatio esse posit. §. primo. in authenti. de testa. imperfe. collatio. viij. l. si fideiussor. ff. mandā. l. apud Celsum. §. item quæritur. in fine. ff. de exceptio. doli. l. ita fidei. ff. de iure fisci. Et dum illi de contractus perfectione loquuntur, non rectè intellexerunt de qua legislator senserit: qa non de ea loquitur quæ circa formam à lege introducta est, videlicet consensus de quo loquitur. l. consensu. ff. de actionibus & obligationibus. quæ actionem producit ad implementum eius, aut ad interesse propter nō impletū cōtractū, id est pretij solutionē, & rei traditionē, quæ ob illa non impleta actionē ad interesse pducit.

l.prima.ff. de actio.empti.plenius dixi in repeti.
l.contractus.ff. de regu. iur. vel ea perfectione,
quæ consistit in translatione dominij rei vendi-
tæ,si tradens dominus est, vel potestatem habet
transferendi dominij.l.ex empro.ff.de actio.em
pti.dixi in prædicta repeti.l. contractus. & in.l.
quarta.§.Cato.ff.de verbo.oblig. sed de ea quæ
substantiam eius ab initio ineundi cõtractus,vi-
delicet cõsensus bona fide interpositi seu inter-
uenientis, quod proprium & natiuum est illorũ
contractuum.§.actionum. Instit. de actio.l.bo-
na fides.ff.deposi.l.in cõtractibus.C. quibus ex
58 causis maior. † & sic vera contractus substantia
deest: & hac ratione dicitͤ imperfectus: quæ im-
perfectio contractum reformare facit & annulla
re.Er ita declarat.l.si dolo.C.de rescinden. ven-
di.ibi,quod si iure pefecta.quia in nullo peccat.
& de ea loquitur & intelligẽda est. Dolus enim
impedit contractus implemẽtum,dicta.l. in con
tractibus.C.quib.ex caus.maio.l.bonam fidem.
C.de actio. & oblig.Et prædictis cõuenit quod
glos. in dicta.l.in contractibus.scribit, quam ad
id notauimus in tepetitione dictæ.l.contractus.
quæ cùm satis sit explicata ex prædictis, & his
quæ diximus in illa repetitione, plura hic nõ re-
petemus. Non sic est in cõtractibus stricti iuris,
59 quibus dolus causam dedit cõtractui: † quia do
lus in eis non impedit actionem nasci in sui sub-
stãtia,licet exceptione elidatur.§.primo.vbi hoc
Accursius notat in verbo,efficax.Institu. de ex-
cept.Quartò in eadem repetitio.recensebã post
Petrum, Cinum & reliquos citramontanos.l. si
dolo.C.de rescinden.vend.& cùm illam in repe
titio. prædicta plane explicuimus,satis mihi erit
obiectis Neotericorum respondere, quãtum ex
alieno auditu intelligere potuimus vt ostendent
Ioan.Igneum prorsus.l.illam ignorasse: tametsi
in eadem repetitio.cõtestetur se illam.l. si dolo.
decies centies legisse. Dicũt illi,legat ipse decies
millies illam legem si velit. Sed ad tollẽda quæ-
dam puerilia lectionẽ illius.l.repetere opus non
est:quoniam quæ ex illa.l.colligũt,indigna sunt
repetitione.ne tamẽ taciturnitatis arguatur Ioã-
nes Igneus,sicuti & illi tentauerunt eum taxare,
quod nullius.l.meminerit ad tuendam Petri opi
nionem,cui adhæsit. Primo enim loco insistũt
cum Accursio & assectis suis vltramontanis ver
bum , rescindi.in illa.l. positum, sic debere sup-
pleri & intelligi quatenus in vim illius emptio-
nis,cui dolus causam dederat,de facto ꝓcessum
erat,non quod aliàs rescissione opus esset,sed ꝙ
nullus erit. Vt ad priorẽ suum vomitum redeãt,
addunt illi,quoniam in illo tex. verè contractus
iure ꝑfectus erat , quia res tradita erat & pretiũ.
Alioqui venditor ante rem traditam rem retine-
re poterat, pariter emptor ante rem traditã pre-
tium retinere potest. Et sic iure perfectus erat,
quoniam ea , quæ ad contractus perfectionem à
iure desiderãtur,impleta erant : igitur perfectus
erat. alioq si res à vẽditore tradita nõ fuerat, re-
60 scissione opus non erat. † satis enim illi esse de-
beret rem retinere , vbi sentiebat se ab emptore
dolo deceptũ esse. Idem in emptore,qui ante so-
lutionem pretij pretium retinere poterat si à ven
ditore circũuentus erat. Ista cùm iuuenilia sint,
responsione digna non erant, seipsaꝗ produnt.
Cæterum vt ostendamus parum consultè dicta
esse , dabimus duas aut tres instantias. Prima
est,si iure perfectus erat contractus, eo quod o-
mnia sua essentialia & formalia contractus habe
ret,quoniam vtriusque partis consensus interue
nerat,licet forte res tradita nõ fuerit,neque pre-
tium solutum, frustra tunc de rescissione agere-
tur, quia iure perfectus esset contractus: vt in fi-
ne eiusdẽ.l.dicitur,ibi,quod si iure perfecta ven
ditio est à maiore viginti quinꝗ annis,intellige-
re debes mutuo consensu perfectam venditionẽ
resolui non posse.l.ratas.C.eo. de rescind. ven-
ditio.imò ne quisquam audiẽdus esset , nisi for-
te deceptio interuenisset vltra dimidiã iusti pre-
tij,probareturꝗ illa deceptio.l. si voluntate.C.
de rescinden.vendi. Secunda, si sola illa perfe
ctio,quæ periculum in emptorem transire facit,
considerari deberet,de qua in.l.prima & secun-
da.C.quando liceat ab empt.discede.§. cùm au-
tem.Instit. de emptio.& quæ statim ad rem tra-
dendam vel pretium soluẽdum & in alterius eo-
rum defectum actionem ad interesse producit,
etiam si rei æstimationem excedat.l.prima.ff. de
actio.emp.dixi in repeti.l. quatenus.ff.de regu.
61 iur. † in facultate emptoris nõ esset dicere se rei
pretium retinere, aut vẽditoris dicere se rem re-
tinere, qa dolo decepti sunt. In hoc enim vellẽt
ius sibi dicere: quod non licet.l. penulti.§.fin.ff.
ad legem Iuliam de vi priua. sed hoc per præto-
rẽ fieri debet. verba edicti posita in.l. prima. in
princi.ff.de dolo.clarè demonstrant ibi, iudiciũ
dabo.Interim dum de eo coram prætore discu-
tietur vterꝗ eorum ex illo contractu emptionis
& venditionis sic consensu perfecto agere pote
rit,vnus ad rem,alter verò ad pretiũ, & propter
defectum implementi vterque ad interesse aget,
dicta.l.penult. &.l.ex empto.ff.de actio.empti.
62 vbi † enim instrumentum non est vitiosum , ne-
que in aliqua sui parte suspectum , licet nullitas
vel falsitas allegetur,nõ auditͤ quisvolẽs instru-
menti executionẽ differre seu impedire.l. secun-
da.in verbo,alleget.&.l.sequẽ.C.de edicto diui
Adria.tollen.l.satis.C.ad legem Cornel. de fal.
& ratio optima est,quoniã frustra de dolo dan-
te causam contractui quæreretur, pariter de nul
litate contractus frustra contẽderetur , eo quòd
iure contractus perfectus diceretur: quod lex o-
mnino cõtradicit: vt in toto titulo de dolo.ff. &
in sequenti articulo declarabimus. Tertia , in
eo qui delatæ hæreditati & nondum aditæ renũ-
tiat dolo ad renũtiandum inductus, qui nec pre-
tium pro renũtiatione accepit,neque quod pre-
tio

tio æquipolleat, neq; in ea quod retineat habet,
quia eam non adiuit, reſcindi non poteſt quate-
nus de facto proceſſum eſt, forte quia is, qui do
lo induxit, poſſeſsionē non apprehendit, vt in.l.
ſi legatarius.ff.de dolo.l.fina.C.de reb.credi.&
l.ſi maior.ij.reſponſo.C.de dolo. Sed vt dictum
eſt illa lex de ea cōtractus perfectione intelligen
63 da eſt, quæ bona fide nullo dolo † aut fraude in-
teruenięte ſecuta eſt. Neque aliter lex cōſenſum
partis interueniſſe exiſtimat, cui per dolum par-
tis rei veritas detecta non eſt: quia verum eſt di-
cere in his quæ nota parti non fuerunt, partē nō
cōſenſiſſe. & recte pacti definitio hoc probat in
l.j.ff.de pact. duorum aut plurium in idem placi
tum & conſenſus. Mens doloſi longe eſt à mēte
dolo decepti. non ergo eſt in idem placitū & cō
ſenſus. Igitur recte dici non poteſt iure contra-
ctum perfectum eſſe, cui iuris definitiones non
conueniunt. Oportet enim definitionē cum ſuo
definito conuenire, vt dicitur in.l.j.in princip.ff.
de acqui.poſſeſ. vbi dolus interuenit, dolus im-
pedit pacti definitionē cum definito conuenire.
mirum igitur non eſt ſi reſcindi debeat quod iu-
re factum non eſt, dicta.l.ſi dolo.C.de reſcindē.
vendi. ibi, ſciens contrariū eſſe dolum bonæ fi-
dei, qui maxime in his contractibus exigitur, re-
ſcindi venditionē iubebat. & alijs legibus ſuprà
64 relatis. † Et ſic illa lex imperfectum eſſe contra-
ctum ait, cùm in ſubſtātialibus peccet, videlicet
in bona fide, dicta.l.bonā fidem.C. de actio. &
obliga. perfectum autem eſſe dicit, qui neque in
ſubſtantialibus neque in eſſentialibus defectum
patitur: quia bona fide factus ſit, & de pretio rei
conuentū eſt. conſummatio enim cōtractus eſt,
quando is, qui bona fide vendidit, dominus eſt,
& rem tradit: pariter emptor pretium ſoluit. Sed
primum ſubſtantiale contractuū bonæ fidei eſt
bona fides, per illos tex. illa deficiente, & ſi con-
uentio in reliquis formaliter ſeruata ſit, vt ſi res
tradita ſit & conuētum pretium ſolutum fuerit,
adhuc imperfectus eſt contractus, propter reſi-
ſtentiam malæ fidei, ſeu doli vel fraudis. Idem in
l.j.§.fina.ff.ad Tertulia.ibi, quod ait ſenatus iu-
dicata tranſacta finitàve rata maneant. ita intel-
ligendū eſt vt iudicata debeamus accipere ab eo
cui iudicandi ius fuerit. Tranſacta ſcilicet bona
fide, vt valeat tranſactio finita, vel conſenſu vel
lege ſilentio ſopita. & multo magis in contracti
bus bonæ fidei hoc locum habet, dicta.l.in con-
tractibus.C.quib.ex cau.maior.l.bona fides.ff.
depoſiti. quare Accurſij reſtrictio, quam neote-
rici pro numine obſeruant, ſignari non meruit:
65 † quoniam etiam ſi nulla rei traditio ſecuta ſit,
neque pretium ſolutū, contractus emptoris effe
ctum producit, vt ſuprà dictum eſt. Primò enim
rei vēditæ periculū & lucrum in emptorē tranſ-
fertur, dicta.l.j.&.ij.C.quando licet ab empt. di
ſcedere. Secundò actionē producit ex empto ad
tradendā rem venditā, & illius dominiū tranſfe-
rendum, ſi is, qui vendidit, dominus eſt: neq; ob
nō datam rem venditam liberatur, ſi velit inter-
eſſe ſoluere, ſi rei tradendæ poteſtatē habet.l. ex
empto.ff.de actio.empti. ſimiliter aduerſus em-
ptorem ad ſoluendum pretiū actionē producit,
per illum tex. & propter non impletum contra-
ctum, per pretij ſolutionē ad intereſſe actionem
concedit, dicta.l.j.ff.de actio.empti. ſed empto-
ri, qui pretiū ſoluit, ex empto actio non compe-
tit, vbi dolus contractui cauſam dedit reſiſtente
dolo ſuo: quia ſecundùm.l.& eleganter.in prin.
ff.de dolo. nulla eſt venditio & emptio, vt paulò
poſt declarabimus. Similiter ſi res tradita eſt, &
emptor dolo venditoris circunuentus eo quod
mendacio perſuaſit ſeruum artificioſum eſſe aut
peculiatū, etiam ſi de facto vltro proceſſum eſt
ad pretium, agere nō poterit: quoniam iſto caſu
contractus non eſt iure perfectus, ſed ſecundùm
illam.l.& elegāter. nullus erit ſecundùm Accur
ſij ſententiā. Actionem igitur ex vēdito nō pro-
ducet ibi, hoc eīm ſic accipimus carere dolo em-
ptorem vt ex empto teneri non poſsit, aut nullā
eſſe venditionē. quæ verba nunc explicabimus.
quare abſque ratione eſt quod Accurſius dixit
66 † contractum emptionis & venditionis non ali-
ter reſcindi, niſi quatenus de facto ꝓceſſum ſit,
neque leges per Accurſium allegatæ hoc dicūt,
neque dicere voluerunt. Ob id illorum conclu-
ſiones reſponſione dignæ noń erant: vt in repe-
titio.l.contractus.ff. de reg.iur.clarè docuimus.
Cui, quæ hic ſcribimus, addi poſſunt: qppe cùm
triuialis iuris regula ſit, quod nullum eſt reſcin-
di non poſſe.l. nam & ſi ſub conditione.§. poſt
defectum.ff.de iniuſto, rup. & irrito teſta. Et ta-
men in illò text. ab hærede inſtituto, à quo poſt-
humus erat exhæredatus, iam adita erat hæredi-
67 tas, & tamen ille tex. ait, † poſt defectum condi-
tionis natus poſthumus gradū non rumpit, quia
nullus eſt. debuerat Iureconſultus in illa.l. ſecun
dùm Neotericorū ſentētiā dicere, Natus poſthu
mus gradum reſcindet vel rumpet. ſcilicet quate
nus in vim gradus per hæredē inſtitutū vltro ad
hæreditatis aditionē proceſſum eſt. ſicut & in.§.
ſi autem hæc omnia. In verbo, reſciſſo teſtamen
to. in authen. vt cùm de appella. cogno. collatio.
viij. Et illi cæcitate ducti aut contradicēdi nulla
ratione ducti excæcati ſunt, dum in illo textu di-
cunt probatū eſſe cōtractum ad actum deductū
eſſe: quoniā ſecuta eſt venditio & pretium ſolu-
68 tum, dum ait † conſenſu mutuo perfectā vendi-
tionē reſolui non poſſe. In puerilibus deficiunt,
vt ſuperius oſtendimus. Nam triplex eſt in con-
tractu emptionis & vēditiōis ꝑfectio, vt Accur-
ſius docet in.l.j.&.ij.C.quādo lic.ab emp.diſce.
Prima nāq; contractus emptionis & vēditionis
perfectio illa eſt quæ mutuo cōſenſu perficitur,
ad hoc vt periculū in emptorem pariter & com-
modum tranſeat.§.cùm autem. Inſtit. de emptio.
& venditione. Secundò vt ad implendum con-

tractum partes compellantur per actionē empti
& venditi: vt si venditor rem tradere differat vel
emptor pretiū oblatæ rei & venditæ per vendi-
torem ad interesse cōdemnentur ob rem nō de-
bito tempore traditam vel pretium nō solutum.
l. prima. ff. de actio. emp. Et ista perfectio discel-
69 sionem non prohibet: † quoniam ante rem tra-
ditam & pretium non solutū licitum est contra-
rio cōsensu ab emptione discedere. l. ab emptio-
ne. ff. de pactis. &. l. prima, & secūda. C. quando
licet ab emptio. discedere.

Secunda perfectio est post rem traditā aut pre
tium solutum. soluto enim pretio ob rem nō tra
ditam venditor emptori tenetur ad interesse, &
ediuerso re tradita tenetur emptor ad interesse
non soluti pretij, dicta. l. prima. ff. de actio. emp.
Secundò post solutū pretium si venditor rei tra-
ditæ potestatem habet, nominatim ad tradēdum
compelletur: & si rei venditæ dominus est domi
nium trāsferre tenebitur. l. ex empto. ff. de actio.
empt. plenius dixi in repetitio. §. Cato. in. l. quar
ta. ff. de verborum obligatio.

Tertia perfectio est, quando iuxta contractus
naturam bona fide contractus mutuo consensu
factus est, res à venditore tradita est, & dominiū
in emptorem translatum, vt in præcedente dictū
est: neq; ob hoc quod res simpliciter tradita est,
licet etiam bona fide contractus vtrinque factus
sit. Primò ex parte venditoris, qui cùm rem ven
70 didit, existimabat suam esse. † Tolle exemplum
in hærede, qui alienam rem in hæreditate repe-
rit, quā hæreditatis esse putabat, & is, qui emit,
pariter bona fide emit, existimans rem vendito-
ris esse, vterq; in bona fide est, tamen rei vendi-
tæ dominium non transfertur, sed vsucapiendi
conditio tantum, vt in. l. j. & per totum pene ti-
tulum. ff. de public. in rem actio. l. bonæ fidei. ff.
de acquiren. rer. domi. l. secunda. in prin. &. §. j.
& per totam pene legem. ff. pro emptore. Et ta-
men non omnino perfectus est. & hac ratione si
forte res vendita euincatur, aduersus venditorē
de euictione agitur, vt in. l. super empti. & pluri-
bus alijs legibus illius tituli. C. de euictio. l. si rē.
& in toto titu. ff. eod. l. cùm ex causa. &. l. in exe-
cutione. §. insolidum. ff. de verbo. obligatio. hoc
triuiale est. non igitur perfectus & cōsummatus
est ille contractus omni perfectione, quando rei
venditæ dominium translatum nō est. l. traditio.
&. l. nunquam nuda. ff. de acqui. rerum domi. de
quo in. l. traditionibus. C. de pact. sed si rei ven-
ditæ translatum est dominium, vtique tunc vere
perfectus est contractus: & de hac non loquitur
illa lex, si quis dolo. C. de rescinden. vēditio. sed
de prima perfectione, cuius suprà meminimus,
& verba illius legis mutuo consensu perfectam
71 venditionē resolui nō posse demōstrant: † quo-
niam non est in facultate alterius cōtrahentium
posse resolutionem illius contractus emptionis
& venditionis petere, vbi mutuo consensu perfe
ctus est, & cui dolus causam non dedit mutuum
consensum impediens. non enim mutuus cōsen-
sus dici potest, vbi contrahentiū alter bona fide
versatus non est: vt in prima parte illius legis im
perator ostendit, dum ait, cōtrarium esse dolum
bonæ fidei, quæ maxime in huiusmodi cōtracti-
bus exigitur. si contrarius est, non igitur consen
sus mutuus est. & glos. in dicta. l. bonam fidem.
C. de actio. & obli. dicit essentiale esse. ego sub-
stantiale esse dico. sed si Accursio consentire de-
bemus fortius stringet pro nobis Accursij di-
ctum. Nam secūdùm Accursium illic nullam es-
sentiam contractus etiam ab initio accepit; quia
suum substantiale deest, scilicet bona fides, sine
qua contractus non substat, neque fundamentū
aliquod habere potest, dicta. l. & eleganter. in
princi. ff. de dolo. &. l. bona fides. ff. depositi. &
d. l. si dolo. &. l. in cōtractibus. C. quib. ex caus.
maio. & in prouerbijs esse solet, formā dare es-
se rei: vt in. l. prima. in princi. ff. de verb. oblig. l.
prima. ff. de contrahen. emptio. & vēdi. &. l. pri-
72 ma. ff. de æstima. actio. † forma enim ipsa cōtra-
ctuum essentiam & differentiā ostendit, non au-
tem substantiam. substantia enim pro materia &
soliditate ac neruis cuiusque rei accipitur, sicuti
Plinius testis est, dum ait, substantia omnis ora-
tionis cohortatio eius ad pacem. secundùm etiā
quod plerique differre dicunt substantiam ab
accidente. Primò, quia accidens ei subijcitur, &
ipsum sustentat, non econtrario. sic est in pro-
posito casu: quoniam accidēs id est forma ipsius
contractus quæ sua habet essentialia, scilicet par
tiū cōuētionē, rei traditionē, & pretij solutionē,
ipsa absq; bona fide nō sustinent neq; subsistūt;
& ideo substātiæ subsunt, qa absq; ea cōtractus
corruit. d. l. si dolo. C. de rescin. vēd. l. in cōtracti
bus. C. quib. ex cau. maio. Secūdò differre dicūt
quia per se subsistere potest, neq; accidēte indi-
get. Tertiò ꝙ proprie substātia accidens nō est,
quia proprie inest. Licet pleriq; substātiā essen-
tiam esse dicant, quēadmodū & Græcis hyposta
sis sæpe vocatur, & plerunque vsia. Et à Latinis
substātia interpretantur tametsi hypostasin pro
substantia plerique accipiant, & vsiam pro essen
73 tia. Reuertamur vnde digressi sumus. † Non est
ergo perfectus contractus emptionis & vendi-
tionis, vbi dolus cōtractui causam dedit, ex defe
ctu cōsensus ex parte eius qui dolo circūuentus
est. Vbi verò dolus nō interuenit, sed mutuo cō
sensu bona fide cōcepto factus est, iā pfectus di-
cit: q nullatenus resolui pōt, præsertim inter ma
iores. d. l. in cōtractibus. C. quib. ex caus. maio.
&. d. l. si dolo. vlti. rñso. &. l. ratas. C. de rescind.
vēd. neq; verbū vllū est in illa. l. potens ad infe-
rendum ex illo contractu, seu in vim eius ad fa-
ctum aliquod contractū deductum esse seu pro-
cessum fuisse. tondeant illi si velint illā legē, aut
illi legi barbā radant, aut crucibus suis ab ea ex-
torqueāt. Et dū victimā holocausti quærūt, mox
inter

inter vepres inueniunt, dum ad eam.l. post Accursium supplent quatenus de facto processum erit. At postquam insatiati ea toties repetierūt, aliud refugium quærere studuerūt, videlicet huiusmodi facti resolutionem non per viam actionis fieri, sed per iudicis officium: quud eo vsque lacessunt, vt parte etiā inaudita, & in balneis interponi posse dicant. Cæterum huiusmodi balnearijs iudicibus seu interpretibus opponā tātū edictum de damno infecto, quod quanquā celeritatem desideret perniciosaq; visa sit prætori in illo edicto dilatio, ob idq; illius cognitionē magistratibus etiam municipalibus delegari posse ait in.l. prima. ff. de dam. infecto. nō tamen sic iudicis officium interponi voluit vt verecūde exequatur. l. dies cautionis. §. prætor ait. ff. de dāno infecto. ibi, verecunde autem prætorem denuntiari iubere. Secundò non in balneis sed sedente pro tribunali iudice, dicta.l. dies cautiōis. §. hoc autem iudiciū. ibi, postulare autē hic proprie dicitur pro tribunali petere & non alibi. Taceo. l. ius pluribus. vlti. responso. ff. de iusti. & iure. §. sedebunt. in authenti. de iudi. colla. vij. Alia etiā multa hic congeri possent, quæ cùm longe à nostro sint instituto cōsultò omittimus. Neque ex incompositione argui potest Ioan. Igneus, dum ad. l. si dolo. dixit in verbo, resolui non posse. vt si de facto aliquid factum est, non tantum resolutione opus sit, sed restitutionē necessariam esse, vt reponantur & restituantur omnia in eo statu quo antea erant, quàm de facto processum est:

74 † quoniam si quod nullum est rescindi non possit, dicta.l. nam & si sub conditione. §. post defectum. ff. de iniusto, rupto, irri. testa. si de facto vltra pcessum est, de facto restitui debet. l. si quis ad se fundū. C. ad legem Iuliam de vi publi. etiā militari manu. l. qui restituere. ff. de rei vendi. Et id circa iudicis officium versatur. l. officiū. ff. de rei vendi. Sed vbi contractus formam habet essentialem, tametsi in sua substātia peccantem, id in quo peccat resolui necesse est, vt inquit illa. l. si dolo. C. de rescinden. vendi. aut per actionem ex illo contractu aut doli actionem, sicut suprà dictū est. Et hoc nostra lex ostendit, quæ ex euētu dependere ait. Et repeti posset quod in. l. necessarios. §. non aliàs. suprà eo. in lectione & repeti. docuimus: vt licet aliquid ipso iure nullum sit, constare autē liquereq; debet prætori id nullum esse, superq; eo pronuntiare, per illum text. & l. primam. §. an bona. in. l. eius qui delatorē. ff. de iure fisci. Et forma executionis huius declarationis facile ex. l. non dubium. versic. cæteriq;.

75 C. de legib. colligi potest, ibi, hoc est, vt † ea quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, nō solùm inutilia, sed pro infectis habeātur. Et in versicu. sed si qd subsecutū fuerit, ex eo, vel ob id, quod interdicēte lege factū est, illud quoq; cassum atque inutile esse præcipimus. Et sic resolutionem tantū nō quærit, sed retractationē: vt in. l. eius q delatorem. §. j. & versi. plane. ff. de iure fisci. Plane, inquit ille tex. & si fortè de retractanda causa agatur, quæ semel iudicata est per delatoris corruptelam, mortuus corruptor nō efficiet quo minus agi possit, atq; retractari causa. hæc enim nō pœnæ, sed causæ restitutio est. Et Accurs. id sentire voluit in. d. l. non dubiū. in verbo, pro infectis. C. de legibus. qui nō dubitauit in hac nostra disputatione vnam solutionē per nos datam ad l. & eleganter. ff. de dolo. quā in repeti. d. l. contractus. ff. de reg. iur. exposuimus affirmare, quæ fuit etiam Ioā. Fab. in. §. actionū. Instit. de actio.

76 dum diximus, † nullam esse in effectu venditionē cui dolus causam dedit. Neq; sibi posse persuadere dicunt. l. & elegāter. illam solutionē admittere, eo quòd actus agentiū vltra eorū intentionem operari nō possunt. l. nō omnis. ff. de rebus credi. Cùm ergo eorū intentio in hoc cōtractu nullo propter dolū dantē causam cōtractui ob defectū cōsensus, vt dixi, nihil operetur, quia intētio in cōtractibus pro effectu habetur, sequitur ergo quod nec etiā actus aliquid operabit: & sicut intētio, quæ est effectus, est nulla, ita etiā verba illius vēditiōis, quæ sunt actus, nulla erūt: & sic cōtractus in actu & in effectu erit nullus. Videamus quàm insolenter arguunt, intētio est effectus, verba sunt actus. Is enim, qui contrahit bona fide ignorās furtum sibi factū esse, vel venditorem mendacē non esse, seu emptorem, cuius potest esse intētionis, nisi vt cōtrahat. verba em plana sunt, & prout plana sunt, si secūdùm bonā fidem agendū est, verba sequenda sunt, neque à verbis contractus liceret discedere: vt Iurisconsultus inqt in. l. bona fides. ff. depositi. cuius verba transcribere non pudebit in versi. incurrit. & exemplum eius positū in versic. latro. In primis ait in versi. incurrit hic & alia inspectio, an bonā fidē inter eos tantū, inter quos cōtractū est, nullo extrinsecus assumpto, æstimare debemus, an respectu etiā aliarū personarū ad quas id, quod

77 geritur, pertinet. Exempli loco, † latro spolia, quæ mihi abstulit, deposuit apud Seiū insciū de malitia deponētis: vtrū latroni an mihi restituere Seius debeat. Si per se dātem accipientēq; intueamur hoc est bona fides, vt cōmissam rem recipiat is qui dedit. Si totius rei æquitatē, quæ ex omnibus personis quæ negotio gesto cōtingunt, impletur, mihi reddenda sunt quæ facto sceleratissimo adēpta sunt. Et huius restitutionis, quæ ex æquitate legis dño fit, iste est effectus, nō autem intentio. Primò hoc dico, vt discat inter intentionē & verba & effectū intētionis differentiā esse. nā & lex actionē primā ex contractu procedentem, vbi quis dolo deceptus fuit, restituit, vultq; vbi cōtra agētis intentionē cōtractus factus est, vt prima actione agi possit, nō autem actiōe de dolo. d. l. tres fratres. ff. de pact. & si de pacto opponaē, doli replicatio cōceditur. l. cùm à te. ff. de dolo. Imo quāti pluris & quanti minō

ris ex empto actiões lex inuenit, vt similibus do
lis & fraudibus occurrat̃, vt conuẽtionis effectũ
tollat in.d.l.Iulianus.§.si vẽditor.&.§.per cõtra
riũ.ff.de actio.emp.d.l.si dolo.C.de rescin. ven
di.& id etiã velle videtur.d.l.& elegãter.vt cla-
78 rius inferius declarabo. † effectus autẽ intẽtiõis
est actio à lege ꝓducta, aut ex ẽpto, aut de dolo.
l.si legatarius.l.si affirmauerit. & plerisq; aliis le
gibus.ff.de dolo.l.si maior.C. de dolo. Repeto
succincte aliud exẽplũ, quod suprà positũ est de
vẽditore & emptore, q bona fide de re aliena cõ
traxerũt, vt puta de hærede, qui rem in hæredita
re inuentã existimãs hæreditariã esse, vẽdidit bo
næ fidei emptori, qui vẽditorẽ bonæ & honestæ
cõuersationis cognouerat, de cuius fide dubita-
re non potuit, vt inquit lex, si à bonæ fidei.ff. de
rei vẽdi.l.si res pupillaris.ff.de administra. tuto.
perfecta venditione comperitur rem alienã fuis-
79 se, resoluetur venditio, † & nihilominus re eui-
cta venditor qui bona fide cõtraxit, de euictio-
ne tenebitur: & sic cõtractus in se nullius erit ef-
fectus, etiam contra agentium intentionẽ. inten-
tio enim contrahentiũ bona fide erat vt emptor
statim perfecto contractu rei dominiũ conseque
retur. Vnde effectus & ab intentione & ab actu
differt, & nihilominus, vt ostẽdamus, quomodo
pugnantia inter se producunt, attendatur quod
in primis dixerunt respondentes ad.l.si dolo.C.
de rescin.vendi. quoniã in ea tex.vtitur hoc ver-
bo, venditionem.sicut & in.l. & elegãter. Iuris-
consultus vsus est.& tamen in.l.si dolo.propter
hoc verbum, venditionem. dicunt tantæ virtutis
esse hoc verbum, vt intelligi debeat quia ad actũ
seu rei traditionem, etiam pretij solutionẽ de fa-
cto processum sit.tametsi ille text.nullum verbũ
de rei traditione & pretij solutiõe faciat, sed tan-
tum dicat, si dolo aduersarij deceptũ venditionẽ
prædij te fecisse, præses ꝓuinciæ aditus animad-
uerterit sciens contrariũ esse dolum bonæ fidei,
quæ maxime in huiusmodi contractibus exigit̃,
rescindi venditionẽ iubebit. Cùm imperator di-
xit, vẽditionem prædij te fecisse præses animad-
uerterit.nõ dixit, & rei traditionem, & pretij so-
lutionem factam esse animaduerterit. Et vt ex-
pressius demonstraret conuẽtionem seu initium
seu actum ipsum conuentionis, & sic ipsum con-
80 tractũ tantum dixit, † sciens contrariũ esse dolũ
bonæ fidei, quæ maxime in huiusmodi cõtracti-
bus exigitur. & sic vult vna & eadem intentione
emptorẽ & venditorẽ esse debere, scilicet bonæ
fidei. Et sic imperator in ratione decidendi non
considerauit an res vendita tradita erat, aut rei
pretium solutum, vt ob id rescindi deberet, sed
tantum dixit, præses animaduerterit venditionẽ
dolo factã, sciens cõtrariũ esse dolũ bonæ fidei,
quæ maxime in huiusmodi cõtractibus exigitur,
rescindi vẽditionẽ iubemus. Et sic sola decidẽdi
ratio est, vt huiusmodi vẽditio dolo facta rescin-
dat̃: qa dolo aduersarij facta erat. Ostendũt hoc
etiã verba eiusdem, legis quæ sunt, quod si iure

ꝑfecta vẽditio est à maiore vigintiquinq; annis,
intelligere debes, inquit ille text. cõsensu mutuo
perfectã vẽditionẽ resolui nõ posse. Et sic dolus
impedit cõsensum, & propter defectũ cõsensus
ex dolo alterius cõtrahentiũ prouenientẽ cõtra-
ctus rescinditur: quia substãtia eius deficit, eo q
venditionis cõtractus solo contrahentiũ mutuo
cõsensu perficitur.l.cõsensu.ff.de actio.& obli.
§.vnico.Instit.de oblig.ex cõsensu. Intellige igi
tur de ea prima perfectione, cuius suprà mentio
nem fecimus. Et si secus erit, cõsidera quis erit il
lius diuersitatis & cõtrarietatis effectus, rescindi
vẽditionẽ iubebit. Si rescindi debeat cõtractus:
igitur agentiũ actus vltra eorũ intentionẽ opera
bitur.sed quis erit, hæc lex docet. ex euẽtu appa-
81 rebit: † quoniã si is qui deceptus est, agere velit,
& cõtendere, & reclamare, nullus ille actus de-
clarabitur, sicuti Iureconsultus ait in.l.filio. vbi
etiã hoc Accursius notat.ff.de iniusto, rup.& ir-
ri.testa.in.l.scimus.§.repletionẽ.C.de inoffi.te-
sta.& suprà dixi.amplius non repeto. Si autẽ nõ
reclamauerit, tacito cõsensu cõfirmabitur per tẽ
poris lapsum.c. ad id quod.extra de spõsa.l.no-
uissime.ff.quod fal.tuto.autho.hoc etiã glos.no
tat in.d.l.filio.& illi addo text.in.l.ij.ff. de lege
cõmisso.ibi, ita accipitur inemptus fundus esse,
si vẽditor eum inemptũ esse velit. At in.l.& ele-
ganter.verbum, venditionẽ.nõ ita extense acci-
piunt, vt intelligatur quatenus de facto proces-
sum est, sed pro ipsa vẽditionis cõuentione tan-
tum: & tamen verba conuẽtionis pro actu vendi
tionis ponũt, quẽ nullum esse dicũt: si nullus es-
set, nullam actionẽ produceret. & tamen in exẽ-
plis suprà relatis, etiã contra agentiũ intẽtionem
de euictione actio ꝓducitur, licet ambo contra-
hentes bona fide & intentione cõtraxerint. Ope
rabitur ergo ille actus cõtra eorum intentionẽ:
quia vterq; recte & bona fide & intentione con
82 traxerat. † Et sic aliud est actus, aliud verba, &
intẽtio, & effectus. Et quod Accurs.in hac quæ-
stione Pet.solutionẽ quã Ioã.Fab.secutus est &
alij recẽtiores post eũ, & Io. Ign.nõ dedignatus
est in verba eorũ iurare & recẽsere verba Accur
sij in.d.l.nõ dubiũ.in verbo, ꝓ infectis.C.de le-
gi.dicit illic Accur. Itẽ opponit̃ de his q̃ inutilia
sunt ꝑ exceptionẽ, vt in Macedoniano & Vel-
leiano, & dolo, & metu.rñde, ꝑinde est ac si ipso
iure sint inutilia quo ad effectũ, vt.ff.de reg.iur.
l.nihil interest.inqt ille tex. Nihil interest ipso iu
re qs actionẽ nõ habeat, an ꝑ actionẽ infirmet̃.
& sic agẽtiũ actus vltra intẽtionẽ operant̃: qm̃,
vt suprà dictũ est, dũ emptor & vẽditor bona fi-
de cõtraxerũt, vt in exẽplo suprà posito, intende
bãt cõtractũ suũ omnino sortiri effectũ, sed ꝑ eui-
ctionẽ cõtra eorũ intẽtionẽ alius secutus est effe
ctus & euẽtus: qm̃ ꝓpter euictionẽ ad interesse
tantum actũ est, & tamen in illo cõtractu nullus
dolus inuẽtus est. ecce quomodo actus, verba &
effectus inter se differunt. Dicebant illi per offi-
cium iudicis in balneis concessum rescindetur.
satis

satis ad id suprà responsum est post Accurs. Barto. Bal. & asseclas in. l. in cōtractibus. C. quibus
83 ex causis maio. † illud officium deseruit actioni intentatæ seu intentandæ. & sic non in balneis: quoniam in balneis nullæ actiones fiunt præter naturales, & sæpius impudicæ: vt de Tito imperatore diximus in repeti. §. non aliàs. in. l. necessarios. suprà eo. post Plutarch. in libro suo, quē de tuenda bona valetudine scripsit. Et dum studuerunt respondere. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. iuncta glossæ interpretatiōe, veluti quæstio illis data esset, modò vnum, modò aliud respondent. Primò dum tex. ait, Igitur nuda pactio obligationem non parit. & Accursius intelligit efficacem. Addunt illi, quoniam nec inefficax oritur. sed ad id dantur instantiæ: & sic non
84 vrget eorū diuisio. † In primis promissio de donando nudo pacto facta actionem producit. l. si quis argentum. §. fin. C. de dona. l. legitima. ff. de pact. & alijs casibus expressis per Accursium in glos. §. Instit. quib. mod. re contrahi. oblig. Obstat etiam. l. prima. in princ. ff. de constit. pec. Et addunt in illa esse verbum, nullam. quod potens est obligationem naturalem & ciuilem comprehendere: quemadmodum in repeti. illius. §. post Petrum diximus. Certe in illo tex. verbum, nullam. non adaptatur obligationi, sed causæ, dum ait, sed cùm nulla subest causa propter cōuentionem, hic constat non posse cōstitui obligationē. tex. expresse non declarat de ciuili vel naturali. Et hac ratione glos. dixit super verbo, obligationem. id est efficacem. glos. ex illo text. ducta est,
85 cùm in fine dicat, Igitur † nuda pactio obligationem nō parit, sed parit exceptionem: & id ad similitudinem obligationis naturalis, quæ potēs est exceptionem, non autem actionē producere. l. si non sortem. §. libertus. ff. de cōdictione indebiti. glos. notat plenius in princ. de obliga. Insti. in glos. §. & in verbo, necessitate. Graue est, inquit. l. prima. ff. de constitu. pecu. fidem fallere. Quare ex illa promissione subintrat quædā naturalis iustitia seu obligatio, vt Canonistæ volunt in. c. §. extra de pact. Et ideo refugiūt ad secundam solutionē: vt licet Accursius dicat obligationem producere non efficacem, non excludit actum. ille tex. probat contrarium: quoniam ex illo actu exceptio producitur: et sic actus ipse non est omnino nullus: quoniam indebite soluti repetitionem impedit, dicto. §. libertus. ad glos.
86 in. l. nostrā. C. de testamen. dum ille tex. ait † testamentum non valere, quod à testatore incisum est, tametsi solēniter factum fuerit. intelligit Accursius nō valere efficaciter. Dicūt illi vt in præcedente: quia neque in effectu neq; in actu valet testamentū. Sed male lecta & peius intellecta ab eis est illa glos. dum ait non valere efficaciter: vt ff. de testamen. l. ad testium. §. sed si signa turbata. Nam si agant hæredes, obstat exceptio: vt. ff. de bono. posses. secundùm tabul. l. penulti. & l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de testamen. l. hæredes. & illic glos. addo Iureconsulti declarationem in. l. prima. in princip. ff. de his quæ in testa. delen. Quid enim si hæres in testamēto scriptus dicat inconsulte testatorem deleuisse, voluntatē tamen non mutasse. & in. l. cancellauerat. & in. l. fina. eo. titu. in his verbis, & hoc approbauerunt hi qui ab intestato desiderāt. Ecce quomodo nō semp cācellatio testamēti annullationē inducit.

Ad glos. in. l. vniuersa. C. de preci. impe. offe. dicunt glos. sub conditione loqui, si debitor nō
87 satisdederit. glos. hoc non dicit, † imò vult oppositum, valere rescriptum concessum etiam nulla satisdatione à debitore præstita super solutione debiti facienda, sed vti non poterit, nisi det fideiussorem. Et hac ratione dixerat in verbo, valeant. id est, effectum sortientur. Et recte dicit. Concessio enim valet: sed tunc incipiet effectum sortiri, dum cautionem dederit. Et postremo ad subsidium refugiunt, quod asinorum esse dicūt, scilicet speciale fauore liberatiōis. Hæc ratio nō est vera: quia potestas principis est quæ facit valere. Alioqui non esset æquum, creditorem, qui suum quærit, petitione sui debiti priuari, nisi suprema principis potestas interueniret, vt inquit l. quoties. C. eo. de precib. impera. offe. Demum ad illam legem dicunt, verbum, valeant. esse futuri temporis, immemores eorum quæ prius dixerunt: quia dixerunt, in effectu & in actu nullū esse rescriptū. Secundò dicunt ideo valere, quia verbum, valeāt. sit futuri temporis. Sed illis obstat tex. dum ait, non aliter valeat, nisi fideiussio idonea super solutione debiti præbeatur: quia si ctio illa facit præsupponere retro nō valuisse huiusmodi rescriptum, si satisdationē nō dederint, data cautione retro valuit: vt suprà dixi. l. §. & §. ff. de in diem adiectio. l. hæres quoque. ff. de acqui. hære. quia nō facit conditionē, per illos tex.

Sed in. l. iurisgētium. §. sed cùm nulla. ff. de pa
88 ctis. & in. d. l. nostram. C. de testamen. Legislatores verbo præsentis temporis vsi sunt: † neque ex eo quod si cautio ab impetrāte dilationē præstari non potest, retrotrahatur. non ergo nullum est: sed, vt iste text. ait, in pendenti est. Igitur aliquis effectus manet: quoniam si cautionē præstiterit, retro valuisse certum est. sin minus, effectu carebit: non quod rescriptum nullum fuerit, sed quia qualitatibus illi accidentibus nō paruerit: ob id tamen conditionale non erit, licet in cōtingens aliquid resolui possit: vt in dicta. l. secunda. ff. de in diem adiect. ibi, Nam si quidem hoc actum est, vt meliore allata conditione ab emptione discedatur, erit pura emptio, quæ sub cōditione resoluitur. Sinautem hoc actum est vt perficiatur emptio, nisi melior conditio afferatur, erit emptio conditionalis. sed in casu dictæ l. vniuersa. C. de precibus imperatori offerend.
89 † rescriptum non est conditionale, sed pure & simpliciter factū: sed circa vsum eius resoluitur,

I 3

id est effectum sortietur, si cautio idonea præsta tur. Et sic euentus non in concessione est, sed in eius executione. & in. l. prima. ff. de lege cōmis so. ibi, magis est vt sub conditione resolui em ptio, quàm sub conditione contrahi videatur. & l. si fundus. in principio. eodem titulo. sic est in dicta. l. vniuersa. Laborāt vlterius plurimum vt confirment aliquibus triuialibus iuris regulis, quarum suprà meminimus, & abundantius in le ctione & repetitione. §. non aliàs. in. l. necessa rios. suprà eodem. quibus omnibus satis suprà factum est, post Iacobum de bello visu & Barto lum in. §. & hoc quidem. in authentica, de hære di. & falcid. collatione prima. dum legem, & ele ganter. ita interpretātur, vt suprà retulimus, dif

90 ferre † aliquid esse nullum ipso iure, vel an ve niat annullandum iudicis ministerio, & parte ita postulante, & requirente, & non aliàs: quoniam probato dolo contractus retro nullus declarabi tur. interim in pendenti est: vt iste textus inquit, & clementina prima. vt lite pendente. & rectè. quare frustra quod dictum est repeteremus. Ma gis enim trāscribere quàm annotare esset, vt in quit. §. & nos non latuit. in authenti. quibus mo dis naturales efficiun. legitimi. collatione sexta. Nam etiam alternatiuè aut ex empto, aut de do lo actiones concedit, vel potestatem dicendi nul lum esse contractum: vt clare in repetitio. l. con tractus. ff. de regulis iuris. & in repetitio. authen ticæ, ex causa. C. de liberis præte. declarauimus, & sæpe cum actione ex empto aut furti condi ctionem vel alterius criminis vel doli actionem præbet, vt paulò ante docuimus. l. si quis affir mauerit. §. fina. ff. de dolo. & aliis legibus antea relatis. Non prætermitto vnum, quo vt intel lexi, neoterici animose multum insurgere nō du

91 bitauerunt, † bonam fidem esse de spectantibus ad formam contractus emptionis. & vēditionis. sed quia hoc verum non est, vt ex. l. prima. ff. de contrahenda emptione. & Institu. de emptio. & venditio. in principio. & §. sequen. indubitatum vtique est bonam fidem de substantia esse con tractus, dicta. l. si dolo. C. de rescinden. vēditio ne. & l. secunda. C. de contrahenda emptione. et tamen dicta sunt duo exempla, in quibus clare demonstratum est, contractum neque in forma, neque in substantia, neque in essentia respectu intentionis contrahentium peccare. Quibus ad do aliud simile exemplum in eo qui publicè & bona fide rem emit alienam, quam haud multò post alteri bonæ fidei emptori vendidit statuto & soluto legitimo pretio & re pariter tradita: quantum ad eos contractus neque in forma ne que in essentia, neque substantia peccat, vt in. l. siue autem. §. primo. ff. de publi. in rem actione. Tamen adueniente domino, cuius res sunt, vel à quo furto subtractæ sunt, etiam bona fide vendi tæ, illas repetit. l. ciuilem. C. de furtis. & tamen cōtractus nō adeo perfectus est, quin aduenięte vero domino resoluatur, & resolutione facta em ptor regressum de euictione aduersus venditorē habeat. l. super empti. in fine. C. de euictio. & sic actio contra primam agentium voluntatē & in tētionem de euictione producitur. Existimabat enim vterque rectè contraxisse, venditionemq; omnino perfectā esse. & sic actus agentiū cōtra eorum voluntatem operātur. Hic recenseri mul ta possent, quæ per Barto. Alexā. & modernio res scribuntur in dicta. l. non omnis. ff. de rebus creditis. distinguētes inter voluntatem primam & secundam. l. si absentis. vbi Bal. hoc notat. C. si certum petatur.

Restat nunc vt videamus quid de. l. & elegan ter. ff. de dolo. sentiēdum est, toties ab omnibus iuris interpretibus cribrata, pariter & ab his qui alienis epulis satiantur, nulla aliter legum facta

92 discussione. Et cùm dixerimus † tunc contractū nullum cēsendum esse, cùm pars, cuius interest, nullū declarare postulauerit: in cuius declaratio ne causæ cognitionem diximus esse necessariā, neque iudicis officiū et decretum sufficere quod in balneis factum erit, sed quod parte audita re ctéq; re discussa interpositū erit. Clarius quàm hactenus factum esse comperio explicare cura bo, eodemq; contextu verba edicti prætoris de dolo quæ non permittunt de dolo actionem cō cedi vbi alia actio à. l. concessa est declaremus.

In primis illius edicti verba posita in. l. prima. ff. de dolo. præmittenda esse puto. hæc sunt, Quæ dolo malo facta esse dicentur, si de his re bus alia actio non erit, & iusta causa esse vide

93 bitur, iudicium dabo. Ecce † quomodo prætor non vult de dolo actionem dari, siue ex contra ctu, vel ex maleficio, vel quasi, vbi alia actio ad rei suæ consecutionem concessa inuenitur, non facta inter contractus differentia, an bonæ fidei, an verò stricti iuris sint, & ex empto, vel ex sti pulatu. l. prima. §. non fuit. versiculo, idem Pom ponius. ff. de dolo. Et ratio posita in versiculo, ait prætor. eadem. l. est, quoniam actio de dolo famosa est. l. non debet. ff. eodem titulo. Et hac ratione prætor noluit eam concedi posse, nisi cum causæ cognitione. l. prima. in principio. ibi, & iusta causa esse videbitur. & l. si oleum. §. fina li. & l. hæredibus. §. primo. ff. de dolo. Non er go iudicis officium in balneis cōcedi potest, sed cum causæ cognitione dari debet.

Secundò in. l. & eleganter. in princip. eo. titu. verba edicti prætoris in ea parte, si alia actio nō erit. declarantur, id est, quasi res alio modo ei ad

94 quē ea res pertinet, salua esse nō poterit. † Vbi igitur res aliter salua esse poterit quàm per doli actionē, doli actio nō dabit. Et Vlpianus illius legis author cōprobat vno exēplo Iuliani Iure cōsulti, Minor vigintiquinq; annis serui cōsilio circūuentus illū cū peculio vendidit, vt vēditus ab emp

ab emptore manumitteretur : emptor seruũ manumisit. quo iuris remedio cõsultũ esse poterit? dicebat Iulianus in manumissum de dolo actionem dandam esse. Sed quæ est ratio? ait Vlpianus, quoniam aduersus emptorem nõ potest ex empto actio dari, quia dolo caret. Secundò aduersus seruum manumissum nullum restitutionis in integrum beneficium competere potest,
95 quia liber factus est: † quoniã aduersus libertarem nulla in integrum restitutio concedi potest. Tertiò, si pœnali iudicio vel populari actione, aut alia etiam criminali actione minori aduersus seruum succurri potest, doli actio competere nõ potest. Quo igitur medio succurrendum erit minori dolo serui circunuento? Vlpianus respondet, in subsidium ad doli actionem perueniendũ esse, vt nullus contractus declaretur cui dolus causam dedit, quando nulla actione domino dolo decepto res sua salua esse nõ potest. Hæc verba edicti suprà relata demonstrant dum dicitur, si de his rebus alia actio non erit, & iusta causa esse videbitur, iudiciũ dabo. Prius ergo quàm doli actio concedi possit cuicunque contractui dolus causam dederit, hæc duo necessaria sunt secundum edicti verba. Primum quod prætori constet iustam causam subesse doli actionem cõcedere. Secundum vt prætori seu iudici certum sit, nullam viam seu actionem circunuento patere, aut ex contractu vel quasi, siue bonæ fidei, siue stricti iuris sit, siue ex maleficio vel quasi, aut alia actione : quod non sine causæ cognitione fieri potest, vt in verbis edicti suprà relatis continetur, dum ait, Et iusta causa esse videbitur. l. prima. in principio. &. §. ait prætor. ff. de
96 dolo. † & sic doli actio tantum subsidiaria est vbi nulla actio ad rei repetitionem seu consecutionem competere potest: quia actio famosa est, vt prædiximus. Et tamen exemplum Iuliani fortius verbis edicti concludebat : quia cum dolo dante causam contractui concurrebat minoris beneficium. Neque hoc respectu differentia est an contractus bonæ fidei sit, an verò stricti iuris, dicta. l. & eleganter. §. non solum. ff. de dolo. ibi, & affert talem speciem, id est tale exemplum seu talem causam, qui mihi seruum debebat, vel ex venditione, vel ex stipulatu venundedit ei. Et haud multo post sequitur, ait Labeo, siue cauerit de dolo, siue non, dandam in eum de dolo actionem. & in versicu. sequen. dicitur, Sed est verius; siquidem de dolo malo cautum est, cessare actionem de dolo: quoniam ex stipulatu est actio. si non est cautum, in ex empto quidem actione, cessat de dolo actio: quoniam est ex empto. in ex sti
97 pulatu autem, de dolo actio necessaria est. † In eo solo differt, quando specialiter de dolo cautum non est in contractu stricti iuris. Vbi autem cautum de dolo erit, non differt actio ex stipulatu ab actiõe ex empto. Et in hoc ab Vlpiano Labeonis opinio reprehensa est, qui verba illius edicti sic intelligebat, vt de dolo actio competeret, vbi dubium erat an de dolo actio, an verò alia actio competeret: siue is, qui contraxerit, stipulando de dolo sibi cauisset, siue non cauisset. Vtroque enim casu dicebat de dolo actionem competere. Et ratio, quæ Labeonem mouebat in contractibus stricti iuris erat, quia dubiũ erat an non obstante illa doli actione, ex stipulatu actio competere deberet propter dolum, & non doli actio: & hac ratione propter dolum dixit de dolo actionem competere. Sed si stipulando specialiter cautum est dolũ abesse, ob id doli actionem non posse competere, sed ex stipulatu actio
98 nem. † Sed si in contractu stipulationis dolum abesse cautum non est, in hoc dicebat contractus bonæ fidei à contractibus stricti iuris differre, quoniam in contractibus bonæ fidei agitur actione ex empto, seu ex illo contractu qui inter partes conuentus erit, & non actione doli : quia satis est rem saluam fieri secundum verba edicti. Et si forte de pacto opponatur, de dolo replicabitur: vt in. l. cùm à te. ff. de dolo. aut ratione doli dãtis causam cõtractui de nullitate excipietur, dicta. l. & eleganter. in princ. ibi, aut nullam esse venditionem, si in hoc ipso vt venderet circunscriptus est, quemadmodum in nullitate testamenti suprà diximus per. l. filio. in verbo, auocauit. & Accursij doctrinam in verbo, tuebitur. ff. de iniusto, rupto & irrito testamen. & doctrinam Barto. in. l. si is qui in potestate. ff. de legatis præstandis. Plura diximus in repetitione authenti. ex causa. C. de lib. præteritis. & in repeti.
99 l. contractus. ff. de regulis iuris. † In contractibus verò stricti iuris doli actio necessaria est. Et ratio esse potest, quia in contractibus stricti iuris non venit nisi quod in eis specialiter stipulando promissum est. l. quicquid astringendæ. ff. de verborum obligationibus. Sed si in stipulatione specialiter de dolo cautum non est, non potest ex stipulatu venire, cuius de ea re nihil conuentum est: vt in lege, stipulatio ista. §. si quis dolum. versiculo, si verò de plurium. ff. de verborum obligationibus. Et ideo de dolo actio necessaria est, dicta lege, & eleganter. §. non solum. in fine. ff. de dolo. sed non sic est in contractibus bonæ fidei, in quibus omnis dolus abesse debet, & bona fides abundare. l. in contractibus. C. quibus ex causis maiores. l. si quis dolo. C. de rescindenda venditione. §. actionum. Institutio. de actionibus. Vbi ergo bona fides non interuenerit, contractus perfectus dici non potest: vt suprà diximus, declarando dictam legem, si quis dolo. l. bona fides. ff. depositi. legem, bonam fidem. C. de actionibus & obligationibus. Et ideo actio ex empto datur, dicta lege, & eleganter. in versic. hoc enim. ff. de dolo. dum text. verba edicti interpretatur, videlicet carere dolo emptorẽ, sic accipimus, inquit, vt ex empto teneri nõ possit: quia probato dolo

per actionem ex empto rem suam repetet venditor. Et si de pacto opponatur, de dolo replica-
100 bitur, dicta. l. cùm à te. ff. de dolo. † Et si in hoc circunscriptus est venditor vt venderet, de nullitate excipiet. Et vbi illa via rem suam consequi non poterit, tunc actionem de dolo, quæ famosa est. l. prima. §. ait prætor. & l. non debet. ff. de dolo. à prætore impetrabit, vt rem suam faciliore successu consequi possit. l. prima. in princi. ibi, si de his rebus alia actio non erit, & iusta causa esse videbitur, iudicium dabo. ff. de dolo. & sic de dolo actio, cùm famosa sit, nõ nisi cum causæ cognitione concedi à prætore seu iudice debet, dicta l. j. §. ait prætor. & §§. sequentib. l. si oleum. §. finali. l. hæredibus. §. idem in causæ cognitione. l. arbitrio. §. de eo. l. seruus. §. si persuaseris. & plerisque alijs legibus illius tituli. ff. de dolo. Et ratio quare per actionem ex empto aut alio contractu bonæ fidei agi debeat, quia sufficit rem domino saluam esse, siue quod in ipso contractu de dolo cautum siue non cautum fuerit, vt suprà dictum est. vel si contractus est stricti iuris, qualis est stipulatio, si stipulatum fuerit dolum abesse, per actionem ex stipulatu, quod dolo in ea factum est, consequitur, dicta. l. & eleganter. §. nõ
101 solum. ff. de dolo. † Et actio doli, nisi in subsidium à prætore concedi non debet, vt suprà diximus. Ex his confirmatur solutio per me data ad §. aliquando. Institu. de perpetu. & tempo. actio. quam Barto. post Accursium pro se contra Petrum induxerat, dum in illo textu probatum esse dicebat, aduersus hæredem non competere de dolo actionem, vbi dolus causam dedit contractui, sed vbi dolus purgatur per actionem ex eo contractu datur actio aduersus hæredes. l. si hominem. §. datur. ff. mandati. l. ex contractibus. ff. de actio. & obligatio. Addunt neoterici. l. ex depositi. ff. eodem. l. si oleum. §. penul. ff. de dolo. l. & quia. ff. de tribu. l. secundam. §. fina. ff. de capi. diminu. quas ab Accursio mutuati sunt in dicta l. in contractibus. licet Accursium taceant furibus pares. l. secũda. §. tanta. C. de veteri iure enuclean. & cibis alienis ventrem suum replentes. Tametsi dicant neoterici Ioan. Igneum somniasse in solutione illius indissolubilis seu inconuincibilis argumenti, vt eorum verbo vtar, dum ad illum. §. respõdebam, dolum non dedisse causam contractui depositi in illo textu, sed incidisse in depositum: quoniam depositarius circa rem depositam postquam depositum factum fuerat dolose versatus erat. Et verba illius. §. considerabam, dum in eo dicitur, veluti cùm testator dolose in deposito versatus est, & ad hæredem eius nihil ex eo dolo peruenit. Et mouebar in repeti. dictæ. l. contractus. ff. de regulis iuris. authoritate Accursij in dicto. §. aliquando. in verbo, actio.
102 dum illic Accursius ait † depositarium pro dolo commisso circa depositum teneri de dolo in duplum, si dolus causam dedit contractui: etiam aduersus hæredem datur in simplum. l. prima. §. primo. ff. depositi. & ratio ex Accursio colligitur. quia, inquit, nullus esset contractus. sed si dolus incidens sit in contractum, vel superueniens, vt in. l. ex contractibus. ff. de actio. & obligatio. aduersus hæredem depositarij datur in simplum, dicta. l. ex cõtractibus. & quatenus ad hæredem peruenit, dicto. §. aliquando. Ex dictis Accursij probatur in. l. ex contractibus. quæ conuenit dicto. §. aliquando. dolum non dedisse causam contractui, sed incidentem solum fuisse seu superuenientem. Et hoc probat ratio illius. §. aliquando. suprà relata, quæ non vult etiam in simplum illa actione teneri, sed solum quantum ex re deposita ad hæredem peruenit, dum ille textus ait, Et ad hæredem eius nihil ex eo dolo peruenit. Et expressius dicta. l. si hominem. §. datur. ff. depositi. cuius rationem neoterici non intellexerunt, vt mox ostendemus, dum ille text. ait, quãquam
103 † enim aliàs ex dolo defuncti non solemus teneri, nisi pro ea parte quæ ad nos peruenit. Et attendat quæso quisque idoneus lector, quid in eodẽ §. Iureconsultus dicat: tamen hic dolus ex contractu & rei persecutione descendit. Ideoq; in solidum vnus hæres tenetur: pluresverò pro ea parte qua quisque hæres est. Et sic non tam ratione doli interuenientis, seu etiam commissi in deposito seu circa depositum hæres tenetur ex dolo defuncti, quàm qua actio depositi rei est persecutoria. & ideo ex contractu propter dolum in deposito commissum actio datur, per illum textum non autem de dolo. Et sic vident non lipposi aut tonsores, sed oculati quique per illam. l. si hominem. §. datur. ff. depositi. quam intelligunt in dolo dante causam contractui, actionem ex eo contractu, non autem de dolo aduersus hæredẽ concedi. Et ratio, quia est rei persecutoria. Et sic dolus, qui causam dedit contractui depositi, & alijs contractibus bonæ fidei per actionem ex eo contractu purgatur: quia rei sunt persecutorij propter bonam fidem, quæ in eis exuberat. l. bona fides. ff. depositi. l. bonam fidem. C. de action. & obligatio. quas suprà deduximus. Et per illam. l. si hominem. §. datur. declarata est. l. ex depositi. l. ex contractibus. ff. de actio. & obliga. quas mutuas ab Accursio acceperant, vt in eius glossis videri legitq; potest in dicto. §. datur. in dicta. l. ex contractibus. Sed absit tantus error à me, vt illos lipposos aut tonsores appellem, dum allegant. l. quia non de dolo. ff. de tributo. actio. qui eam vt furtum suum tegerent cùm Accursius. l. illud. §. fina. citauerit, & l. quia non de dolo. quæ sequitur, illa est quæ rationem speciei legis, illud. §. fina. tradit. & illam. l. illud. §. fina. cum. l. quia non de dolo. Accursius pro fallentia (vt suis verbis vtar) citat in dicto. §. datur. quam pro concordãte ad dictum. §. datur. adiunxerunt. qui si rectè intellexissent. l. quia non de dolo. ignorantes veritatem dixissent, prout re vera conuenit illi. §. datur.

tur. Et Accursium fefellit illa lex, vt videre licet.
104 Nam in.l. illud.§.finali.Iureconsultus ait, † hæc actio,scilicet tributoria, & perpetuo & in hæredem datur de eo duntaxat quod ad eum peruenit. Sed quæ est ratio, Iulianus in.l. quia non de dolo. eam aperit. Quia,inquit,non de dolo est, sed rei persequutionem continet. & in fine eiusdem legis dicitur,quãuis non aliter quàm de dolo interueniente competat. Et sic non ex dolo, sed propter dolum actio tributoria in hæredem perpetuo datur:quia de dolo non est,sed rei persecutionem,continet. Quæ ratio cõuenit illi positæ in dicta.l.si hominẽ. §.datur.ff.deposi. dum ille text. ait, tamen hic dolus ex contractu reiq́ persecutione descendit: & ob id non dolo, sed ex contractu agitur aduersus hæredem insolidũ. Non dissimilis ratio posita est in.l. hæc actio.ff. si mens. fal. mod. dixerit. per quam apparet.l.si duobus. §.fina.ff. illo titulo. non fallere quenq́ præter Accursium, & qui eum sequuntur: quoniam ad illam.l. hæc actio.non aduerterunt dum ait, hæc actio perpetua est, quia initium rei non à circumscriptione, sed à suscepto negotio originem accepit. Similiter.l. quæsitum.§.finali. ff. de precar. quæ leges solum hæredẽ ex defuncti dolo condemnant quanti ad eum peruenit. In hoc conformatur cum.§.aliquando. Institu. de perpetu.& tempo.actio.vt paulo antè docuimus.&.l. si eum.§.qui iniuriarum. ff. si quis cautioni. quæ idem vult cum prioribus: quia tales stipulationes propter rem ipsam darentur. Nec verum est l.fin.ff.de edendo.anomalam esse,quæ bene normata est,cùm illa ad interesse datur, quæ aduersus hæredem non datur ex facto defuncti, bene autem ad ipsam rem,id est rei exhibitionem,si in facultate hæredis aut dolo suo factum est, quo minus exhiberetur. Hoc est quod illa lex dicere vult dum ait,neque in hæredem,nisi ex suo facto dabitur. Quare illæ leges ab Accursio in dicta.l. si hominem.§. datur. ff. depositi.signari non meruerunt,neque in dicta.l.ex depositi.&.l.ex contractibus.ff. de actio.& obliga. Lipposis circa illas leges tondente aut tonsore opus fuit,vt oculatius illas videant,legant & intelligant. Allegabant item male oculati neoterici.l.si oleum. §.penult.ff.de dolo.pariter.l.videamus.eod.titu.sed in illa. l.si oleum.non tantum oleum amiserunt, sed omne lumẽ:quia in ea de hæredibus verbum nullum fit, quare oleum & operam amiserunt, neque tantum in toto titulo de dolo. ff. videre potui,vt legem inuenirem, cuius caput esset,videamus. quare videre eam non possumus: comperimus autem.l.in hæredem.ff.de dolo,quæ nostram declarationem,sicuti opinor,plurimum iu
105 uat dum ait, † In hæredem eatenus daturum se actionem,procõsul pollicetur,quatenus ad eum peruenerit:id est,inquit,quatenus ex ea re locupletior ad eum hæreditas peruenerit. & in.l.seq. Paulus Iureconsultus addit, dolo've malo eius factum esse quo minus peruenerit. Existimo illam.l. quod scripsimus rectè comprobare, licet glos. illic dicat,cùm extra cõtractum dolus committitur, verum esse per illum tex. aliàs si in contractu,daretur in hæredem,etiam si nihil ad eum peruenerit,dicta.l.ex contractibus.&.l.ex depositi.ff.de actioni.& obliga. Licet satis suprà illas declarauimus: tamen vt illi glos. satisfaciam, in primis dico in illa.l.in hæredem. nõ probari,an in contractu vel extra contractum dolus interuenerit. Et si illa lex ad proximam præcedentẽ trahenda est,iuxta.l.ij. ff. de statu homin.in.l.præcedente,quæ incipit,cùm à te. dolus causam dederat contractui ibi,falso mihi persuasisti. quæ demonstrant dolum contractui causam dedisse, dicta.l.& eleganter. ibi, aut nullam esse venditionem,si in hoc ipso vt venderet circunscriptus esset.quam glos.& sequaces sic intelligũt. l.si quis affirmauerit.eodem titulo. Secundò.l.ex contractibus.nõ declarat an aduersus hæredes dabitur vltra quàm ad eos peruenerit, neq; etiam quatenus ad eos peruenit:quare illa lex signari nõ debuit.l.ex depositi. quæ insolidum actionem concedit aduersus hæredes ex causa depositi,mandati,tutelæ, intelligitur secundum illam.l.si hominem.§.datur.ff.depos.à qua lex,ex depositi.sumpta est: quoniam ex contractu tantum propter dolum defuncti datur, quia rei est persecutoria & quatenus ex re peruenit,conuenitur hæres. Et ita declarat.§.aliquando. Institu. de perpetuis &
106 tempo.actio. dum ait, † aliquando tamen etiam ex contractu actio contra hæredem non competit: veluti cùm testator dolose in deposito versatus est,& ad hæredẽ eius nihil ex eo dolo peruenit.qui text.clarus est,neq; interpretatione indiget. Igitur ex illo tex.clare probatur quod Iurecõsultus dixit in.d.l.si hominẽ. §. datur.tamẽ hic dolus ex cõtractu reiq́ persecutione descẽdit:& sic quatenus rei est persecutoria, & ad hæredem peruenit:vt dicit ille.§.aliquãdo. ex cõtractu tenebitur.& ista est vera mens illorum textuum.

Ad aliud Bart.fundamẽtum,quod capitale & incõuincibile esse dicunt,veniẽdum est. dicebat enim distractũ eiusdem esse substantiæ qualis est cõtractus.l.ab emptione.ff.de pactis.quam non esse alibi dixit Raph.Fulg. post Bart.& queadmodum contractus erit bonæ fidei, sic & distractus erit bonæ fidei,per illũ tex. Et dicebat Fulgosius melius alibi nõ inueniri. quod Papiensis Moder. Iason in illa.l.ab emptione.colũ.ij.dicit
107 vtile esse: † quia sicut dolus dans causam contractui bonæ fidei annullat contractum ipso iure.l. & elegãter.in princi.&.§.non solum.ff.de dolo. eodem modo annullat liberationem seu distractum, quantumcunq; sit fauorabilis.glos.in.l.de tutela.C.de in integrum restitur.minorum.glos. in.l.sub prætextu.ij. C.de transactionibus. Allegat Bartolum in dicta.l.& eleganter.ff.de dolo. Baldum & Salice.in.l.prima.C.quando licet ab

emptio.diſced. Et neoterici quidam declamato-
res, qui non niſi probris, prout inſolens eſt hæc
ætas, veluti iſtorum inuentores, tacito Iaſone &
alijs ſuprà relatis, veriti non ſunt ſibi vſurpare.
Conuiciorum ratio habenda non eſt, vt diuus
Ambroſius ait primo Officiorum lib.j.c.xlviij.
ne forte, inquit, oculum, pro oculo, dentem pro
108 dente emere videamur. † Et ethnicus Sopho-
cles dicere ſolet, Vbi verba temere fuderis, tum
quæ volens dixti, viciſsim eadem illa nolens au-
dias. Sed vt ethnici vitemus documentum, Chri
ſtianiſsimi epiſcopi & vere ſancti ſortiamur exē
plum. Iuſtinianus etiam probris cōcertare pro-
hibet in.l.rem non nouam.C. de iudi.in.l. quiſ-
quis.C.de poſtuland. Alioqui humilis doctrina
non eſſet, inquit.c.humilis. extra de maiorita. &
obedi.cuius ſuprà meminimus.

In primis igitur exiſtimo.l.primam, & ſecun-
dam.C.quando lic. ab empt. diſcedere. tantun-
dem de diſtractu & contractu ſtatuere, quãtum
&.l.ab emptione.ff.de pact. neq; in eis aliquod
diuerſum puto inueniri poſſe, vno tantum addi-
to in dicta.l.ij.verſi.ergo ſiquidem. dum de ar-
ris loquitur.in quo illa lex.ij.plus ſtringit, quaſi
velit per arrarum præſtationem contractum nō
deſinere integrum eſſe: & ob id in diſtractu ſi
mutuo conſenſu fiat, non obeſſe, ſi contrario cō
ſenſu contractus diſſoluatur. Et rationem aſsi-
gnant Angel.Salic. Paul.Alex.& Papien.Mo-
109 der. † quoniam arræ non ſunt res principales &
reductæ, & ſi ſolutis arris partes agant vt vendi-
tio infecta habeatur, principalis contractus ipſo
iure reſoluetur, pariter & arrarum datio infrin-
getur, & reſtituendæ erunt per condictionem ſi-
ne cauſa, niſi arræ pro parte pretij ſolutæ ſint:
tunc nudo partium conſenſu contractus non diſ
ſoluetur: quoniam adhuc ad implementum con
tractus agi poterit, non obſtante pacto contra-
ctus reſoluitur ſecundum gloſſam & Bald.in di
cta.l.ij.C.quando lice.ab empt.diſcedere.

Secundò dicunt illi.l.ab emptione.non proce
dere vbi aut expreſſe aut tacite inter partes actū
eſt vt agi poſsit.l.ex empto.§. is qui bona. &.§.
præcedente.ff.de actio.empti.quam gloſſ.in di-
cta.l.ij.C.quando lic. ab empt.diſc. habuerunt.
ſecundò, niſi verba contractus reſolutiua taliter
concepta ſint, vt ex eis faciliter cognoſcatur, par
tes nouam venditionem celebrare voluiſſe.l.iu-
riſgentium.§.adeo.&.l.ſi vnus.§. pactus ne pete
ret.ff.de pactis.l.ſi conuenit.ff.de reſcin. vendi.

Ex his plus iuſto patet primam ſolutionē per
me datam ad.l.ab emptione.ff.de pact. illationi
à Bart.& ſuis ſequacibus aſſumptæ ſatisfacere, ſi
(vt dictum eſt) tacite inter partes actum eſſe co-
gnoſcatur, voluiſſe vt prima actione agi poſsit.
Secundò, niſi verba contractus tam efficacia ſint
vt nouum contractum venditionis & nō ſolum
reſolutiuum prioris facere voluerint. Quibus
addo meliorem tex. in.l.ij.ff. de in diem adiect.
&.l.primæ. & ſecundæ.ff.de lege cōmiſſo. qua-
rum ſuprà mentionem fecimus. Tertiò, inſtan-
tia illa data per imperatorem in dicta.l.ij.C.quã
110 do lice.ab empt.diſced.oſtendit † non omnino
contractum nudo conſenſu ipſo iure diſſolui,
quia propter arrarum interuentum ad illarum re
petitionem actio primi contractus manet, dum
ait, potes hoc ſolum ſecundum fidem pacti recu-
perare. Si ſecundum fidem pacti, igitur actione
ex empto arras emptor recuperabit. & hoc.l.ex
empto.§.is qui vinum.ff.de actio.empti.clare di
cit. & verba illius.§.recenſebimus, is qui vinum
emit, arræ nomine certam ſummam dedit, poſtea
cōuenerat vt emptio irrita fieret, Iulianus ex em
pto agi poſſe ait, vt arra reſtituatur, vtilemq; eſ-
ſe ex empto actionem, etiam ad diſtrahendam,
inquit, emptionem. Ecce quomodo non tantum
nudo cōſenſu, ſed actione ex empto diſſoluitur.
111 Et quod in.§.ego.qui ſequitur, dicitur de † con-
tractu perfecto per ſolutionem pretij & rei tradi
tionem, ante cuius implementum annulus arræ
nomine datus erat, ſi partes à contractu emptio-
nis diſcedere velint, resq; vendita & tradita per
emptorem ſit reſtituta, pariter pretium emptori
redditum, pro annuli recuperatione duas actio-
nes competere, videlicet ex empto, & condictio
nem ſine cauſa: cùm apud venditorem ſine cauſa
annulus eſſet. non obſtat. imò quod ſuprà dixe-
rat poſt Iulianum iureconſultum cōfirmat, quia
quod pro arris datis, vt ad venditionem peruení
retur ſolutum erat, vult poſſe agi ex empto, &
ſic retro ex ipſo cōtractu propter arras firma ma
net. Et quod dicit poſſe condictione ob cauſam
agi: hoc lex facit in fauorem eius qui arras dedit,
vt quod ſuum eſt conſequatur, & repetat multi-
plicatis actionibus, vt neque vna alteram tollat.
de quo in.l.nūquam plura.ff. de priuatis delict.
l.habeat.in princ.ff.de inſti.actio.ibi, tamen Iu-
lianus vtilem ei actionem competere ait. ſed pri-
mo caſu vbi contractus non erat perfectus, ſed
arræ tantum datæ erant, vt facilius ad cōtractus
perfectionem inuitarentur, ex empto actionem
tantum concedit, non etiam condictionem. ob
cauſam datorum. Secundo verò caſu reſtituta re
& pretio reddito, & conſenſu vtriuſq; partis ad
contractus diſſolutionem accedente, iam cōtra-
ctus formalis & eſſentialis diſſolutus eſt: nō mi-
rum ſi lex in ſecundo caſu ad arrarum repetitio-
nem condictionem ob cauſam datorum conce-
112 dat: quia eas ſine cauſa vēditor tenet. † ꝗꝗ nec
ſit inconueniens vt ad rei repetitionem plures
concedantur actiones: quoniam hoc nihilomi-
nus verum manet, contractus præambuli reli-
quias manere poſtquam ex ipſo contractu quo
arræ datæ ſunt, lex actionem concedit. Et cùm
neoterici dicant neſcire ſe an Ioan. Igneus bene
illi.l.ab emptione. reſponderit: quoniam, vt ex
prædictis videri poteſt, recte reſpōſum eſt, neq;
illud argumentum quod inconuincibile eſſe di-

cunt

cunt (vt verbis eorum vtar) alia responsione dignum erat. Sed ne aliud Bartoli dictum prætermittamus, cùm à Bald. Raph. Fulgo. & Papiensi Moderno tam solenniter exaltatum sit, de eo nunc parumper videndum est: tametsi ea quæ in repetitio. l. contractus. ff. de regu. iur. plus æquo satisfaciebant, propter neotericos qui mirum in modum insurrexerunt, videndū est, an verum dixerunt, probari in. l. et eleganter. §. non solum.
113 ff. de dolo. † nullum esse ipso iure distractum seu liberationem quibus dolus causam dedit. Et Accursij & Bart. & aliorum doctorum, quorum suprà mentionem fecimus authoritas & celebre illorum ingenium mihi parcat, non puto hoc argumentum Bart. & sequacium probari in dicto §. non solum. imò, vt videre licet, ille tex. contrarium probat, vt in repeti. dictæ. l. contractus. docuimus, & pro virili & tenuitate ingenij nostri studebimus clarius ostendere, & hac ratione integrum illum. §. explicare necesse est, non aliàs facturi, nisi tam insolenter neoterici in Igneum moti fuissent. Pergamus, tametsi aliquod docuerimus. In capite. §. sit quæstio propter verba edicti prætoris posita in. l. prima. in princi. eodem titu. de dolo. ff. quæ sunt, si de his rebus alia actio non erit. quorum interpretatio per Vlpianum post Pomponium Iureconsultum tradita est in l. & eleganter. in princip. eodem titu. hæc verba, inquit, si alia actio non sit. sic excepit, quasi res alio modo ei, ad quem ea res pertinet, salua esse non poterit. Et hac ratione in fine eiusdem principij legis post Pomponium ait, etiam si popularis actio sit, cessare de dolo actionem. in. §. non solum. Vlpianus aliam Labeonis dubitationem circa illorum verborum declarationem propo-
114 nit. dicebat enim Labeo, † nō solum si alia actio non sit, id est non competat, vt res salua sit domino de dolo actio datur, verumetiam vbi dubitabatur an alia actio quàm doli competere posset, quo casu Labeo volebat de dolo actionem dari. Dat hoc exemplum Labeo de eo qui mihi seruum debebat aut ex empto, & sic per cōtractum bonæ fidei, aut ex stipulatu, & sic per cōtractum stricti iuris, qui antequam seruum mihi debitum daret seu solueret, vel fundum quem ex empto vel ex stipulatu tradere tenebatur, priusquā traderet seruitutem illi imposuit, qua imposita mihi tradidit, vel ædificia diruit, vel arbores excidit, aut vineas extirpauit. Dicebat Labeo siue emptor siue stipulator in ipsis contractibus de dolo cauerit siue non cauerit, dandam esse in venditorem vel promissorem de dolo actionē. Et ratio, quæ Labeonem mouebat, ista erat: Quoniam si emptor de dolo sibi cauit emēdo, vel stipulator stipulādo de dolo nominatim sibi cauit, dubium est an illis ex stipulatu actio competat.

Sed hæc Labeonis sententia ab Vlpiano improbata est in versicu. sed est verius. Dicit enim
115 Vlpianus. † aut enim stipulator nominatim stipulando de dolo sibi cauit, & isto casu cessabit de dolo actio. Et ratio est, quia alia actio sibi cōpetit, scilicet ex stipulatu, & per verba edicti vbi alia actio competit de dolo actio non conceditur. Satis est enim per aliam actionē rem saluam domino fieri. Ratio posita est in dicta. l. prima. §. ait prætor. de dolo. ff. quia de dolo actio famosa est: neque lex vult famosas actiones concedere, nisi vbi aliter res salua esse non potest præterquam per doli actionem aut alias famosas actiones. Si verò stipulando specialiter non cauit sibi de dolo stipulator: & verum est non posse propter dolum agi ex stipulatu. Et ratio est,
116 quia stipulando sibi de dolo non cauit: † & cùm contractus ille sit stricti iuris, verba que strictè capienda sint, dicta. l. quicquid adstringendæ. ff. de verborum obligation. non potest extendi vltra quàm in stipulatione stipulator sibi cauit. & ideo isto casu, inquit Vlpianus, actio de dolo est necessaria. sed in contractu bonæ fidei secus esse dicendum ait: quoniam etiam si emendo, locando, deponendo, & sic consequenter de alijs de dolo mihi non cauerim, quia dolus omnino contrarius est illis contractibus, & maxime quia in eis bona fides abundare debet, lex actionem ex empto aut ex locato aut deposito concedit: & ideo cum lex propter dolum, qui interuenit in illis contractibus actionem ex empto reseruat, nō vult doli actionem competere per rationem edicti prætoris, quod non vult doli actionem competere, vbi alia actio conceditur. Ecce quomodo etiam in distractu non est nullus distractus, sed pro eo distrahendo actionem ex empto concedit. & iste est verus & syncerus illius. §. intellectus, totiusque doli materiæ, dicant illi quicquid velint, & lippis suis & tonsoribus neoterici hæc ostendant, legant que ipsi si velint. Hæc pauca diximus vt cæteris melius discutiendi occasionem præbeamus. Ad reliqua huius legis reuertamur.

Hunc textum Angelus hic notat in verbo, ex
117 euentu. † Patris hæreditatem antequam sit adita, imo neque delata, quia filius à patre exhæredatus est transmitti. sed iste textus non videtur hoc rectè probare, eo quod querela seu nullitatis quæstio præparata erat, priusquam filius decederet, probatur in his verbis, ex euentu inspicietur. & iterum dum ait, si verò irritum testamentum factum sit. l. posthumus. §. final. & l. sequenti. l. Papinianus. §. qui quartam. ff. de inofficioso testamento. dixi in authentica, ex causa. C. de liberis præteritis. Et Andre. de Isernia in capitu. primo. de success. feud. collatione. x. & post eum Iacob. de sancto Georg. in tractatu suo feudali, in versicu. præsentes & accipientes pro se et eorum filijs inducunt.
118 Si † pater de feudo inuestitus est, seu feudum pro se filijsque suis accepit, an filios exhæredatos comprehendit? & dicunt præfati doctores non

comprehendere, per hunc tex. Addunt.l.cùm pa
tronus.§.primo.&.l.si operarum.in fi. ff.de ope
ris liberto.l.hæredes.§.fina.ff.ad Trebell.l.cùm
pater.§.fin.ff.de lega.ij. Nisi patris testamentum
ad filij persequutionem & instantiam irritum fa-
ctum fuerit, non autẽ si ex eo testamento, in quo
exhæredatus est, adeatur patris hæreditas, per
hunc text. quem Andre.de Iser.& Iacob.prædi-
ctus ad id inducunt, qui recte probare videtur,
dum ait, ex euẽtu inspicitur an adita sit patris hæ
reditas ex testamento: quo casu exhæredatus fi-
lius vt extraneus patri reputatur. si verò irritum
factum sit, retro filius habetur. & ob id serui pa-
tris propter mortem filij torquentur. Similiter in
119 feudo dicendum esse volunt: † quoniam ex qua
causa filius paterna hæreditate priuatur, ex eadẽ
feudo priuatur.ca.porro.versicu.prædictis.quæ
fuit prima causa benefic.amittẽ. collatio.x.l.hac
edictali.§.primo.ibi, nisi ex causis quæ de inoffi-
cioso excludunt querelas.l.fœminæ.&.l.fina.&
authenti.hæres.C.de secundis nuptijs.§.soluto.
versic.si quis enim ex eis ingratus videtur.in au-
thenti.de nuptijs. collatio.iiij.per quem Angel.
illic ait, licet filius etiam si patri hæres nõ existit,
in feudo patri succedet, si ratione ingratitudinis
patris hæreditate priuatur seu exhæredatur, simi
liter & à feudi successione excludetur. Nisi pater
ab initio pro se filijsq; suis aut filio suo nomina-
tim feudum acceperit, eoq; inuestitus fuerit: hoc
casu feudo non priuaretur, licet vt ingratus pa-
terna successione indignus factus fuerit.l.quod-
cunque.§.primo.ff.de verborum obliga.l.dedit
dotem.ff.de collatio.bonorum. Huius autem di
cti ratio est, cùm statim ab initio filio vnà cum pa
tre ius quæsitum fuerit.l.si Titio.ff.de vsufructu
accrescen. Maxime cùm pater specifice sibi à fi-
lio statim ius simul acquiri voluit, non est in pa-
tris facultate deinceps illum priuare.

120 Si vero † ex tenore inuestituræ constare pote-
rit patrem in iure illo acquirendo ordinem serua
ri voluisse, non nisi mortuo patre filius in feudo
ius habebit, eo vero mortuo si exhæredatus est,
non succedit. Et ratio quia beneficio patris feu-
dum recipit, quo propter ingratitudinem fit indi
gnus, dicta.l.hac edictali.§.primo.§.fin.&.l.fœ-
minæ.C.de secundis nupt.& dicto.§.soluto.in fi
ne.in authenti.de nupt. colla.iiij.dicto.c.porro.
quæ fuit prima causa benefi. amitten. collatio.x.
præsertim quando rite & recte exhæredatus est
filius.l.generaliter.§.quis ordo. ff.de fideicom-
missa.liberta. vbi lex vult merita à iudice consi-
derari. Similiter in feudo statuitur.§.sed quia na
tura.ibi, ideoq; iudex solers & disертus&c.quæ
fuit prima causa benefic.amit.colla.x. §.optime.
vltimo responso.in authenti.de nupt. collat.iiij.
Hoc modo inducunt illi. Nam si pater seruari or
dinem voluit in acquirẽdo vt patri primùm, dein
de filio, nõ nisi per medium patris filius feudum
accipit: ideo si à patre excludatur propter ingra-
titudinem, in feudo non succedet.l.hæredes.§.fi-
na.ff.ad Trebell.l.cùm pater.§.fina.ff.de lega.ij.
neq; hodie recipitur distinctio Andreæ de Isern.
de exhæredatione, an nõ notæ causa facta sit, an
121 vero sine nota: † cùm hodie causæ ingratitudi-
nis limitatæ sint in.§.causas. in authen.vt cùm de
appella.cognosc. Hic repeti posset quod Ludo-
uic.Roma.aperuit in.l.prima.in princ.suprà eo-
dem. in illa feudi quæstione, cùm pater pro se fi-
lijsq; suis vel suo genere vel sua familia accepit,
qui sub ea inuestitura veniant an filij tantum an
vero fœminæ an naturales tantum. Sed cùm illæ
quæstiones à multis cribratæ sint, frustra mihi
visum est de illis quicquã repetere: & si qui sint,
qui doctorum remissionibus delectantur, legant
Alexan.de Imola in.l.ex facto.§.si quis rogatus.
ff.ad Trebellian. Iaco.de sancto Georgio in tra-
ctatu feudali, in verbo, præsentes & recipientes.
& in verbo, & fœminis. Cardina. Alexand.post
Andream de Iser. Bald. Aluar.& Marti. Laudẽ.
in capi.primo. de success.feud.& in cap.& quia.
qui feud. dare pos. Iaso.in.§.pœnales.xij.colum.
Institu.de actio. Moder.in.c.nouit. extra de iu-
dic. Floria.in.l.prima.per illum text.ff.de proba
tio. post glos. illic & Franciscum Curtium in se-
cunda parte tertij libri tractatus sui feudo. in.iij.
&.iiij. quæstionibus. Satis igitur mihi erit eam
partem discutere, quæ hunc nostrum text. attin-
git iuxta doctrinam Andre.de Iser.in dicto cap.
primo.de success.feud. in princip.post Iacob.de
Ardizo.& Iaco.de sancto Georg.in loco prædi
cto.colum.iij. versic.quæro subsequenter an fi-
lius exhæredatus succedat in feudo. & Francisc.
Curt.in loco prædicto.

Tertio iste tex.super verbo, euentu. inducitur
hic post Bartol. ad vnum satis quotidianum, vi-
122 delicet † legem regulariter non circa ea quæ nõ
sunt, sed circa ea quæ sunt, aut esse sperari pos-
sunt fingere.l.Papinianus.§.quoniam.ff.de inof
ficioso testamen.& in.l.si duobus.in princ. &.l.
quod in rerum natura.ff.de leg.j.l.cùm quidam.
§.scientia.& per totam pene legem.ff.de acquir.
hæred. Plenius per Barto.& Roma.in.l.si is qui
pro emptore.ff.de vsucap.quibus addo.§.quo-
niam infirmas.in toto pene.§.& præsertim in fi-
ne eiusdem.in verbo, in suspenso. in authenti.de
nupt.colla.iiij.l.ordinata.§.videndum.ff.de libe
ra.causa.l.vnica.§.sed & si sub conditione. C.de
Latina libert.tollen.§.hoc autem.in authenti.de
non eligen.secundò nuben. colla.j.sic est in hoc
text. per irritationem paterni testamenti ad que-
relam filij exhæredati aut alia iuris remedia, per
quæ testamentum irritari potest secuta declara-
tione nullitatis seu irritationis testamenti, licet fi-
lius ante latam super nullitate aut irritatione te-
stamenti sententiam, lex fingit, quia retro testa-
mentum nullum factum fuisse fingit à die mortis
testatoris, dicta.l.filio præterito.ff.de iniusto, ru
pto & irrito testamen. Cui addo.l.primam.§.pri
mo.ff.

mo.ff.ne de statu defunctorum.

Plura diximus in repet.authen.ex causa.C.de lib.præter.in tex.omnia perinde ac si dominus esset.iuncta glo.interpretatione in verbo,si do-
123 minus.habes dictum satis singulare,† actum nõ tantum in ciuilibus retrotrahi posse, vt in.l. hæres quoq; seu quandoq;.ff.de acqui.hæredi. hic in glo.allega.& alijs legibus allegatis in eadem. Cui adde.l.seruum filij.§. si quis rem.ff. de leg. primo.verumetiam in criminalibus,vt hic: quia aduersus seruos hæreditarios proceditur, & quæstio & supplicium exigitur,quia filio domini sui auxiliari neglexerunt, vel offendere non dubitauerunt. Adde quod Bart.notat in.l. hæreditariæ.ff. de furtis. Alexan. in.l. quod meo. in princip.ff.de acqui.possessio.Barto.in.l.bonorum.ff.rem ratam hab.& in.l.obseruare.in fi.ff. de officio proconsul. Addebat hic Romanus, quemadmodum secuta aditione omnia trahuntur retro,dicta.l.hæres quoque.ff. de acquiren. hæred. pariter & suitatis effectus,licet adita hæreditas non sit.Sed hoc Roma. dictum in hac.l. non probatur,imò oppositum in ea expresse cõtinetur in his verbis, vt si adita fuerit hæreditas, quasi alieni fuisse videantur, & suitatis effectus sublatus est. Sed dictum Romani recte probatum esse videtur in.l. quæ neptis.ff.de acquiren. hæredi.& illic ius accrescendi operatur, ne pro parte testatus & pro parte intestatus moriens decederet.Secundò quòd cohæredes,qui hæreditatem adierant,principis beneficio postea abstinuerunt. Melius autem probatur in.l. si is qui bonis.ibi, atque si bonis paternis se immiscuisset.& in.l.ventre.in princip.ibi,& incerto eo filius in familia retentus vita decessit hæres fuisse intelligitur.ff.de acqui.hæreditate.

Sed aduerte quomodo Roma. hunc text. in-
124 ducit. † filius enim qui iniuste seu inofficiose exhæredatus erat,& ante decessit quàm hæreditas ex testamento adiretur,ex euentu iudicij pendere dicit an testamentum irritum fuerit. quod si irritum fiat retro à die mortis patris qui eum exhæredauerat dominus existimatur,& sic beneficio suitatis. & hoc modo ex hoc tex. præsupponendum est hæreditatem necdum fuisse aditam cùm iudicium super nullitate testamenti redditum est. Alioqui à contrario sensu si antea adita fuisset hæreditas,filios non potuisset retro fingi dominus hæreditatis. Ex hoc text. alterum istorum inferri potest,licet clare non aperiat.

Primum,quod hic clare non legitur,est,an filius exhæredatus priusquam occisus fuisset, paterni testamenti nullitatem prosecutus fuisset.
125 † Nam vt suprà vidistis per.l.filio.ff.de iniusto, rupto & irrito testamen. patris testamentum nõ infirmatur,licet filius in potestate præteritus sit, nisi filius testamenti nullitatem prosequatur. Et si hic text.sic intelligeretur,esset singularis. probaretur enim in eo nullitatem testamenti à querela inofficiosi differre: quoniam nullitas non præparata ad hæredes transiret, & illam hæredes præteriti filij post mortẽ eius prosequi possent. Et hoc iste tex.probaret, dum ait, ex euentu inspicietur an irritum fiet testamentum. quod non est in querela,quæ nisi præparata non transmittitur.l.posthumus.ff.de inoff.testamento.

Secundum est, si ex testamento in quo filius præteritus est, vel exhæredatus, per institutos hæredes adita esset hæreditas antequam filius nullitatem aduersus testamentum proponeret, filius omnino extraneus reputaretur,et iura suitatis amitteret, vt iste text. sentire videtur in his verbis,vt si adita fuit hæreditas,quasi alieni fuisse videantur.

Tertium, maximam esse limitationem seu declarationem ad dictam.l.filio. in verbo, auocauit.ff.de iniusto,rupto & irrito testamento. quæ omnino vult filium debere actum facere reuo-
126 cationis. † Nam deberet illa lex per istam moderari, & sic intelligi, nisi filius à familia aut alio cum familiæ participatione occisus fuerit, vt filius qui propter facinus in eum commissum ius suum prosequi non potuit violenta morte præuetus,in odium criminis causam nullitatis etiam non præparatam ad suos transmitteret.Et sic verum esset Romani dictum, vt suitatis effectus maneat,retroq; trahi debeat, licet non adita hæreditate filius decedat, quia facto legis immiscere se paternæ hæreditati impeditus est, iuxta ea quæ dicta sunt in.l.tertia. §.finali. &.l.sequenti. suprà eodem. & esset bona declaratio ad dictam legem,filio.

Sed hæc tria absolui possunt iuxta.l. ventre. ff.de acquirenda hæreditate. dum ille textus ait,
127 † quandiu rumpi testamentum potest, non defertur ex testamento hæreditas,sed filio præterito vel iniuste exhæredato in pendenti est testamentum,vt suprà diximus,si fortè testamẽti nullitas per hæredes præteriti vel exhæredati filij post mortẽ eius prosequatur: & si nulla fiat nullitatis testamenti prosecutio, confirmabitur testamentum: & ob id serui hæreditarij propter occisum filium exhæredatum torqueri non poterunt: quia filius tunc vt extraneus habebitur. Et ob id iste textus in his verbis,vt si adita fuerit hæreditas,quasi alieni fuisse videantur. sic intellige,vt si forte filius nullitatem prosecutus non sit,neque aliquis hæredum suorum, vel etiam si prosecuti fuerint, & à prosecutione sua exclusi fuerint,eò quòd iustè exhæredati inuenti sint,& hac ratione testamentum confirmatum fuerit,ex quo adita sit hæreditas serui hæreditarij propter filium exhæredatum occisum non torquebuntur beneficio huius senatusconsulti, & vim habent retro actiuam,vt in.l.j.§.vtrum.in fine.ff.si quid in fraudem patro.aliena.fuer.quia filius exhæredatus vt alienus reputatur. Et hac ratione in verbis senatusconsulti comprehendi non po-

test:vt in.l.j.§.domini.suprà eodem titulo. Non dissimilis ratio posita est in.§.exhæredatos.in authenti.de hæredibus & falci. colla. prima. cuius
128 suprà meminimus. † Filij enim à patre iuste exclusi nullum ex causa hæreditatis beneficium recipere possunt lege resistente, authenti. hoc amplius. C. de fideicommiss. allegaui suprà. §. soluto. in authenti. de nupt. colla. quarta. Et Andr. de Iser. in dicto capitulo primo. de successi. feud. colla. decima. intelligebat hunc text. in filio notæ causa exhæredato, iuxta. l. multi. ff. de liber. & posthumis. Sed vt suprà dixi, cessat iure nouo hæc exhæredationis ratio: quoniam hodie certa exhæredationibus forma data est, vt cum causa legitima & probata filius exhæredatus sit aut præteritus, vt in. §. aliud quoque. &. §. causas. in authenti. vt cùm de appellatio. cognosci. colla. octaua. authenti. ex causa. C. de liber. præterit. quibus addo. l. fina. in fine. C. de secundis nuptijs. quæ plurimum iuuat ea quæ in dicta authē. ex causa. scripsimus, dum ille tex. ait, eos etenim liberos huiusmodi beneficio defraudari volumus, qui re ipsa ingrati circa suam antiquitatem ab hæredibus genitorum liquidis & indubitatis probationibus conuicti fuerunt, ex huiusmodi casibus, qui antea priscis legibus enumerati sunt, dicto. §. causas. &. §. sin autē hæc omnia. &. §. cæterum. in authenti. vt cùm de appellatione cognoscitur. & hoc modo illi tres casus præmissi absoluti sunt.

Vltimo Bald. hunc tex. inducebat, & Angelus hic post eum considerauit aliquando præsens iudicium attendēdum nō esse, sed futurum, vt hic reperi possent leges in capite huius. §. relatæ. sed illis Baldus addebat. l. huic scripturæ.
129 ff. ad legem Aquil. † & in hoc senatusconsultum Sillanianum à. l. Cornelia de sicarijs, differre, quòd lex Cornelia præsens tantum iudicium considerat, id est delinquentis animum. l. is qui cum telo. C. ad legem Corne. de sica. l. prima. §. diuus. ff. eod. ad legem Cornel. de sica. dixi in. l. & si certus. suprà eodem. extende etiam quantum ad executionem: vt in. l. damni infecti. §. Sabini. ff. de damno infecto. Aliquando verò secundum Baldū hic in delictis, in quibus præsens iudicium dari non potest, futurum spectamus, non quantum ad agendum, sed quatum ad exequendum. l. in lege Aquilia si deletum. ff. ad legem Aquiliam. Aliquando verò futurum in consideratione non est, sed præsens tantum: vt in. l. libertinus. in fine. ff. de bonis libertorum. ibi, filio tantummodo, non etiam nepotibus satisfacere debebit libertus. nec ad rem pertinet quod ad parentum bona pariter vocantur. vt patet studiose legenti illum textum, cuius Baldus hic meminit.

Sub diuo Traiano constitutum est, de ijs libertis, quos quis viuus manumiserit, quæstionem haberi.

TRYPHONINVS.

Idemq; erit & de ijs libertis, qui ius annulorum petierint.

Summarium in. §. & Legis præscript. lectionem sequentem.

1 Libertus gratus & memor libertatis à domino acceptæ, ipsum dominum ab omni pro viribus tueri debet iniuria.
Libertus accepti memor beneficij, patrono mortuo æquè honorem atque viuo præstare pro virili tenetur.
2 Seruus non nisi domini consensu ius aureorum annulorum impetrare potest.
Dominus id iuris in libertum retinet vt necis domini gratia eruendæ veritatis libertus ipse torqueri possit.
3 Liberti aureorum annulorum iure donati, ingenuitatis consequuti sunt imaginem, maioremq; adepti honorem, quàm si manumissi essent.
4 Libertus manumissione ciuis factus non est immunis à quæstione & pœna, qua serui torqueri & puniri solent. & nume. 6.
5 Plebeij diuites delinquentes, an sint ea feriendi pœna, qua nobiles plecti solent.
7 Diuitiarum & honestatis quando & in quibus æqua ratio iudicetur.
Priuilegium amittens ob delictum, non quo ad onera, sed quo ad honores tantum amittere præsumitur.
8 Antiani seu qui consules aut alia dignitate sunt functi, an incarcerari possint, non obstante priuilegio ipsis concesso &c.
9 Prætor, consul seu Antianus ob inopiam debito satisfacere non valens, non ob id priuilegio priuari debet.
10 Priuilegium propter contumaciam amitti potest, sed non propter inopiam.



IN MVLTIS TRACTATA est huius. §. & legis sequētis materia in. l. prima. §. serui appellatione. & in. §. idemq; erit. & in. l. iij. §. de his. suprà eod. ob id quæ ad necessitatem huius. §. tantum conferant, declarabimus. In text. quos viuus manumiserat. intellige si mortis domini participes erant: aliàs non, dicta. l. prima. §. serui. suprà eodem. ibi, nisi particeps sceleris fuit. Huius autē cōstitutionis ratio
1 est duplex. † Prima, qm̄ libertus in memoriam acceptæ

acceptæ à domino libertatis tueri debet dominum ab omni iniuria:alioqui vt ingratus iudicādus est.l.Caius.infrà eo.l.ij.C. de libertis & eorum lib.& in pristinam seruitutem reuocandus: à qua non nisi precibus à patrono principi oblatis liberari poterit,per illum tex.Secunda,libertus in memoriam accepti beneficij honorem domino mortuo æquè ac viuo debet.l. apud Celsum.§.aduersus.ff.de except. doli.l.vnus.§. seruus.ff.de quæstio.l.seruos.C. de quæstio. Plura dicta sunt in.l.& si certus.§.fina.&.l.sequen.suprà eod.Idem in vasallo capi.vnico. in fi. de vasal.qui contra constitu. Lotharij benefi. aliena. colla.x. Idem dicas in eo qui ius aureorum annulorū impetrauit,vt in hac.l. idemq̃. Licet per illum plura ingenuorum hominum iura consequatur,quorum glossa meminit in.l. qui ius an-
2 nulorum.ff.de iure aureo.annulorum. † Et hac ratione impetrare seruus non poterat, nisi consentiente domino.l.diuus.ff. de iure aureorum annulorum.ex quibus constat libertum plus iuris per annulorum aureorum impetrationem cō sequi,eo qui directam libertatem à dominis sua manumissione consequitur,dicta.l. qui ius. Et tamen dominus hoc ius in libertum retinebat, quòd pro domini nece libertus torqueri possit, vt hic.Sunt & alia quæ dominus in libertum retinet,quæ glo. commemorat in dicta.l. qui ius. Sed omnes huiusmodi solennitates hodie sublatæ sunt:vt in fi.repet.§.non aliàs.diximus. & id expressum est in toto titulo in authen. vt liber. de cætero.colla.vj.& in authētica, sed hodie.C. de iure aureorum annulorum.

Ex his,præsertim ex.l.idemq̃. Roma. hic infert vnum quod à Bald. & Paulo de castro di-
3 ctum est in.l.j.C.de iure aureorum annulo. † Libertos,quibus ius aureorum annulorum conceditur,quo ad honores & commoda ingenuitatis imaginem consequi:quoniam pro ingenuis habentur:& sic maiorem honorem per ius aureorum annulorum quàm per manumissionem recipiebant.l.ij.C.de iure aureo.annulo.quod inducebat pro eo qui ex priuilegio ciuium iura impetrat,vt id priuilegium quo ad fauores tantum recipiat,non autem quantum ad onera. Sed huic inductioni obstat.l.ij.C.de incol.lib.x. vbi scholasticus,qui propter incolatum ciuis effectus est, & iura ciuium est consecutus,onera, quæ & alij ciues subeunt,sustinere cogitur, dicta.l.ij. &.l. iij.&.l.ciues.&.l.priuilegio. & per totum pene titulum.C. de incol. vbiq; Ioan. de Plat. notat. quibus adde.l.origine.§.fina.&.l. sequen. &.l. incola.vbi hoc Bart.notat.ff.ad municipa.
4 Secundò obstat iste tex. † Nam libertus, qui per manumissionem ciuis factus erat,dicta.l. ciues.C.de incolis.lib.x.in verbo,manumissio. & §.fina.in authen.vt liberti de cætero.colla.vj. & dicta authē.sed hodie.C. de iure aureo. annulo. immunis non est à quæstione neq; à pœna, qua serui torquentur & puniuntur: & sic non plene etiam quo ad honores priuilegium cōsequitur, imò seruilia onera sustinet: vt suprà dictum est. & in.l.iij.§.de bis.suprà eodē. Et cùm hæc quæstio à pluribus tractata sit, nō dilatabo amplius, sed remittam eam tantum ad ea quæ Lucas de pœna scribit in dicta.l.ciues.C. de incolis.Bart. in.l.j.C.de municip. & originar. lib.x. Bald. in authentic.habita.C. ne filius pro patre. Ioan. de Plat.in.l.vnica.C.de priuileg.incorporatorum. lib.x.in qua finem illius legis volo te considerare in his verbis,vt seruire possint functionibus, quas imposuit antiqua solēnitas.Barto. & Alexan.in apostil.ad eum in.l.si maritus.§. legis Iuliæ.ff.ad legem Iul. de adulte. Bald.in.l.ij.C. de iure aureor.annulo.Bartol.in.l.si is qui pro emptore.in tertia quæstione princi.ff.de vsucapio. & in.l.quidam cùm filium.ff.de verborum obligatio.Alexand.in apostil. Bartol.in.l.tertia. §.si emancipatus.j. ff.de bonorum possess.secundum tabul.coniungi etiam potest quod idem Roma. hic ex hoc textu collegit post Barto. in.l.capitalium.§.seruì cæsi.ff.de pœnis.dum illic Bartolus
5 † ait plebeios diuites pœna nobilium plectendos esse, quorum habita est à nostris quædam ratio,vt dum de crimine accusantur plebei, (diuites Burgenses vocant)pro illis iudicandis recenseatur iudicum par numerus, qui & pro nobilibus à lege regia statutus est,qua distinctione Iureconsulti sæpissime vsi sunt. l.prima. in fine. ff. de furtis. Baldus,dum de honestioribus personis loquitur,& in.l.prima. ff.de effractio. l.capitalium.§.non omnes.&.§.& vt generaliter. &.l. si quis aliquid. §. quæ nondum. &. §. qui abortionis.&.§.sequenti.ff.de pœnis.l.eiusdem.§.finali. ff.ad legem Corneliam de sicar. plures aliæ leges illis similes cumulari possent, quod male seruat Gallia, vt Bartolus ait in.l.desertorem. §. pœna militum. ff.de re milita.dicit enim in Francia nobiles æque vt plebeios etiam viles laqueo suspendi. Et hic textus, rectè pro illa Franciæ consuetudine induci potest, vbi tam graue est delictum quod omnem honorem excludat: vt
6 in.l.j.C. vbi senato. vel clariss. † Nam libertus qui ingenuorum hominum imaginem & ius aureorum annulorum receperat,vt suprà diximus, sustinet seruorum & non ingenuorum hominū pœnas. Et dictum est in dicta.l.iij.§. de bis. in.l. j.§.serui appellatione.&.§. idemq̃.suprà eodem titulo.sed punctualiter pro dicto Bart. in dicto §.serui cæsi.& Roma.hic addo meliorem tex. in l.eos.in princip.ibi,non oportet quasi viles negligi.& in finem.ibi,si facultates habeat inuitat. ff.de decurio.l. ad subeunda.C. de decurio.lib. x.ibi,dignissimi meritis & facultatibus.§. primo in authenti.de defenso.ciuita.colla.ij. ibi, quorum aliqua ratio est hoc implentibus.l.j. ibi,vel propter honorem aut propter amplissimas facultates.&.l.ij.in fin.C.de prædi.decurio.lib.x.

ibi, ex consensu omnium, maxime ditiorum.
7 † Ecce quomodo diuitiarum & honestatum par
est ratio. Intellige tamen hoc verum dummodo
fides & mores conueniant. l. si stipulatus sit. §. fi-
nali. ff. de verborum obligationibus. l. secunda.
ff. qui satisdare cogantur. l. scire. §. finali. ibi, ne-
que enim facultates neque dignitas est ita suffi-
ciens ad fidem, vt bona electio & benigni mo-
res. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his.
Quibus adde Felinum in capitulo, super eo. se-
cundo. extra, de testibus. Ex aduerso dicit hic
Roman. post Bartol. in. l. prima. C. de iure fisci.
libro decimo. quicunque propter delictum pri-
uilegium amittit, quo ad honores amittit, nō au-
tem quo ad onera. Allegat Bartol. in. l. prima. C.
de dignitatibus. libro decimo. & addit. l. actio-
ne. §. item qui. ff. pro socio. l. relegatorum. §. fi-
nali. ff. de interdictis & relegatis. Tu illis adde
textum in. l. sed & milites. §. scribit autem. aliâs
incipit, sed & ignominia missi. ff. de excusationi.
tutorum. & idem illic vult Bald. dum allegat. l.
de pollicitationibus. ff. de pollicitatio. Et Roma
nus in. l. inter eos. §. damni. ff. de damno infecto.
dum de bannito quærit an teneatur personalia
munera & dignitates illis annexas subire. Cui
adde Angelum in. l. secunda. C. si seruus aut li-
bert. ad decurio. aspira. libro decimo. Adde Bal
dum in. l. quod fauore. C. de legibus. cuius hic
Romanus meminit.

Prædictis omittendum non esse existimaui v-
num Romani dictum in. l. si finita. §. item videa-
mus. ff. de damno infecto. dum quærit, si ex for-
8 ma statuti † priuilegium concedatur his, qui ali-
quando prætores fuerunt, aut in alia dignitate
constituti, vt in. l. eos. & l. maximarum. C. de ex-
cusationi. munerum. libro decimo. & aliis legi-
bus, quarum aliquando meminimus in. l. tertia.
§. de his. suprà eodem. vel antiquis seu antianis
seu consulibus ciuitatum, vt torqueri non pos-
sint neque incarcerari. l. nihil. C. de quæstionib.
l. honor. C. de pœnis. præsertim vbi pœna quæ
pro delicto imponenda est arbitraria est, vel si
satisdederint de mille aureis aut libris soluendis,
si condemnationem pro delicto patientur incar-
cerari non debeant, si forte propter inopiam cō-
tingat eos non posse satisdare: si tamen de facto
incarcerentur, an superuenientibus facultatibus
petere possint à carcere liberari secundum illo-
rum priuilegium. In quo Romanus refert An-
gelum de Perus. dixisse & Florentiæ consuluisse
propter superuenientiam facultatum non recu-
perare priuilegium quod propter inopiam amis-
serant, & hac ratione non posse à carcere libera-
ri, nisi soluant. l. de die. §. plane. ff. qui satisdare
cogantur. & l. si pupillus. ff. de priuilegiis credi-
torum. Non reperio Angel. in locis per Roma-
num allegatis hoc dicere. Cæterum contra di-
ctum Angeli si ita aliquis scriptum inueniat, in-
duco. l. priuilegio. & l. primam. C. de incolis. li-
bro decimo. quoniam per illos textus, lex sup-
plet quod ex priuilegio deest. Sed illis addo me-
liorem textum in. l. cura. §. deficientium. ff. de
muneribus & honoribus. & l. his honoribus. §.
auctis. ff. de vacatione munerum. l. tertia. §. quan
uis. ff. de administratione tutorum. ibi, vel si con
templatione facultatum &c.

Allegaui aliquando in simili. l. si quis seruus.
ff. de custodia reorum. l. si procuratorem. §. si
ignorantes. versicu. cæterum. ff. mandati. Qui-
bus adde. l. non tantum. §. eodem. ff. de excusa-
tio. tutorum. ibi, nisi facultates eorum adauctæ
fuerint. Facit quod ad Bald. notat in. §. finali. in
fine. in procemio Digestorum. Huius ratio est
secundum eundem Romanum in. l. prima. §. nun
tiatio. circa finem. ff. de noui operis nuntiatione.
quatenus enim necessitas impellit, eatenus remo
uetur quatenus necessitas remouetur. l. senatus.
ff. de officio præsidis. l. prima. §. fina. ff. de feriis.
l. sed & si restituatur. §. dies. ff. de iudiciis. l. Ti-
tia. §. vsuras. ff. de legatis. secundo. gloss. in capi-
tu. decet. de regulis iuris. in sexto. gloss. & Bar-
tol. in. l. secunda. in fine. C. de episcopis & cleri-
cis. Papiens. Modern. notat in. l. ex facto. colu-
mna secunda. ff. de vulgari & pupillari substitu-
tione. sed in voluminibus meis Angelus in locis
per Romanum allega. non dissentit ab his quæ
9 Roman. scripsit in dicto. §. item videamus. † di-
xit enim quando propter inopiam seu impoten-
tiam antianus aut prætor debito satisfacere non
potest, ob id non priuari priuilegio, sed eo gau-
dere debere. Secus verò si propter contumaciam
recusat satisfacere, per dictam. l. de die. §. plane.
ff. qui satisdare cogantur. vbi ille text. de contu-
mace loquitur. l. si pecuniæ. vbi glos. notat. ff. vt
in possessio. legata. & Romanus in dicto. §. item
videamus. cum Angel. conuenit. Quibus addo
l. fina. §. illud. C. de temporibus appellationum.
ibi, & in desidia reliquum tempus permaneat. &
in versiculo, nisi ipse appellator. ibi, per iudicem
autem stetisse, vel aliam inexorabilem causam
subsequutam. quod & Iureconsultus sentire vo-
luit in dicta. l. si finita. §. item videamus. ff. de da-
mno infecto. Et huic decisioni iste text. accom-
modari potest, videlicet quia delictum superue-
niens tollit libertatis beneficium, quod à
10 testatore concessum erat, † quemad-
modum diximus, propter contu-
maciam priuilegium amitti,
non autem vbi propter
aliquam iustam cau-
sam libertus
accusare
non
potest, vt dictum
est in. l. tertia. §. subue-
nitur. suprà eodem titulo.

Si seruus

PAVLVS.

Si ſeruus à teſtatore occiſo legatus ſit,& Prætor pro præmio ſtatuerit liberum eum eſſe:dicendum eſt non impediri libertatem.

Summarium in præſcriptæ legis Lectionem ſequentem.

1 Legatum de ſeruo factum, per iudicis ſententiam, qua libertas ei ſtatuitur,abſorbetur.
2 Serui detegentes necem dominorum, libertate donantur. & nume.4.& 5.
3 Libertas à prætore ſeruo non ſtatuitur pro nece domini detecta,niſi prius eidem conſtiterit prætori hæredem neglexiſſe necem defuncti vindicare.
6 Iudicis declaratio requiritur, ante quàm quis obtinere poſsit,quod ſibi à lege ob factum aliquod conceſſum eſt.
7 Hæres non vlciſcens necem defuncti, quibus rationibus excuſari poſsit, ne indignus iudicetur hæreditate.
8 Serui legati,propter vltam domini necem adepti libertatem,æſtimatio an debeat per hæredem dari legatario.
9 Decretum iudicis ius tertij abſorbere poteſt,ob authoritatem à lege iudicibus conceſſam.
10 Libertas ſeu manumiſsio quo ad quid morti aſsimilatur.
11 Debitor certæ ſpeciei interitu eiuſdem liberatur,ſi non in mora ſoluendi extiterit.
12 Legatum peculij extinguitur ſeruo mortuo, vel manumiſſo,aut alienato.
Mors ciuilis non per omnia eſt morti naturali æquiparanda.
13 Manumiſsio, quantum ad ſeruum domino ſubtrahendum attinet,morti ſimilis eſt.
14 Dominium rei ſuæ ſine culpa, aut certè ſine cauſa nemo amittere debet.
15 Lex non plus poteſt,quàm homo iure facere poſſet.
16 Dominus diruendæ domus ob delictum condomini,partem æſtimationis eiuſdem recipere debet,ne pro culpa puniatur aliena.
17 Legatum vſusfructus omnium bonorum cum onere reſtituendi cuidam tertio, an & quando validum iudicari poſsit.
18 Relinquo,verbum appoſitum dictioni vniuerſali ſignificat idem quod verbum,inſtituo.



SPECIES HVIVS LEGIS
plene expedita eſt in.l.tertia. §.
ſi ex ſtipulatu.ſuprà eodem.hac
tatione, quæ huic legi tantum
conuenient explicabimus.
Bald.et Ange.dicunt ex hoc
textu colligi ius tertij per iudi-
1 cis decretum abſorberi: † quoniam legatum ſer
ui à teſtatore factum extinguitur, ſi per iudicis
ſententiam ſeruo libertas ſtatuatur propter vin-
dicatam à ſeruo domini mortem.gloſ.hic in ver-
bo, ſtatuerit. allegat. l.primam. C. pro quibus
cauſis ſerui pro præmio liberta.accipiunt.Et ra-
tio ſecundum Angel.eſt,quoniam libertas idem
quod mors operatur. quemadmodum, inquit,
mors ſerui legati non interueniente hæredis mo
ra legatum extinguit, eodem modo cùm ſeruus
in libertatem eripitur. Et recte facit dicta.l. ter-
tia.§.ſi ex ſtipulatu. ſuprà eodem.l.dominus.in-
frà eodem.l.qui ob necem. ff.qui ſine manumiſ-
ſione ad liberta.peruen. Sed hoc ſane intelligen
dum eſſe puto per hunc textum in verbo,ſtatue-
rit.ſi per iudicem fiat, & ſecundum Senatuſcon-
ſulti Sillaniani authoritatem,dum hic textus ait,
& prætor pro præmio ſtatuerit eum liberum eſ-
ſe.pro primo dicto eſt tex.in.l.inteſtato.§.quod
ſi necem.ff.de ſuis & legit.hæred. dum ait,quod
ſi necem domini detexerit & ex Senatuſconſul-
to libertatem meruit.et dicta.l.prima.C.pro qui
bus cauſis ſerui pro præmio liberta.meruer. ibi,
2 † Iampridem Senatuſconſultis & ſtatutis prin-
cipum præſtari ſancitum eſt.l.ſi necem.ff.de bo-
nis liberto.ibi,quanti ex Senatuſconſulto liber-
tatem conſequutum. Pro ſecundo,quod à iudi-
ce ſtatuat,probat iſte text. in illis verbis,& præ-
tor pro præmio ſtatuerit. Idem in.l.teſtamento.
in verbo,decreuit. ff.de hæredibus inſtituendis.
l.ſi necem.in princip.ff.de bon.liberto. ibi,præ-
tor ſtatuere ſolet vt liber ſit. Et illis adde quod
iuſtis probationibus detexerit & conuicerit. l.ſi
filius.ff.de iure patrona.melius in dicta.l.prima.
C. pro quibus cauſis ſerui pro præmio liberta.
meruer.ibi,non ex ipſo facto,ſed aditione & ſen
tentia præſidis reportabis. & ibi, ſi ad vlciſcen-
dam necem domini incorruptis probationibus
ac ſtrenuo niſu conſtiteris. & idem notat Bald.
in dicta. l.teſtamento. Iuuatur hoc dictum ex.l.
eius qui delatorem. ff.de iure fiſci. ibi,verum o-
portet conſtare prius, & de crimine pronuntia-
re. Inducitur in argumentum. l. diuus Adria-
nus. ff. de cuſtodia reorum. ſicuti aliàs in ſimili
dicit.l.hæc autem. §.defendi. ff.quibus ex cauſis
in poſſeſsio.eatur.
3 Sed in hac cauſæ cognitione † prius quàm li-
bertas ſeruo à prætore ſeu iudice ſtatui poſsit,
conſtare debet iudici hæredem neglexiſſe defun
cti necem vindicare. Et hoc dicit gloſſa prima in
dicta. l. ſi necem. ff. de bonis libertorum. dum
ait, conſiderandum eſſe an hæres in mora fuerit
accuſandi. Hic repeti poſſet quod dictum eſt in
l. neceſſarios. §. non aliàs. & in.l. Senatuſcon-
ſulto. §.finali. &.l.cùm à fiſco. ſuprà eodem. &
inducebam ad id.l.ſecundam.§.fina. ff.ad legem
Iuliam de adulterijs. ibi, marito non negligen-
te nec retardante, ſed accuſationem parante, &
probationibus inſiſtente, atque imminente vt
facilius iudicantibus de adulterio probetur. l.
prima. in principio. &.l. & edicto. §. cùm ante

apertam. ff. de iure fisci. Et ratio huius dicti posita est in dicta. l. edicto. §. extat. ff. de iure fisci. ibi, neque enim dignam esse præmio tam præcipitem festinationem prioris. Addo text. in lege secunda. §. confestim. ff. de senatuscons. Tertulliano. ibi, forte infirmitate impedita, vel alia magna causa, quæ etiam mandare eam ad petendos tutores impedire. & in. §. si mater. versiculo, quoniam eadem lege. ibi, non si cùm petere non cunctaretur admonita est. l. in Senatusconsultum. §. si propter mortem. versiculo, qui post inscriptionem. ff. ad Senatusconsultum Turpilianum. ibi, vel anno vel biennio agere non potuerunt varijs præsidum occupationibus, vel etiam ciuilium officiorum necessitatibus destituti, in Senatusconsultum non incidant. lege secunda. §. dies. & §. sequenti. ff. quis ordo in bonorum possession. ser. dixi aliàs plura, hic non repeto.

4 † Alioqui si nimia esset hæredis mora statuere debet prætor seruo libertatem, si cum effectu seruus domini mortem detexerit, per hunc textum, & dictam legem, edicto. §. extat. ff. de iure fisci. ibi, si verò idcirco dissimulauerit, dum rem occultari sperat. argumento est lex, placet. in fine. C. de excusationibus munerum. libro decimo. & melius ad hunc casum probat dicta lex, si filius. ff. de iure patronatus. dum ait, si filius patris necem inultam reliquerit, dixi non habendum pro patroni filio, quia indignus est, lege, indignum. & l. hæredem. ff. de his quibus vt indignis. dictum est in lege, senatusconsulto. §. fina. in verbo, vlti vitæ ve non sunt. & plerisque alijs legibus huius tituli suprà eodem.

5 Secundò † an diligenter & animose seruus domini necem sit prosecutus, dicta. l. prima. C. pro quibus causis serui pro præmio liberta. accepe. in verbo, & strenuo nisu. Idem in dicta. l. si necem. ff. de bonis liberto. Et hic text. abunde satis demonstrat, dum vult statim à prætore eum liberum esse. & alibi dicitur, an meruerit in. l. si filius. ff. de iure patro. & l. testamento. ff. de hæredibus instituendis. Accedit quod in simili de Irenarcha Iureconsultus ait in. l. diuus. secunda. ff. de custodia reorum. Ex hoc solet axioma iu-
6 ris colligi. † Vbicunque à lege aliquid statuitur seu conceditur propter aliquod factum vel faciendum, super eo iudicis declaratio interuenire debet, priusquam obtineri possit, dicta. l. testamento. in verbo, decreuerit. & hic, & alijs legibus superius allegatis. Sed non est melior illa l. prima. C. quibus ex causis serui pro præmio libertatem acceperũt. in his verbis, sed non ex ipso facto, sed aditione & sententia præsidis reportabis. Et quod iudici de eo constet incorruptis probationibus, dixi in. l. prima. §. item illud. & in. l. necessarios. §. non aliàs. suprà eodem. quibus addo. l. senatus. in princip. ff. de iure fisci.

Neque abs re hoc dictum est, quòd incorruptis probationibus, & non calumniose seu perfunctorie crimen prosequatur, vt dicam in. l. pro pter veneni. §. neptis. infrà eodem. alioqui non potest dici seruum senatusconsulto libertatem meruisse. quod æstimatur secundum Baldum in dicta. l. prima. C. pro quibus causis serui pro præmio liberta. meruer. si fortè oportuit iudicem ad conuictionem criminis ex officio supplere factum accusatoris. l. nisi igitur. ff. ad legem Iul. de adulte. lege prima. §. præuaricatorem. ff. ad Turpilia. dum ait, eo quod proprias quidem probationes dissimulauerit, falsas vero excusationes admitteret. argumento est lex prima. §. quod si in lite. ff. si quid in fraudem patroni aliena. fuer. ibi, quod si noluit obtinere cum peteret, hoc videndum est. Et puto hũc diminuisse de patrimonio. l. cum hi. §. transactiones. ff. de transactio. l. ex quibusdam. in prin. & §. senatus. ibi, neque hoc fraude possessoris factum esse probabitur, diuus Adrianus rescripsit secundum possessorem renuntiari oportere: ita vt sententia comprehendatur etiam delatores edicto id comprehẽdisse. & l. iij. §. quoniam autẽ fraus. & l. edicto. §. extat. & l. ita fidei. ff. de iure fisci. Bal. notat in lege prima. C. de iure fisci. lib. decimo. & aliter manumissi in pristinam seruitutem reuocandi erunt. l. ne procuratores. in fi. ff. de iure fisci. & si manumissi fuerint, reuocantur ad serui tutẽ. & iuuat ratio dictæ. l. edicto. §. extat. dum ait, si verò dissimulauerit dum id occultari sperat hæredẽ eius vltra vulgare præmiũ nihil consecuturũ. Neque hoc absque ratione est, quoniã facto suo conuictio facta non est, vtpote sua dissi-
7 mulatione vel fictione: † nisi fortè pro tempore dissimulauerit, fortè etiam subornatus: si tamen pœnitentia ductus reum postea conuicerit mortis domini, talis calumnia seu præuaricatio abolebitur. lege prima. §. incidit. ff. ad Turpilia. ibi, nisi subornatus accusator probauerit crimen quod intendere suscepit, vel nisi non calumniose, sed imprudenter tamen versans per errorem omiserit, dicta. l. senatus. in princip. ff. de iure fisci. & maxime si iustam errandi causam habuerit, argumento. l. in seruitute. §. si petierit. ff. de bonis libertorum. Sed hæc omnia expedire & agere oportebit præsente fisci patrono seu aduocato. l. omnes. C. de delator. libro decimo. lege tertia. §. diuus Adrianus. & l. si fiscus. ff. de iure fisci. l. fi. C. de aduoca. fisci.

Si vero strenuẽ sit vltionem domini prosecutus, nullius erit libertus, dicta lege, si necem. ff. de bonis liberto. & vocabitur orcinus libertus. l. qui necem. ff. qui sine manumissio. ad liberta. peruenerunt. Sed isto casu † an legatus seruus qui propter vitam ab eo domini mortem senatusconsulto libertatẽ meruit, & ei à iudice decreta est, ab hærede æstimatio legatario præstanda erit? dictum est in. l. iij. §. si ex stipulatu. & in. l. 8
senatus

senatusconsulto. suprà eodē. & aliquid tractabi-
mus in. l. domino. infrà eo. & glos. hic in verbo,
non impediri. dicit deberi, per illos tex. illic dixi
mus. Et hunc, tex. vt in capite huius legis memi-
nimus, Ange. inducit ad id ius tertij per decretū
legis absorberi posse. Cui adde & per ministrū
legis: quia hic cum legis seu senatusconsulti au-
thoritate ista lex prætoris seu iudicis ministeriū
desiderat, vt paulò antè diximus per hunc tex. &
l. testamento. ff. de hæredi. instit. & alias leges su
prà commemoratas. & Bald. etiam decretum iu
9 dicis tantum considerat, † quoniā etiam potens
est ius tertij absorbere propter authoritatē à le-
ge iudicibus datam. l. prima. §. fi. & l. sequen. &
in princip. l. iij. ff. de libe. agnos. & l. ingenuum.
vbi hoc notat Bal. ff. de statu homi. l. si is quem.
& l. iuxta. C. de libera. causa. duntamen in eo iu
dicio collusum non sit. l. cum non iusto. ff. de col
lus. detegen. l. si perlusorio. ff. de appella. l. si ser-
uus plurium. §. primo. ff. de legat. j. Adde. l. nec
omissa. C. de libera. causa. & dictam. l. iuxta. ibi,
pro iustitiæ ratione sententiam proferri. Ratio-
nem huius dicebat esse Bal. hic post Iac. de Are.
10 quoniam † libertas morti similis est. Et licet ni-
hil alleget, pro eo rectè facit. l. inter oēs. in prin-
cip. ff. de furtis. ibi, nec enim dissimilis est morti
manumissio, quod ad subtrahendū domino ser-
uum attinet. l. si mihi. ff. de solut. & in dicta. l. iij.
§. si ex stipulatu. suprà eod. vbi ille tex. libertatē,
quam seruus consequitur propter vindicatā do-
mini mortem, morti æquiparat. Illic dictum est.
Sed vera existente glos. nostræ decisione in ver-
bo, non impediri libertatē. quæ dicit æstimatio-
nem legati serui ab hærede legatario deberi, per
l. senatusconsulto. in princip. suprà eod. & l. do-
mino. infrà eo. & dictum. §. si ex stipulatu. Quia
sicut morte extinguitur legatū serui, vbi hæres
in mora tradendi serui non fuit. l. cùm res lega-
ta. §. primo. ff. de legatis. j. Et repeti posset illa tri
11 uialis disputatio † de debitore certæ speciei, qui
nisi in mora sit soluēdi interitu speciei liberatur.
l. quod te. ff. de rebus credi. l. si seruum. ff. de ver
borum obligatio. similiter manumissio superue
niens debitorem liberat, dicta. l. si mihi. ff. de so-
lut. & dicta. l. inter omnes. in principio. ff. de fur
tis. Sed secūdùm glos. hic manumisso seruo per
decretū iudicis æstimatio debebitur legatario. l.
domino. infrà eo. & dicta. l. senatuscōsulto. Non
prætermitto. §. si quis ancillas. versicu. sed si ser-
uus. Institu. de legat. vbi hæc tria comparantur,
Mors, manumissio, & alienatio serui cum pecu-
lio legati, vt neque vllo istorū casuum aduenien
12 te serui peculium debeatur. ibi, † mortuo seruo
vel manumisso vel alienato, & peculij legatum
extinguitur. l. si alienum. ff. de legatis primò. sed
ad id respondebat glossa in dicta. l. inter omnes.
in principio. in verbo, quod ad subtrahendum,
ff. de furtis. Dicit enim in omnibus non æquipa
rari, vt in casibus per glossam illic expressis. Cui
adde. l. Statius Florus. §. fin. ff. de iure fisci. quia
mors ciuilis in omnibus naturali non æquipara-
tur, licet in multis similitudinem quandam vix
introducat, in. l. ex ea. §. in insulam. ibi, Cùm mo
rieris, dari non nisi moriēte eo committitur. ff.
de verborum obligationibus. in. l. Gallus. §. &
quid si tantum. ff. de liberis & posthumis. ibi,
Hi enim casus ex quibus suus hæres post mor-
tem scilicet aui nasceretur, non pertinent ad le-
gem Velleiam: sed ex sententia legis Velleiæ &
hæc omīa admittēda sunt: vt ad similitudinē mor
tis cæteri casus admittēdi sunt. dixi in. l. necessa-
rios. §. nō aliàs. suprà eo. nō repeto hic. & si glos.
interpretatio vera est, hic casus addēdus est, quo
niam morti libertas similis non esset, dicta. l. do-
mino. infrà eodem. dum vult partem pretij serui
cōmunis, qui alterius mortē vindicauit, super-
stiti domino præstari. & in. l. senatusconsulto. su
prà eodem. vult emptori pretium restitui. quod
non videbatur esse verum, eo quod nō facto seu
culpa debitoris, sed legis potius authoritate pa-
riter & iudicis ministerio libertatem consequi-
tur: quare nihil erat quod posset hæredi vel de-
bitori imputari. Ob id non tantum serui, sed &
peculij videbatur extinctum esse legatum, dicto
§. sed si seruus. Instit. de leg. & l. si alienum. ff. de
legatis primò. & maximè quod textus in dicta. l.
13 inter omnes. ff. de furtis. ait, † quòd ad subtra-
hendum domino seruum manumissionem mor-
ti similem esse, secundùm quod hic Baldus post
Iacobum de Arena dicebat: cum quibus conue-
nio in dicta. l. tertia. §. si ex stipulatu. suprà eodē.
vbi plenius de omnibus his tractauimus. neque
l. senatusconsulto. in principio. suprà eodem. &
l. domino. infrà eodem. hic per Accursium al-
legatæ, si rectè considerentur, contrarium sen-
tiunt. Nam quod emptori pretium serui venditi
restituatur, plus æquo æquius est: quoniam con
tingeret emptorem re & pretio in beneficium
venditoris carere: quod à ratione alienum esset.
l. emptorem. §. finali. ff. de actioni. empti. Abesse
enim emptori res videtur, vbi rei pretium abest.
l. Labeo. ff. de verborum significatione. Et hæc
ratio posita est in dicta. l. senatuscōsulto. in prin
cipio. suprà eodem. ibi, ne emptori iniuriam fe-
cisse videatur senatusconsultum. Et sic hæres in
emptoris damnum, quantum esset ad pretium
fieret locupletior. quod à ratione alienum est. l.
nam hoc natura. ff. de cōdi. indebi. in bis verbis,
Aequū est, neminē cū alterius detrimēto fieri lo
cupletiorē. Pariter dico ad. l. dño. infrà eod. quæ
de cōmuni domino serui loquit̃, cui pretiū à de-
14 functo seu defuncti hærede reddi debet. † Inde-
cēs enim esset dominum rei suæ dominium sine
culpa, imò sine causa amittere. quod continge-
ret si communis seruus qui condomini mortem
detexit, propter id condominus priuaretur iure
quod in seruo habet: nō mirum si id pretium ab
hærede domino cōis serui pro parte restituatur.

l.prima, & secūda.C. de communi seruo manumisso.in eo qui in parte libertatem à cōdomino accepit.suam enim partem aliter vendere tenebitur iusto pretio, vt integram libertatem consequatur,per illum tex.Similiter & in hoc casu,ne illusorium reddatur legis beneficium, dicta.l.j. & .ij.C.de communi seruo manumisso. & ratio dictæ legis,senatusconsulto.suprà eodē. hoc recte probat,dum ait,ne emptori iniuriam fecisse videatur senatusconsultum. Et facit quod in simili dicitur in.l.si prætor. in princip.ff.de iudic. ibi, alioqui illusoria erunt huiusmodi edicta &
15 decreta prætorū.† Præterea lex non potest plus quàm homo facere,sicuti homo seruum communem manumittendo,partem æstimationis pretij tenetur restituere. Idem ad.l.lege. in principio. infrà eodē.dico,dum de extraneo loquitur, qui occisores domini accusant, cui à lege præmium conceditur:quoniam ab hærede ex bonis defuncti dandum erit,eo quod iniuria defuncto facta diligentia extranei vindicata est. Similiter etiam in causa publica dico.l.fin.C.de cupressis. libro xj. vel in seruo priuati, qui publicam causam est ꝓsecutus:quia ex publico serui æstimatio domino dabitur, ne dominus seruo vel serui æstimatione careat.l.secunda.C. quibus ex causis serui
16 pro præmio libert.accip.per quam Bal. ait † dominum communis domus recipere partem æstimationis domus, si pro delicto condomini destrui debeat.l.mulier in opus salinarum.ff. de capti. & postlimi.reuers.dixi aliàs plura de hac re, non transcribam.

Sed hæc omnia longe diuersa sunt ab his quæ suprà dicta sunt post Accursium hic de re defuncti à defuncto relicta, & ꝑ causam testatoris aut aliàs fortuito casu amissa vel extincta, quæ nunquam in legatarij dominio fuit, quare illi nihil deest:imò si deesset,quia ad rei traditionem tantum obligatus est, interitu rei liberatur, si sine culpa sua perierit,& in mora tradendi inuentus non sit,dicta.l.si seruum.ff.de verbo. obligatio. Plura alia dicta sunt in dicta.l.tertia.§.si ex stipulatu.suprà eo. quæ transcribere non licet. Conuenio igitur cum Baldo & Iacobo de Aret.vt libertas morti æquiparetur. Et hoc Bal.& Ange.dictum inducebat hic Roma. ad decisionem
17 alicuius quæstionis non inelegantis de eo, † cui legatus est vsusfructus omnium bonorum, fide tamen ab eo accepta de illo vsufructu cum proprietate restituendo cuidam alij tertio,an huiusmodi legatum valeat, cùm aditione hæreditatis vel etiam hæredis institutione confirmatum esse non videatur,an verò per illa videatur huiusmodi legatarius in proprietate & vsufructu institutus. Et quanuis hæc quæstio longe aliena videatur ab his quæ dicta sunt,tamen induci potest ex hoc text.iūcta glos.primæ interpretationi, dum hic tex.in princip.ait,si seruus à testatore occiso legatus sit.& glos.ait super his verbis oppositionem esse in obiecto,vt homo mortuus,homo dicatur,qui homo nō est. sic in quæstione Roma. legatarius vsusfructus omnium bonorum non videbatur hæres institutus, licet totius hæreditatis proprietatem cum vsufructu restituere rogatus sit, vt sic dicamus legatarium hæredem non esse:alioqn oppositio esset in obiecto. Sed cùm hæc quæstio satis à longe ab hoc textu exigitur, missam eam faciemus.Nam & Roma.remittit se ad dicta per Bald.in.l.extraneum.C.de hæredi. institu.& in.l.filius à patre.ff.de liber.& posthumis.& in.l.id quod pauperibus.C. de episcopis & clericis. Cui adde Moder. omnes, præsertim Papienses,qui de ea re plura scribunt in dicta.l. si extraneum.& dicta.l.filius à patre.post Bald. & antiquos. Roma.tamen , cuius non meminerūt Moder.in locis prædictis pro Bal.opinione vt valeat legatū,addit tres glos.quæ volunt ver-
18 bum, † relinquo.appositum dictioni vniuersitatem importanti vim institutionis habere. Primā in.l.his verbis.ff.de hæredib.institu. Secundam in.l. si maritus.ff. ad legem Falcidiam. Tertiam in.l.cogi.ff. ad Trebel.& addit.l.Titia. in principio.ff.de legatis secundò.sed cùm hæc species seu quæstio ampliorem desideraret indaginem, quæ vt suprà dixi lōge à lege nostra distat, sūtque variæ doctorum sententiæ,vt modernis placet in dicta.l.extraneum.C.de hæred.institu. aliter hic non aperiemus.

VENVLEIVS.

In cognitione aperti aduersus senatusconsultum testamenti eius, qui à familia sua occisus dicatur:quinquennij tempus constitutum est senatusconsulto Tauro & Lepido Coss. quod tamen ad extraneos pertinet. Nam eos qui parricidij teneri possunt,semper accusare permittitur eodem senatusconsulto.

Summarium in præscriptæ Legis Lectionem subsequentem.

1 Bona occisi non publicantur, nisi prius constet occisum esse, & aditam hæreditatem ante sumptum de familia supplicium.

2 Tabulæ testamenti patrisfamilias occisi non debent aperiri ante quæstionem de familia habitam, atque de noxijs sumptum supplicium.

Actio

3 Actio ex senatusc̄ōsulto Sillaniano propter apertionem testamenti, popularis est.
4 Publicatio bonorum propter non vitam testatoris mortem non fit, nisi prius homicidarum condemnatione facta. & nu. 16.
5 Bona testatoris per solam testamenti apertionem non publicantur, sed aperiens cētum aureorum pœna mulctatur.
6 Hæredes bona hæreditaria non amittunt, nisi prius homicidis condemnatis.
7 Mortis inultæ quæstio nō potest per procuratores Cæsaris tractari.
8 Procurator Cæsaris iudex est inter fiscum & priuatum.
9 Fiscus per procuratorem crimina accusat, si nullus alius accusator appareat.
10 Publicatio bonorum an habeat locum propter solam testamenti apertionem ante habitam de familia occisi quæstionem.
11 Procuratores Cæsaris quando tandem de causa inultæ necis cognoscere possint. & nu. seq. & nu. 18.
13 Publicatio bonorum interfecti pcti potest simulatq; de interfectione constiterit. & nu. sequ.
14 Hæres hæreditatem testatoris interfecti adiens ante quæstionem de familia habitam, peccat.
16 Condemnatio homicidarum non necessariò expectatur, vt bona interfecti possint publicari. & nu. sequ.
18 Accusatio seu persecutio necis testatoris quanto possit tempore præscribi.
20 Accusatio aperti testamenti ante habitam de familia occisi quæstionem quantum tempus duret.
21 Hæredes non vlciscentes necem defuncti, post quantum tempus possint accusari.
22 Aditio hæreditatis in quo differat ab apertione testamenti. & nu. 28.
Hæredes qui non fuerint in culpa apertionis testamēti, aut necis inultæ defuncti, non amittent portiones suas hæreditatis ad se delatæ.
24 Hæres aperiens tabulas testamenti non prius habita de nece defuncti à familia quæstione, in centum aureos fisco applicandos condemnatur.
25 Actio datur contra eum qui tabulas testamenti aduersus edictum prætoris aperuit.
27 Aperiens testamentum ante sumptum de occisoribus testatoris supplicium, non priuatur hæreditate, sed in centum aureos damnatur.
29 Aperiens testamentum etiam non iure factum ex quo hæres fieri nequiret, minus in pœnam incidit, quàm si ipsum validum fuisset.
30 Reipublicæ interest vt de delictis statim vindicta sumatur.
31 Adire hæreditatem iure antiquo ante apertas testamenti tabulas non licuit.
32 Actiones populares anno tantum durare solent, quo elapso eas expirare est necesse. & nu. 46.
33 Publicationis bonorum quæstio coram Cæsaris procuratore agitari debet.
34 Apertio testamenti non debet inulta manere, licet occisores inueniri nequeant.
Hæreditas seu bona qualiter ab hæredibus velut indignis auferantur.
35 Publicationis bonorum prosecutionem quinquennium durare tantum, falsum est.
36 Fiscus homicidis condemnatis aduersus hæredes interfecti agere potest hæreditatis petitione.
37 Delicta omissionis quando perfecta existimari debeant.
38 Tempus certum si in pœnalibus non sit determinatum, monitio præcedere debet, & tēpus à iudice præfigendum est, vt pœna incurratur.
39 Pœna exigi non potest ante diem à lege præfixum.
40 Actio quando procuratori fisci quæratur pro crimine interfectionis patrisfamilias.
41 Occisore testatoris incerto, contra hæredem vindicare negligentē agitur directò hæreditatis petitione coram Cæsaris procuratore.
42 Hæres occisi hæreditatem adiens ante vltionem factam an excusetur, si occisores inueniri nequeant.
43 Delicta plura si committantur, pœnæ leuiorum à grauiorum pœnis absorbentur delictorum.
Hæres occisi occisoribus non inuentis potest & tabulas aperire, & hæreditatem impune adire.
44 Actio in centum aureis contra hæredem citius debito tabulas testamenti aperientē, competens, an post quinquennium expirare censeatur.
45 Hæres extraneus maturius testamentum aperiens occisi, incidit in pœnam senatusconsulti Sillaniani.
Actiones populares vario præscribuntur tempore.
47 Tempus concessum ad actionem intentandam an possit prorogari, vel abbreuiari.
48 Hæredes pœna legis Cornelia puniuntur, qui necis testatoris inuentiuntur participes.
49 Publicatio bonorum homicidæ eiusdem est naturæ cum ipso crimine.
50 Multæ centum aureorum aduersus hæredes extraneos persecutio, quinquennio durat.
51 Hæredes extranei ad annos quinq; ob apertionem tabularum testamenti possunt per fiscum accusari. & nu. sequ.
53 Actione ciuili se habente per modum præparatoriæ ad criminalem, non potest ciuiliter agi, ni prius criminaliter actum sit.
54 Actio præparatoria in senatusc̄ōsulto Sillaniano quæ sit, & qualis.
55 Actio de tabulis exhibēdis, ad crimē falsi est p̄paratoria.
56 Actionem furti contra furem, & ex contractu contra fullonem vestimenti domino dari, an sit verum.
57 Condictio furtiua soli domino aduersus furem & quemcunq; rei furtiuæ possessorem competit.
58 Veritas si via directa faciliter eruí possit, vijs subsidiarijs dandus non est locus.
Actiones duæ si ad eandem rem competant, vtra prius agendum erit.
59 Condictio furtiua competit domino vestimenti contra furem, si fullo sit soluendo: in minus, actio furti.
Actionibus ciuili & criminali æque principaliter se habentibus, in electione eius est, cui competunt, vtra prius vti velit.
60 Actio duplex si eidem ad idem competat, ea quæ alteri præiudicat prius agendum erit.
61 Iudicium vnum potest aliud iuuare, testibus scilicet, aut alijs documentis.
62 Hæres intra quantum tempus necem defuncti teneatur vlcisci.
63 Hæres ad factum negatiuum obligatus, quando id implere debeat, ne in pœnam negligentiæ incidat.
64 Tempus modicum quod dicatur, in iudicis arbitrio committitur.
65 Facere non velle præsumitur is, qui non facit id, quod quamprimum facere tenetur.
Hæres institutus intra centum dies adire debet hæreditatem, ne diu illudatur testatoris voluntas.
66 Tempus à iudice datum ad eundæ hæreditatis non debet nouem menses excedere.
67 Vindicta mortis defuncti statim fieri debet, in fauorem ipsius defuncti pro Reipublicæ interesse, & in amicorum solatium.

68 Citatio seu monitio non requiritur vbi de fuga dubitatur.
69 Ecclesiastica bona aliquo casu absque debita solennitate alienari possunt.
Monitio ad constituẽdum quem in mora requiritur, vbi tempus à lege non præfigitur.
70 Hæres qui nõ vltus est necem defuncti vltra tempus præfixum, an posit purgare moram.
71 Hæreditas testatoris occisi non potest per hæredem adiri, donec de familia sit quæstio habita, et de homicidis sumptum supplicium.
72 Monitio non requiritur vbi quis ad aliquid faciẽdum ex officio obligatur.
73 Fauor duplex in senatusconsulto Sillaniano cõcurrere inuenitur.
74 Hæres non potest hæreditate priuari quandiu non constat eum immemorem esse accepti beneficij.
75 Interpellatio seu monitio requiritur, quando lex à præcedente dispositione incipere noscitur.
76 Emens rem cum pacto de retro vendendo ad postulationem venditoris, an post triginta annos posit per venditorem compelli ad reuendendum.
77 Iuri offerendi potest per creditorem aduersus debitorem præscribi. & nume. 79.
78 Facultates nullo vnquam possunt tempore præscribi.
80 Iuri offerendi contra creditorem derogari quãdo posit.
Ius quodlibet quadraginta annorũ tempore tolli potest.
81 Creditor rem pignoratam, quod ad pignoratitiam et ius offerendi attinet, præscribere potest, sed non quo ad rei vendicationem.
82 Facultati offerẽdi, quæ competit debitori, potest tempore præscribi.
83 Quandocũq;, semper, & similes dictiones in lege positæ, in annis triginta verificantur. & nume. 87.
84 Iuri adeundi longissimo tempore potest præscribi.
85 Actio pignoratitia non ex obligatione, sed ex solutione seu satisfactione nascitur.
86 Oblatio debiti potestatiua conditio dicitur etiam per aliũ implebilis.
88 Præscriptio longissimi temporis per verba, quandocunque, semper, perpetuò, & similia excludi non potest.
89 Posidens rem quadraginta annis, aduersus quencunque plenissima est securitate munitus.
90 Actionis via omnino vti debet, qui repetendæ aut vendicandæ rei facultatem habet.
91 Præscriptiones rerum qua ratione fuerint introductæ.
92 Exponens infantẽ præsumitur omnino deserere velle eundem.
93 Debitor post quantumcunque tempus offerens id quod debet potest se liberare.
94 Creditor præscribere ei rei nõ potest, quam debitor possidet.
95 Vsuscapio sine possessione locum nõ potest habere, sicut nec præscriptio.
96 Repetitioni rei suæ non potest vllo vnquã tempore præscribi.
97 Debitor rem posidens hypothecatam, triginta annis nõ præscribit iuri offerendi quod habet creditor anterior in debitorem posteriorem.
98 Debitor quanti lapsu temporis aduersus creditorem hypothecariæ posit præscribere.
99 Facere valens vt posit, iam facere posse præsumitur.
100 Ius debitoris tunc tandem formatum esse dicitur, cùm pecuniam se restituturum offert.
101 Præscriptio triginta annorum quo tempore posit initium sumere.
102 Ius quodcunque triginta annis præscriptionem patitur.
103 Seruitus quo tempore præscribi incipiat.
104 Via publica non patitur præscriptionem, etiam si mille annis per eam nullus incesserit.
105 Præscriptio ad aliquod ius formatũ introducta dicitur.
106 Debitor etiam post mille annos debitum offerens, rem pignoratam liberabit.
107 Conditionis potestatiuæ quæ sunt, vltimo vitæ spiritu impleri possunt.
108 Creditor quo ad vsucapionem, non sibi, sed debitori possidet.
109 Rei vendicatio, quæ debitori competit, impræscriptibilis est, & ex consequenti ius ad illã actionẽ impræscriptibile.
110 Solutio seu satisfactio in pignoratitia actione præambula esse debet eiusdem actionis, & ex consequenti rei vendicationis.
111 Creditor nullo tempore, etiam quadraginta annorum, rei vendicationem præscribere potest.
112 Possidens alteri & non sibi, qualis est creditor, præscribere quadraginta annis nequit.
113 Iuri offerendi qua ratione nequeat præscribi.
114 Præscriptio quot & quibus impediri possit cautelis.
115 Toties quoties, hæ dictiones cuius sint naturæ.
116 Creditor rem sibi hypothecatam præscribere non potest aduersus debitorem.
117 Creditor anterior quãdo & qualiter rem sibi hypothecatam à posteriore creditore possessam auocare posit.
118 Creditori possidenti rem hypothecatam à lege fauetur in odium negligentis creditoris.
119 Possessio longæua creditoris rem hypothecatam liberat à concreditore.
120 Debitori nulla actione succurritur ad rem suam pignori datam recuperandam, nisi prius solutione ad plenum creditori facta.
121 Facultas quædam dicitur & non ius debitori competens qua rem suam luere potest.
122 Captiuus si per quempiam redimatur, seruus redimentis efficitur.
123 Ius quodcunq; tam publicum quàm priuatum annis triginta præscribi potest. & nu. 125.
124 Creditor quando rẽ sibi hypothecatã possidere incipiat.
126 Vasallus nullo vnquam tempore rem feudalem aduersus dominum præscribit, neq; dominus in vasallum.
127 Feudum de iure scripto inalienabile est omnino.
128 Feudũ nullo alienationis genere alienari potest, ne pacto quidem, quàm per infeudationem.
129 Voluntas principis iuri debet esse conformis.
Præscriptioni pacto partium potest renunciari.
130 Pacto & pacti conuentione idem quod per legem fieri potest.
131 Rei vendicatio debitori competens aduersus creditorem an possit præscriptioni subijci.
132 Pignoratitia non nascitur nisi demum soluta pecunia.
133 Creditor, cùm rem sibi hypothecatam non sibi, sed debitori posideat, non potest præscribere.
134 Semper, hæc dictio aduerbialis, ad annos viginti restringitur. & nume. 136.
135 Semper, omni tempore, continuè, & similes dictiones generalitatem quidem important, quod ad tempus attinet, at non quo ad casus.
Præscriptio triginta vel quadraginta annorũ ideo odiosa iudicatur, quòd hominem cum aliena iactura sciẽter locupletem efficit.
137 Contractus quotannis quo ad obligationẽ renouari censetur, in quo hæc verba, toties quoties. partium consensu posita inueniuntur.

138 Actioni quod metus causa, tunc præscribitur cùm volun tas in tradendo interuenisse inuenitur.
139 Vendens rem suam metu coactus qua actione possit repetere, si emptor alteri vendiderit.
140 Actioni reali iure codicis præscribitur decem annis, sicut & actioni personali in rem scriptæ.
141 Metus iure ciuili non impedit translationem dominij.
142 Actio quod metus causa, vt contractus rescindatur, ad annum trigesimum vsque, cõtra meticulosum competit, vel metum passo aduersus eum qui intulit.
143 Creditor secundus ante præscriptam hypothecam de iure habet ius offerendi.
144 Actio debitori competens ad vendicandam rem pignoratam quando nasci incipiat.
145 Officium iudicis remedium rescindens dicitur, quod & præparat ad iudicium rescissorium.
146 Sententia quæ per falsa instrumenta fertur, per in integrũ restitutionem intra quadriennium rescinditur.
Actio duplex ad vendicationem rei per metum distractæ intentari potest.
147 Ius ordinarium validiorẽ producit effectum eo qui à iure quopiam singulari proficiscitur.
148 Rei vendicationem intentare volens, pretium, quod recepit, restituere debet, ne cum iactura ditescat aliena.
149 Institutus hæres sub conditione alia ab ortu conditionis, non efficitur hæres eam implens, sed ad hæreditatem habilis tantum redditur.
150 Ius adeundi an sit facultas, an verò ius merum.
151 Suus hæres ilico patre mortuo, etiam nolens hæres efficitur iure ciuili.
151 Voluntas testatoris non debet illudi, aut tempore longo esse in pendenti.
152 Successio ab intestato locum non habet quandiu ex testamento adiri potest.
153 Hæres institutus compelli potest per iudicem ad adeundum intra tempus à lege limitatum.
154 Iuri adeundi an possit præscribi.
155 Facultas quædam, & non ius dicitur, quod lex pro iuris iam quæsiti conseruatione permittit.
156 Suus hæres non adire dicitur hæreditatẽ, sed se immiscere eidem.
157 Dominium in hæreditate hæredi absque aditione, sed sola testatoris voluntate quæritur.
158 Aditio seu immixtio hæreditatis an possit præscriptione impediri.
159 Hæres hæreditate priuari nõ debet q̃ nõ adit eãdẽ dũ iure adire potest, quòd scilicet iuri adeũdi nõ possit præscribi.
160 Præscriptio triginta vel quadraginta annorũ an reddat quem plenissima munitum securitate.
161 Actioni triginta annorum spatio præscribi potest.
161 Alienari rẽ, & eãdẽ æquiualẽti pretio obligari, paria sunt.
163 Debitor rem suam pignori datam nõ putatur pro derelicto habere quandiu viuit.
164 Tempus non currit hæredi quandiu is, qui cum pacto de redimendo vendidit, viuere reperitur.
165 Pacta conuentionibus apposita sunt omnino seruanda.
166 Præscriptio lõgissimi tpis iure Digestorũ incognita fuit.
167 Statutum dicens præscriptione dominium quæri, de dominio directo debet intelligi.
168 Verba in cõtractibus posita, quãuis minima aliquid operari debent.
169 Perpetuum, quandocunque, toties quoties, & similia verba, quid significationis habeant.
170 Præscriptioni triginta aut quadraginta annorum omnes ius subijci quando verum sit.
Præscriptio statutaria vel legalis nunquã currit, si in promissione verbum, quandocunq; vel, perpetuo positũ sit.
171 Instrumentum quo quis toto decennio vsus non est, an possit executioni mandari, stante statuto &c.
172 Creditor in sortem cõputare debet quicquid ex re pignorata capiet.
173 Creditor quo ad vsucapionem seu præscriptionem possidet rem pignori acceptam.
174 Parricidæ accusari possunt ab omnibus & omni tẽpore.
Parricida grauius punitur quàm homicida.
175 Crimina non purgantur tempore.
176 Accusationi homicidij annis viginti præscribi falsum est.
177 Ademptio bonorum in consequentiam tantum ad pœnam criminis venire creditur.
178 Hæreditas fisco acquiritur sola testamenti apertione, licet non sit adita.
179 Sententia lata contra homicidas an sufficiat ad cõuincendos de negligentia hæredes.
180 Pœnæ vltra iuris terminos haudquaquam extẽdi debẽt.
181 Tempus patri & marito ad accusationem adulterij cõcessum, non currit patri marito præueniente.
182 Absolutio homicidarum non releuat hæredem à prosecutione homicidij.
183 Actio quæ contra hæredẽ debet intentari, intra idem temporis debet terminari.
184 Homicida semper accusari potest.
185 Parricida ad annum vsque tricesimum accusari potest.
186 Actio ciuilis quæ ex crimine descendit, eiusdem vitæ est, cuius & ipsa actio criminalis.
187 Leges pœnales vltra suos casus non sunt extendendæ.
188 Accusationi criminum nõ admodum grauium annis viginti præscribitur.
189 Hæres non nisi intra quadriennium de negligentia accusari potest ad effectum confiscationis bonorum.
190 Actiones fisco competentes quadriennio sopiuntur.



AEC LEX PROPTER varias glos. et doctorũ interpretationes lõge difficilior & obscurior, mea opiniõe reddita est, quàm sit, ex sequẽtibus patebit. pro cuius veritate eruenda, & vt ad eã facilis pateat aditus, nonnulla præmittenda esse existimaui. Primũ duo principalia eẽ huius senatuscõsulti capita. vnũ cũ ab hærede instituto vel ab intestato ad occisi successionẽ vocato añ aditã hæreditatẽ q̃stionẽ sumptũq; de familia occisi suppliciũ aditur hæreditas, ob id bona hæreditaria tanq; ab indigno auferunt & publicant. l. j. C. de his qb. vt indig. l. necessarios. §. nõ aliàs. suprà eo. vbi plenius dictũ est. Quibus adde. c. vnicũ. q̃ sint regal. coll'. x. Sed anteq; publicationi locus esse possit duo necessariò desiderã-
1 tur in prædicto. §. nõ aliàs. expressa. † Primũ est vt constet testatorẽ seu defunctũ occisum fuisse. Secundũ vt hæres ante quæstionẽ de familia habitam sumptumq; de ea supplicium hæres hæreditatem adierit: neque aliter publicari possunt. Hoc expresse verba senatusconsulti volunt posita in illo. §. non aliàs. vt plenius illic docuimus.

Ex illo text. sequitur vnum consequẽs necessariò, quod nemo euitare potest, si non aliàs bona publicantur, quàm si hæc duo copulatiuè interuenerint, hæres si tabulas testamenti aperuit, hæreditatẽ tamẽ ante habitã de familia quæstionẽ & sumptũ de ea suppliciũ nõ adiuit, sed post testamenti aperturam adire distulit, propter solam aperturam testamenti bona hæreditaria nõ publicabuntur, dicto. §. non aliàs. alioqui male posita essent senatusconsulti verba, quæ sunt, nõ aliàs bona publicantur, quàm si constabit occisum patremfamilias & hæredem ante quæstionem &c. sumptumq́ &c. adijsse hæreditatem: vt in illo. §. dictũ est. & hæc nõ ab re præmissa sunt.

Secundum caput est positũ in. l. iij. §. quod ad causam. suprà eodem. prohiberi † tabulas testamẽti patrisfamilias occisi aperiri, priusquam de familia quæstio habita sit sumptumq́ de noxijs supplicium, dicto. §. quod ad causam. si secus ab hærede factum erit, hæreditas non publicabitur, sed in centum aureos tantum condemnabitur. l. lege. §. fina. infrà eod. Sed huic præsuppositioni obstare plurimum videntur. l. fin. infrà eod. & l. si ea. C. de his qui. vt indig. In quibus clare probatũ esse videtur propter solam testamenti aperturam ante quæstionẽ de familia habitam, sumptumq́ de ea supplicium, etiã si ab hærede adita non sit hæreditas, bona hæreditaria seu hæreditatem defuncti occisi publicari, & ab eo tãquam ab indigno auferri: vt in discursu huius legis demõstrabimus. Et illæ duæ leges in causa sunt varietatis glos. & doctorum circa istius legis interpretationem. propter eas enim duo supplere conati sunt. In primis dũ dicitur, in cognitiõe aperti aduersus senatusconsultum testamẽti. addunt illi, & aditæ hæreditatis.

Aliud ex eis consequens inferre rati sunt, ob id bona publicari, & ab hærede auferri. Iterum aliud ex eo inferunt, extraneum hæredem à suo seu eo, qui de parricidio accusari potest, hærede instituto differre, vt aduersus extraneum hæredem institutum quinquẽnio tantum duret accusatio huius senatusconsulti: aduersus autem eum qui de parricidio accusari potest, semper duret. Et Accursius motus est aliud inuenire ad tollendam interpretum differẽtiam, vt intelligatur ad effectum confiscandorum bonorum, nõ autem ad tollendam criminis persecutionem in homicidas, quæ viginti annis durat. l. querela. C. ad legem Corne. de fal. quod quomodo verũ sit, de-
3 clarabimus. † Interea præmitto actionẽ ex hoc senatusconsulto propter solam testamenti aperturam esse popularem, vt in dicta. l. lege. §. fina. infrà eod. & durare quinquennio aduersus extraneum hæredem & aduersus eos qui de parricidio accusari possunt, qui ponuntur in. l. prima & secũda. ff. ad legem Pompe. de parricid. perpetuò, id est vsque ad viginti annos, secundùm glos. per. l. querela. C. ad legem Corne. de fal. & per hunc text. licet regulariter actiones populares anno tantum durant. l. fin. ff. de popul. actio. Ea autem quæ fisco cõpetit propter publicationem bonorum ex indignitate hæredis adeuntis hæreditatem occisi ante habitã de familia quæstionem sumptumq́ de ea supplicium, non tantum durare decem annis, sed etiam viginti aduersus omnes hæredes. Et ad id facit. l. Caius. infrà eodem. ibi, & ipsa post annum decimum decessit. & in. l. prima. §. finali. ff. de iure fisci. ibi, præscriptio autem viginti annorum. & paulò post latius docebimus. & quod hic omittetur, in illa l. Caius. supplebitur. vide interea Feli. in. c. cùm nobis. v. & vj. & ix. colum. & in. c. vigilanti. columna secunda. extra de præscript.

4 Tertiò, ex dictis Bart. † hic præmitte non esse locum bonorum publicationi propter non vltam testatoris mortem, nisi præcedat condemnatio occisorum. Et istud est de mẽte glos. hic dum allegat. l. primam. C. vbi causæ fisc. & hoc modo inquit. §. non aliàs. suprà in. l. necessarios. intelligendum esse ait. Cui Barto. & Ang. consentiũt. & hũc intellectum Angeli verũ esse dicit, quòd an verus sit, haud multò post declarabimus. Interim vide Andre. de Iser. in dicto. c. j. in versic. & qui vt indignis. quæ sint rega. colla. x. vbi per duas aut tres colũnas hunc articulum examinat. His sic præsuppositis, vt omniũ opiniones explicemus, & glossam secũdam prosequamur, veritasq́ huius legis appareat, in primis Hugoli. interpretatio consideranda est, mox reliquas amplectemur. Postremo quid in ea sentiemus aperiemus. Hugolinus antiquus glossator secũdùm Accursium ad hunc text. dum ait, In cognitione aperti aduersus senatusconsultum testamẽti. addendum esse dicebat, & aditæ hæreditatis. Et ra-
5 tio secũdùm eum erat, † quoniam per solam testamenti aperturam bona non publicantur seu confiscantur, sed centum aureorum pœna tantũ aduersus aperientem imponitur. l. lege. §. fin. infrà eod. similis subauditio fit in. l. fina. infrà eod. & in. l. si ea. C. de his quib. vt indig. auferun. hæredi. quæ ab omnibus illic approbatur, & in illis legibus procul dubio necessaria est, vt inferius docebimus. an verò huic nostræ legi cõueniat, ostẽdemus, & non puto recte cõuenire, suo loco dicetur. Secunda interpretatio quæ fuit Ioan. & Azo. est, vt per solam aperturam bona per fiscũ ab hæredibus vt ab indignis auferri possint, dicta. l. si ea. C. de his quib. vt indig. & l. fina. infrà eod. titu. Et re vera illi tex. hanc sentẽtiam recte comprobare vidẽtur absq́ suppletione seu subauditiõe in præcedẽte opinione memorata quã suprà dixi necessariã esse, alioqui leges inter se adeo pugnantes essent vt earũ contrarietas euitari nõ posset, vt clarè inferius demõstrabimus. In eadem glos. in versicu. sed quocunque modo intelligas, quæ accusatio sit de hærede, quidam dicunt eum accusandum esse de his, & puniri in confisca

confiscatione bonorum. sed hoc non admittit Accursius,cùm hæres propter solam aperturam ciuiliter tantum puniatur in centum aureis,propter aditionem verò amisione bonorum. Dicit
6 autẽ Accursius † hæredes bona hæreditaria non amittere nisi prius conuictis & condemnatis homicidis:illis conuictis fisco bona deferentur, & non antea, dicta.l.prima.C. vbi causæ fisc. & ita dicit.§.non aliàs. suprà in.l. necessarios. debere intelligi. Et intra quinquennium expediendum est,ait, per hunc tex.ob id tamẽ dicit Accursius se nolle inferre accusationem homicidarum præscribi seu excludi quinquẽnio:cùm aduersus homicidas duret viginti annis.l.querela.C.ad legẽ Corne.de fal.sed ad hoc solum vt hæredibus tãquam ab indignis auferentur bona per fiscum, & confiscantur, dicit quinquẽnio accusationem hæredum præscribi, vt si post quinquennium à die mortis seu necis testatoris occisi computandum homicidæ accusantur,& de crimine cõuincantur & condemnentur,conuictio & condẽnatio eorum hæredibus nõ præiudicabit, quia aduersus fiscum præscripserunt,vt non possint ratione cõtractæ indignitatis accusari,& ab eis velut ab indignis bona auferri,dicta.l.j.C. vbi causæ fisc. Vt intelligas Accursij & doctorum inductionem aduerte quod in.d.l.j. dicitur,non pos
7 se † quæstionẽ inultæ seu indefensæ mortis defuncti per procuratores Cæsaris tractari, nec ab eo bona fisci nomine peti posse priusquã de crimine homicidarum constiterit coram eo iudice, qui reis conuictis pœnam imponere potest. Et addit Bart.vt in præsuppositiõe suprà dictũ est, & cõdemnatis.Sed illa.l.prima hoc nõ dicit,neque etiam verum esse potest,per.l.iiij.§.nõ aliàs. suprà eo.vbi publicari bona ait,si constiterit defunctum occisum fuisse,& ante habitam de familia quæstionẽ,sumptumq́ de ea supplicium,hæreditatem adierit.sed quomodo constitisse dicitur?dic quando iudici,qui reis conuentis pœnã imponere potest,de illis duobus constitit, & nõ aliàs,inquit ille tex. Et rectè Andre.de Iser. considerauit in.d.c.vnico, quæ sint regal. in verbo, & qui vt indignis. quoniam in ea de condẽnatis verbum nullum fit:sed tãtum dicitur apud eum cui cõuictis pœnam irrogare licet. Et sic,inquit Andreas de Iser.& rectè, intelligitur de iudicio
8 quo petũtur bona † apud procuratorẽ Cæsaris, qui est iudex inter fiscum & priuatũ.l.j.C. si aduer.fisc.Is enim de crimine non cognoscit.l.prima.C.de iurisdic.om.iudi. Tamen cũ Bart.post. ea sentit,quia publice expedit,imò interest,secũdùm eum,maleficia puniri.l.si operis.C. de pœnis.l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquil. Et vt fiscus cupidus non appareat, voluit prius malefactores puniri ob laudabile exemplum : vt in.l.j. C.de precib.impe.offe. fecitq́ Legislator quod alios admonet facere in.l.actione.§.Labeo.ff.pro
9 socio.l.vnica.§.si.C.de cadu.tollen. † Et si non

sit qui homicidas accuset,per procuratorẽ fiscus accusabit.l.prima.in prin.ff.de iure fisci.ibi, vel quod princeps institutus est. Sed Andre. omnino contradicit illi.l.primæ.C.vbi causæ fisc.quã rectè considerauit:quoniam de conuictis tantũ, nõ autem de condẽnatis text.ille loquitur. quare illa lex prima manet insbsoluta, vt paulò inferius docebimus.

Vt igitur singulas difficultates absoluamus, & pro ingenij nostri potestate declaremus,quas comperimus in hac.l. difficultates ex doctorum interpretatione procedẽtes recẽsere curauimus.

Prima igitur est in his verbis legis nomine,In cognitione aperti aduersus senatuscõsultum testamẽti.an suppleri debeat,& aditæ hæreditatis. vt hanc.l. dicamus voluisse de bonorum hæreditariorũ publicatione tractare, an verò de pœna centum aureorum tantum , cuius fit mẽtio in l.lege Cornelia.§.si.infrà eodem.

Secunda,an quinquẽnium,cuius hæc lex meminit, hoc senatusconsulto statutum seu limitatum esse videatur aduersus hæredes tantum, qui tabulas testamenti aperuerunt,hæreditatem autem non adierũt, an etiam aduersus eos qui de parricidio accusari possunt, an verò viginti anni,seu(vt verbis senatusconsulti vtar)an in istos actio perpetua erit,dum ait, semp accusare permittitur.& id ad effectum confiscandorum bonorum defuncti occisi.

Tertia,an hæres quandocunq; accusans intra quinquenniũ excusetur à pœna huius legis,quæ pro apertura testamenti est cẽtum aureorum, & pro aditione hæreditatis publicationis bonorũ.

Quarta,an hic tex.de extraneis hæredibus loquens,vt vsque ad quinquennium accusari possint,intelligatur etiam de hæredibus conscijs seu participibus mortis testatoris,vt tales post quinquennium accusari non possint, an vero solum intelligatur de extraneis hæredibus aperiẽtibus testamẽtum,vel negligentibus accusare homicidas seu occisores domini, & eorum conscios & participes. Similiter dico de hæredibus, qui de parricidio accusari possunt, nõ participibus aut conscijs mortis defuncti occisi. Quibus expeditis glos. Accursij omnino declarata erit,& quod hic Bar.Bal.Ang.& Rom.post Din.scripserũt.

Ad primam dic ex verbis huius legis huiusmodi extensionem,& aditæ hæreditatis nõ procedere,cùm in se lex clara sit,vt suo loco demonstrabimus,sed ex doctorum differentia,vt paulo antè diximus,processit:quoniã hæc lex de apertura testamenti tantum loquitur,non autẽ de aditione hæreditatis:quanquam(vt superius ostendimus).l.fin.huius tituli,&.l.si ea. C.de his quibus vt indignis. huic additioni multum faueant, & huic varietati causam præbeant : quoniam in illis ab omĩbus Hugolini suppletio recepta est: nec in hac.l. diuersum esse videbatur . Nam in.l. finali.infrà eodem dicitur,non amittunt portio-

nes suas, quia inuitis aut ignorantibus hæredi-
bus apertum erat testamentum. Igitur à contra-
rio sensu si illis volentibus & scientibus apertum
erit testamentum, amittent portiones suas. Idem
in dicta.l.si ea.ibi, quod tabulæ testamēti patris
eorū qui interfectus &c. & mox sequitur, aper-
tæ & recitatæ sunt propter amplissimi ordinis
consultum hæreditas à fisco vendicatur. In ea de
hæreditatis aditione nulla mentio facta erat, vt
ob id per illas leges, sicuti Accursius hic refert,
10 Ioan. & Azo volebant † publicationi locum es-
se propter solam testamenti aperturam. Sed (vt
suprà diximus) nimis obstat.l. lege Cornelia.§.
finali.infrà eodem. quæ pro apertura testamenti
pœnam centum aureorū duntaxat imponit, dun
tamen hæreditas non sit adita ante habitam de
familia quæstionem, sumptumq́ de ea suppli-
cium. Et pauci sunt qui ab hac opiniōe reluctē
tur hic, & in locis prædictis, & in.l. Marcellus.
§.fina.ff.ad Trebellia.vbi ille text. ad vtrunque
induci potest, vt illic Accursius rectè meminit.
Fortius etiam obstat.§. non aliàs. in dicta.l. ne-
cessarios.suprà eodem.qui copulatiuè duo con-
currere desiderat, quæ si non interueniant, non
vult aliàs bona hæreditatis posse publicari. Pri-
mò, vt constet iudici occisum fuisse testatorem,
vt illic dictum est, & in.l.prima.§. item illud.su-
prà eod.titulo. Secundò, quod hæres prius hæ-
reditatem adierit, quàm de familia quæstionem
habere fecerit, sumereq́ de ea supplicium. Non
igitur per solam testamenti aperturam publica-
tioni locus esse potest. Et.l. prima.C. vbi causæ
fisc.si rectè cōsideratur, non differt à.§.nō alias.
11 suprà alleg. dum illa.l.prima ait, † non oporte-
re causam inultæ mortis apud procuratores Cæ
saris tractari, nec à fisco bona peti posse, prius-
quàm apud eum iudicem qui de crimine cogno
scere potest, & cui licet conuictis reis mortis pœ
nam irrogare, de crimine constiterit. Et vt expli
cemus illius legis veritatem, imperator intendit
declarare tantum vbi causæ fiscales agi & termi
nari debeant. Quod autem in ea.l. dubium facie
bat, procuratores Cæsaris erant, qui passim de
criminibus cognoscere volebant, ex quibus bo
na de iure fisco applicanda erant. quod non ad-
miserūt Seuerus & Antoninus imperatores. Nā
licet bona propter inultam defuncti mortem fi-
12 sco applicentur, ob id tamen † non vult procu-
ratorem de ea posse cognoscere, priusquam iu-
dici causarum criminaliū, qui est præses vel pro-
consul, cui licet reis conuictis, postquam de cri-
mine cognouerit, pœnam crimine condignā im
ponere: nec antea voluerunt procuratorē Cæsa-
ris de bonis posse cognoscere. Et istud est quod
§.non aliàs. in.l.necessarios. dixit. neque supple-
tionem Accursij admittit, quam hic tradit. Secū-
dò in versicu. plane. in dicta.l.prima.C.vbi cau-
sæ fisca. quæstio variatur, si forte contingat ho-
micidas decedere priusquàm accusari potuerūt,
secundùm Accursium illic, vel coram iudice cō-
uinci, vel post conuictionem pœnam exigi de-
functi sunt: tunc quis de huiusmodi bonorum
publicatione cognosceret: & dicunt imperato-
res procuratorem Cæsaris de ea debere cogno-
scere. Et ratio redditur in.l.secunda illius tituli.
Iam non de crimine aut pœna mortui, sed de bo
nis quærendum est. Et sic in nulla parte istæ le-
ges sunt contrariæ: nec illa.l. prima, si rectè pon-
deretur, vult à fisco petitionem bonorum differ
ri donec homicidæ conuicti sint, multo minus
13 quòd sint condemnati, † sed statim quòd con-
stat defunctum scelere interemptum fuisse, sta-
tim publicationem bonorum peti posse. probat
ille textus ibi, de crimine cōstiterit. dum ait, nec
bona à fisco peti posse prius quàm de crimine
constiterit apud eum, cui conuictis pœnam irro
gare licet. Et ratio prædicta est, quoniam pro-
pter suam negligentiam tantum puniuntur hæ-
redes, quia mortem defuncti vlcisci non procu-
rauerunt. Et multo minus necesse est homicida-
rum condemnationem expectare. Et re vera sa-
tis est quod iudici constet scelere interemptum
fuisse defunctum hæredemq́ neglexisse postu-
lare quæstionem de familia haberi, sumiq́ sup-
plicium prius quàm hæreditatem adiret. Et ita il
le.§. non aliàs. aperte vult, argumento sumpto à
cōtrario sensu illius.§. Nam si non aliàs, inquit,
bona publicantur, quàm si constabit esse occi-
sum patremfamilias, & hæredem ante quæstio-
nem de familia habitam, sumptumq́ supplicium
adisse hæreditatem. Igitur & cætera. similiter &
14 dicta.l.prima.C.vbi causæ fisca. dum ait, † prius
quàm apud eum iudicem, qui de crimine cogno
scere potest, & cui licet cōuictis reis mortis pœ-
nam irrogare de crimine constiterit. Vbi ergo
constabit scelere fuisse interemptum patremfa-
milias, & hæredem ante habitā de familia quæ-
stionem, sumptumq́ supplicium, adijsse hæredi
tatem, statim & non antea bona à procuratore
Cæsaris peti poterunt. & in.l.prima.§. an bona.
ff.de iure fisci. dicitur, ipso iure applicata esse fi-
sco, vt dixi in dicta.l.necessarios.§. nō aliàs. Se-
cundò in dicta.l.prima.§.item illud.suprà eodē.
dicitur, statim quo cōstat defunctum scelere es-
se interemptum, à lege datam esse hæredi faculta
tem postulare quæstionem à familia haberi, su-
miq́ supplicium. Sed postquam constitit ei sce-
lere defunctū interēptū fuisse neglexit postula-
re quæstionē haberi à familia, sumiq́ supplicij,
sed vlterius processit adeūdo hæreditatē, statim
pœna fisco aperta est. Neq; opus est vt homici-
dæ cōuincantur: qa cōstitit defunctū scelere esse
interēptū, etiā si de homicidis adhuc nō constet
sed p familiā sciri poterit, si q̄stio ab ea exigatur,
suppliciūq́ assumat: qm homicidæ testibus supe
rari possunt.l. q sententiā.C.de pœ. quā aliàs de-
claraui. Et hoc etiā tm desiderat tex. in.l.iij.§.nō
tm.suprà eo.tit. dū ait, vt ne qs adeat bonorū ve
possess

possessionem petat antequam quæstio de famí-
15 lia habeatur. † vbi igitur hæreditatē adierit antequā quæstio de familia habita sit peccat in senatusconsultum Sillanianum, nisi fortè facta sit per hæredem tanta diligentia, per quam constiterit extra omnem culpam esse quo minus occisores inueniātur. l. si ideo. C. de his quib. vt indig. ibi, ex quo nulla eorum culpa detegitur. vbi igitur aliqua eorum culpa detegitur, in senatuscōsultum inciderunt. Nec obstat quod And. de Iser. scripsit in c. vnico. in verbo, & qui vt indignis. quæ sint rega. quæ omnino illi aduersatur. nam si expedit maleficia puniri, & hi qui ex debito pietatis officio mortis vltionem procurare debent. l. j. C. de his quib. vt indig. aufer. hæred. negligentes sint, puniri eos necesse est: vt metu pœnæ ad id procurādum inuitentur. Et ratio posita est in dicta. l. iij. §. non tantum. suprà eo. dum ait, ne hæredes propter compendium suum familiæ facinus occultent. quos lex ingratos vocat, dum in negligentia aliqua inueniuntur. l. Caius. infrà eo. & dicta. l. si ideo. C. de his qui. vt indig. dum ait, Ex quo nulla eorū culpa detegitur. aliqua igitur culpa inuenta puniuntur. neque verū est legem vel senatusconsultū velle prius homicidas puniri, quàm aduersus hæredem agi possit. Et ipse idem Andre. in loco prædicto satis reco-
16 gnouit, sumptis terminis. l. j. C. vbi caus. fisc. † et vbi à declaratione per nos suprà data ad illam. l. primam, velles discedere, quāquam (vt dixi) vera sit, adhuc tamen per eam necesse non esset homicidarum cōdemnationem expectare, vt dixi, sed cōuictionē tantum. Et id Accursius in glos. prima sentire videtur dum ait, quibus conuictis hæc bona fisco deferuntur. l. j. C. vbi caus. fisca. sic intelligitur. l. necessarios. §. nō aliàs. suprà eo. de cuius veritate aperte satis docuimus. Neque verum esse potest quod Accursius in eadē glos. dixit ab illa opinione discedēdo, dum super interpretatione istorum vocabulorum, In cognitione aperti. ait, id est, in delatione quæ fit fisco de bonis punitis homicidis. Nam & Bart. illam improbat. dicit enim delationē fieri posse fisco punitis homicidis, à die delatiōis fisco factæ intra quinquenium incipiendum, vt in. l. prima. ff. de iure fisci, vel intra viginti annos, vt in. l. intra. &. l. in omnibus. ff. de diuers. & tēpo. præscript. & in. l. quia autem. §. non simpliciter. suprà titulo proximo. sed vltra quàm Bart. dicat, omnes leges prius allegatæ cōtradicunt in hoc Accursio
17 & Bart. † non enim volunt condemnationē homicidarum expectari, sed sufficere quòd iudici de crimine constiterit, seu scelere interemptum fuisse defunctum, & ad summum sufficere conuictionem. Sed, vt prius dixi, vbi de bonorum publicatione tractari debet, sufficit quod per hæredem adita sit hæreditas, prius quàm de familia quæstionem haberi, sumiq; supplicium procurauerit, dicta. l. iij. §. non tantum. l. necessarios. §. non aliàs. suprà eo. Cui conuenit. l. prima. C. vbi causæ fisca. secundùm declarationem per nos datam, per quam ostensum est, illam. l. primam nō differre à dicto. §. non aliàs. quoniam illa verba, cui conuictis pœnā irrogare licet. referuntur ad iudicem, ad quem de crimine cognitio spectat, dum in ea dicit, nec bona à fisco peti posse, prius quàm si de crimine constiterit apud eum, cui cōuictis pœnā irrogare licet. vt demonstraret differentiam inter procuratorem Cæsaris, qui de bonis ciuiliter tātum cognoscit seu cognoscere po-
18 test, vbi nulla de crimine accusatio expectari potest, vt in. l. secunda. eiusdem tituli, & † eum qui de crimine homicidarū cognoscit, & statim quo apud eum iudicem, qui de crimine cognoscere potest, & cui permissum est aduersus conuictos pœnam irrogare, de crimine constiterit, Licebit tunc, cùm iudici constiterit, procuratori Cæsaris de causa inultæ necis & indignitate ob id prouenientē cognoscere, & nō antea. per rationem. l. secūdæ eiusdem tituli, cuius suprà meminimus, vel, vt inquit. l. prima. bona petere. Et hanc puto veram esse imperatoris mentem, quæ in hoc conuenit dicto. §. non aliàs. &. l. iij. §. non tantū. suprà eo. & alijs suprà relatis per me. Et quanuis Bar. hic, quem Ang. sequitur, dicat super his verbis, in cognitione aperti testamēti &c. intelligēda esse de accusatione, quæ fit cōtra homicidas, per quā peruenitur ad cognitionē aperti testamenti ex senatuscōsulto. quā dicit esse Accursij in prima glos. dum ait, dic ergo in cognitiōe, id est accusatione contra homicidas quinquennium esse constitutum, quo ad effectū confiscandorum bonorum. Et istum intellectum sequendum esse ait, quia verus. Sed parcat mihi tantorum patrum reuerentia ego nō puto eos verum dicere, sed eos huic legi multa imponere quæ p Iureconsultum nusquam cogitata sunt, neque legis verba admittere possunt. Imò si hoc elici posset, aliæ leges, quarum suprà mentionē fecimus, maximo, imò indissolubili essent huic legi argumento. Nec Accursius hāc interpretationem sequi videtur, quoniam ad aliam transit, cuius suprà meminimus. Nec inuenitur illam impugnare: quare vltimæ stare velle videtur. l. qui filium. §. Sabinus. vbi Accursius in glos. fin. notat. ff. ad Trebel. l. bona fides. vbi Bart. idem sentit. ff. depositi. Roma. in. l. tertia. §. Neratius. ff. de acquir. possess. Lācel. in. l. pacta nouissima. C. de pactis. Nullum enim est in hac lege vocabulum, quod de publicatione bonorū loquatur. Secūdò, nullam de aditione hæreditatis in hac lege prorsus mentionem fieri, sed de sola testamēti apertura.
19 † Tertiò, absurdum esset dicere præscriptionē, quæ fisco competit pro bonis & eorum publicatione prouenientē ex aditione hæreditatis per hæredem facta ante habitam de familia quæstionē sumptumq; de ea supplicium quinquennio præscribi: cùm in. l. prima. §. fi. ff. de iure fisci. viginti

annis tantum præscribi posse ait. Neq; illa lex di
stinctionē facit inter extraneos & suos hæredes
seu bonorū possessores, vt dictū est in. d. l. iij. §.
non tātum. & . §. fin. & . l. seq. & . l. necessarios. in
princi. suprà eod. Imò ad omnes bonorū posses-
sores extendit, vt dictum est in illis legibus. Li-
cet iste tex. inter eos, qui testamentum aperiunt,
distinctionem faciat. Distinguit enim extraneos
hæredes institutos ab eis qui de parricidio accu-
sari possunt, vt accusatio aperti testamenti ante
quæstionem de familia habitam sumptumq; sup
plicium aduersus extraneos hæredes institutos;
duret tantum quinquēnio, sed aduersus eos, qui
de parricidio accusari possunt, duret perpetuò,
id est viginti annis secundùm Accursiū. Sed vbi
de publicatione bonorum tractatur, quæ cōtin-
git, quando adita est hæreditas ante habitam de
familia quæstionē & sumptum de ea suppliciū.
20 Hic verbum nullum in hac lege fit. † Et genera
liter etiā lex aduersus quoscūq; hæredes siue bo
norum possessores, siue suos, siue extraneos, nō
vult præscribi posse minori tēpore quàm vigin-
ti annorum. l. prima. §. fina. ff. de iure fisci. l. in o-
mnibus. ff. de diuers. & tempo. præscript. neque
in cōsideratione esse potest quod hæc actio seu
accusatio aperti testamenti sit popularis, & ob
id anno expiret, per. l. fina. ff. de popul. actio: vt
suprà in præfationibus huius diximus, & iterum
mox aperiemus. Quare Batto. summarium per
Ange. approbatum nō est verum. Et ista lex est
totalis declaratio. §. quod ad causam. in. l. iij. su-
prà eo. Imò fuit hæc lex necessaria, quia dubium
erat quo tempore ista accusatio aperti testamen
ti foret duratura. actiones enim seu accusationes
quæ occasione indignitatis contingunt, quæ va-
riæ sunt, vt exprimitur in dicta. l. prima. ff. de iu-
re fisci. nonnullæ plus anno, aliquæ quadriēnio,
aliæ verò quinquennio durant. & glos. aliquas
recenset in. l. in omnibus. ff. de diuers. & tempo.
præscrip. Plures alias recitabimus. Sed prius in-
tendo declarare quomodo hanc. l. intelligo. hac
ratione puto nostram legem absque suppletiōe
legendam esse, sed sicuti iacet accipiendam hoc
modo, In cognitione aperti aduersus senatuscō-
sultum testamenti eius qui à familia sua occisus
esse dicitur. quia fiscus propter apertas testamen
ti tabulas recitatas vel scriptas prius quàm de fa
milia quæstio ex senatusconsulto habita suppli-
ciumq; de noxijs sumptum fuerit, vt dicitur in. l.
iij. §. quod ad causam. suprà eo. aduersus hæredē
siue ex testamēto siue ab intestato vel bonorum
possessorē, vt in eadem. l. §. non tantum. & . l. ne-
cessarios. in princi. suprà eod. ibi, & ego puto ad
omnes bonorum possessores hoc edictum perti
nere. qui aliud ex supradictis fecerit, vt dicitur
in. l. lege Cornelia. §. finali. infrà eodem. pœnam
centum aureorum ex bonis hæredis seu bono-
rum possessoris postulati potest, & ad eam sum
mam condemnari, vt in dicta. l. lege Cornelia. §.

21 finali. † & ad id postulandum seu ad hæredē ac-
cusandum quinquennij tempus constitutum est
aduersus extraneos hæredes Tauro & Lepido
cōsulibus, sed aduersus suos hæredes, & eos qui
parricidij postulati seu accusari possunt, semper
accusare seu postulare eodem senatusconsulto
permissum est, id est secundùm glos. vsque ad vi
ginti annos.

Et sic in tota ista lege de bonorum seu hæ-
reditatis defuncti publicatione nullum verbum
fit, sed de testamenti apertura tantum, licet hæ-
res hæreditatem non adierit, & omnis apertu-
ra comprehenditur, dicta. l. tertia. §. aperire. ibi,
omnis enim apertura. §. si quis tabulas. & . §. si
quis codicillos. suprà eodem. in eo versiculo, si
quis codicillos. nullus erat nec esse poterat hæ-
res institutus, vt illic dictum est. l. hæreditatem.
C. de codicill. l. secunda. §. finali. & . l. quod per
manus. ff. de iure codicillo. Imò etiam ad eum
extenditur, qui in testamento inofficioso hæres
institutus est: vt in eadem. l. & . §. versic. item siue
22 iure valeat. dictum est. † & hæc pœna cētum au
reorum exigetur: quod esse nō posset in aditio-
ne, vt dictum est in. l. si exhæredatus. suprà eo. In
quo differunt aditio hæreditatis & apertura te-
stamēti: & ob id tota vis nostræ disputationis in
dissolutione erit. l. fina. infrà eod. & . l. si ea. C. de
his quibus vt indig. auferun. hæred. & . l. j. C. vbi
causæ fisc. quas pro contrarijs Accursius hic alle
gat, & non absque ratione: quia per eas sublata
esse videntur huius senatusconsulti verba, & sen
tentia quæ ex Vlpiani aliorum've Iurisconsul-
torum nobis declarata sunt. Et licet aliqua supe-
rius dixerimus, hic pro clariori huius legis intel-
lectu repetemus. Et Accursius hic & in dicta. l.
finali. infrà eodem. & . l. si ea. C. de his quibus vt
indignis. & in. l. Marcellus. §. finali. ff. ad Tre-
bellianum. ad illas leges subaudiendum esse ait,
aditam fuisse hæreditatem.

23 In primis dum in illa. l. finali dicitur, † si plu-
ribus hæredibus quibusdam inuitis aut ignoran
tibus apertum erit testamentum, non amittunt
portiones suas qui culpa carēt. Qui igitur scien
ter testamentum aperuerunt, quia in culpa sunt,
amittunt portiones suas per solam testamenti
aperturam. Sed dicunt omnes supplendum esse,
& adita erit hæreditas. Tantundem dixit. l. si ea.
C. de his quibus vt indignis. in verbo, recitatæ.
Inquit Accursius, & adita est hæreditas. alioqui
non ei aufertur vt ab indigno. l. fina. & . l. si quis
in graui. §. non tantum. & . l. necessarios. §. non
alias. & . l. propter veneni. ff. ad Sillanianum. Li-
cet alij dicant aperturam sufficere. quod non pla
24 cet Accursio. † Ob aperturam solam, inquit, sta
tuitur in eum pœna centum aureorum: vt. ff. ad
Sillanianum. l. lege Cornelia. §. finali. & in dicta
l. Marcellus. §. fina. ff. ad Trebel. in verbo, ape-
ruerit. Accursius ait, & nota quòd ob solā aper-
turā nō perdit hæreditatē hæres, licet pœna cētū
aureor

aureorum sit statuta, vt suprà ad Silla. l. iij. §. nõ tantum. & l. necessarios. §. non aliàs. Alij cõtrà: & pro eis est, secundùm eũ, ille. §. dicta. l. Marcellus. & C. de his quib. vt indig. l. si ea. Sed, inquit Accursius hic, expone vel, pro &. sic & C. de verbo. signifi. l. penult. Sed non fuit hæc vltima solutio data ad illum. §. fi. necessaria. tametsi in eodem. §. dicatur, si is, qui rogatus fuerat hæreditatem restituere, ante quæstionẽ de familia habitam, vel tabulas aperuerit, vel hæreditatem adierit, vel quid eorũ, quæ senatusconsulto prohibentur, fecerit, ac per hoc publicata fuerit hæreditas &c. Quatenus enim de publicatione hæreditatis loquitur, refertur ad ea senatusconsulti capita, quæ bonorũ seu hæreditatis publicationem specialiter & nominatim continent, de quibus in dicta. l. iij. §. non tantum. & l. necessarios. §. non aliàs. suprà eo. & §. vbi quis incuria. eadẽ l. quando hæres mortem defuncti defendere negligit, vel perfunctoriẽ eam defendit. l. propter veneni. §. fina. infrà eo. vel qui medicum vulnerato non procurauit vt curaretur, & inde mors secuta est. l. indignum. ff. de his quib. vt indig. dixi in illo. §. vbi quis incuria. & dicet in. l. Caius. infrà eo. & in. l. fin. C. de his quib. vt indig. de eo qui prohibere defuncti mortem poterat. de quibus dictum est in. l. j. §. quod si quis. versi. tamen si qui cõscij. & §. si sibi manus. & §. si quis in villa. in. l. iij. §. si maritus. suprà eo. quare ad illam legem, Marcellus. §. fi. nõ fuit necessaria Accursij expositio. Simile est in. l. lege Cornelia. §. fi. infrà

25 eo. † Primò dũ ait, ex hoc edicto actio pficiscitur contra eũ qui aduersus edictum prætoris tabulas testamẽti aperuisse, vel si quid aliud fecisse dicetur. & mox Iureconsultus illa edicti verba interpretat. Nam, vt ex supradictis apparet, plura sunt propter quæ pœna edicti constituta est. Et Accursius in verbo, plura. ait, & rectè, aperire, recitare, describere. & in versicu. seq. pœna illorum explicatur, ibi, cuius pœna in centum aureos ex bonis damnati extenditur. Si qui tamen adeo enixe ad corticẽ verba illius legis sequi desiderant, probabilis est Accursij expositio: quoniam non possunt verba senatusconsulti & Vlpiani Iureconsulti ipsius senatuscõsulti interpretis euitari, quæ referuntur in. l. iij. §. non tantum. & l. necessarios. §. non aliàs. suprà eo. quæ nolũt publicationi bonorum seu hæreditatis occisi lo-

26 cũ esse, nisi hæc duo copulatiuè cõcurrant. † Primum quod defunctus occisus fuerit, & constiterit scelere interemptum fuisse. l. prima. §. item illud. suprà eo. l. prima. C. vbi causæ fisc. In ea nota verbum, prius quàm. quod cõstat hoc præambulum esse, secundùm quod hæres ante quæstionem de familia habitam sumptumqꝫ de ea supplicium hæreditatem adierit: neque aliàs bona publicari possunt. Non igitur ob solam testamenti aperturã bona publicantur. Nam pro sola testamẽti apertura in scd'o senatuscõsulti capite pœna cẽtum aureorum dũtaxat imposita est. l. lege. §. fin. infrà eodẽ. neque abs re hæc pœna tantum imposita fuit: quoniã omnis apertura testamenti, quale quale sit illud testamentum, siue verum, siue falsum, aut perfectum, vel inofficiosum, vel etiam nullum, imò & codicillorum apertura, siue hæres ex illo testamento aliquid emolumenti consecuturus vel non habiturus esset, incidit in pœnam huius senatusconsulti Sillaniani. l. iij. §. quod ad causam. & §. seq. vsque in. §. non tantũ. suprà eu. titu. Illic abunde diximus. Plura hic nõ

27 repetemus. † quàm durum & quàm seuerum & ab omni æquitate & iustitia alienũ esse, vt is qui nihil commodi consequi potest, vltra cẽtum aureorum pœnam publicatione bonorum plectetur: & tamen is qui grauius peccaret publicatione bonorũ tantũ puniret. licet qui forte ante aditam hæreditatem pium hæredis officium impleuit, quoniã occisores persecutus est, pœnãqꝫ ab eis exigi procurauit priusquam hæreditatem adiret, & nihilominus ob solam testamenti aperturam nõ tantum indignus hæreditate fieret, sed & in centum aureis post impletum debitum pietatis officium condemnaretur, cõtra expressa senatusconsulti verba, & sentẽtiam quæ solam testamẽti aperturam cõsiderant, dicta. l. iij. §. quod ad causam. dum ait, ne quis sciẽs dolo malo aperiendum, recitandum, describẽdumqꝫ curet, edicto cauetur, prius quàm de ea familia quæstio ex senatusconsulto habita suppliciumqꝫ de no-

28 xijs sumptũ fuerit. † Ex quibus verbis alia inter aperturã testamẽti & hæreditatis aditionẽ differentia fit: quia statim publicationi bonorum locus est, si per hæredem adeatur hæreditas, postquam constitit defunctum scelere esse defunctũ. l. prima. C. vbi caus. fisc. l. iij. §. non aliàs. & in. l. prima. §. item illud. suprà eod. At in apertura testamenti pœnæ locus est, si antè apertum sit testamentũ, quàm de familia quæstio habita sit, sumptumqꝫ fuerit de noxijs supplicium. Licet glos. illic noxios intelligat de familiaribus domini occisoribus, & non succurrentibus. Cui conuenire potest. l. prima. §. quod si quis puta veneno. versicu. tamen si qui conscij vel fautores sceleris. suprà eodẽ. Præterea, vt diximus, omnis apertura prohibita est, dicta. l. iij. §. aperire. ij. suprà eo. pariter & codicillorum. §. si quis codicillorum. eadem. l. tametsi in eis hæredis institutio fieri non possit. l. hæreditatem. C. de codicil. l. ij. §. fi. & l.

29 quod per manus. ff. de iure codicil. Imò plus † si testamentum non iure factum sit, ex quo hæres fieri non posset, adhuc aperiens incidit in pœnã edicti seu senatuscõsulti. §. item siue iure. eadem l. iij. suprà eodẽ. quæ ratio esse potest, vt is qui in hæreditate nullum ius habet, neque habere potest, qualis est hæres institutus in testamento nõ iure facto, & sic nullo ipso iure, bona publicare faciat, & ea fisco acquirere in præiudicium veri hæredis in dolo non existentis neque in aliqua

culpa. Quare mirum non est si Accursius in.l.fi.
infrà eo. quem illic & hic Barto. Bald. Angel. &
Roma. sequuntur. & in.l.si ea, C. de his quib. vt
indig. quem omnes moderni post Barto. sequū-
tur, ad illas duas leges addere voluerunt, & adi-
ta sit hæreditas. & licet hæres institutus ex huius
modi testamento imperfecto vel non iure facto
nihil commodi percipiat, pœnam tamē centum
aureorū statutam in.l. lege Cornelia.§.fin. infrà
eod. aduersus eos, qui testamenta aperiunt, reci-
tant vel describūt: vt in dicta.l.iij.§. quod ad cau
sam. suprà eod. &.l.si ea. in verbo, recitate. C. de
his quib. vt indig. sustinebit: neque absq; ratio-
ne hoc in senatuscōsulto censitum est, vt diligen
tius procuretur de noxijs mortis domini suppli-
30 cium assumi † propter Reipublicæ beneficium,
cuius interest delicta statim puniri.l. ita vulnera-
tus. ff. ad legem Aquil. Et ex bonis condemnati
hæc pœna exigebatur, dicta.l. in lege Cornelia.
§. fin. bona verò quæ publicantur propter aditā
hæreditatem ante quæstionem de familia habitā
sumptumq; de ea supplicium, bona sunt defun-
cti: & sic duæ pœnæ pro vno eodemq; crimine
exigerentur. quod rationi nō conuenit. l. qui ser
uum. ff. de actio. & obliga.l. nemo ex his.§. quo-
cies. ff. de regu. iur. de quo in.l. nunquā plura. ff.
de priuat. delict. maxime quod lex seu hoc sena-
tusconsultum vetat, vt suprà dictum est. Præter-
ea senatusconsultum duo diuersa capitula fecit.
Vnum quod de testamenti apertura erat, vt hæ-
redes metu pœnæ ab aditione hæreditatis impe-
31 direntur: quia iure antiquo † non licebat hære-
ditatē adire prius quàm tabulæ testamenti aper-
tæ essent, dicta.l.iij.§. eleganter. in prin. & versi.
si conditioni. ibi, & si aliud impedimētum sit de
nō adeunda hæreditate. Illic copiosius diximus,
& in.l. cum fisco. suprà eo. & notatur in.l. vnica.
§.j. C. de caduc. tollen. quanquā hoc hodie subla
tum sit, vt illic docuimus, & per dictū.§. elegan-
ter. hæredi subuētum est hoc edicto seu senatus-
cōsulto: quia si prius decedebat hæres quàm hæ
reditatem adiret propter senatuscōsulti impedi-
mentū hæreditatē nō aditā trāsmittebat, per illū
tex. quā aliàs nō trāsmisisset.l. vētre. ff. de acqui.
hære. Et si fortè adire eos cōtingebat, spreta pri
ma illa præambula prohibitione aperiendi testa
menti prius quàm de familia quæstio habita sit,
& sumptū de noxijs suppliciū, quæ erat cētū au-
reorū, quam de suo soluere cogebātur, vt ab o-
mni spe cōmodi hæreditarij excludātur ꝓhibiti
sunt adire defuncti hæreditatē priusq; quæstio-
nē & suppliciū de familia sumere ꝓcurauerint.
alioqui adeūtes hæreditate vt indigni priuabūr,

Ex his puto subauditionem ab Accursio fa-
ctam ad.l.fin. infrà eod. &.l. si ea. C. de his quib.
vt indig. fuisse necessariam. & vt sæpius memini
mus Bart. Bal. Ange. & Roma. hic & in illa.l.fi.
infrà eo. illam approbāt, pariter & Paul. de cast.
Alexā. & alij Moder. omnes in.d.l. si ea. cū qui-
bus ego conuenio per supradicta. Sed quantum
ad hanc legem nō puto esse necessariā, sed legen
dam esse prout iacet, quemadmodū suprà osten-
dimus. Neq; obstare vnū quod Ang. post Dinū
32 dicere voluit super verbo, quinquēnio. † popu
larem esse actionem, quæ ex hoc senatuscōsulto
procedit, & ideo durare anno tantum, nō autem
quinquēnio, vt voluit Accurs. hic: quia popula-
res actiones anno tantū durant.l. fi. ff. de popul.
actio. qua nō obstāte ꝑ hūc tex. durat quinquen
nio. Neq; verū esse verba huius legis, In cogni-
tione aperti testamenti debere sic intelligi, id est
in accusatiōe cōtra homicidas ꝓposita, per quā
peruenitur ad cognitionē aperti testamenti con
tra senatusconsultū Sillanianū. licet hoc Angel.
constanter affirmet, & dicat hunc esse verū intel
lectum huius legis, neq; hāc legem subauditio-
ne aliqua indigere, sed plane legendā esse puto,
sicuti suprà diximus. Et quia Bar. clarius Accur
sij intentionē declarauit, quàm Ang. neq; alius,
ideo ad expeditionē glos. & huius legis succin-
cte doctrinā Bar. prosequar. Opponit itaque
Bart. hanc accusationē non siniri quinquennio,
sed durare viginti annis, vt. C. de fals.l. querela.
quā oppositionē Accursius hic aperuit. Et ait ra
tione huius opinionis duas esse hic lecturas. Pri
ma quod hæredes directò accusantur eo quod
testamentū aperuerint, & hæreditatē adierint, &
fertur sententia cōfiscationis bonorū in homici-
das, finiturq; quinquennio hæc accusatio cōtra
extraneos, secūdū eos, cōtra ꝓpinquos verò du
rat perpetuo, & deueniet̃ hoc pacto ad confisca
tionē bonorū per accusationē in hæredē factā.
Et pōderat.l. necessarios.§. nō aliàs. suprà eo. in
verbo, publicātur. Et sic ipso iure publicata nō
sunt, nisi sententia sequat̃. Et ad id inducit.l. pe.
infrà eo. dū in ea dicit̃, accusant̃. Sed hæc lectura
nō placuit Bar. Nā si hmōi accusatio fieret, corā
præside fieri deberet, non corā ꝓcuratore Cæsa
33 ris.l.j. C. vbi cau. fis. † sed hæc quæstio corā ꝓcu
ratore agit̃, qa de bonorū tātū publicatiōe q̃stio
est: accusatio igit̃ nō est, sed actio.l. Caius. infrà
eo. & hanc dicit esse verā. Si verò accusatio vera
esset, in pœnam fieret publicatio, & morte extin
gueret̃, per illā.l.j. quod falsum est, inqt Bart. vt
in.d.l. probatur. Nec obstat.§. nō aliàs. quia ver
bū, publicabunt̃. in eo positū intelligit ꝑ legē se-
cuta vel nō secuta sentētia cōtra homicidas. Nō
obstabit.l. pe. infrà eo. quia verbū, accusare. in-
telligit ꝓ agere: vt in.l. q accusare. C. de edē. Se-
cūda lectura in glos. cōmemorata est, quā sum-
mario huius legis exposuit. dixit em̃ accusationē
cōtra occisores factā effectū cōfiscatiōis bonorū
habere aduersus extraneos hæredes intra quin-
quenniū. Contra eos verò qui de parricidio de
morte defuncti accusari possunt, semp. Et sic ver
ba huius tex. In cognitione. intelligit, id est accu
satione cōtra homicidas. Et nouissimo loco hāc
lecturā dicit cōiter approbari, & ideo eā tenēdā
esse.

esse. Similiter dicit verã esse, vt superius meminimus. Tamẽ Bar. dicit eã non conuenire huic literæ. & verũ dicit, dũ hic tex. ait, in cognitiõe aperti testamẽti. homicidæ nõ accusantur de aperto testamẽto, sed de homicidio. Imò si hæc lectura esset vera, Accurs. omnino sibi cõtradiceret in eadẽ glo. dũ ait hãc quæstionẽ aperti testamẽti etiã aduersus extraneos hæredes durare quinquennio. Similiter in. l. Caius. in. ij. glos. in prin. infrà eodẽ. Et non expirare anno, sicut & pleraq; aliæ populares actiones finiuntur. l. fin. ff. de popula. actio. dicam haud multò post abundantius.

Barto. autem hic sustinendo glos. dicit ista verba, In cognitione. pro delatione assumi, quæ fisco fit in bonis homicidæ iam puniti. sed hæc saluatio sibi non placuit, quia in quadriennio punitis homicidis à die delationis factæ fisco, vel etiam intra triginta annos. Liber meus videtur corruptus, dum de triginta annis loquitur: quoniam leges per Barto. allegatæ non excedunt viginti annos, videlicet. l. in omnibus. &. l. intra. ff. de diuers. & tempor. præscript. Et hac ratione aliter exposuit, in cognitione, id est in accusatione cõtra homicidas, per quam peruenitur ad cognitionem aperti testamenti ex Senatusconsulto. Sed aduersus eam iterum Bartol. dat instan-
34 tiam. † Quid enim si occisores inueniri non possint? an crimen illud aperti testamenti manebit inultum? non: quia tabulæ testamenti aperiri non debuerunt. l. tertia. §. quod ad causam. suprà eodem. glos. autem lecturam suprà memoratam, & quam sequi voluit, dicit posse intelligi quando aduersus hæredem procederetur seu ageretur, quia defuncti necem non vindicauit: sed in hac lege agitur quod tabulas aperuit & hæreditatem adiuit ante sumptam vindictam. qui non est casus nostræ legis, vt gloss. sentit in. l. Caius. infrà eodem. mox Barto. qui tandem secundæ lecturæ Accursij adhæsit, dat praxim auferendi bona ab hæredibus. quam ampliore pagina Angel. prosequitur. Primò, inquit occisores accusari debent si viuunt, & lata sic contra eos sententia intra quinquennium huiusmodi accusatio effectum habebit confiscandorum bonorum aduersus hæredes, vel si propinqui sunt hæredes perpetuò, vt hic, & in. l. prima. C. vbi causæ fiscales. Sed hæc praxis Bart. non satisfacit suo obiecto. Quid enim si viuant occisores seu homicidæ, sed inueniri nequeunt? licet hæredes hæreditatem adierunt non condemnatis homicidis, nihil eis obest. l. si ideo. C. de his quibus vt indignis. Secundò. l. prima. C. vbi causæ fiscales. non probat intentionem Bartol. vt paulò antè ostendimus.
35 † Tertiò non est verum, quinquennio tantum prosequutionem publicationis bonorum durare, vt in euidentialibus huius legis exposuimus, & nunc opportunius repetimus. Licet Accursius hic, & Barto. post eum contrarium sentiant, tametsi mox dicat hic Accursius se non velle ob id huius opinionis esse, vt accusatio aduersus homicidas expiret quinquennio: quia dicit eam viginti annis durare. l. querela. C. de fals. Nam etiam dico publicationem bonorum, non tantum dixerim aduersus homicidas durare viginti annis, verum etiam aduersus hæredes, qui defuncti necem non vindicauerunt, vel ante vitam defuncti mortem & quæstionem de familia habitam, sumptumq; de ea supplicium hæreditatem defuncti occisi adierint: quia etiam viginti annis aduersus eos durat, dicta. l. prima. ff. de iure fisci. & idem tenet glos. in. l. in omnibus. ff. de diuersis & temporalibus præscriptionibus. & latius infra explicabimus. Ad
36 Bartolum reuertamur. † dicit enim condemnatis homicidis agi posse per fiscum petitione hæreditatis aduersus hæredes. & sic causa erit ciuilis. l. prima. C. de his quib. vt indignis. non diffiteor aduersus hæredem per procuratorem Cæsaris vel fisci ad restitutionem bonorum & fructuum antea perceptorum agi posse, & ea posse petere, per illam. l. primam. C. de his quib. vt indignis. &. l. hæredem. ff. de his quibus vt indig. auter. hæredit. & latius prosecuti sumus in. l. necessarios. §. non aliàs. suprà eodem. sed debet ea petere actione ex hoc senatusconsulto procedente. Hoc iste text. vult dum ait, in cognitione aperti aduersus Senatusconsultum testamenti. Et clarè probat. l. lege Cornelia. §. finali infrà eodem. dum ait, ex hoc edicto actio proficiscitur contra eum qui aduersus edictum prætoris tabulas testamenti aperuerit, vel si quid aliud simile fecisse dicatur. Pergamus ad reliqua dicta Bartoli, qui ait hæc notanda esse propter deli-
37 cta quæ in omittendo fiunt, † quod tunc dicantur esse perfecta quando transiuit tantum tempus quod potuit impleri, & non est impletum: nec expectatur quod transeat tempus quod desinat posse fieri, sicut in contractibus: vt in. l. ita stipulatus. ff. de verbo. obligatio. sed est sicut in vltimis voluntatibus, vt illic patet. Et hoc tenet glo. & Barto. post eam in lege prima. C. de his quib. vt indign. in verbo, reddere. vbi Bald. & plerique alij eum sequuntur. Alexan. examinauit in dicta lege, ita stipulatus. tertia colum. fallentia tertia. ff. de verborum obligationibus. de cuius dicti veritate aliquando suprà diximus: quia non puto hoc verum esse. Et cõuenio cum Ioan. de Imola in. c. extirpandæ. §. quia vero. ex-
38 tra de præbendis. † vt vbi in pœnalibus certum tempus determinatum non est, oportet monitionem præcedere & tempus à iudice præfigi: alioqui pœnæ locus esse non potest. Et vltra quã dicant est tex. in. l. diffamari. C. de inge. manumiss. l. si eo tempore. C. de remissio. pignor. dixi declarando authent. hoc amplius. C. de fideicommissis. clementi. prima. de vita & honestate cleric. l. secunda. §. fi. ff. ad legem Iul. de adulte. nisi forte tam notabilis esset hæredis dissimulatio, vt

verisimiliter cōiecturari possit voluisse mortem defuncti inultam manere, argumento. l. edicto. §. extat. ff. de iure fisci. quæ verisimilitudo verificari potest ex coniecturis quæ ponuntur in. l. secunda. §. finali. versicu. intantum. ff. ad legem Iuliam de adulte. Et recte induci potest. l. sororem. C. de his quibus vt indignis. ibi, secundum quæ si fiduciam innocentiæ geris. l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquiren. hæredita. & argumento est. l. fina. §. fin. ff. de bonis eorum qui an-
39 te senten. mortem sibi consci. † sed vbi tempus à lege est præfinitum, non nisi ante diem lapsum pœna exigi potest, vt hic: quia ante agi non potest quàm lapsum sit quinquennium, vel viginti anni. l. quicquid astringendæ. §. fina. ff. de verborum obligatio. l. magnam. C. de contrahen. stipulatio. l. traiectitiæ. ff. de actio. & obliga. dixi in. l. iiij. §. Cato. ff. de verbo. obliga. Procedamus ad Barto. distinctionem. quandoq;, inquit, de auferendis bonis hæredi tractatur propter apertum testamentum vel aditam hæreditatem ante habitam de familia quæstionē, sumptumq; de ea supplicium. Et dicit Barto. etiam si certus sit percussor, erit idem processus qui suprà dictus est: quia primò occisor accusabitur, & sententia effectum habebit confiscandorum bonorum. Qui articulus non potest esse verus sic intellectus vt superius Barto. intellexit, & suprà ostendimus: quoniam voluit non antea fiscum ad bonorum confiscationem aduersus hæredem negligentem vlcisci mortem defuncti posse agere, quàm sententia aduersus occisores lata sit, per. l. primā. C. vbi causæ fisca. quæ contrarium sentit, vt paulo ante
40 docuimus: † quia statim actio procuratori fisci quæsita est, quo iudici, qui de crimine cognoscere potest, constitit scelere interemptum esse defunctum: vt in. l. prima. §. item illud. & l. iij. & §. non aliàs. suprà eod. non repeto quæ dicta sunt.

Cæterum nulli dubium esse potest, sententia aduersus occisores lata cōfiscationem bonorum fisco apertam esse: quoniam etiam ante latam sententiam aduersus occisores procurator Cæsaris ad bona agere potest, postquam iudici qui de crimine cognoscit, de scelere constare incepit: satis autem videtur constitisse iuris præsumptione secuta sententia: tametsi plerunq; contingat innocentes condemnari. l. qui seruum. ff. de interrog. actio. Et recipientur hæredes volentes de innocentia probare etiam aduersus fiscum, dicta. l. fina. §. fin. ff. de bonis eorum qui ante senten. mortem sibi consciuer. & l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquiren. hæredit. l. denuntiasse. §. finali. ff. ad legem Iuliam de adulterijs.

41 Si verò, inquit Barto. † occisor incertus erat, & sic directò contra hæredem ageretur petitione hæreditatis coram procuratore Cæsaris propter negligentiam, vt. l. si ea. C. de his quibus vt indignis aufer. hæred. sicut ageretur, si occisores morti essent, ita quod condemnari non possent. l. prima. C. vbi causæ fisc. l. secunda. ff. de Carbo. edicto. neque secundum eum obstat. l. si ideo. C. de his quibus vt indig. vbi hæres non punitur si malefactores inueniri non possunt: quia verum est, inquit Bartol. non puniri hæredem propter inultam defuncti necem, sed bene propter apertas tabulas & aditam festinanter hæreditatem.

Aduertatur quæso, quoniam Barto. pugnantia inter se referre videtur. In primis dum ait per l. si ea. C. eodem. contra hæredem propter suam negligentiam agi posse, sicut ageretur aduersus hæredes si mortui essent occisores, ita quòd condemnari non possent. l. prima. C. vbi causæ fisca. Secundò dum respondet ad. l. si ideo. C. eodem. quia licet à confiscatione bonorum excusari possint hæredes vbi occisores mortui sunt, non autem à centum aureis propter apertas tabulas & aditam festinanter hæreditatem.

Vt hunc articulum breuiter absoluam, dic primò aduersus hæredem ad pœnam confiscationis seu centum aureorum nasci actionem ex hoc edicto. l. lege. §. fin. suprà eodem. diximus paulo ante, non repetimus. Secundò Bartol. inhærendo opin. glos. in dicta. l. si ea. C. de his quibus vt indignis. quatenus in ea de bonorum cōfiscatione tractatur ob apertas ab hærede tabulas ante habitam de familia quæstionem & supplicium, licet de pœna centum aureorum mentionem non faciat, sentire voluit quòd in illa. l. si ea. duplex crimen hæres commiserat. Primum quia tabulas aperuit ante sumptam de familia quæstionem & supplicium, propter quod puniendus est pœna centum aureorum. l. lege. §. fina. infrà eod. Secundum est quod ante habitam de familia quæstionem & supplicium de ea sumptum post apertas tabulas statim occisi hæreditatem adijt, propterea bona fisco acquiruntur secundum Accursium in dicta. l. lege. §. fina. in verbo, damnati. in fine.

42 † Et forte in hoc verum diceret Barto. vt si hæreditatem adierit, quia occisores inueniri non poterant, à bonorum publicatione excusabitur hæres, dicta. l. si ideo. sed non à pœna centum aureorum, quæ propter apertas tabulas imponitur, dicta. l. lege. §. fina. infrà eodem. Certe non videtur hoc Barto. dictum recte subsistere. Verum est enim hæredem puniri centum aureis, si tabulas testamenti solum aperuit ante habitam de familia quæstionem, etiam si hæreditatem non adierit: quia hoc Senatusconsultum Sillanianum & edictum ex eo procedēs nihil aliud desiderant. l. iij. §. quod ad causam. in princip. suprà eodem. & dicta. l. lege. §. ex hoc edicto. in princ. infrà eodem. Sed si vtrunque crimen committat, id est tabulas aperiat, & hæreditatem adeat ante habitam de familia quæstionem, & sumptum de ea supplicium non poterit vlterius puniri quàm bonorum confiscatione, dicta. l. si ea. C. de his quibus vt indig. secundum Accursij intellectum per omnes approbatum in illa. l. vt superius docuimus, quæ solam

Iam pœnam confiscationis imponit, non autem
centum aureorum. Et hæc conclusio confirma-
43 tur optima ratione: † quoniam vbi plura delicta
commissa sunt, pœnæ grauiorum delictorum mi
nores pœnas leuiorum criminum absorbent. l.
nunquam plura. ff. de priuatis delictis. Plura di-
cam in dicta. l. lege. §. fina. infrà eod. Neque pu-
tarem verum, si postquam iudici constaret occi-
sores non posse inueniri, quod adhuc prohibea-
tur hæres ad effectum consequendæ hæreditatis
ipsam hæreditatem adire. Indubium enim est per
dictam. l. si ideo. hæredem non puniri, si hæredi-
tatem adierit, postquã constat occisores inueniri
non posse. Clarum etiam est aperiẽdas esse tabu-
las, priusquam hæres hæreditatem adire possit. l.
iij. §. eleganter. & in. l. cum fisco. &. l. sequenti.
suprà eod. vbiq; diximus. Sed si antequam iudi-
ci constitisset occisores non inueniri tabulas apé
ruit, si tamen hæreditatem non adierit, condẽna-
bitur in centum aureis tantum, dicta. l. lege. §. fi-
na. infrà eo. non autem bonorum publicatione:
quia licet tabulas aperuit, hæreditatẽ tamen non
adiuit: quod necessarium est, antequã bonorum
confiscationi locus esse possit, dicta. l. iij. &. §. nõ
aliàs. suprà eod. vbi dictũ est. Et dum Barto. pro
glos. nostræ expeditione opponit hæredem non
puniri in amissione hæreditatis sed in centum au
reis tantum. l. lege. §. fin. infrà eod. & pro eius so
lutione refert Dinum dicentem hanc actionem
popularem esse, dicta. l. lege. §. fina. infrà eodem.
ideo non esse necesse quinquennium expectare
quum finiatur anno. l. fina. ff. de popula. actio. &
44 ait Din. sic hanc glos. intelligere, quæ in fine † di
cit hanc actionem, quæ est in centum aureis, non
finiri quinquennio, sed (vt suprà dictum est) Di
ni opinionem, quam Bald. Angel. & Romanus
hic sequuntur, moderatur Bald. & ait verum esse
non expirare anno, vbi popularis est & crimina-
lis. l. querela. C. ad legem Corneliam de fals. sed
pro ista, quæ pro centum aureis tantùm concedi
tur, non agitur alia actione, quàm ea, quæ proce
dit ex hoc edicto, quæ est popularis, dicta. l. lege.
§. fin. infrà eo. Igitur anno tantum durare debet.
l. fin. ff. de popula. actio. Sed hoc dictum Bal. nõ
est verum, vt suprà ostendimus. & ideo omnes
conueniunt hic & in. l. fin. infrà eod. & in. l. si ea.
C. de his quib. vt indig. aufer. hæred. responden-
tes ad. d. l. si ea. &. l. fin. addẽdum esse & supplen
dũ, & adita hæreditas, quia si apertis tabulis hæ-
reditatem adeat hæres ante quæstionẽ & suppli-
ciũ de familia sumptũ, non quia tabulas aperuit,
sed quia hæreditatẽ adiuit bona confiscantẽ, quæ
aliàs non cõfiscarentur. l. necessarios. §. nõ aliàs.
suprà eodẽ. & hac. l. nostra suprà diximus. Et vt
hunc articulũ absoluamus, licet multa dixerimus
suprà nostra lege. Et textualiter hanc nostram. l.
pro faciliori intellectu expediamus, ꝓsequamur
hunc tex. in verbo, quinquẽnij. per quẽ idem te-
nuit glos. in. l. in omnibus. in verbo, tempora. in
princ. ff. de diuer. & temp. præscrip. In tex. quin-
quennij tempus constitutum est Senatuscõsulto
Tauro & Lepido consulibus. In hoc textu clare
45 probatur, † extraneum hæredem institutum, qui
ante habitam de familia occisi quæstionem, sum-
ptumq; de ea suppliciũ, etiam si mortis particeps
nõ sit, tabulas testamẽti aperuit, puniri hoc sena-
tuscõsulto. l. iij. §. quod ad causam. in prin. suprà
eod. quæ pœna est centum aureorũ. l. lege. §. fin.
infrà eo. & de eo crimine posse accusari vel fisco
deferri vsq; ad quinquẽnium per hunc text. dum
ait, quinquẽnij tẽpus cõstitutum est Senatuscon
sulto, &c. & ista lex fuit necessaria ad declaratio-
nem edicti: quia in verbis edicti positis in dicto
§. quod ad causam. nihil expressum erat. Secũdò
alia ratiõe propter dubium quod hic Accursius,
Din. Bart. Bal. Ang. Roma. & alij fecerunt pro-
pter. l. fina. ff. de popula. actio. quoniã hæc actio
popularis est, vt in dicta. l. lege. §. fina. infrà eod.
46 † & regulariter omnes populares actiones expi
rant anno, dicta. l. fin. ff. de popular. actio. tamen
hic Accursius per hunc text. dicit hanc actionem
non expirare anno, sed durare quinquẽnio: quã-
uis Din. Accursiũ reprehẽdat: sed nõ fuit Accur
sius dignus reprehensione: quoniam non omnes
actiones populares præscribuntur anno. Non-
nullæ enim sunt, quæ quadriennio tantum præ-
scribuntur. l. prima. §. diuus. ff. de iure fisci. qua-
lis est ea quæ pro vacantibus bonis fisco dela-
tis competit. l. prima. C. de quadrien. præscript.
l. quia autem. §. non simpliciter. versicu. quid er-
go tempus. ff. si quis omissa causa testamen. ali-
quæ verò quinquennio, vt hic, secundum gloss.
& bene, & glos. in. l. in omnibus. in verbo, tem-
pora. in princ. ff. de diuer. & tẽp. præscrip. Et est
tex. in. l. ij. C. de vectig. & commis. & in. l. ij. ff. de
collusio. deregen. l. mariti. §. præterea. &. l. quin-
quenniũ. ff. ad legẽ Iuliam de adulter. Aliæ verò
perpetuæ. l. ij. §. hoc edictum perpetuũ. & vbiq;
glos. notat. ff. ne quid in loco publi. fiat. Pleræq;
aliæ enumerantur in. l. intra. & in. l. in omnibus.
ff. de diuersis & tempor. præscriptio. & in. l. fina.
ff. de popula. actio. & in. §. primo. Institu. de per-
petuis & tempor. action.

Ex his satis est factum tertiæ difficultati in ca-
pite huius legis propositæ, in qua dubitabatur
47 † an longius seu breuius tempus quinquennio
præfiniri possit: quia per hunc textum, in iudi-
cis potestate non est tempus hoc quinquennij
prorogare aut abbreuiare, nisi forte lis cum eo
contestata sit: sed id legis beneficio, vt plenè no
ratur in. l. prima. §. diuus. ff. de iure fisci. & in. l.
quarta. in principio. ff. ad legem Iuliam de adul-
terijs. vel nisi cum hærede accusato collusum sit;
vt dixi in. l. præcedenti. vbi concordem legem
dedi, vel quia occisores reperiri non poterant,
& ob id hæredes, de sua culpa conuinci non
poterant. l. si ideo. C. de his quibus vt indi-
gnis. ibi, ex quo nulla eorum culpa detegitur.

vbi igitur culpa eorum detegetur, punientur nõ
tantum pœna centum aureorum, quia tabulas
aperuerunt, ſed bonorum publicatione, quia de
functi hæreditatem non ſumpta de familia quæ-
ſtione & ſupplicio adiuerunt, & legem fraudare
volunt. Et ita puto procedere. l. ſi ea. C. de his
quib. vt indig. Ratio huius eſt, quia non tantum
verba legis, ſed & mentem ſeu ſententiam frau-
dare viſi ſunt. argumento eſt. l. ita fidei. ff. de iu-
re fiſci. ibi, qui non tantum legem circumueni-
re voluit, ſed etiam interpretationem legis. &
in. l. edicto. §. extat. eod. titulo. ibi, ſi idcirco diſ-
ſimulauerit, dum rem occultari ſperat. aut alia
grauiore pœna iudicis arbitrio taxanda, argu-
mento. l. prætor edixit. §. primo. & §. quod au-
tem ait. ff. de iniurijs. §. eſt & alia. quæ fuit prima
cauſa benefi. amitt. colla. x. & præſertim ſi dela-
torem mortis defuncti corruperit, delator etiam
ipſe qui diſsimulauit, punietur. l. ſenatus. §. j. ff.
48 de iure fiſci. vel niſi participes inueniantur hære
des necis defuncti, vt dictum eſt, in. l. j. §. quid er
go. ſuprà eod. quia tunc pœna legis Corneliæ de
ſicarijs punientur. l. j. §. j. ff. ad legem Corne. de
ſica. vel. l. Pompeia de parricidijs.

Si ex his ſint hæredes qui illa lege puniri poſ-
ſunt, vt inquit iſta lex, & mox in verſic. ſequenti
declarabimus, in conſequentiam cuius criminis
venit bonorum publicatio, licet. §. lege Corne-
lia. ff. ad legem Cornel. de ſicar. ibi, & omnium
bonorum ademptio. publicabitur etiam hære-
ditas hoc ſenatuſconſulto: quia ſæuit in eum, qui
eum fecit hæredem. l. ſi inimicitiæ. ff. de his quib.
vt indig. & in. l. Caius. infra eodem. quæ accuſa-
tio non præſcribitur quinquẽnio, ſed viginti an-
nis tantum, vt hic glo. meminit. l. querela. C. ad
legem Cornel. de falſis. quæ confiſcatio in neceſ
ſariam pœnæ corporalis conſequentiam venit,
vt dictum eſt. quare non poteſt vera eſſe glo. no
ſtræ & ſequacium ſententia, dum dicunt, effectũ
quinquennio præſcribi per hunc tex. licet accu-
ſatio aduerſus homicidas duret viginti annis, di-
cta. l. querela. quoniam hæc lex nullam de bono
rum publicatione mentionem facit propter ſim-
plicem ſeu ſolam indignitatem ab hærede con-
tractam, eo quòd hæreditatem adiuit non habi-
ta de familia quæſtione ſumptoq́ de eo ſuppli-
cio: ſed de pœna tantum quæ per tabulas teſta-
menti ab hærede contracta eſt, quæ eſt centum
aureorũ, cuius proſecutionem hic tex. dicit quin
quennio durare in beneficium fiſci: ſed bonorũ
publicatio quæ per illam indignitatem contra-
hitur, quia hæreditatem adiuit non habita de fa-
milia quæſtione, neque ſumpto de eo ſuppli-
cio, viginti annis durat. ſuprà dixi per. l. primam.
§. diuus. verſicu. præſcriptio. ff. de iure fiſci. l. in
49 omnibus. ff. de diuerſ. & tempo. præſcript. † Pu
blicatio autem bonorum homicidarum vel con-
ſciorum ſeu participum, quæ in conſequentiam
criminis & pœnæ legis Corneliæ venit, vt dictũ
eſt per. l. iij. §. legis. ff. ad legem Cornel. de ſicar.
eiuſdem naturæ eſt, cuius eſt ipſum crimen, per
illum tex. facit quod Bart. notat in. l. prætor edi
xit. ff. de iniur. & in. l. nunquam plura. ff. de pri-
uatis delictis. in text. quantum ad extraneos. in-
tellige aperientes teſtamentum ante habitam de
familia quæſtionẽ, ſumptumq́ de ea ſuppliciũ:
vt in. l. iij. §. quod ad cauſam. ſuprà eod. non au-
tem intelligas de extraneis hæredibus inſtitutis
hæreditatem adeuntibus ante habitam de fami-
lia quæſtionem, contra quos ad bonorum publi
cationẽ per fiſcum ageretur. l. neceſſarios. §. non
aliàs. ſuprà. de quo hic tex. non loquitur, vt ſupe
rius oſtendimus. Et ita ſaluata eſt. l. ſi ea. C. de
his quib. vt indig. & l. fi. infra eod. hic plura nõ
repetemus.

50 Et † pœnæ ſeu multæ perſecutio, quæ eſt cen
tum aureorum. l. lege Cornelia. §. fi. infra eodẽ.
quinquennio tantum aduerſus extraneos hære-
des durat, vt clare tex. probat, & paulò antè de-
clarauimus. aduerſus autem eos, qui de parrici-
dio accuſari poſſunt, licet ipſi parricidæ nõ ſint,
neque parricidij participes, tamen ob id ſolum
quod tabulas teſtamenti ante habitam de fami-
lia quæſtionem aperuerint, à fiſco conueniri po-
terunt ad cẽtum aureorum ſolutionem, quæ ad-
uerſus tabulas aperientes tantum hoc ſenatuſcõ
ſulto ſtatuta eſt in dicta. l. lege. §. fina. infra eodẽ.
ſemper, id eſt vſque ad viginti annos, vt mox in
verſi. ſequen. explicabimus. Ex hoc Bald. Ang.
& Roma. hic colligunt plus extraneo quàm con
iuncto faueri: & id optima ratione.

Primò ratione ſanguinis. ſanguis eñ pro ſan-
guine pugnare debet. l. ſi. ff. de recepta. l. Iulia-
nus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen. & ad id pie-
tas ſanguinis inducere. l. j. C. de his quib. vt in-
dignis. Secundò alia ratione cuius ſuprà memi
nimus: quoniam quilibet de ſanguine, etiam ſi
hæres nõ ſit homicidas & participes proſequi po
teſt. l. j. ij. & iij. ff. de libe. cauſa. & iniuriarũ actio
à lege eis conceditur. l. lege. in princip. ff. de iniu
rijs. mirum igitur non eſt ſi lex in eos ſeuerius
animaduertit: quoniam vltra quàm ingrati à lege
iudicantur, in. l. Caius. infra eod. aliud peccatum
impietatis in ſanguinem committunt, vt dixi per
legem primam. C. de his quibus vt indign. in ali-
quibus autem plus ſuis fauetur quàm extraneis
hæredibus. l. vnica. vbi plura Lucas de Penna &
Ioan. de Platea ſcribunt. C. de impo. lucrat. de-
ſcript. lib. x. & quod hic omittitur in ſequẽ. ver-
ſicu. ſupplebimus. In text. Nam eos qui parrici-
dij pœnæ. hic verſic. præcedentem declarat: quo
niam vt hic Accurſius in verbo, teneri. ait, filij &
alij, qui de parricidio accuſari & puniri poſſunt,
qui exprimũtur in. l. j. & ij. ff. ad legem Pompe.
de parric. Et qui re vera in parricidio non pecca
uerunt, ſed in aperiendo tabulas teſtamenti ſo-
lum, vel ſecundum aliquos in adeundo defuncti
occiſi hæreditatem priuſquã de familia quæſtio
&

& supplicium assumeretur. quanquam iste text. secundum Accursiũ de aditione hæreditatis non loquatur. & verũ dicit, vt suprà docuimus, semper accusari possunt ad extraneorum hæredum differentiam, qui minus suis & aliis consanguineis peccãt. l. miles. §. primo. ff. ad legem Iuliam de adulter. l. aut facta. §. persona. ff. de pœnis. l.
51 prætor edixit. §. j. ff. de iniuriis. † quia extranei hæredes propter apertas testamenti tabulas vsq; ad quinquennium tantum à fisco accusari possunt, & postulari ab eo illos in centum aureis cõdemnari, quæ est pœna huius Senatusconsulti in hoc secundo capite, vt diximus. l. lege. §. fina. infrà eodẽ. suos autẽ seu sanguine defuncto occiso coniunctos, qui in eo solo peccauerunt quod testamenti tabulas aperuerũt ante quæstionem & supplicium de familia sumptum in perpetuum à fisco accusari poterunt, & ab eo peti vt in centum aureis condemnentur in perpetuum, id est, vsque ad viginti annos. l. in omnibus. ff. de diuersis & temporalibus præscriptio.

In hoc videtur clarè ab Accursio Dini & Ange. expositio improbata, dum dicunt hanc actionem cùm popularis sit, vt in. l. lege. §. finali. infrà eodem. anno tantum durare. l. fina. ff. de popul. actio. Et tamen ex hoc text. clare constat contra eos, qui de parricidio accusari possunt, perpetuò durare: & sic non esse veram tam absolutam conclusionem Dini & Angeli, omnes populares actiones anno tantum durare, vt in dicta. l. fin. ff. de popula. actio. quia verum est, nisi specialiter et nominatim aliquibus popularibus actionibus tempus à lege inueniatur præfinitum, sicut text. ait in dicta. l. in omnibus. ff. de diuers. & tempo. præscript. Et ob id Din. hic in ea est opinione vt versic. vltimus huius. §. de parricidis, qui parricidium actualiter commiserunt, non intelligatur, sed de hæredibus, qui de parricidio accusari possunt, si parricidium admisisse comperiantur: qui si tabulas aperuerunt, semper accusari possunt, vt in centum aureis condemnẽtur, secũdum hoc Senatusconsultum. hac ratione verum esse quod
52 supra annotauimus in hoc text. probari † extraneos hæredes post apertas ab eis testamenti tabulas ante habitam de familia quæstionem sumptumq; de ea supplicium vsq; ad quinquennium posse à fisco accusari, & postulari vt in cẽtum aureis multa condemnentur: sui verò hæredes, & qui de parricidio accusari possunt, perpetuo, id est, vsque advginti annos, vt in dicta. l. in omnibus. ff. de diuers. & tempor. præscript. l. querela. C. ad legem Corneliam de fals. l. prima. §. diuus. ff. de iure fisci. Et quod Barto. Bald. & Angelus hic plurimum insteterunt, vt nõ possit aduersus hæredes agi ad pœnam huius Senatusconsul, nisi conuictis prius & condemnatis occisoribus. cuius dicta superius impugnauimus.

Et addit hic Ange. practicã seu formam agendi, quam ipse idem Ang. repetit in. l. Caius. infrà eod. tit. quanuis melius quadraret super dicta. l. Caius. in verbo, cùm sit pecuniaria. tamen de ea hic differemus. Circa prædictum dubium dicit
53 Ange. in dicta. l. j. C. vbi causæ fisca. † vbi ciuilis actio habet se per modum præparatoriæ ad criminalem, vt in casu illius. l. j. qui est casus huius tituli, nisi prius actum sit criminaliter, nõ potest ciuiliter agi. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. cùm vult primò de delicto constare, & prius super eo pronuntiari. Illa lex nihil facit, quia non loquitur de actione præparatoria, sed de actione facto defuncti contra hæredem præparata. Et dicitur præparata, quia defunctus delatorem corruperat, ne commissum per eum delictum detegeretur: vnde super illa actione facto defuncti præparata, donec de illo facto constiterit, & pro nuntiatum fuerit, agi nõ potest ad pœnam, quæ videbatur extincta propter factum cum delatore defuncti iudiciũ. Hoc pulchrè declarat. l. præuaricationis. ff. de præuaricat. nam qui lege Iulia de vi publi. conuentus erat, dixit se alio iudicio contra eum ab alio accusatore intentato absolutum fuisse, & quod absolutione inde secuta non potest per alium iudicium retractari, neq; restaurari. l. denuntiasse. §. finali. ff. ad legem Iuliam de adulte. l. diui fratres. ff. de pœnis. nisi constet iudicium retro actum per collusionẽ primi delatoris omissum fuisse, & ob id male iudicatum, & super collusione pronuntiatum. & sic collusio defuncti vel accusati præparauit reintegrationem illius primæ actionis. Et est quod dicit tex. in dicta. l. eius qui delatorẽ. ibi, nec enim exinde perit causa ex quo redempta est, vel actio perimitur, vel condemnatio facta dicitur. sed super redemptione cõstare debet, & super ea pronuntiari an re vera prima causa intẽtata & præparata & fisco acquisita per collusionẽ redẽpta fuerit. ex eo enim die quo certũ esse cœperit delictũ cõmissum esse ius fisco quæsitum est. l. j. §. diuus. ff. de iure fisci.
54 † Actio aũt præparatoria in hoc edicto est, vt facilius veritas homicidij detegaẽ, vt serui torqueãtur, & suppliciũ de eis assumaẽ. pœna autẽ eorũ iudiciũ cõtra occisores vel mandatores nõ absorbebit. l. & si certus. in princ. vbi dictum est suprà eo. non tñ quod sit necesse quæstionẽ haberi de familia, si faciliter veritas homicidæ haberi põt: vt in. l. præcedẽte. vbi seruus conuincit alio ordine q̃ qõne familiæ occisores. Vel pono q; cædis authores visi sunt in actu, & reperti. argu. à cõtrario sensu. l. si ideo. C. eo. ibi, si cædis authores reperiri nõ potuerũt, an excludenẽ ab accusatiõe? Certe nõ. Et hoc Bart. nõ est hic inficiatus, & tñ illa, q̃ est p̃paratoria, nõ differẽ. Sed respondebis q̃d hæc sit criminalis. Ideo pone in actione ad exhibẽdũ, quæ est præparatoria ad furtũ, vt in. l. de eo. §. sæpius. versi. item si ei. ff. ad exhiben. & incivilem. & l. ciuile. C. de furtis. et in aliis casibus memoratis in. l. vnica. C. quãdo ciuilis actio crimin.
55 præiud. † vbi ponit exẽplũ de tabulis exhibẽdis

præparatoria ad crimen falsi, de quo in.l.fina.C.
de fide instrumen. & sic de cæteris. & Bart. in di-
cta.l. prima.C. vbi causæ fisca. dixit hoc primum
membrum non esse verum generaliter: quoniam
actio præparatoria primò intentatur, & super ea
deciditur, dicta.l.fin.C.de fide instrumẽ. Secun-
dum membrum distinctionis Angeli est, quan-
doq; actio ciuilis habet se subsidiariè ad crimina
lem, vt est quando fulloni vestimenta furto sub-
tracta sunt. nam domino cõpetit actio furti con-
tra furem, & contra fullonem actio ex cõtractu,
quæ est locati subsidiaria. Igitur primo contra fu
rem agendum est, vt in.l.cùm plures.§.vestimen
ta.ff.locati & conducti. & hoc sumptibus fullo-
nis. & secundum Bart. ibi, ille text. non est alibi.
Et allegat pro concordi secundum vnam lectu-
ram.l. vnde quæritur. circa princip. ff. commod.
Sed istud membrum distinctionis est minus ve-
rum primo membro, & defectuosum in omnibus
56 suis partibus. † In primis non esse verum actio-
nem furti dari domino, nisi in vno casu, quando
fullo vel sarcinator soluendo non sunt: & id in
subsidium, cùm dominus à fullone rem suam re-
petere non potest, aut æstimationẽ: tunc lex pro-
pter interesse domini, in subsidium furti actionẽ
contra furem concedit.l.itaque fullo. in princip.
ff. de furtis.§.item si fullo. Institu. de obligation.
quæ ex delict.nasc. Et ita Accursius in illo.§.ve-
stimẽta. declarauit in verbo, agere. dum ait, Item
intellige hoc in condictione furtiua vel rei vendi
catione, quas potest dominus contra posidentẽ
instituere nondum conuento fullone. Secus in
actione furti, quæ soli fulloni datur, si est soluen
do: vt Institu. de obliga. quæ ex delic. nascuntur.
§.fulloni. & infrà de furtis.l. itaque. in princ. quæ
sunt cõtra. quæ omnia dictis Ange. aduersantur:
quoniam actio criminalis furti domino nõ com-
petit, nisi in subsidium: ciuilis autem actio tãtum
ex contractu, videlicet locati contra fullonem
competit per illos text. Nec obstat lex, cùm plu-
res.§. vestimenta.ff.locati & conducti. quoniam
57 non loquitur in furti actione, † sed de cõdictio-
ne furtiua, quæ soli domino competit contra fu-
rem & quemcunque rei furtiuæ possessorem seu
detentorem.l.prima.ff.de condictio.furtiua. Et
quod ille.§.vestimenta. de re furtiua loquatur,
hoc clare verba illius text. quæ sequuntur, pro-
bant. Et habes vnde petas, nec repetere vis: & sic
non de actione furti, sed repetitione facienda à
posidente, cùm dicit, habes vnde petas. Et sic
sciebat dominus à quo poterat rem petere & re-
petere. vnde videbatur esse in manifesta calum-
nia: quia causa vexandi fullonem hoc faciebat,
qui poterat sumptibus fullonis repetere facilius
à possessore, & sic euitare circuitum.l. dominus
testamento.ff.de condict.indeb. Et ita glo. in di
cto.§.vestimenta. & dicto.§. item si fullo. legit,
& dicit veritatẽ. & eam sequitur Nicol. Spinel.
in dicto.§.item si fullo. Ideo tex. vult quòd cùm
dominus faciliter potest fullonis sumptibus rem
à possessore per condictionem furtiuam repete-
re, repetat potius quàm actione ex locato con-
tra fullonem agat. Actio autem furti ad damnũ
datur, in quo res comprehẽditur.l. si seruus ser-
uum.ff.ad legem Aquil.§.tripli. &.§.quadrupli.
insti. de actio. quæ fulloni competit, & non do-
mino, nisi in casu prædicto. Ex illo.§. vestimen-
ta. habes probatum quòd pluries suprà dixi, &
58 præsertim in articulo præcedente, † quando fa-
ciliter potest veritas erui via directa, non esse ad
vias subsidiarias recurrendum: dum dixi nõ esse
torquendos seruos, ne forte deteriores fiant, vt
dixi in.l.j.§.serui. &.l.iij.§. de his. suprà eodem.
quoniam per quæstionem articuli dissoluuntur:
vt dicit tex. in.§.fina. in authent. vt nulli iudic. li-
ceat habere loci conserua. colla.ix. & ratio.l.ter
tiæ.§.non tãtum. suprà eodem. ibi, ne hæres pro-
pter compendium suum familiæ facinus occul-
tet.l.j.§.in causa. versic. alij tanta sunt impatien-
tia. &.l. quæstionis modũ.ff. de quæstio. & fient
cum minore dispẽdio quod fieri poterit, & hoc
iudex æstimabit, dicto.§. vestimenta. an facile sit
vel difficile.

Secundò nota illum tex. ad aliud quàm nota-
uerit Bart. quod vbi duæ actiones ad rem com-
petunt, agendum est prius ea per quam facilius
potest res recuperari. nam ibi domino compe-
tunt duæ actiones ad rem furto subtractam: vna
contra possessorem, quæ est condictio furtiua.
Altera verò ex contractu contra locatorem ope
ræ, videlicet fullonem aut sarcinatorem ex loca-
to, vt si in promptu repetendi facultas est à pos-
59 sessore debet agere. † Primum condictione fur-
tiua sumptibus tamen fullonis, si soluendo est: et
si non sit soluendo, actione furti contra furem, di
cta.l.itaque. ff. de furtis. & demum agere actio-
ne ex illo contractu contra fullonem, quæ erit
inutilis domino, si soluendo non est, per illum
§.item si fullo. & dicta.l.itaque. &.l.nam is.ff.de
dolo. & in hoc casu illa actio ex contractu subsi-
diaria inutilis erit. & tex. in dicta.l.itaque. vtitur
hoc verbo, in actione reddit. cùm is qui nihil ha-
bet vnde reddat, eius periculo nihil est. Tertium
autem membrum est, dum ait, vbi ciuilis & crimi
nalis se habent æque principaliter, in electione
esse eius, cui competunt, qua velit primò agere.
Tu adde quod simul & semel poterit vtraq; ex-
periri.l. Neratius.§. quanuis. &.§. ope. ff. de ser-
uo corrupto. dicta.l. vnica.C. quãdo ciuilis actio
crimi. præiudi. versic. & cum libertus. & versicu.
sequenti.l. prætor edixit.§.j. versicu. atqui. ff. de
iniur.l. damus. C. ad legẽ Corneliam de fals. hoc
verum, nisi ambæ ad vindictam competerent, vt
dicit glo. in dicta.l. vnica. secus si vna ad damnũ,
& altera ad pœnam: quoniam se nõ impediunt.
sed declarat glos. verum dicere, nisi sequuta sint
plura delicta ad diuersum effectum tendentia, li-
cet vnico actu cõmissa sint.l. si adulterium cum
incestu

incestu. ff. ad legem Iuliam de adulte. & quia intendo aliàs hunc articulum plenius examinare, de eo interim vide quæ scripsit Bartol. in. l. nunquam plura. ff. de priuatis delictis. Cin. in dicta l. vnica. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet. Floria. in. l. illud. §. fina. ff. ad legem Aquiliam. Hoc vltimum distinctionis membrum limi
60 tauit Ange. & bene, † nisi actio criminalis omnino præiudicialis esset actioni ciuili, quoniã prius agendum esset præiudiciali. Allegat. l. prætor edixit. §. j. ff. de iniurijs. quem textũ ita illic legit Barto. post Iacob. de Arena. nec refert an ciuilis sit præiudicialis, an vero criminalis, quia primò agendum erit præiudiciali. Et hoc melius probatur in. l. præses. C. ad legem Faui. de plagia. in. l. quoniam Alexandrum. C. ad legem Iuliam de adulter. sed vbi non sunt præiudiciales sed compatibiles, vt patet in pluribus exemplis positis in dicta. l. prætor edixit. §. j. ff. de iniurijs. & dicta. l. vnica. C. quando ciuilis actio. tũc possunt cumulari, vel eligi qua primum experiatur. Sic & in casu nostro, sententia quæ feretur cõtra hæredem aperiẽtem tabulas ante habitam de familia quæstionem, seu iudicium quod agetur contra eum, nihil afferet nocumenti contra occisores in quæstione homicidij per eos commissi, nec econuer-
61 so. † vnum autẽ iudicium alterum adiuuare poterit, aut per testes, aut alia documẽta, quæ ex altero ipsorũ prodeunt, dicta. l. & si certus. in princip. suprà eod. vnde tu sequere hoc vltimum dictum Ange. vbi comperietur iudicium commodius contra hæredem agi posse, neque aliquid fisco perire per expectationem illius iudicij, quia mille aut delatoris aut testium corruptiones sequentur. l. denuntiasse. §. fina. ff. ad legem Iuliam de adulte. rectius igitur faciet iudex si de illis primum faciat ita experiri. hoc dicit dicta. l. prætor edixit. §. j. ff. de iniur. ibi, rectius igitur fecerit si huiusmodi actionem non dederit. Sed pondera versi. atqui solennis dicere. dum ait, non esse necessitatis prius vno quàm altero iudicio experiri: ob id prohibendam non esse partem, quo minus agat quo velit iudicio, nisi iudex cognosceret prius vna quàm altera actione experiri deberet: tunc rectius faciet, si illa actione agere faciat. Ita etiam loquitur. l. j. in verbo, ratio permittit. C. vbi causæ fisca. & sic non potest proecedere lectura Bart. & aliorum dicentium iudicium exordium sumere ab occisoribus. & ita tene. Quinquennium autem incipiet ex die commissi delicti quo fisco actio cœpit acquiri. l. j. §. diuus. ff. de iure fisci. l. fin. ff. ne de statu defunctõ. l. ij. ibi, post sententiam. ff. de collusio. detegen. dicetur
62 infrà, cum glos. † Sed intra quantum tempus tenebitur hæres necẽ defuncti vlcisci. dicit hic Barto. quàmprimum hæres cõmodẽ agere seu accusare poterit. alioquin de negligentia argui poterit. Alleg. glo. in. l. j. C. eodem. & est glos. in verbo, reddere. de qua illic Bart. Bald. Alexã. & alij Moderni in ea plurimum disputauerũt propter vnum dictum Innocẽ. in. c. extirpandæ. extra de præhend. Areti. & Alex. in. l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig. cùm vt glo. inquit in dicta. l. j. C. eodem. non inueniatur tempus à lege limitatum, & ideo in arbitrio iudicis esse limitare. l. j. ff. de iure deliber. Et tamen vbi tanta esset temporis angustia pœnam huius Senatusconsulti non incurreret, argumento. l. edicto. §. diui fratres. ff. de iure fisci. ibi, & ideo per angustias temporis deferre se non potuerit. & ita. l. si peculium. §. fina. ff. de statu liber. l. cùm quidam. ff. de leg. ij. textum interpretantur in. l. ab hostibus. §. fin. ff. ex quibus causis maio. & in. l. ij. §. fin. ff. ad legem Iuliam de adulter. de quo etiam in. l. si mihi & tibi. §. j. ff. de legat. j. Si plenius videre desideras quid istæ dictiones, statim. modo. & similes important, vide Bart. Alex. & Moder. in. l. j. §. qui præsens. ff. de verb. oblig. Felinum in procœmio Gregoriano. dicam infrà. Sed, vt dixi, Innocen. hanc regulam in factis negatiuis moderatus est, & dixit in eis locum non esse pœnæ nisi præcedente mẽtione. l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. c. ex parte. & c. ex tuæ. extra de cleri. non residen. in eccle. cum alijs per eum notatis. Si hoc Innocentij dictum verum esset, non esset vera glos. illius. l. j. C. eod. tametsi ab omnibus illic & in hac. l. approbata sic. tamen pro opinione Innocent. videtur recte facere tex. in. §. ex maleficijs. versicu. item mixta. iuncta glos. in verbo, iudicium, Institu. de actio. Cui adde tex. in. l. qui crimen. vbi Bald. hoc not. & refert prædictam doctrinam Innocent. C. qui accusa. possunt. c. ij. vbi per Felinum in secundo notab. extra de sponsali. allegatur. c. indigne. xij. q. ij. c. sane. extra de sententia excommunicatio. per Bald. in authenti. hoc amplius. C. de fideicõmissis. Similem quæstionem ponit Bald. in repetitio. l. primæ. vij. colum. in fine. ff. de legatis. ij. Ex cuius dictis expediam hanc quæstionem clarius quàm sit expedita per breues aliquas conclusiones.

63 Prima est, † regulariter in factis negatiuis, in quibus propter negligentiam pœna venit imponenda, vbi à lege vel constitutione tempus adiectum seu limitatum nõ reperitur, quamprimum fieri vel impleri poterit, factum implendum erit, non tam continuum tempus exigendum erit, vt præcipitetur hæres: neque etiam tam longum, vt quãdiu viuat protrahatur, dicta. l. edicto. §. item diui fratres. ff. de iure fisci. Cui concordat dicta l. si peculium. §. fina. ff. de statulibe. l. cum quidã. ff. de lega. ij. l. hæc conditio. ff. de conditio. et demonstra. l. eum qui Calendis. ff. de verbo. oblig. & idẽ notat Bal. in. l. cum ancillis. versi. sume ex hoc. C. de incest. nupt. vbi hanc nostram disputationem examinat. Ratio secundum Bal. in dicta l. prima. vij. colum. ff. de legatis. ij. est, quoniam non debet executio diu cũ alieno discrimine seu dispendio in pendenti esse. l. finali. ff. communia

o

prædio.l.si quis libertatem.§.fina.iuncta glos.in
verbo,modicum tempus. ff.de peti.hæredit. sed
quod erit illud,quamprimum, seu tempus modi
cum.dicit glos.& Barto.post eam in dicta.l.j.C.
64 eodem. † arbitrio iudicis hoc remittendum esse
per.l.primam. ff.de iure deliberandi.qui arbitra
bitur. Et dicit text.in dicta.l.si peculium. §.fina.
sine magno hæredis incommodo.l.continuus.§.
cùm ita.ff.de verbo.obliga.dicit quanto tempo-
re diligens paterfamiliâs hoc facere potest, vt
neque diplomate cogatur diebus &c. l. si bene.
ff.de vsuris.l.tutor qui repertorium.§.j.ff.de ad-
ministra.tutorum.ibi,non tam præcipiti festina-
tione,sed nec moratoria cunctatione. Idem in.l.
ij.§.si propter.versi.atqui.ff.si quis cautio.secun
dum varietatem locorum, vbi agendum est,tem
pus non angustetur,dicta.l.si mihi & tibi.§.j.ff.
de lega.j.& text.in dicta.l.ab hostibus.§.fina. ff.
ex quibus caus.maio.dicit, dum sarcinas compo
nit,quærit aduocatum.Idem in.l.ij.§.fin. ff.ad le
gem Iuliam de adulte. ibi, marito non negligēte
nec retardante,sed accusationem parante,& pro
bationibus insistente,atq; imminēte. l.ratam. ff.
de solutio.ibi, sed hoc cum quodam spatio tem-
poris,& ibi,nec minimum nec maximū,& quod
magis intellectu percipi quàm locutione expri-
mi posit. Quibus adde Bald.& Cardi. Alex.in
c.j.colum.j.de noua forma fidel.collatio.x.dum
quærunt, quando vasallus teneatur domino de-
nuntiare.& glos.in.l.Aemylius. ff.de minori.&
ob id text.in.l.quis sit fugitiuus. §.idem Cælius.
65 versic.idem ait.ff.de ædilitio edicto. † dicit eum
qui quamprimum aliquid facere tenetur,& non
facit dici non velle facere. Idem in.l.vulgaris.§.
qui furti.ff.de furtis.& tex.in.l.Latinus Largus.
ff. qui sine manumiss. ad libertatem perueniunt.
arbitratur enim duos menses vbi præsentes par-
tes sunt,vbi vero absentes erunt ad summū qua-
tuor mēses. Et illum textum pro singulari notat
Bald.in dicta.l.j. vij.colum. ff.de lega.ij. &.l.ij.
ff.de iure deliberan.Limitat ad centum dies. qui
text. multum facit in casu huius legis : quia cùm
hæres debeat hæreditatem intra centum dies adi
re,ne voluntas testatoris diu remaneat illusa. l.fi
na.§.& hæc quidem.C.de iure deliberan.si hære
ditas debeat intra illud tempus centum dierum
adiri, & iudex non debeat illud tempus excede-
re longius tempus concedendo, intra quod hæ-
res deliberare posit: sed cùm ante aditam hære-
ditatem debeat quæstionem habere de familia,
& supplicium sumere, vt sæpius suprà dictum
est, non potest igitur maior dilatio concedi, si
vltra illud tempus non posit iudex arbitrari,ni-
si visa prius & cognita diligentia ab hærede fa-
cta comperiat expedire nouam similem dilatio-
66 nem dare. l.tertia. ff.de iure deliberand. † Et ad
summum ad adeundam hæreditatem,non posset
sibi longius tempus à iudice concedi, quàm no-
uem mensium,dicta.l.fina.§.& hæc quidem.& à
principe annus & non vltra, per illum textum.
C.de iure deliberan. Cui adde in simili text.in.l.
in fraudem.§.qui pro alio. versic.si fiscalibus. ff.
de iure fisci. sic non debet posse protelari tem-
pus ad vindicandam necem defuncti. Aliter au-
tem præsumetur magis colludere, quàm ex ani-
mo velle accusare. l.nisi. ff. ad legem Iuliam de
adulte.vel,vt dicit text.in dicta.l.edicto.§.extat.
ff.de iure fisci.dissimulando delictum occultare.
text. autem in.l.cùm quidam. ff.de legat.ij. vult
vt statim sine aliquo interuallo fiat ab hærede.
Et si arguas ex authoritate vltimarum volunta-
tum,prout arguunt Bald. Alexan. & Moder.in
67 dicta.l.prima.C.eodem titulo. præsertim † cùm
hic casus sit in fauorē occisi & Reipublicæ, qua-
re propter publicum interesse & fauorem occisi,
statim haberi debet vindicta,vt pluries dixi in.l.
& si certus.in princ.suprà eod.titulo.l.cum reis.
C.de pœnis. ne delictum maneat inultum. l. ita
vulneratus.ff.ad legem Aquiliam.præterea sola
tium est amicorum. l.j.ij.&.iij. ff.de liber.causa.
l.cùm scimus.in fin.in verbo,corporis.vbi idem
not.Lucas de Pen.in.iij.colum. in fine.& in.iiij.
colum.in fin.C.de agricol.& censi.lib.xj.l.capi-
talium.§.fin.ff.de pœnis.Addi potest.l.ij.§.con-
festim.ff.ad Senatuscons.Tertullia. ibi,primum
potuit. id est prætoris copiam habuit huic rei se-
dentis.l.ij. §.dies bonorum. ff. quis ordo in bo-
norum poss.serue.Istis accedit quod not.Nicol.
Spinel.in.l.locorum. C.de omni agro deser.lib.
xj.Frequentius enim contingit vt hi qui suspicā-
tur se suspectos esse salutem sibi cum fuga quæ-
rere.l.lege Cornelia.infrà eodem.vbi dicetur.&
propterea leges permittunt priuatis apprehende
re,vt apprehensos iudici tradant. l. capite quin-
to.ff.ad legem Iuliam de adulte.l.ait prætor. §.si
debitorem.ff.quæ in fraudem credito. l.summa.
ff.de pecul.§.si quis comprehensorum.in authē-
ti.vt nulli iudic. colla.ix. plene in.c.cùm non ab
68 homine.extra de iudicijs. † & licet delictum tale
esset,in quo aut monitio aut citatio necessaria es-
set,tamen propter dubium fugæ illa forma rela-
xatur à iure.l.de pupillo. §.meminisse. vbi idem
not.Roma. in additio. ff.de noui operis nuntia.
Felinus in.c.ij. extra de sponsali. post Abbatem
in dicto.c.cùm non ab homine.& id propter pe-
riculum ex fuga resultans.l.generali.C.de decu-
rio.libro.x.per quem text.idem not.Bald.in.l.j.
C.vbi quis de curial.vel cohorta.in hac igitur va
rietate putarem ad conuincendam omnem con-
tumaciam,cùm in pœnalibus nō erret, qui in du
bio contra fiscum iudicat, præsertim vbi ad pœ-
nam contumaciæ tantum agendum est. l.non pu
to.ff.de iure fisci.cùm etiam hodie ad adeundam
hæreditatem iudex ad deliberandum posit dare
nouem menses, seclusa omni spe longioris dila-
tionis sine rescripto principis,per dictam.l.fina.
§. & hæc quidem. C. de iure deliberandi. Et in
hoc sit correcta. l. tertia. ff. de iure deliberandi.
quæ ex

quæ ex causa prorogationē centum dierum con cedebat, qui ex. l. ij. eod. titulo, dabantur à iudice ad deliberandum: & sic omnia præambula ad deliberationem seclusa essent, & ex consequente omnis defensio hæredibus præclusa esset, per lapsum nouem mensium. Ego autem puto iustum & æquum esse relaxandum non esse iudicis arbitrium, vbi constaret ei hæredem citius potuisse & faciliter homicidarum copiam & iudicis habere, propterea non excusaretur hæres à pœna huius Senatusconsulti per casum. l. si ideo. ibi, quia cædis authores reperiri non potuerunt. & in verbo, nulla eorum culpa. C. eod. vbi igitur sua culpa occisores non reperiuntur, impunes non euadant. & dicta. l. sororem. ibi, aduersus omnem calumniam. C. eod. Et in hoc vltimo casu sequenda esset decisio. l. cùm quidam. ff. de lega. ij. ibi, nullo interuallo. iuncta. l. ij. §. confestim. ff. ad Senatusconsul. Tertul. id est, cùm quærit prætoris copiam & aduocatum. & per rationem dictæ. l. ij. in fine. ff. ad legem Iuliam de adulter. Et ita ego teneo cum glos. & Bartol. vt quàm primum hoc poterit faciat, cū his duabus declarationibus suprà relatis. Quibus addo, quod in simili notat Cardi. Florenti. in clemen. j. de rebus ecclesi. non alienan. vij. colum. versicu. vigesimonono quæ-
69 ro. dum ait, † licet res ecclesiæ sine solennitate alienari non possint, si tamen actus de se qui agendus esset tantam celeritatē desideraret vt impossibile esset expectata solennitate ecclesiæ prouidere, non erit tunc necessaria talis solennitas, & valebit alienatio, argumento. l. diuus. ff. de petit. hæredi. & glos. in ca. placuit. xij. q. ij. Cui adde. l. vnicam. ff. de offic. consulis. Facit optimè. l. j. in princ. ff. de exercito. actio. Adde Iaso. in. l. j. in fi. C. eod. De veritate huius articuli dicam aliàs.

Secunda conclusio erit, vbi à lege tempus non præfigitur, monitio ad constituendum aliquem in mora desideratur. l. nulli. cum sua authent. C. de episco. & cleric. ibi, semel vel bis ab episcopo admoniti. c. tua. in verbo, monitione. extra de testamen. authent. hoc amplius. in verbo, monitus à iudice. vbi per omnes. C. de fideicommiss. l. fin. §. j. C. communia de lega. l. locorum. C. de omni agro deserto. lib. xj. Bal. in. l. qui crimen. in. viij. qō. C. qui accusa. possunt. in. §. si quis autem non implens. in authenti. de hæred. & falci. & monendo terminus assignari debet. l. diffamari. C. de inge. manumiss. l. si eo tempore. C. de remiss. pign.
70 Sed † nunquid post tempus præfixum poterit hæres moram purgare? Barto. in terminis huius regulæ et præcedentis, in eo qui debet quamprimum aliquod factum implere, in dicta. l. hæc cōditio. ff. de condit. & demonstra. dicit non posse, per. l. primam. §. item si ita. ff. ad legem Falcid. l. primam. ff. de penu lega. sed hoc dictum puto verum, nisi post modicum interuallum vellet re adhuc integra moram purgare, dicta. l. si eo tempore. in verbo, amisisse. secundum Baldum ibi. C. de remiss. pignor. Adde text. meliorem in. l. filij. ff. ad Tertullia. in. l. mancipiorum. ff. de optione lega. c. quoniam. de concessio. præbend. in. vj. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de mino. l. & si post tres. ff. si quis cautioni. vbi plenius per omnes. c. propter sterilitatem. extra de locato. de quo tamen dic vt per Bald. in. l. diffamari. C. de ingen. manumiss. Roma. in. l. de pupillo. §. si is cui. ff. de noui operis nunciatio. vel nisi causas legitimas allegaret hæres, quibus legitime impeditus accusationem instituere non potuerit. l. si maritus. §. fina. ff. ad legem Iuliam de adult. hoc intelligebat hic Roma. verum, nisi haberet hæres tempus tacite à lege præfixum seu præfinitū. De quo tamen Alexan. multum dubitauit in dicta. l. j. C. eod. & in. l. ita stipulatus. ff. de verborum obliga. in quo Roma. intendebat regulam ab Innocentio positam in dicto. c. extirpandæ. extra de præben. moderari. Et ad id addebat, vbi tale negotium celeritatem desiderat: vt in casu huius Senatusconsulti in vindicanda defuncti nece, vt facilius defuncti voluntas impleatur, quæ diu in suspenso esse
71 non debet, † quia hæreditas adiri non potest donec quæstio & supplicium sumptum sit de familia, vt dictum est in. l. hæreditas ex die. ff. de hæredib. instituendis. statim puniri debet hæres: aliàs procedat inconcussa regula per Innocentium posita in dicto capit. extirpandæ. & dixi suprà. Sed hanc distinctionem Romani improbat Alexan. per authent. hoc amplius. C. de fideicommiss. vbi requiritur monitio. Plures alias concordantes superius recitaui. Sed ab ista impugnatione Alexandri potest saluari Roma. quoniam lex protelat terminum ad implendam defuncti voluntatē in hærede. §. si quis autē non implens. in authenti. de hæred. & falci. colla. j. & dicta authent. hoc amplius. ibi, intra annum non implet. C. de fideicommissis. sed in casu nostro hæres tenetur quāprimum sine protelatione, sic quod factum homicidarum eos inuitat etiam nolentes vt necem defuncti vindicēt. aliàs hæres successione defuncti priuabitur. Et idem dicit Paul. de Castro in l. prima. C. eodem. dum dicit resoluendo dicta
72 Innocen. in capitu. extirpandæ. vbi † quis ex officio vindicare tenetur, & tunc vera sit glossa, vt non sit opus monitione. Et ita loquitur glos. illius. l. primæ. secus si non incumbit ex officio. Addit etiam hæredem, ex quo cœpit mortis notitiam habere, statim in mora esse. l. minoribus. C. eodem. sed melius est. l. si ideo. C. eodem. nec opus est alia præfinitione: quia satis hoc Senatusconsultum tempus præfinit, & necessitatem ad vindicandum imponit. Nec te moueat solutio Iaso. in. l. prima. colum. finali. C. eodem. dum post Ioannem de Imola in capitu. excommunicationi. extra de raptoribus. dicunt in fisco speciale esse, & re ipsa moram fisco fieri. sed in hoc casu fisco mora non fit, sed testatori, quæ indignitatem hæredis, propter ingratitudinem beneficij

à testatore accepti inducit.l.Caius. infrà eodē.in verbo,ingratæ hæredis. & sic decisio in hoc Senatusconsulto super hæredis ingratitudine fundatur. nam & tex. differentiam facit an tempus à lege vel ab homine adiectum inueniatur, an vero factum quamprimum impleri debeat in dicta l.si peculium. in fine. ff. de statulib. ibi, sed modicum. scilicet quo primum possit. & ibi, quod si tempus adiectum fuerit, illud spectabitur. Idem in dicta.l.Latinus Largus. ff. qui sine manumiss. ad liberta. peruen. ibi, sed si non appareat quod conuenerit fauor. Inducit priorem opinionem, & cōsidera differre casum authent.hoc amplius. cū cæteris similibus suprà allegatis, & casum hu
73 ius Senatuscōsulti. † nam in hoc Senatusconsulto cōcurrit duplex fauor. Primus ex persona defuncti, vt vindicta de nece eius assumatur, et cum eo fauor publicus ad vindictam criminis concurrit, vt Bald.inquit in.l.si sequens. infrà eo. Secundus vt adita eius hæreditate volūtas eius impleatur, quæ non potest adiri nisi habita de familia quæstione & sumpto de ea supplicio, pariter de occisoribus, per supradicta. quæ non repeto. At in casu dictæ authen. hoc amplius. vnum tantum versatur, vt voluntas testatoris impleatur, dicto §.si quis non implens. in authent. de hæred. & falci. colla. j. cum adita hæreditate iam translatū est in hæredem hæreditatis dominiū, vt dictum est suprà, sed quia hoc habet exosum.l.si voluntates defunctorum non impleantur.l.ij.C.communia de lega. & præsumatur hæredem non esse ingratum collati à testatore beneficij, & non sit verisimile hæredem nolle hæreditatem acquirere. Do
74 nec † igitur constet immemorem esse, & negligentem, non potest priuari, dicta authen. hoc amplius. quod melius sciri nō potest verè, nisi vocato eo & monito. Ideo lex admisit monitionē, vt si monitus nō appareat, puniatur per supradicta.

Secundo loco militat duplex fauor Reipubl. Primus est ne delictum remaneat inultum. l.licitatio.§.quod illicite.ff. de public. & vectig.l.qui cœtu. §.qui vacantem. ff. ad legem Iuliam de vi publ. Secundus est fisci, qui procurator est similium, vt facilius sine incommodo fisci hoc procurare possit.l.prima.§.an bona. ff. de iure fisci.l.j. C.vbi causæ fisca. licet glos. & communiter scribentes dicant oppositum in.l.recusare.§.si fisco. in verbo, quasi vendicauerit. ff. ad Trebellia. Et sic in hoc conuenio cum Alexan. de Imola reprehendente Bald.& Salice.in dicta.l.prima.C.eodem. dicentibus glos. veram esse & notandam, et per eam probari in fauorē fisci, sed re ipsa etiam absque monitione moram committi, licet tēpus à lege præfixum non sit. Sed, vt dixi suprà, non esset hic speciale simpliciter, propter fiscum, sed concurrunt plures alij fauores vnà cum præfinitione termini tacite à lege præfixa, per ea quæ dicta sunt. Alexand. autem nititur dare aliam solutionem, quæ tamen est Francisci Areti. in dicta l.ita stipulatus. quinta columna. ff. de verborum obligationibus. licet eum non referat, sed eam si
75 bi attribuat, † vt quando lex incipit à præcedente dispositione, requiratur interpellatio: qua facta quamprimum potest debet impleri. Et ita intelligunt dictam gloss. & doctrinam Barto. in dicta.l.prima. C.eodem. & Bartol. hic per.l.si penum. ff. quando dies lega. cedit. secus si in conditione. Certe ista consideratio licet sit subtilis, nō tamen videtur mihi vera. nam & casus in quo monentur, esset in conditione. quod nihil esset, nisi adderetur quòd conditio non esset potestatiua, sed coarctata aliquo euentu non pendente ex arbitrio hæredis: aliàs censeretur magis potestatiua dependens ex facto hæredis, cuius implementum non dicetur morosum, nisi per mortem hæredis. Et ita est casus dictæ.l.Latinus Largus. in principio. & .l.centesimis. §.finali. ff. de verborum obligationibus. l.fin. ff. de manumiss. testamen. & .l.fideicommissa. §.sic fideicommissum. ff. de legatis. tertio. Et hoc præsensit Barto. in dicta.l.si penum. ff. quando lega. cedit. Prædictis adde glos. in capitulo, quidam. quinta. quæstione prima.

In textu ibi, semper. Iste textus inducitur per Romanum hic ad pulchram quæstionem, quæ etiam decisa est anno Millesimo quingentesimo vigesimosecundo in parlamento Rothomagensi iuxta Romani sententiam, qui similiter hic recenset ipso allegante sic fuisse decisum. Sed cùm vtilis sit, & plerique de ea dubitauerint, bonum esse opinatus sum formiter speciem seu quæstionem recensere iuxta casum.l.ij. C. de pactis inter
76 empto. & vendito. Vendidi tibi † fundum certo pretio, pacto in contractu apposito de retro mihi & hæredibus vendendo quandocunq; ego & hæredes mei voluerimus pretium restituere: an ego vel hæredes mei post triginta annos poterimus te emptorem compellere ad retrouendendum quandocunque oblato & restituto tibi rei pretio, an verò facultati concessæ per cōtractum de redimendo censeatur esse præscriptum per lapsum triginta annorum. In hac quæstione audiui plerosque viros non vulgaris authoritatis dicentes neminem vidisse qui dubitaret quo minus huic facultati redēptiuæ per lapsum triginta annorum præscriberetur, hoc sentientes cum Ioanne Fabro in.l.cùm notissimi. §.eodem autē tempore.C.de præscrip. triginta anno. & licet Ioan. Fab. in loco prædicto pro hac sua opiniōe nihil alleget, nec eam aperte affirmet, sed dicit videri ex dictis per eum in ea post triginta annos non posse medio illo pacto reuocari. & fundamētum
77 eius est in glos. illius.l. quæ vult † iuri offerendi posse per creditorem contra debitorem præscribi. Similis glos. in.l.omnes. C.eod. de præscript. triginta anno. in verbo, priuatum. dictumq; fuit non esse aliquem inter doctores, qui discrepet in hoc, tamen non dixerim tantum discrepantes, sed sib

sed sibijpsis contrarios & omnino aduersantes. In primis comperio Cinum contradicentem in dicta.l.cùm notissimi.& Barto.post eum in.l.pignori.ff.de vsuscap.Ange.sibi contrarium, vt vi debis ex sequentibus,Roma. contrarium & titubantē.Primò nanq; in hac.l.conclusiue pertrāsiuit cum illa glo.& in.d.l.pignori. relinquit cogitandum.& in.l.j. ff.de vsuscap. sequitur Bart.in l.si finita.§.postea.ff.de damno infecto.Reperio etiam Ioannē de Imola moderantem in dicto.§. postea.& in.d.l.pignori. & Bal.modo in hāc & illam opinionē declinantē in.d.l.cùm notissimi. & in.c.j.de feudo dato in vicē leg.cōmisso.coll. x.Cardi.Alex.in eodē.c.j.fuit contētus remissionibus per eum factis.Ias.post Ang.in.l.si mater. in fi.C.de instit.& substit.sub condi.fact.conuenit cum Roma.hic post Ange.in consilio.lv.vbi plus dicit Ange.secundum eum,etiam si pactum hoc esset iuratum, & in eo dictum,& vēditorem & suos hæredes posse quandocunq; repetere.& ratio,secundum eos,est, quia hoc pactum nō est facultatis,sed est ius quod præscribi potest.l.omnes.&.l.sicut.C.de præscript.trigin.annorum.

78 † si verò esset facultatis,præscribi non posset:qa facultates nunquā præscribuntur,etiam mille annis.l.viam publicam. ff.de via publ.per quā Barto.ita tenuit in.l.cùm notissimi.in princ.post gl. C.de præscript.triginta annor.contra glos.tenet Rapha.Cuma.in.d.l.pignori.sequens Cinum et Barto.& dicit Guliel.de Cuneo fuisse illius opinionis in illa.l.pignori. & vlterius dicit Rapha. Cuma.hanc esse communē opinionem. & Paul. de Castro in.d.l.pignori.sequitur eam, & quam ipse cōfirmat. Hanc etiam tenuit Ioan.Andreas in.c.quoniam frequenter.& sequitur Anton.de Butrio in vltimis verbis,extra vt lite non contesta.sequens Cin.& Bartol.in locis prææallegatis. & Gulielmus de Cuneo in.l.si rem alienam.§.omnis.ff.de pign.actio.Cum glos.in.d.l.cùm notissimi.sunt plures glos.Prima est in.d.l.si finita. §.siue autem.ff.de dam.infecto. glos.in.d.c.j. de lege cōmisso.colla.x.quas allegat Roma.in.d.l. pignori.similis glo.in.l.si rem alienam.§.omnis. ff.de pigno.actio.cuius meminit Rapha.Cuma. in.d.l.pignori.Alia est glo.vt dixi in.d.l.omnes. in verbo,priuatum.C.de præscript.triginta ann. Ex his potes perpendere an circa hoc dubium aliquæ opiniones pugnantes inter se comperiantur. Videndum est igitur quid provtraque parte in tam vario doctorum certamine in mediū adductum sit,& aliqua pro vtraque opinione quæ ex officina nostra procedant,addemus.glo.in di

79 cta.l.cùm notissimi. tenet † posse præscribi iuri seu facultati offerendi . Mouetur ex duobus.§§. illius.l.Primus est.§.sed cùm illud.vbi posterior creditor qui rem hypothecatam possedit triginta annis pacifice post mortem debitoris excludit creditorem anteriorem, & si velit in præscriptione coniungere tempus quo vixit debitor communis saltem quadraginta annis præscribet. Secundus est.§.eodem tempore. licet secundus creditor possit primo seu anteriori creditori offerre.l.j.C.qui potio.in pigno.habeā.& sic rem ab hypotheca prioris creditoris liberare. Si tamen primus creditor dicat præscripsisse seu possedisse rem hypothecatam triginta annis, excludetur secundus creditor ab illo iure offerendi sibi concesso à iure.Sic idem dicit glossa,in debitore habente facultatem redimendi pignus vel hypothecam,si creditor possederit triginta annis, excludetur à potestate luitionis ipsius hypothecæ. Secundo illa glos.addebat fundamentum Bulgari, qui fuit eiusdem opinionis:quia cum debitor potest offerre & agere pignoratitia soluendo, iam ergo posse videtur.l.qui potest.ff.de regu.iuris. Tertiò alleg.l.si finita.§.postea.ff.de damno in-

80 fecto.vbi † iuri offerendi contra creditorem missum in possessionem competenti per missionem ex secundo decreto per quam dominium in creditorem transfertur derogatur.Sic dicit ibi glos. illum text.facere pro Bulg.dicente ius offerendi tempore tolli. Et allegat.l.in bello. §.si quis seruum.ff.de capti.& postlim.reuers.

Secunda glos. quæ est in.l.omnes. C. de præscriptio.triginta annorum . in verbo, priuatum, inducit optimè illam.l.omnes.per quam dicitur, omne ius tam publicum quàm priuatum tolli lapsu quadraginta annorum. Et tu pōderis illa verba dictæ.l.omnes.vel si qua actio,quæ cùm non esset expressim suprà dictis temporalibus præscriptionibus concepta , quorundam tamen vel fortuita vel excogitata interpretatione sæpius dictarum exceptionum laqueos euadere posse videatur &c. sic licet non inueniatur in specie hæc actio competens debitori contra creditorem specialiter lege determinata,tamen censetur sub generalitate illius.l.omnes. cōprehensa,& sic præscriptibilis lapsu quadraginta annorum.

81 Tertia glos. quæ est in.l.pignori.ff.de vsucapion.ait, licet † non possit creditor quantum ad rei vendicationem præscribere rem pignoratam tamen præscribit quantum ad pignoratitiam, & ius offerendi dicta.l.cum notissimi.§.primo.

Quarta glos. in.l. si rem alienam. §. omnis. in verbo,actio.ff.de pigno.actio.addit,licet per illum textum , contra pignoratitiam actionem nō præscribatur antequam nascatur,præscribitur tamen iuri offerendi. Vltra.l.cùm notissimi.&.l.si finita.allegat.l.plures apochis. C.de fide instrumentorum . ibi , vel debitores creditoribus suis temporalem præscriptionem opponere cupientes.quæ glos.omnes sunt Accursij.

Quinta glos.est in cap.primo.in verbo,quandocunq; . de feudo dato in vicem legis cōmisso. collat.x.quæ addit creditorem post interuersam ab eo possessionem,rei pignoratæ triginta annis posse præscribere.l.nec creditores.C.de pignor. actione.ibi,longi temporis præscriptione.Pote-

rit ergo longissimo tempore, & sic triginta annis præscribi. Secundò ponderat. l. fina. C. de iure dominij impetran. de creditore qui impetrauit ius dominij, si post biennium à die impetrationis velit rem à creditore repetere non potest:
82 † & sic præscribitur tempore facultas offerendi debitori competens. Alia est glos. in capit. quoniam frequenter. in glos. fin. extra vt lite nõ contesta. quem ibi sequitur Hostiensis.

Baldus in dicto. c. j. de feudo dato in vicem legis commisso. collatio. x. addit tria fundamenta. Primum est, dictionem, quandocunq;. positam in illo text. & similibus, sic debere intelligi quandocunq; intra triginta annos, sed non post triginta annos. sicut in simili dicit hic glo. de dictione, semper. quam interpretatur vsque ad viginti annos, in verbo, accusare. & eam amplectitur Roma. cùm recensebo dicta Roma. dicam latius de istis dictionibus vniuersalibus vel indefinitis. & hoc cùm creditor est in possessione rei hypothecatæ. secus si debitor: quia tunc non præscribitur l. pure. §. fina. ff. de exceptio. doli. Secundò dicit Bald. quando ius offerendi est præambulum, vti est in quæstione proposita & similibus memoratis per glos. priores iuri agendi potest præscribi l. fin. C. de bonis authori. iudic. possid. sic secundum eum iuri displicẽdi. l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edic. l. si partem. in princ. ff. quemadmodum serui. amitt. Addit etiam. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. & postlimi. reuers. vbi glo. Addit. l. iij. C. quod metus causa. Ex quibus plerique dicebant etiam à tertio posse præscribi: quia licet agenti non possit excipi, tu non potes offerre: potest tamen excipi, tu non potes agere. quod dicit non subtiliter dictum esse, et bene. Et Andre. de Isernia in dicto. c. j. in verbo, quandocunq;. de feudo dato in vicem leg. commiss. col-
83 latio. x. † Limitat hoc verbum, quandocunque. positum in dicta. l. ij. C. de pac. inter empt. & vendit. ad triginta annos, sicut in dicto. c. j. & in hoc conuenit cum glo. Ange. verò in dicta. l. cùm notissimi. in expeditione glos. C. de præscriptio. triginta anno. sequendo glos. Bulga. & Iaco. Butriga. cuius dicit Bart. in disputatione huius articuli non meminisse, pro opinione glos. plura subtiliter deducit, & respondet ad argumenta Barto. præposita vna distinctiõe, cuius dicta breui quodam compendio recensebimus. In primis dicit non posse responsum dari ad dictam. l. cùm notissimi. §. eodem iure. ponderando illa verba eodem iure. nam secundum eum ita est in conditione ius, offerendi secundo creditori, vt hypothecariam conditionem à primo auocet, sicut debitori vt à creditore pignus auocet, & tamen illi iuri offerendi præscribitur, dicta. l. cùm notissimi. §. sed cùm illud. quare idem in casu nostro secundum eum tenentem per hoc argumentum sententiam Iacobi Butrig. Secundò inquit, aut debitor potestatem habet offerẽdi conditioni iam simul & semel natæ, licet eam in exercitium non deducat: & illi præscribitur, dicto. §. eodem iure. aut aut mediãte iure offerendi statim actio nascit, vti in debitore, cui competit ilico pignoratitia actio post non solutum debitum: & huic similiter præscribitur. l. si rẽ. ff. de pigno. actio. sicut dixit Bulga. secundũ eum in officio iudicis pro restitutione impetranda competẽti, quod est meri facti. l. Quintus. §. idem Pomponius. ff. de mino. & l. si ab hostibus. ff. ex quib. caus. maior. à quo officio actio nascitur præstita restitutione. l. in honorarijs. §. sed cùm rescissa. ff. de actio. & oblig. secus vbi mero facto nõ nascitur actio, vt in casu Bart. in quo pẽdet solum mera facultas seu merum arbitrium. & in eo secundũ cum argumẽtum Bart. recte procedit. pro quo ponderat. l. Antistius. ff. de acquir. hære. qui tex. secundum eum loquitur quãdo instituit hæres sub cõditione alia ab actu cõditionis: quo casu nõ fit hæres, sed habilitatur vt esse possit. nõ mirum si quocũq; tẽpore etiam vltimo vitæ spiritu potest implere. secus vbi conditio ab actu cõditionis non differt: vt puta si institüero te hæredem si volueris, illi præscribitur:
84 † quia lõgissimo tẽpore iuri adeundi præscribitur. l. licet. C. de iure deliber. iunge glo. vt dixi in verbo, longi. Aliter respondet Bald. in. l. j. in fin. C. de anna. excep. dum dicit, licet actio pignoratitia ante solutum debitum, aut aliter satisfactum sit, non nascatur, longissima tamẽ præscriptione impediatur eius natiuitas, per illum text. Adde Ioã. de Imo. in. d. l. pignori. qui per hanc solutionem Ang. sequit̃ glo. reprobata Bart. opinione. Idẽ Imola in. d. l. si finita. §. postea. ff. de dãno in-
85 fecto. & maxime dũ dicit † ex obligatiõe pignoratitia actionẽ nasci quod non est verũ, sed ex solutione seu satisfactione. d. l. si rẽ. §. omnis. & idẽ tenet glo. in. l. nec creditores. C. de pigno. actio.

Ad argumẽta Bart. aliter respondet Ange. in d. l. si finita. §. postea autẽ. ff. de dãno infect. dicit enim vbi ius offerendi in mera facultate naturali cõsistit: & tunc illi nõ præscribitur quocũq; tempore. Ita procedat. l. viam publicã. ff. de via pub. allegata per Bart. & maxime si talis facultas naturalis in actu deducta nullum ius parit deducibile in iudicium, vt dixit in. d. l. cùm notissimi. per supradicta. secus quãdo est deducibile, vt in pignoratitia & aditione hæreditatis. Ex his infertes dominiũ ædium post triginta annos non audiri volens à misso ex primo decreto possessionẽ auocare. Alleg. glo. in. l. fi. C. de bonis autho. iud. poss. Idem Ange. in dicta. l. pignori. ff. de vsucapion. inhærens prioribus solutionibus addit vnum ad eas dum dicit Bartol. moueri solum hac ratione,
86 † quòd debiti oblatio conditio potestatiua sit, quæ per alium potest impleri vltimo vitæ spiritu. Sed dicit Angel. Bart. dicere oppositum in. l. vnica. ff. de conditione ex lege. decidit enim illic Barto. omnia iura de præscriptione loquentia, de præscriptione iurium tantum loqui, & nõ de præsc

de præscriptione simplicis facultatis, quam dicit esse cùm aliquid alicui permittitur causa sui iuris conseruandi. l. in re mãdata. C. mandati. l. si constante. §. si maritus. ff. soluto matri. dicta. l. viam publicam. ff. de via publica. Sed secundùm Angelum vbi aliquid tendit ad nouam iuris acquisitionem, potentia illa acquirendi est facultatis præscriptibilis, dicta. l. licet. C. de iure deliberã. non mirum si præscribatur secundùm eum. Tertiò addit Angelus pro opinione glos. l. penul. ff. quibus ad liberta. procla. non licet. cuius suprà memini, & vbique Ioan. de Imo. sequitur Ang. Nam & Roma. hic tenẽs hanc partem principa-
87 liter ponderat hũc tex. per quem infert † dictiones, semper. quandocunq;. & similes, limitationem admittere vsq; ad triginta annos. Addit. c. primum. de feudo dato in vicem leg. cõmis. collatio. x. suprà alleg. & dicit ita fuisse decisum in facto ipso allegatẽ. Similiter dixit idẽ Roma. in d. l. si finita. §. postea. ff. de damno infec. per hũc text. & dictum. c. j. de feu. dato in vicem leg. cõmisso. addens dictionem, perpetuò. similiter restringi secundùm glos. in. l. prima. in verbo, perpetuo. ff. pro socio. l. j. ff. de constit. pecu. dicta. l. omnes. l. sicut. & . l. cùm notissimi. C. de præscriptio. triginta anno. In eo autem quod Ange. dixit aditionem hæreditatis esse meram facultatẽ, non sequitur Angelum, cùm vere sit ius & non facultas. l. iij. C. de institu. & substitu. sub condi. fac. ibi, ius adeũdæ hæreditatis, cui præscribitur, vt dixit in. l. quandiu. ff. de acquiren. hæredi. Licet secũdùm eũ Salic. dicat oppositũ. Et per hæc Roma. in. l. prima. ff. de vsucapio. reprehendit vnam cautelam Angeli, per quam fieri posse ait, vt talis facultas non præscribatur: vt si in instrumento apponantur hæc verba, quæ omnia promisit pars perpetuò obseruare, rata & firma tenere. quia hoc nõ potest operari illa dictio, perpetuò, vt dictum est suprà. Et vltra alleg. Bald. idem dicentẽ in. l. j. ff. soluto matrimo. Licet Roma. dicat Bal. in illa. l. prima. ff. soluto matrimo. nihil boni dicere. & contra Ange. pro dictione, perpetuò. allegat. l. prætor ait. §. hoc interdictũ perpetuò. cũ glos. ibi. ff. de noui oper. nunt. cum dicta. l. j. ff. pro socio. Secundò addit quòd sicut non potest fieri expresse, multo minus tacite. l. cùm quid. ff. si cer. pet. l. in rebus. C. de iure dot.
88 & tex. nostrũ hic cũ glos. in verbo, semper. † Illa enim verba non possunt secundùm eũ præscriptionẽ lõgissimi tẽporis excludere. l. j. & . l. vniuersas. cũ glos. C. ne rei dominicæ vel tẽpl. Hæc sunt quæ cõperio pro hac prima opinione fuisse allegata. Sed vltra prædicta addo, & põdero dictã. l. cùm notissimi. §. sed cũ illud. C. de præscri. triginta vel quadraginta anno. vltraq; per alios põderata sit, dum vult debitorẽ, qui multo tẽpore vixerit, etiã triginta annis post huiusmodi cõtractũ, ante aũt annos quadraginta lapsos decesserit, post cuius mortẽ secũdus creditor rẽ illo aut simili pacto affectã incipiat possidere, & annos xl. cõiuncto tempore quo debitor possedit, impleat, statim ab illa offerendi facultate quã prior seu anterior creditor habebat, securus est, si, vt dictũ est, accessione tẽporis quo debitor possedit, vti velit: sic ad summũ præscriptione. xl. an-
89 norũ illa facultas tollit. † Tertiò possidens rem xl. annis siue cũ titulo siue absq; titulo, post. xl. annos quodcũq; ius sit, publicũ aut priuatũ, statim cõtra quẽcunq; plenissima securitate munitus est, vt in ea præscripta possessione inquietari aut turbari nõ possit. l. oẽs. C. de præscrip. triginta an. Idẽ in. l. iubemus. magna. in fi. C. de fund. patrimo. lib. xj. l. fi. in fi. C. de edic. diui Adr. tol. Adde quod Ang. notat in. l. Papinianus. §. si qs mortis. ff. de inoff. testa. dum per illũ text. ait, cui datur à lege securitas, neq; directe neq; per indirectũ vexari debet. l. j. ff. de præto. stipula. ibi, vt sit quis cautior & securior. l. vlti. ff. de sepul. viola. l. si ita. ff. de verb. oblig. l. relegati. ff. de pœn. Adde Feli. hoc pulchre ampliantẽ in. c. vigilãti. ij. colũ. extra de præscript. si aũt posset post quadraginta annos auferri, nõ esset possessor plenissima securitate munitus. l. fœminæ. §. illud. C. de secũ. nupt. l. si ita stipulatus. §. Titius. ff. de verb. oblig. dixi in. l. necessarios. §. non aliàs. in repeti. suprà eo. quia per beneficiũ illius facultatis eriperet rẽ de manibus tam antiqui possessoris. quod indecens & iniustum esset, per supradicta.
90 Tertiò, nõ potest is, † qui facultatẽ habet repetendi, aliter vẽdicare seu reuocare, nisi per viã actionis. d. l. ij. C. de pactis inter emptorẽ & venditorẽ. ibi, actio præscriptisverbis aut ex vẽdito tibi dabitur. Si igit̃ per viã actionis debeat repetere, & actiones psonales præscribãtur triginta annis, & reales ad summũ quadraginta annis. d. l. cùm notissimi. & . l. sicut. C. de præscrip. trigin. ann. cui dubiũ quod talis actio præscribi nõ possit: Et ratio põt colligi ex. l. qui habebat. in prin. ff. de leg. iij. ibi, si nõ in ppriũ patrimoniũ, quod fere cessante debitore sit, non sint redacta. nota verbũ, fere cessante. q̃m tũc om̃is obliuio in debitore cum tãdiu dormierit, rẽ suã tam longo tẽpore ab alio possessam nõ reuocãdo subesse, & omnis spes luitionis abesse, pter quã spem præsumptiuè abdicatã lex præsumit debitorẽ voluisse eã tanq̃ ppriã creditoris remanere, vel potius illã tã diuturni possessoris facere. Et idẽ no. Bal. in. c. aut si Liuellario. colũ. ij. quib. mo. feu. amit.
91 coll. x. † Cũ igit̃ lex voluit oẽs possessores q̃uscũq; malæ fidei rei tãdiu possessæ & præscriptæ fieri dños pter duo. Primũ in fauorẽ publicũ, ne diu res in incerto remaneãt. l. j. ff. de vsucap. Secũdò in odiũ negligentiũ iura sua, & maxime in pscriptione triginta vel quadraginta annorũ, etiãsi præscribẽs mala fide præscripserit, q̃ ob id odiosæ à lege reputãt̃. d. l. fi. C. de edi. diui Adr. tol. l. sicut. & . l. si qs emptiõis. C. de pscri. trigin. an. quæ negligẽtia illud odiũ causans duas iuris

præscriptiones producit. Prima quæ facit obliuionem volūtariam rei à lege esse præsumptam. Secunda ex prima procedens, videlicet quia dominus eam pro derelicto habuisse videtur, argumēto dictæ.l. qui habebat.melior & clarior tex. in dicta.l.si finita.§.non autem.ff. de dam.insec. ibi,quod autem pro derelicto ædes longo silentio dominus videatur habuisse. Ex quibus præsumptionibus inducitur à lege rei sic tam longo tempore possessæ priuatio reuocandi,quam ante præscriptionem suam dicere poterat. Et has præsumptiones habes probatas in.l. peregre.ff. de acquiren.possessio.ibi,nec infirmitatem memoriæ damnum afferre possessioni, quam alius non inuasit. Nota hæc verba,quam alius non inuasit. Secus ergo secundùm glos.in verbo,inuasit. & bene,si iam alius inuasit,& sic possidet, eo quòd tunc videtur eam extra memoriam dominus habere. Et in verbo,supra terram ademptus fuissem. Quibus addo tex.cū glos.in.§. hoc amplius.ibi,vt id in numero rerum suarum esse nolit. iuncta glos.in verbo,nolit. Institu. de rerum diuisio.dum dicit glos. nolit scilicet vere vel legis interpretatione: vt.§. & multo potius.in authen.de nupt.collatio.iiij. cum duabus alijs legi
92 bus allegatis per eam, † de eo qui exponit insantem videtur eum omnino deserere qui fuit negligens illi subuenire. vel si seruum infirmantē non curat.l.vnica.§.sed scimus.ibi, neque cum procurans.C.de Latina liber.tollen.& sic non procurans seruum ægrotantem reuocare quem publice expulit,negligere & pro derelicto habere censetur.& dicit glos.in verbo,publice. & bene notum est publice eum expulisse, amittit dominium serui. sic nō procurans intra tempus legis reuocare ius quod sibi cōpetit,videtur nolle reuocare,& sic habere pro derelicto, vt suprà dictum est,nō mirum si præscriptione tollatur. Et idem tenet Imola in dicta.l.pignori.ff. de vsucapionibus.&.l.si finita.§.postea.ff. de damno infecto.Fulgo.in dicta.l.si rem.§.omnis.ff. de pigno.actio.ait difficile esse recedere à glossa,quæ fuit Iacobi Butrig. qui magnæ authoritatis fuit apud ius dicentes.

At ex aduerso est Cinus in dicta.l.cùm notissimi.§.sed cùm illud.C.de præscrip. triginta anno.dicens hanc esse opinionem antiquorum doctorū,videlicet Roglerij,cuius scripta dicit se vidisse,Martini,Simonis Vicētini,Iacobi de Rauen.& Petri,& aliorum tunc Modernorum, & Guliel.de Cuneo in dicta.l.si rem.§.omnis.ff.de pigno.actio. In primis mouetur Cinus post illos antiquos doctores facultatem soluendi seu offerendi in iure agendi vel petēdi tantum esse, nec ad actorem iuuandum, contra quem tales præscriptiões triginta & quadraginta annorum introductæ sunt,non consistere,sed nec inuentæ
93 sunt ad reum liberandum: † vnde nō solum ante,sed & post triginta vel quadraginta annos potest debitor soluendo se liberare, & sic offerre. Secundò possessio creditoris quantum ad vsucapionem seu præscriptionem generandam, nō sibi, sed debitori prodest. Et licet nihil alleger, est tex.in.l.prima.§.per seruum corporaliter pignori datum.ff.de acquiren.possessio. ad vnam enim causam tantum,inquit ille text. videri eum à debitore possideri ad vsucapionem, scilicet.l. pignori.in principio.ff. de vsucap.ibi,quia pro alieno prorsus possidemus. Et nota verbū,prorsus. vt dicam infrà. quæ lex posset optimè induci pro primo Cini fundamento. In primis dum ille tex.ait,pignori rem acceptam vsu non capimus. Et sic qualiter possessionē rei pignoratæ seu hypothecatæ quæ apud creditorem est, nō esse ad creditorē liberandum inuētam, quo minus rem hypothecatā restituere teneatur ex quo non vsucapit,licet etiam omnino non cōfirmet:quia debitor negligit repetere.l. qui pignoris.ibi, intelligitur possidere.&.l. serui nomine.ff. de vsucapio.ibi,quia qui pignori dedit ad vsucapionem tantum possidet quātum ad reliquas omnes causas pertinet qui accepit possidet. Et sequitur in textu vnū,quod notabis,vt addici possit ei possessio eius,q pignori ei dedit. Et sic nō ipse creditor à debitore pōt addicere:licet ab alio possit addicere,sicut & alius à creditore poterit hāc possessionem addicere,nō tantum in creditoris, sed & debitoris præiudicium. Pro hac parte adde tex.in.l.de accessionibus.ff.de diuer. & tempo.præscript.ibi,meus creditor vtetur accessione tui temporis tam aduersus extraneum, quàm aduersus teipsum, quandiu mihi non exolueris. & ibi,sed si pecuniam mihi solueris,hoc casu accessione tua nō vtetur. Et sic qualiter nullus effectus præscriptionis in creditorem transit,cùm in spe sit solutio futura à debitore,neq; in præiudicium debitoris quādiu creditor eam possidet. Excipitur in fine illius legis vnus casus, nisi debitor potestatem creditori vendendi dederit, si forte debitor negligeret soluere:tunc si antequā soluat vendiderit,post moram debitoris vtetur præscriptione & accessione temporis debitoris. Et per hoc videtur Cinus bene dicere,vt absque scrupulo dici possit creditorem non posse rem pignoratam præscribere,cùm debitori tantum à quo causam habet,& cuius tenet imaginē,vt dicitur in.d.l.cùm notissimi.possideat. Non enim secundum cum possessio quæ est penes creditorem potest duos actus contrarios operari.l. qui hominem.§.fina.ff. de solutio.& Cin. hæc præsentiens induxit hoc argumentū,quod est à sufficienti partium diuisione:quoniam aut debitor rem posidet,cuius ratione facultas luitionis seu offerēdi sibi competit, aut creditor, vt præmisi, tunc non habet locū præscriptio:quia non præscribitur,nisi iuri,debitor autem ius non habet, sed facultatem offerendi tantum. Igitur &c. Cui distinctioni rectè conueniunt quæ scribunt Bal. in.c.

in.c.vnico.ij.colum.de feudo dato invicem leg.
commisso.colla.x. Anto.de Butrio in.c. signifi-
cante.circa fi.extra de pigno.Bar. in.l.quanuis.
in prin.ff.de solutio.Fulgo.in.l. Titius.ff. de pi-
94 gno.actio.& in.l.si fundus.§.fi.ff.de pigno. † si
debitor posidet:& tunc nõ potest creditor dice-
re se præscripsisse,per dictam.l.cùm notissimi.§.
primo.&.§.sed cùm illud. quare creditori post-
ea agenti ad rem, quam sibi competere diceret,
obstaret ei exceptio,quia mihi,non autẽ tibi pos
sedisti.quæ exceptio perpetua est, & nullo vnq;
tempore tolleretur,per regulam.l.pure.§.fin.ff.
de exceptio.doli.quæ temporalia sunt ad agen-
dum, ad excipiendum perpetua sunt. Nec hanc
partem inficiantur hi qui primam partem ample
ctuntur.Si creditor non possidet, nõ potest præ
scriptio locum babere:quia nõ præscribitur nisi
iuri, vt dictum est,debitor autem ius non habet,
sed facultatem offerendi tantum: creditor igitur
non præscribit. argumentum Cini declarabitur
infrà clarius. Et hoc tenet Iason in.l.si mater. in
fine suæ lecturæ.C.de instit.& substitut.sub con
ditione factis. cuius suprà meminimus. Sed me-
lius pro hac secunda parte facit quod prius dixi-
mus,quia creditor quantum ad vsuscapionẽ seu
præscriptionem acquirẽdam, vt rem à debitore
addicat sibi non possidenti sed debitori.dicta.l.
pignori.quomodo si non possidet ad effectum
95 addicendi à debitore,præscribere potest: † cùm
sine possessione nõ procedat vsuscapio seu præ-
scriptio.l.sine possessione.ff.de vsuscapio. regu
la,sine possessione.de regu.iur.in sexto. clarum
est autem si posset præscribere à debitore,posset
addicere.sed cùm non possit creditor à debito-
re addicere,quomodo præscribet? quoniã præ-
scribẽdo addiceret.l.si quis emptionis.§.j.C. de
præscriptio.triginta anno. quod negat, dicta.l.
serui nomine.§.j.ff.de vsuscap.Et põdera ꝑ hoc
vltimo membro tex.in.d.l. cùm notissimi.§. sed
cùm illud.ibi,vtpote imaginẽ debitoris obtinen
tem,eiq; possidentẽ.Addit Cinus duo esse gene
ra offerẽdi. Quoddã enim est ius formale,quod
dam est in iure nõ consistẽs, sed in facultate. De
primo exemplũ est in duobus creditoribus,quo
rum alteri cõpetit ius offerendi,vt in eius locum
succedat, vel ab eo rem auferat.Et illud ius dicit
tolli præscriptiõe triginta vel quadraginta ann.
& de eo.l.cùm notissimi.§.sed cùm illud.cũ.§.se
quẽti loquitur.Ad secundum,quod in facultate
cõsistit,vt est in debitore facultatẽ habente rem
96 suã repetere: † & hæc facultas nullo vnq; tẽpo-
re præscribitur,sed quãdocũq; offerendo debi-
tor rem nõ repetit.l.male agitur.C. de præscrip.
trigin.ann.neq; præscribitur actio in cõsequen-
tiam illius facultatis cõpetẽs, quia præparatoria
est ad facultatem.l. si rem.§. omnis.ff.de pigno.
actione.per quam ita tenet glos.in.d.l.nec credi
tores.C.de pign. actio. neq; incipere potest an-
tequã nata sit actio,argumento . d.l.j.§. ad hæc.
versi.sed ex quo ab initio cõpetit:& ex quo na-
ta est.C.de anna.exceptio.l.cùm notissimi.§. il-
lud.versic.post conditionis exitum.& in verbo,
initium.C.de præscript.trigin.annorũ.vis igitur
erit,quando hæc præscriptio initiũ accipiet : de
quo aliqua scripsimus in.l.iij.§.eleganter. suprà
eo.& fortè quæ conuenire poterunt,iterũ discu-
tiemus:sed duobus creditoribus ius legis hypo-
thecariæ cõpetit ideo accessoriũ eodem tẽpore
quo et principale tollitur:vt in regula iuris,cùm
principalis.de reg.iur.Intelligas sane fundamen
tum Cini,quod videtur omnino esse sumptũ ex
97 d.l.cùm notissimi.§.sed cùm illud. dũ vult † de-
bitorẽ,si rem hypothecatã possideat,ius offerẽn
di nõ præscribere triginta annis,quod habet an-
terior creditor in debitorẽ posteriorem. Ratio
est,quoniã communis debitor possidet ; in quo
creditor confidit,quandiu viuit:si verò decedat
debitor, qui possidebat, & ex die mortis debito
ris posterior creditor rem hypothecatã incipiat
possidere,si nõ vult vti accessione sui debitoris,
triginta annis rem præscribit.si verò vti vèlit ac-
cessione sui debitoris,& computato tẽpore quo
debitor & ipse posterior creditor possedit,si cõ-
periatur lapsum esse tempus quadraginta anno-
98 rum,præscribit.Ratio, † quoniã debitor aduer
sus creditorem præscribit hypothecariam per la
psum quadraginta annorũ,sed minori tempore
nõ præscribit,cùm de facto suo agatur.d.l. cùm
notissimi.§.j.C.de præscrip.trigin.ann.sed sicut
debitor hypothecariã præscribit cõtra credito-
rem per lapsum quadraginta annorum,sic & po
sterior creditor vtens accessione tẽporis ex per-
sona debitoris contra anteriorẽ præscribet qua-
draginta annis,si statim rem hypothecatam post
mortẽ debitoris possidere inceperit.d.§. sed cũ
illud.Et hoc ideo est ,quia culpet se creditor de
culpa sua,secũdùm Cin.per.l.cũ fundo.§. quod
si mulier.ff.de iure dot.si ius suum non est prose
cutus.Et hoc est quod vult illa lex,pignori.ff.de
vsusca.dũ ait,creditorẽ possidentẽ rẽ pignoratã
debitori nõ obesse possessionẽ quã creditor ha-
bet seu habuit,sed tertio tantũ siue creditori seu
alteri petitori ad eos addicẽdos eodẽ iure obser
uãdo in creditore anteriore, qui lõgissimo tẽpo
re rem bypothecatã possederit : qm̃ pari ratione
posteriorem excludet à iure suæ hypothecæ, di-
cta.l.cùm notissimi.§.eodem.C.de præscriptio.
triginta annorũ. Et per boc respondet Cinus ad
illud obiectũ,quod pro opinione glos.& sequa
99 cium deductum est, † qui potest facere vt pos-
sit,iam posse intelligitur.l.qui potest.ff. de regu
lis iuris.verum est in iure formato,non autem in
facultate. quid est hoc dicere , in iure formato?
dic ex mente eiusdem Cini , & bene. statim e-
nim quo creditor habuit hypothecam acquisi-
tam super re debitoris , eodem instanti credi-
tor anterior habuit ius formatum contra po-
steriorem creditorem auocandi rem à posteriore

creditore per priorem hypothecam. Vnde non mirum si creditor posterior, qui tandiu id est triginta annis rem liberam à priore creditore, et sic suo iure possedit, expellit eum ab actione sua, & sic à iure suo: sed creditor, qui possedit rem hypothecatam respectu debitoris non eam possidet, vt possit vsucapere, nec à debitore addicere; quia nō sibi creditor possidet, sed debitori. Mirum igitur non est si debitorem nō excludit, sed creditor quantum ad omnes alias causas rem hypothecatam possidet sibi, non mirum si in præiudicium tertij, & sic anterioris creditoris possit quodcunque aliud ius præscribere per leges suprà allegatas. Et hoc verum est. l. de accessionibus. ff. de diuersis & tempo. præscrip. suprà allega. in his verbis, quādiu mihi pecuniā non exolueris. & in his verbis, sed si pecuniam mihi solueris hoc casu accessione tua nō vtetur. & dicta l. serui nomine. ff. de vsucapio. ibi, adeo vt addici possit ei possessio eius, qui pignori dedit. Et sic tu habes intētionem Petri rectè cōfirmatam, qui optime prius Cino declarauit in d. l. cùm notissimi. & re vera istius fuit opinionis. quod se-

100 cus est in debitore, etiā alio capite. † nam in debitore non incipit ius suum esse formatum, nisi cùm pecuniam offert restituere, dicta. l. secunda. C. de pactis inter emptorem & vend. ibi, teq; parato satisfacere conditioni prædictæ. Bene facit lex prima. ff. de rerum permuta. ibi, ex re tradita initium obligationi præbet. & in dicta. l. si rem. §. omnis. ff. de pign. actio. ibi, vt nascatur pignoratitia actio, inquit ille text. omnis pecunia exoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum esse, vt nascatur pignoratitis actio. & in hoc facultas redimendi vel offerendi interueniens in contractu retinet aliquid ex natura contractus innominati, quia cū actione ex vendito producitur etiā actio præscriptis verbis, dicta. l. secūda. C. de pactis inter empto. & vendi. l. Labeo scribit si mihi bibliothecam. ff. de contrahenda emptio. quæ inuenta est pro cōtractibus innominatis. l. naturalis. iuncta. l. prima. ff. de præscriptis verbis. neque dubitari potest hoc pactum fomentū à priore contractu, cui inhæret, recipere. l. pacta conuenta. ff. de contrahenda empt. l. lecta. ff. si certū peta. l. iurisgētium. §. quinimo. ff. de pactis. cum

101 similibus. † Vnde nō potest præscriptio triginta annorum incipere, nisi ex eo tēpore quo actio cum facultate & eius effectu incipit esse formata: quia non nisi ex effectu ipsius facultatis, id est oblationis incipit formari. Ita dicit text. dictæ. l. secundæ. C. de pact. inter empt. & vendi. ibi, hæres emptoris non paret vt contractus fides seruetur actio præscriptis verbis, vel ex vēdito tibi dabitur. Nota hæc verba, tibi dabit. qualiter actio præscriptis verbis vel ex vendito, quæ pro facultate redemptiua competit, non est natiua, sed datiua: & sic nō incipit formari, donec emptor vel creditor aut eorum hæredes recusauerint facultati parere. Et ex his dici potest, præscriptionē tunc solum posse incipere, cùm debitor vel venditor post denegationem cessauerint actionem suam prosequi: si postea creditor aut eius hæredes triginta annis cōtinuis pacifice possederint, præscripta manebit talis actio, & nō antea: quia tunc solum nasci incipit, per illum text. & eo tūc creditor aut eius hæres postquam possessionem debitoris interuertere incœperūt, sibi & nō debitori possidere dicti sunt. l. an in vitium. ff. de diuers. & tempo. præscript. quæ vtrunq; membrū huius inductionis probat, in versi. quia in extranei locum successit, non in eius qui pignori dederat. Et pro hac nostra noua cōsideratione ponderatext. quē suprà pro Cino induxi in. l. de accessionibus. ff. de diuer. & tempo. præscript. ibi, quandiu pecuniam mihi non exolueris. & in his verbis, sed si pecuniā mihi solueris, hoc casu accessione tua nōn vtetur. Et sic qualiter effectus vsucapionis pendet ex facto solutionis, & sic facultatis redemptiuæ. Ex his potest dici verū fundamētum quod pro opinione glos. induximus, quod Cin. retulit in dicta. l. cùm notissimi. §. sed

102 cùm illud. videlicet, † quod omne ius præscribitur triginta annis, habito pro constanti quod facultas ius sit. quod non confitetur Cin. vt dixi. potest dici esse verum, sed dubium erit quando incipiet nasci seu currere illud tēpus triginta annorum, an à tempore facultatis retentæ, an verò oblationis factæ de soluendo. Circa quod vide l. nec creditores. C. de pigno. actio. & dictam. l. male agitur. C. de præscript. triginta anno. vt suprà diximus, & paulò post aliquid repetemus. Per hæc vides illud tempus triginta annorū non incipere ad effectum præscriptionis contra dictam facultatem, nisi cùm venditor vel debitor soluere vel redimere obtulerunt, creditor verò vel emptor restitutionem seu pretium denegauerūt accipere, per supradicta. quemadmodum in

103 simili de seruitute dicitur, † quā incipis præscribere à tempore quo cœperis me prohibere quo minus seruitute vtar, & non antea. l. hæc autem iura. ff. de seruitu. vrba. prædi. l. si quis alia. §. finali. in verbo, non interpellauit. ff. quemadmodum seruit. amit. & rectè facit in argumētum dicta. l. cùm notissimi. §. illud. ibi, post cōditionis exitum. & l. prima. §. ad hæc. C. de anna. except. quæ erit secunda solutio ad prædicta argumenta, vltra solutiones Cini & Bart. quæ infrà recitabuntur. Et Petrus in dicta. l. cùm notissimi. dicit nullam esse legem seu legis rationē, quæ de debitore, cui talis facultas competit, loquatur, sed solum de creditore. & verum dicit, vt dicetur infrà.

Barto. in dicta. l. cùm notissimi. opinioni Cini simpliciter inhærens, Cini distinctionē refert, quam de iure offerendi fecit: vnum tantū illi ad-

104 dit, & quemadmodū, inquit Bar. facultas † eundi per viam publicam etiam si per mille annos non ieris, non præscribitur. l. viam publicam.

ff. de

ff. de via publi. sic nec facultas quam habet debitor offerendi creditori, vt pignua liberet. Idem Bart. in dicta. l. pignori. ff. de vsuscapio. sub paucis Cini mentem declarauit, & ea quæ pro Cino suprà induximus. dixit enim Bart. quandoq; ius offerendi sequela est actionis iam cõpetentis, & potest præscribi. Ita intelligatur. d. l. cùm notissimi. §. sed & si quis. Creditor enim, qui offert alteri creditori, offert propter actionem hypothecariam iam natam & sibi competentẽ: & sic ius offerendi est accessorium, non autẽ actio hypothecaria. quandoq; verò ius offerẽdi sequela est exceptionis, vt in. l. Paulus. §. j. ff. quib. mo. pig. vel hypothe. soluitur. vt si possessor, qui rem hypothecatam vult liberam ab hypotheca fieri offerat quod creditori debetur, vt si creditor debitũ petat, possessor autẽ excipiens offerat, creditorẽ agentem expellit. Quandoq; ius offerẽdi sequela est actionis cõpetituræ, vt est in pignoratitia, quæ nõ competit, nisi soluat debitor: & tali iuri offerendi non præscribitur. Et hoc est quod dixi suprà ponderãdo. l. ij. C. de pactis inter emptorem & vendito. & l. de actionibus. ff. de diuers. & tempo. præscript. quoniam antequam debitum soluatur, non est nata debitori aliqua actio. dicta. l. si rem. §. om̃is. ff. de pigno. actio. & pro-
105 pterea dicit Bart. glos. male dicere: † quia præscriptio introducta est ad aliquod ius formatũ: vt patet in omnibus. ff. & C. titulis præscriptionũ. sed ius, quod debitor habet, non est ius offerẽdi, sicuti est ius eundi per viam publicã. Secundò addit Bart. habito pro constanti quod istud ius debitori cõpetens sit ius implendæ conditionis, vt competat pignoratitia: conditioni autem potestatiuæ implẽdæ nullo tempore præscribitur. l. seruus quoque. ff. de hæredi. instit. l. fin. ff. de condi. institu. quia possunt vltimo vitæ spiritu impleri, etiam si cẽtum annis viuat, quomodo præscribetur talis facultas, quæ vltimo vitæ spiritu potest impleri: quoniam fortè comperietur eum qui conditionẽ seu facultatem implere debet pluribus quàm quadraginta annis viuere, quæ si præscribi posset cõtra naturam facultatis & conditionis, & agentium voluntatẽ. Quod à iure alienum esset. l. non omnis. ff. de reb. credit. Paul. de cast. in dicta. l. pignori. in princip. ff. de vsuscapio. sequitur Bart. simpliciter per fundamenta sua, nihil addito ad scripta eius. Idem Paulus in. d. l. si rem. §. om̃is. ff. de pigno. actio. tenet contra glos. post Cinum & Barto. in locis suprà
106 allegatis, dicens † quòd si debitor per mille annos staret quod non offerret debitum, quandocũq; potest offerre, & rem pignoratã recuperare, per. l. viam publicã. ff. de via publica. dictum autem glos. procederet in iure offerẽdi, quod habet secundus creditor contra anteriorem creditorem, qui potest offerre quod ei debetur: vt in locũ eius succedat. Et ita loquitur. l. cùm notissimi. suprà allega. & Bald. in dicto. §. omnis. hanc opinionẽ sequi videtur. Et ratio secundùm eundem Bal. est, quoniam sicut pactum contra naturam actus non valet, sic nec præscriptio. l. si peculium. §. primò. ff. de peculio.

Raphael & ambo opinionem citramontanorum Cin. & Bart. sequuntur. & vlterius Rapha. Fulgo. addit in dicto. §. omnis. Guliel. de Suzana eius fuisse opinionis cum Cino & Bart. & citramonta. & ad fundamẽta eorum addit vnum, quod ab his, qui secuti sunt glos. cogitatum fuit, respõdentes ad. l. fi. ff. de condi. instit. per quam
107 Bart. fecit capitale cõtra glos. dicit enĩ ea † quæ potestatiuæ sunt conditionis posse vltimo vitæ spiritu impleri. Et argumẽtum Bart. dicit omnino de iure Digestorum, quo iure nõ erat cognita longissimi temporis præscriptio, concludere, sed iure nouo, quo introducta est longissimi tẽporis præscriptio, non procedere. Sed pro opinione Bart. dicit bene facere tex. in. l. cùm notissimi. §. illud autem. C. de præscript. triginta ann. qui secundùm eum indistincte vult in his cõtractibus & obligationibus, quibus aliquid in diẽ vel conditionẽ præstandum est, ante diei vel cõditionis euẽtum præscriptionẽ impediri, neque ante conditionis vel diei euentum incipere. clarum est autem non ex traditione pignoris initiũ accipere, sed quando soluta fuerit pecunia. Ideo secundùm eum non potest principaliter, neque indirecto præscribi. alioqui si præscriberetur effectus implendæ conditionis, id est actionis impediretur, contra illum. §. illud. Raphael Cuma. in dicta. l. pignori. sequitur opinionem doctorũ contra glos. per duo fundamenta. Primum fuit Cini in dicta. l. cùm notissimi. quod pluries su-
108 prà declarauimus, † creditorem quantum ad vsuscapionem sibi non possidere, sed debitori, per dictam. l. cùm notissimi. vnde iniustũ esset, secundùm eum debitorẽ à creditore excludi per suam detentionẽ respectu debitoris. Secũdò, & istud secundũ fundamentũ fuit Iacobi de Rauẽ. in. d. l. pignori. eiusdem Iacobi & Guliel. de Cuneo in. d. l. si rem. §. omnis. ff. de pign. actio. & in l. petenti. eod. titu. Licet Rapha. Cuma. non dicat, sed sibi hoc argumẽtũ ascribat. fatetur enim glos. & omnes qui eam sequũtur contra rei vendicationem debitori competentem creditorẽ nõ præscribere: sed si contra ius offerendi creditor præscriberet, in consequentiam illius iuris offerendi debitori competẽtis creditor contra rei vendicationem præscriberet, per rationem Angeli & Ioan. de Imol. in dicta. l. pignori. & in dicto. §. postea. & Ange. in. d. l. cũ notissimi. quod Accur. nõ admisit, neq; hi qui illũ sequuntur. Et ratio est, q͂a nõ p̃ot debitor vẽdicare, nisi debitũ soluat, sed si debitũ soluere nõ p̃ot. Tolle exẽplũ secũdũ glos. q͂a p̃scriptũ est illi facultati soluẽdi, quõ poterit locũ habere reivendicatio, cùm eius præãbulũ sit sublatũ: possibile nõ esset. vnde cũ
109 † reivẽdicatio debitori cõpetẽs p̃scribi n̄ possit

quin debitor agere possit & rem hypothecatam vendicare, necessario igitur concludendum esse dicit ius ad illam actionē impræscriptibile esse, cùm præambulū impræscriptibile sit, vt dicam infrà. Et huic argumento Iaco. de Rauen. quod semper cogitaui, non adhuc viso Iaco. de Rauē. Ioan. de Imola in dicta. l. pignori. ff. de vsucap. post sudores multos nisus est respōdere & illud euitare, sed defecit ei cor in via. dicit enim Ioan. de Imola verum esse argumentum Iaco. de Rauen. quatenus ius offerendi erit sequela actionis rei vendicationis, vt sicut rei vendicationi non præscribitur, per rationem glos. sic nec præscribitur iuri offerēdi, quatenus ad sequelam actionis rei vendicationis venit: vt accessorium sequatur naturam sui principalis. Sed vbi ius offerendi non venit tanquam sequela, sed tanquam præparatorium rei vendicationis, tunc erit præscriptibile. Et ita loquitur glos. & sic ius erit in modo practicandi: quia per hoc, secundùm eū, poterit euitari effectus præscriptiōis, de quo in glos. videlicet agendo rei vendicatione. Videte quæso varietatem Ioā. de Imo. & eius titubationem, propter argumentū Iaco. de Rauen. quia in nulla parte Ioan. de Imola verum dicit. Clarum est

110 enim † in actione pignoratitia solutionē vel satisfactionē præambulam esse pignoratitiæ actionis, & sic rei vendicationis. Et non potest euitari tex. dictæ. l. si rem. §. omnis. ff. de pigno. actione. dum ait, Omnis pecunia exoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum esse, vt nascatur pignoratitia actio. Signa tu digito hæc verba, vt nascatur. & non nascitur rei vendicatio, nisi prius soluto debito: & sic oblatio seu ius offerendi non est sequela rei vendicationis, sed est præambulū ad natiuitatem actionis rei vendicationis, licet propter priorē contractum nascatur, tamen contractus hoc non facit, sed solutio & satisfactio, vt vides ex illo tex. Et idem dicit text. in dicta. l. de accessionibus. ff. de diuer. & tēpo. præsc. qui non potest etiam euitari in illis verbis, Quandiu mihi pecuniā non exolueris. & in his verbis, sed si pecuniam mihi solueris, tūc accessione tua nō vtetur. Et ita tenet glos. in. d. l. nec creditores. C. de pigno. actio. sed conclusio glos. in dicta. l. pignori. quæ vera est, & ab omnibus approbata

111 ista est † non posse creditorē etiam quadraginta annis rei vendicationem præscribere, per. l. male agitur. C. de præscriptio. triginta ann. sed clarum est debitorem, antequam rei vendicatione agere possit, debere prius soluere: & si vult soluere, necesse est vt creditori offerat, & mox soluat. Vnde cùm illa sint præambula ad actionem impræscriptibilem, omnia antecedentia regulabuntur secundùm necessarium consequens. l. illud. ff. de hæredi. institu. retentio enim vnius iuris indiuisibilis ab altero iure cessare facit remissionem alterius iuris iam aut ab homine vel à lege remissi. l. si domus tua. ff. de seruitu. vrba. prædio. l. si ita scriptum. §. regula. ff. de libe. & posthumis. concesso enim accessorio inseparabili à principali, censetur & ipsum principale concessum. l. iij. C. de agrico. & censi. libro. xj. sed istud præambulum est necessarium ad consequētiam & conseruationē istius rei vendicationis si actio principalis est impræscriptibilis, similiter & omne antecedens necessarium. Et clare dicta. l. male agitur. probat Iacob. de Rauen. fundamētum cuius suprà meminimus post Cinum et Petrum,

112 † quoniā is qui sibi nō possidet sed alteri, qualis est creditor, nō præscribit etiam quadraginta annis. quod est singulare. Et. l. illa non stat simpliciter in ipsis terminis, sed vlterius disponit. dat enim domino actionem rei vendicationis ad vendicandam rem ab eo, qui eius nomine possidet, exclusa præscriptionis exceptione, per illā tex. sed & Ioan. de Imola saltem in hoc casu per eum distincto doctrinam Cini & Barto. approbat, dum dicit argumētum Iaco. de Rauen. procedere, vbi primò rei vendicatione agitur, eo casu iuri offerendi non præscribetur. Sed Petri, Cini & antiquorum Bart. & aliorum, quorum suprà meminimus opinionem de iure veriorē esse puto. Cui se subscribunt Canonistæ. In primis Ioan. Andre. & Anto. de Butrio in. c. quoniam frequenter. extra vt lite non contesta. sequentes sententiam Iaco. de Rauen. Petri, Cini & Barto. dixit enim Ioan. Andre. non tantum post triginta annos, sed & quandocūque. Anto. de Butrio distinctionem Barto. suprà relatam simpliciter

113 sequitur, trāsitq; cum ea, & vltra dicit, † iuri offerendi ad vendicandum ius prætorium vel conuentionale non præscribi de iure canonico, ex quo præscribēs scit rem alterius esse, cùm in bona fide esse non possit, quia rem scit esse debitoris, & illi tantum possidere, & non sibi. Et istud tenendum esse ait. c. fina. de præscript. quicquid glos. sentiat in. d. c. quoniam frequenter. & in dicta. l. cùm notissimi. §. sed cùm illud. & in. l. si rē. §. omnis. ff. de pigno. actio. Et hoc argumentum Roma. præsentiens ita difficile in dicta. l. pignori. dicit non esse euitabile, nisi negemus conclusionem glos. quæ est, rei vendicationem debitori competentē non præscribi. Nec aliter euasionem Ioā. de Imola per nos recitatam posse procedere ait. Et ob id dicit Roma. non esse veram: quia nō est verum, creditorem omnino debitori possidere, sed in aliquibus possidet pro se. l. serui nomine. ff. eodē. de vsucap. sed dicat Roma. quo modo poterit respondere illi. l. serui nomine. & cæteris suprà allega. quæ dicunt creditorē non possidere sibi, quātum ad præscriptionem, sed possidere debitori tātum. Si quantū ad præscriptionem non possidet, quomodo sine possessione creditor præscribere potest contra. l. sine possessione. ff. de vsucapio. & Roma. nescit aliter hoc argumentum euadere, & ob id nesciuit aliud dicere quàm cogitandum esse. Romanus enim

enim de sua responsione plurimum dubitauit. Ang.in.l.cùm ita stipulatus sim mihi à Proculo.
114 ff.de verb.oblig.& in.l.j.ff.de vsuscap. † dicit posse dari duas cautelas,quibus non curret præscriptio triginta vel quadraginta anno. Prima est si in contractu hæc clausula apponatur, Quæ omnia & singula promisit perpetuò seruare, & in nullo contrauenire. Secunda est, vt in instrumento contineatur, quod ad omnē ipsius venditoris vel debitoris petitionē seu requisitionem restituet. per hæc enim videtur exceptioni præscriptionis renuntiare. quod potest secundū eundem Angel.in.l.nemo potest.ff.de lega.j.quem sequitur vbiq; Ioan.de Imola.& ponderat Angel.l.j.ff.de concussio.vbi idem Angel.notauit quæ verba aut illis similia de stylo notariorum huius regni in quibuscunq; cōtractibus apponi solent. quæ si tanti effectus essent, nulla præscriptio in hoc regno locum habere posset. Et ideo Roma.in.d.l.j.ff.de vsuscap.has cautelas Ange. non approbat: cum talia verba præscriptionem longissimi temporis non excludant. Allegat plures glos. Prima est in.d.c.j.§.præterea.de feudo dato in vicem legis commiss. Secunda glo.est in l.prima.&.l.vniuersas.C.ne rei dominicæ vel tēplorū.quibus addit generale quoddā iuris adagium, legem de habilitate interpretationem accipere.l.j.C.de sacrosanct.eccles.l.vt gradatim.§.sed si lege.ff.de muneri.& hono. Tertia glo.in l.prima.ff.pro socio.in verbo, perpetuo. similis glo.in.§.j.institu.de satisdat.tuto.& faceret iste tex.in verbo, semper.iuncta glossæ interpretatione, quam ad id post Roma.suprà notauimus. Adde de his dictionibus quod plene notat Felinus in procemio Gregoriano. Sed idem Roma.
115 contrarium tenuit † de duabus dictionibus loquens videlicet toties quoties, quarū natura est secūdum eā in infinitum obligare. Et dicit text. esse, vbi id notat Roma.in.l.si finita.in princ.ff. de dāno infec. Sed ille text.indubie hoc nō probat, tametsi glo.illic in verbo, iterū.ad id notet. dicit enim ille tex.si verò sine cōditione diei stipulatio interposita fuerit, si quidem ex conuētione quandoq;.& dicit glo.& bene, id est quando cunq;.pro qua est tex.in.l.in substitutione.ff.de vulgari & pupil.substit.fuerit cōmissa, ex stipulatu agitur.& sic vbi obligatio ex conuentione partium facta sine intermissione tēporis vel moderatione, non tantum intentari potest intra triginta annos, sed quandocunq; voluerit stipulās. aut aliter contrahens.&.l.veluti.§.fi.ff.de edendo. vnde ipsemet Roma.in.d.l.j.ff.de vsuscap. post Barto.in.l.sicut in annos. ff.quibus modis vsusfruct.amitta.dixit, si in cōtractu apponatur, vt quoties præscriptum fuerit, toties teneri volo. eo tunc renuntiatur exceptioni præscriptionis finitæ, non autem finiendæ. Sed Barto.in dicta.l.sicut in annos.nō loquitur in terminis Roman.sed simpliciter ait, si dictum sit quod possit legatum quandocunque peti, non vnum erit legatum, sed plura, & ideo non tolli præscriptione, quia quotannis legata competere incipiunt. sic idem in contractu, cui facultas concessa inest aut redimendi seu luendi rem aliquam cum adiectione istius dictionis, quandocunque. vt quotannis censeatur obligatio renouari, & sic præscriptionem non currere. Et bene probat illa.l. sicut in annos. ff.quibus modis vsusfruct. amitta. Et hoc dictum Bartoli pro hac opinione est multum singulare. Cui adde in primis tex.in dicta.l.vnica.§.ad hæc. C.de annali exceptione.in his verbis, & non iteratis fabulis sæpe recreata. Secundò, vt non sit necessaria hæc repetitio, sed tacite intellecta videatur, facit.l.male agitur.versic.ne cogantur.C.de præscriptione triginta annorum. ibi, aut annis omnibus super dominio suo protestari. Et tenendo hanc Cini & Bartoli opinionem facilis erit responsio ad obiecta prioris opinionis glossarum, & solutiones erunt ex mente eorū, qui amplexi sunt opinionē glossarū quorum mentionē fecimus in capite huius quæstionis. Et licet ex prædictis solutio ad omnia argumenta glos.& doctorum eam sequētium perpendi posset, tamen seriatim singulis respondere curaui. In primis ad. l. cùm notissimi. §. sed cùm illud. &.§.eodem iure. C.de præscript.triginta anno. Primò, vt respondet Petrus, tex.ille
116 dicit † neque alia lex creditorem contra debitorem, cuius nomine possidet rem hypothecatam iuri offerendi præscribere: licet illa lex dicat contra alterum creditorem idem ius hypothecæ prosequentem præscribere: quoniam, vt suprà diximus, ius illud offerendi quod primus creditor contra secundum creditorem, vel secundus contra primum prosequitur, statim quo hypotheca constituta fuit initium accepit, dicto.§.sed cùm illud.&.§.eodem iure. in dicta.l.cùm notissimi. & in consequentiam actionis pignoratitiæ seu hypothecariæ sibi competentis, non mirum si illud ius offerendi, quod est accessorium, præscribatur: quoniam sine actione pignoratitia seu hypothecaria non subsistit. Præscribetur ergo eo quòd actio ipsa hypothecaria est præscripta, per l.sicut.&.l.omnes. C.de præscript.triginta ann. similiter & ius offerendi, quod est accessorium, præscribetur, per regulam, accessorium.de regulis iuris.in.vj.l.secunda.ff.de peculio lega.& ita respondent, & bene, Cin.Bart.Paul.& Raphaeles ambo in locis prællegatis, & Anton.de Butrio in dicto cap.quoniam frequenter.in vltima colum.extra vt lite non contestata. Secundò respondet idem Bartol. in locis prællegatis, post Petrum, Cinum, Iacobum de Rauen. Guliel.de Cuneo, & alios antiquos, quorum suprà meminimus, latam esse differentiam iuris & facultatis. nam ius offerendi quod vni creditori competit aduersus alium creditorem, est ius prodiens ex natura obligationis & actionis hypothecariæ,

117 declara in vtroque. † Primò in iure competente creditori anteriori contra posteriorem creditorem auocandi rem possessam à creditore posteriore in vim suæ prioris hypothecæ, & propter prioritatem præbentem sibi ius potius reuocat seu auocat vt in toto titulo. ff. & C. qui potio. in pigno. habean. l. qui prior. ff. de iud. regula, qui prior. de regulis iuris. in. vj. Præterea secundus creditor ex beneficio legis sibi competentis, si vult anteriorem creditorem à sua hypotheca excludere, iuxta. l. j. C. qui potio. in pignore habeātur. cùm ista iura necessariò sint actionis hypothecariæ consecutiua, sine qua ius illud offerendi non subsistit, sicut per triginta vel quadraginta annos præscribitur, siue creditor primus sit siue secundus si suam hypothecam nō sunt prosecuti seu rē s concreditore suo possessam nō petierit liberam facere, sibi imputet: quoniam & debitor, si possedisset quadraginta annis rem ab omni inqetatiōe creditoris, siue primi, siue secūdi, liberā cōtra quoscūq; præscriberet. d. l. cùm notissimi. in princ. & §. j. & d. §. sed cùm illud. vltimo responso dicti. §. C. de præscrip. triginta anno. quāto magis creditor: quoniam debitor, qui scienter cū aliena iactura locupletatur, præscribet, multo magis creditor qui certat vt suum libere consequatur præscribere debet vtens iure

118 sui debitoris. † nō mirum igitur est si lex in hoc creditori possessori rei hypothecatæ fauet non tantum in odiū creditoris negligentis suam hypothecam prosequi, sed etiam in fauorem creditoris ius suum seu libertatem consequentis. Tertia solutio est, quam per modū instantiæ damus ex mente iurecōsul. in. d. l. pignori. & l. serui nomine. in princip. ff. de vsucapio. & d. l. cùm notissimi. §. sed cùm illud. C. de præscript. trigin. anno. quam ad id retorqueo contra glo. Creditor rem sibi non possidet, sed debitori: & est in hoc sola debitoris imago, dicto. §. sed cùm illud. & d. l. pignori. & l. non solum. §. si. ff. de vsucapio. & alijs suprà notatis, non repeto, sic quòd creditor, quantum ad præscriptionē, non sibi, sed debitori possidet. si non possideat sibi, sed debitori, quomodo potest præscribere sine possessione. verum est quòd creditor quantū ad alias causas sibi possidet, & non debitori: & sic aduersus quoscūq; alios ius in re sibi hypothecata pratēdentes præscribit. per. d. §. sed cùm illud. & d. §.

119 eodē iure. in. d. l. cùm notissimi. † & ideo creditoris possessio lōgæua rē hypothecatā liberā reddit s priore creditore, & econtra, possessio anterioris, quam habet de re hypothecata, absorbet omne ius posterioris creditoris, non tantū dixerim in iure offerendi, sed & in hypotheca, quam etiā debitor præscripsisset. non mirū si illud ius offerendi à creditore in præiudiciū sui concreditoris præscribatur. Et ista est responsio, quæ nō potest euitari per illa iura, quā suprà in modum argumenti induximus. Ex his dissoluitur secundum fundamentum glo. & Bulga. & ita etiam respōdet Cynus in. d. §. sed cùm illud. in fine lecturæ illius. §. dum dicit ad. l. qui potest. ff. de reg. iuris procedere in iure iam formato, non aūt in iure informi. licet suprà declarauerim, repetā breuiter. Vt dictum est in solutione prioris argumēti, creditor statim, quo hypotheca acquisita est, potest agere, & actio tunc nata est, vnde ius suū in rem hypothecatā est formatum, per suprà di-

120 cta. Secus est † in debitore, cui nulla actio datur, nisi facta creditori prius debiti solutiōe. per l. si rem. §. omnis. ff. de pigno. actio. quam suprà induxi. Vnde ius suum nō est formatum, sed informe, cū originem à solutione tantū accipit. d. l. nec creditores. ibi, reddita pecuniæ quantitate. & in his verbis, oblata, consignata & deposita. & sic ex restitutione & solutione pecuniæ. & in verbo, originem. & sic in consequentiam tantum primæ cōstitutionis debiti obligatio illa pignoratitia sequitur: & sic dum soluitur, nascitur & formatur, antea nō. Igitur donec potuerit aut incœperit posse, quo modo potest dici actio præscripta, seu ius offerendi dici præscriptum, quod non est adhuc natum? Et vt tollam argumentum, quod fieri posset, quo modo potest dici posse, si forsan debitor pecunias ad manus nunquam habuerit, vt offerre posset vel luere, vt in. l. petenti. ff. de pignoratitia actione. propter quod videbatur debitorem desinere animum habuisse luendi pignus iuxta. l. qui habebat. in principio. ff. de legatis. iij. sed patebit solutio ex mente Iureconsulti, qui hanc considerationem in re pignorata habere voluit in. l. si seruus depositus. ff. de noxa. actio. ibi, sed hoc quoque in potestate domini intelligi, si facultatem repetendi eos dominus habeat. Quid est habere facultatem repetēdi, si habeat pecuniam, ex qua liberare potest, vide quod sequitur in illo textu dum dicit, nam non debet cogi vendere res suas vt soluat pecuniam, & repetat seruum. Et sic sufficit attendere tempus quo debitor pignus seu hypothecam luere poterit. Aliter etiam respon-

121 dent Cin. Barto. & alij † ius istud debitori competens ad luendum rem suam non esse ius, sed quandam facultatem: non mirum si non præscribatur. secus autem in iure offerendi quod præscribitur secundum opinionem glos. de hoc infra plura dicentur.

Ad tertium fundamentum glos. de. l. si finita. §. postea. ff. de damno infecto. dic non meruisse signari: quoniam ille textus loquitur in eo qui per decretum, non tantùm dixerim iure offerendi, si quod ius habebat, sed & re ipsa per secundum decretum priuatur. in quo loquitur ille textus. & §. Iulianus. eadem. l. & l. dies cautionis, per totam pene. l. ff. eodem. de damno infecto. sed & creditor nisi decreti impensas refundat, sua hypotheca meritò priuabitur. l. cum postulassem. § . finali. ff. eodem. de damno infecto. &

istud

istud operatur iudicis decretum, quod dominū negligentem priuat, non tantum dicam tacite, vt est in præscriptione, sed contumacem: quoniam à iudice vocatus est, dicta. l. dies cautionis. §. j. & §. toties. eodem titu. & minus debuit signari per Roma. in dicta. l. pignori. ff. de vsucap. l. fin. C. de bonis authori. iudi. posid. quæ arguit in hoc cōtumaces in his verbis, cùm præsentes quidem in vna eademq; prouincia degētes, in qua & possessores rerum commorantur. Et sic propter authoritatem decreti iudicis. Et ita respondet Ioannes Andre. & post eum Anton. de Butrio in dicto capitu. quoniam frequenter. in expeditione glos. fin. extra vt lite non contestata.

Ad. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. & postlimi. reuers. quam Bulgarus summe ponderauit, & Ioan. de Imola in dicta. l. pignori. satis respondet Bald. in dicta. l. si rem. §. omnis. ff. de pigno. actio. dicit enim illum text. intelligi in domino, qui præscribit ad confirmationem & retētionem iuris sui, non autem in creditore. Et hæc solutio fuit etiam glos. in dicto. §. si quis seruum. quæ sumitur ex illo text. ibi, nam occurrit quod
122 constitutio † quæ de redemptis lata est cum redimentis seruum facit. & propterea Bald. in dicto c. j. de feudo dato in vicem legis commiss. miratur quomodo illa. l. pro fundamento huius opinionis sumpta sit. & minus faciunt duo alij text. allegati per Roman. in dicta. l. pignori. videlicet c. Titius. si de feudo fuerit controuers. inter dominum & agnatos. colla. x. de vasallo reuocante rem feudalem alienatam per consanguineum vasallum post annum. & c. primum. §. porro. qualiter olim feud. aliena. poterat. colla. x. de domino qui ab illa facultate redimendi præcluditur, si sciuerit rem alienatam. Ignorans verò triginta annis excluditur. sed non mirum: quia lex seu consuetudo, dicit ille text. bona an praua sit, hoc induxit. Idem in. c. constitutus. extra de in integrū restitu. dixi in repetitione. l. dudum. C. de cōtrahen. emptio. non mirum si vlterius non protendatur per illos text. Ad secundam glos. quæ est in. l. omnes. C. de præscriptio. triginta anno. quæ fortius stringit quibuscunque alijs argumentis,
123 dum ait, † omē ius siue publicum siue priuatum præscribi triginta annis. Et licet solutio Cini, Bart. & aliorum suprà recitata sufficiens sit, dum dicunt, ius istud offerendi competens debitori non esse ius sed facultatem, vt dicam infrà nō mirum si non præscribatur: secus autem in iuribus dicendum est. Ego vero dabo tres alias solutiones. Prima est, cuius suprà memini omne ius tam publicum quàm priuatum præscribi quadraginta annis, verum est ex tempore, quo res posideri, & tempus præscriptionis currere cœpit, sed non ante. & declarabo latius in dissolutione argumentorū, quæ induxi pro opiniōe glos. quod autem non incipiat, neque incipere posit creditor iure suo posidere, quandiu eam iure hypothecæ posidet, vt suprà dictum est per dictam. l. pignori. ff. de vsucapio. in qua tu pondera verbum, prorsus. ibi, quia pro alieno prorsus posidemus. si igitur posideat prorsus pro alieno, quomodo præscribere potest, cùm non posi-
124 deat? † tunc autem incipit posidere cùm interuertit debitoris possessionem, vt est quādo rem pignoratam seu hypothecatam, quam posidet, alteri tradit, vt in dicta. l. non solum. §. qui pignori. ff. de vsucapio. l. an in vitium. & l. de accessionibus. ff. de diuers. & tempo. præscriptio. & demum hæres ipsius creditoris eam redimere vult ab eo, cui creditor prius tradiderat, qui postquā interuertit, possedit triginta vel quadraginta annis per se vel per alium, vt in dicta. l. an in vitiū. §. fin. ff. de diuer. & temp. præscript. & tunc desinit pro alieno posidere, & pro suo posidere incipit: & alio modo præscribere non potest. Et hoc est quod vult illa lex, male agitur. C. de præscript. triginta anno. quod qui pro alieno prorsus posident, nullo tempore, etiam quadraginta annis præscribere possunt. Quæ solutio sufficeret. Secunda solutio est, quæ ex prioribus solutionibus colligitur, Omne ius existens in esse & iam natum, præscribitur. Ita loquitur. l. omnes. & l. sicut. C. de præscriptio. triginta annor. sed si in esse non est, præscribi non potest. Quod autē in esse non sit, dictum est suprà per dictam. l. si rem. §. omnis. ff. de pignora. actio.

Tertia est, quæ sumitur ex mente. l. si finita. in
125 princ. ff. de damno infecto. † omne ius tam publicum quàm priuatum præscribitur quadraginta annis, nisi aut à lege vel consuetudine vel partium conuentione tali præscriptioni derogatum sit: cùm hæc tria pari passu ambulent. l. fin. C. de rebus alien. non alienan. l. si in emptionem. §. omnium. ff. de contrahen. emptio. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædio. dixi in repetitio. l. dudum. C. de contrahenda emptio. Tolle exemplum in ca. imperialem. de prohibi. feud. aliena. per Frideric. quem text. ad id notat Andre. de Isern. illic in his verbis, nullius temporis præscriptione. quæ verba secundum eum excludunt etiam præscriptionem longissimi temporis. Concord. text. in. c. j. de capi. Corradi. collatio. x. ibi, nulla obstante præscriptione reuocare. licet aliter glos. ibi dicat, contra quam est alia glos. in. l. longa. ff. de mort. infer. & facit. l. fin. C. de fund. limitroph. cum multis alijs legibus, quarū mentionem fecimus in repetitione. §. non aliàs. in. l. iij. & l. j. §. domini. suprà eodē. similiter in. l. prima. C. de bonis matern. l. in rebus. C. de iure dotium. ca. fina. §. contractus. de rebus eccles. non alien. libro. vj. & l. prima. §. penulti. & fina. C. de anna. exceptio. in seruitutibus non habentibus causam continuam, quæ requirunt longiorem præscriptionem. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æstiua. Idem in rebus ecclesiæ Romanæ. §. primo. in authenti. vt eccles. Roma.

gaude. centum anno. præscript. colla. §. cum mul-
tis alijs huic similibus, quæ possent hic cumula-
ri. Similiter in consuetudine dic vt in consuetu-
dine Aureliæ, & prouinciæ Normaniæ, quæ fe-
re communis est vniuersæ Galliæ, quæ regitur
126 iure non scripto, † vt vasallus in dominum, vel
dominus in vasallum rem feudalem nullo vnquã
tempore præscribat. licet secundum aliquos ali-
ter de iure scriptum sit. c. si quis per triginta an-
nos. si de feudo fuer. controu. inter dominum &
agna. colla. x. similiter ex consuetudinibus præ-
dictis in seruiture luminum & stillicidiorum ob
seruatur; quæ eadẽ consuetudine sine titulo non
præscribuntur quo cũq; tempore posſideantur:
secus autem de iure. l. j. & ij. & l. altius. C. de ser-
uitu. & aqua. notatur in. l. seruitutes. ff. de serui-
tu. l. j. §. fin. ff. de aqua pluuia arcen. l. si quis diu-
turno. ff. quemadmodum seruit. amitt. sic vbi ex
conuentione partes sibi cauerunt. Ita loquitur
tex. d. l. si finita. in princ. ff. de damno infec. ibi,
si vero sine conditione diei, id est, secũdum glo.
& bene; adiectione diei ex certa scientia quãdo-
que, id est; dicit glo. quãdocũq;. l. in substitutio-
ne. ff. de vulga. substi. & sic inquit quandocũq;
datum fuerit damnum, ex stipulatu agitur. si ve-
rò per errorem &c. quem versiculum tu notabis
ad cõfirmationem huius inductionis dum dicit,
magis est illud dicendum finito die, in quem ali-
quando caueri solet, desiderandum esse vt à præ
tore liberetur. Sic igitur vbi nõ per errorem, sed
ex certa scientia partes cõueniunt, & protrahũt
obligationem sine temporis præfinitione, tunc
suspenditur, non dixerim ad triginta annos, sed
quãdocunq; etiã post triginta annos casus cõtin
gat, quia ita conuentum est inter partes. Et idem
in istis terminis loquitur tex. d. l. ij. C. de pact. in-
ter empt. & vend. quem tex. inducã latius infra.
Et eodem modo dico ad id quod glo. interpre-
tata est. c. j. de feudo dato in vicem leg. commis.
col. x. & non obstare quicquid glos. hallucinan-
do dixerit, & tandem post multas suppletiones
dubia remãsit. Primo dum ait glo. quandocun-
que, nisi creditor velit se tueri, puta præscriptio-
ne triginta anno. secũdum quosdam. quæ inter-
pretatio non potest esse vera, vt dixi. Nam con
trahentes, & maxime venditor, dum specialiter
per pactum de retrouendendo sibi quandocun-
que cauet, ex natura verbi tollebat omnẽ præ-
scriptionem, vt superius pluries ostendimus, &
paulo post repetemus, nisi emptor pactum con-
trahendo limitauerit. Quoniam imputãdum est
emptori seu vẽditori qui potuit legem apertius
dicere & non dixit. l. veteribus. & l. in emptio-
nibus. ff. de pactis. l. quicquid astringẽdæ. ff. de
127 verborum obligationibus. † & multo magis
in re de iure scripto inalienabili, qualis est feu-
dum. c. primo. de prohib. feudi alienat. per Fri-
deric. collatione decima. nõ poterit creditor con
tra debitorem præscribere, quoniam per inue-
stituram alienatio prohibetur. & si aliter fieret,
contra propriam feudi naturam fieret. c. vnico.
de feudo non habente propriam naturam feu-
di. collatione decima. c. primo. & fi. quid sit in-
uestitura. eadem colla. Et ita sentit ratio deciden
di illius. c. primi de feudo dato in vicem legis
commisso. ibi, feudum enim non sub prætextu
pecuniæ, sed amore & honore domini acquiren
dum est. dictũ à fidelitate. Et sic vides resistentiã
iuris vt feudum per constitutionem pignoris
fiat. Secundò dicebat illic glo. maxime post in-
teruersam possessionem. l. nec creditores. C. de
pigno. actio. licet creditores in alijs quàm feuda
libus post interuersam possessionẽ modo quo
diximus possessionẽ incipere possunt, maxime
cum superuenientia noui tituli & nouæ posses-
sionis. l. an in vitium. ff. de diuers. & tempo. præ
script. aliter non propter fidem aut spem debito
ris, quam habet in possessione creditoris, quam
vt suo nomine tenet, dicta. l. cùm notissimi. §. sed
cùm illud. C. de præscri. triginta anno. quod tra
ho in argumentum ibi, quia dum viuit ille &c.
& l. quamuis. ff. de acquiren. possess. in feudali-
bus minus procedere potest illa præscriptio, vt
128 suprà diximus, † etiam si pactum inter partes
appositum fuerit cùm nullo alienationis genere
alienari posſit q̃ per dationem in feudum, dicto
cap. primo. de prohib. feud. aliena. per Frideri.
collatione decima. similiter & ratio dicti capitu
li primi de feudo dato in vicem legis commiss.
hoc vult dum ille text. ait, non obstante illo pa-
cto. & sic qualiter lex tollit vim pacti: & ideo si
titulus seu causa possessionis, vt inquit. l. tertia.
§. genera. ff. de acquirenda possessione. tollitur
per illum textum & rationẽ suprà relatam, quia
prætextu pecuniæ feudum acquiri non debeat,
sic non possunt feudalia comprehendi sub le-
ge aliarum rerum non feudalium, nisi creditor
ius dominij impetrauerit, vt illic glos. ait. Sed
tunc non ex vi pacti seu pignoris constituti cre
ditori acquiritur, sed ex vi concessionis regiæ.
à rege enim feuda tanquam à fonte procedunt,
dummodo solennitates expositæ in. l. finali. C.
de iure dominij impet. obseruatæ fuerint, vt di-
cit. l. prima eodẽ titulo. Secundo quòd princeps
constitutioni & vsui seu consuetudini speciali-
ter & nominatim ex causa derogauerit, vt in si-
mili not. in. c. naturales. post glo. si de feudo fue
rit cõtrouer. inter domi. & agna. coll. x. & quod
subsit in talibus aliqualis causæ cognitio, saltem
summaria, vt in. c. ij. extra de schismat. de quo
plene per Felin. in. c. si quando. iiij. colũ. versic.
stat difficultas. extra de rescriptis. Moder. in. l.
quidam consulebant. ff. de re iud. Innocen. Ant.
& alij in. c. veniens. extra de filijs præsbytero.
dixi in repetitio. §. non aliàs. l. necessarios. suprà
eodem. facit. l. item verberatum. ff. de rei vend.
129 l. Lucius. ff. de euictionib. præsertim † quando
contra constitutionem legis aut consuetudinis
per

per principem scribendum vel derogandum est iuri partis, quia principis voluntas conformis iuri esse debet. l. ex facto. ff. de vulgari substitutio. l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quis in loco publico. quæ omnes alienationes pari passu ambulant, dicta. l. fin. C. de rebus alien. non alienand. & dicta. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum. l. dudum. C. de contrahenda emptio. melius in dicta. l. si in emptione. §. j. ff. de contrahenda empt. Bald. in. l. vacuatis. C. de decurion. lib. x. Pro his rectè facit theorica Angeli & Roma. suprà relata in dicta. l. j. ff. de vsuscap. & in. l. cùm ita stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verbo. obliga. in. l. nemo potest. ff. de lega. j. per quam dicūt posse præscriptioni per pactum partium renuntiari, dummodo cautela per eos data & supra recitata adhibeatur. quæ fuit etiam Baldi in. l. ij. C. vt in possess. lega. Igitur per partes potest tolli beneficium præscriptionis ex eorum conuentione. vnde non potest his, qui opinionem glos. sequuntur, hæc sententia videri du-
130 ra: † quia quod potest per legem, per pactum & pacti conuentionem fieri potest, vt plene in. l. nō impossibile. ff. de pactis. dicta. l. fina. C. de rebus alienis non alienan. & dicta. l. si in emptione. §. j. ff. de contrahenda empt. si à lege potest tolli præscriptio quadraginta annorū, vt in casibus suprà expressis, vt in ætate. l. sicut. & dicta. l. cùm notissimi. C. de præscript. triginta anno. & plerisque alijs casibus in glos. d. l. sicut. positis, quos referre superfluum esset, præsertim cùm in talibus cōcordantibus sufficiat vnum exemplum referre. Ad id soliti sumus allegare. l. scire. §. fin. ff. de excusatio. tutor. iuncta Barto. doctrina. sic in casu proposito, vt apertius dicetur infrà, derogatur præscriptioni, cùm siue præfinitione tēporis aliquid promittitur vel cauetur: quia quotannis censetur obligatio renouari. dicta. l. sicut in annos. ff. quibus modis vsusfruc. amitt. l. cùm in annos. cum duabus legibus sequentibus. ff. quādo dies lega. cedit. Si igitur in annos deducatur & cēseatur quotannis obligatio renouari per illa iura, quo modo pōt causari præscriptio quadraginta annorum: nō video quo modo hoc fieri possit.

Ad tertiā glo. quæ est in. l. pignori. ff. de vsuscapion. quæ dicit pignoratitiam & ius offerendi posse præscribi, non autem rei vendicationem. Prima pars argumenti nulla lege aut ratione sustineri potest, vt vidistis ex dictis Ioan. de Imo. Roma. & aliorum in dicta. l. pignori. & vt argumentum Iacobi de Rauen. euitarēt in dicta. l. pignori. & in. l. si rem. §. omnis. ff. de pigno. actio. suprà recitatum, coacti sunt negare secundā conclusionis glos. partem, † videlicet, rei vēdicatio-
131 nem debitori contra creditorem competentem præscribi non posse. dicunt enim eam fortè non esse veram, sed sicut pignoratitia præscribitur, sic & rei vendicatio. quod non est verum, per dictam. l. male agitur. C. de præscriptio. triginta annorum. & quam Cin. induxit, & per argumenta cōtra eos per me suprà relata, quibus coacti sunt fateri Iaco. de Rauen. argumentum euitari non posse. Secundò alia ratione non videri doctrinam illius glo. saporem habere: quoniam pignoratitia actio aduersus creditorem pignoratæ rei possessorem seu detentorem debitori competēs non datur nisi oblatione & solutione debiti facta, vt creditor rem pignoratam restituat. §. fina. Institut. quibus modis re contrahi. obliga. dicta l. si rem. §. propriè. & §. omnis. ff. de pignorati. actio. dicta. l. de accessionibus. ff. de diuersis & tempo. præscript. vbi creditor pignoratam rem restituere recusat cum pignoratitia actione rei vendicatio debitori conceditur: & illa rei vendicatio quæ contra creditorem competit, alia non est à pignoratitia, & ambæ ad solam rei restitutionem tendunt. l. qui restituere. in fin. & l. offi-
132 cium. in fine. ff. de rei vendicatio. † similiter pignoratitia, vt sæpius diximus, quæ non nascitur, nisi demum soluta pecunia. Et idem not. glos. in. dicto. §. fina. in verbo, actione pignoratitia. Institu. quibus modis re contrahitur obliga. & bene facit. l. nec creditores. ibi, vendicare dominium. & ibi, per vendicationem pignoris. & clarius. l. pignoris. C. de pignora. actio. Nec obstat. l. plures apochis. ibi, vel debitores creditoribus temporalem præscriptionem opponere: quia verum est, debitorē posse præscribere hypothecariam non triginta annis, vt dicit ibi glos. sed bene quadraginta annis, dicta. l. cùm notissimi. in princi. & §. primo. C. de præscript. triginta annor. cùm debitor comperitur rem aut hypothecatam aut pignoratam semper possedisse liberam, per illū text. quia quantuncunque pignus constituat, semper remanet dominus, vt dictū est suprà, & possessor. l. sciendum. §. creditor. ff. qui satisdare cogantur. & legibus suprà allega. & id iuuatur illorum ratione, quoniam omnes actiones triginta annis præscribuntur. l. omnes. & l. sicut. C. de præscriptio. triginta vel quadraginta annorum. sed secus in creditore: quia quantuncunque rem hypothecatam teneat, nec est dominus nec possessor quantum ad vsuscapionem, per supradicta, sed prorsus possidet pro alieno, dicta. l. pignori. ff. de vsucapionibus. & l. serui nomine,
133 eodem titulo. & alijs suprà allega. † Cum igitur non possideat sibi, quantum ad illum effectum, sed possideat debitori cuius imaginem solum dicitur gestare, dicta. l. cùm notissimi. §. sed cùm illud. non mirum si aduersus debitorem non præscribit, quia debitori, & non sibi creditor possidet, vt dictū est suprà: cùm sine possessione præscriptio non procedat. l. sine possessione. ff. de vsucapio. regula, sine possessione. de reg. iur. in vj. & in hoc non valet argumentū glo. vt vides.

Ad quartam glos. quæ est in dicto capitu. j. de feudo dato in vicem leg. commiss. collatio. x. responsum est suprà. glos. enim non dicit veritatē.

p 3

non enim dicit ille text. ius reuocandi præscribi triginta annis, sed aperte contradicit illi textui. vnde non est opus alia respōsione. & illum text. infrà inducam. Igitur si à seipsa sine lege dicat de ea curandum non est.

Ad glos. cap. quoniam frequenter. extra vt lite non contest. similiter loquitur in casu quo interuenit missio ex secundo decreto. & hoc verū est. Præterea responsum est ad. l. cùm notissimi. §. sed cùm illud. per eam allegatam, quæ nō probat dictum glos. Accursij, nec Bernardi vt audiuistis suprà ex dictis Petri, quæ vera sunt & à cōmuni omnium opinione approbata. Et in hoc sequuntur eum Ioan. Andr. & Anto. de Butrio in dicto capi. quoniam frequenter. Ad argumenta Baldi & Andreæ de Isernia facilis est responsio. Primò dum dicūt hanc dictionem, quandocūq;. positam in dicto capi. primo. de feudo dato in vicem legis commis. collatio. x. & similibus, debere intelligi vsq; ad triginta annos, sicut dicit hic

134 glos. † de dictione, semper. quæ per glos. limitatur vsque ad viginti annos. Et ad id Roman. hic ponderauit glos. nostram. & faciunt glos. suprà relatæ istud charitatiuum subsidium Modernorum nostri temporis, qui cùm procellas argumētorum & legum nesciunt euitare, defectuose supplent quandoque, & quandoque abnegant, sic arguētes indefinitum æquipollere vniuersali, & vniuersales dictiones omnia amplecti: dilatantes campos suos & ornantes eos plerisque & varijs rosellis, quæ sicut fœnum arescunt. & hæ potius euasiones censeri debent quàm solutiones seu verius interpretationes. Multas alias similes suppletiones Feli. recenset in proœmio Gregoriano, quas in diuersis iuris partibus Papienses moderni tacentes Felinum transplantauerunt in l. prima. ff. soluto matrimo. & in. l. quicunq;. C. qui admitti ad bono. possessio. Feli. in. c. de regularibus. in tertio notabili. extra de simo. Roma: in. l. prima. ff. de vsucapio. Lucas de penna in. l. prima. iiij. colū. C. de castren. omnium palati. peculio. lib. xij. Moder. Papien. in. l. fructus. in verbo, mox. ff. soluto matrimonio. in. d. l. si finita. in princ. ff. de damno infecto. Modern. Papiens. de dictione taxatiua in. l. vnica. ff. si quis ius dicenti non obtemper. & in. l. si mora. ff. soluto matrimonio. Et hac ratione pro huius primi argumenti dissolutione illorum solutiones recensere non dubitabo. In primis ad illas tam generales illa-

135 tiones † dictionum, semper. &, omni tēpore. cōtinue. & similiū, dic illas generalitatem importare quo ad tempus, sed non quo ad casus. Probatur ex coniunctione duarum legum, videlicet. l. fi. C. de testament. & l. fi. C. de iur. & facti ignorāt. in. d. l. fi. C. de testa. dicitur in legibus antiquis, semper rusticitati consultū est. Et tamen in. l. fi. C. de iur. & facti igno. non parcitur rusticitati in casibus illic per gl. expressis. quanq; igitur huiusmodi dictiones temporis generalitatē importent, sed nō casuum. Recurrēdum est igitur ad casus terminatos à lege, in quibus dicitur has dictiones & similes limitatas esse. Quod aūt in casu nostro sit lex limitans aut coarctans eas non cōperies. Et in hoc cōsentio cum Petro de bel. perti. & præsertim in casu nostro præmisso. Nam vides directe contrarium fuisse à iure decisum, & ostēdetur clarius infrà. & Bart. in. d. l. sicut in annos. ff. quibus modis vsusfruc. amitt. dictionē, quandocūq;. extēdit ad omē tēpus, vt dixi. Et vltra prædicta pondera tex. in. l. præscriptionem. C. de præscrip. triginta anno. in princ. legis. ibi, opponi nō patimur, sed genitalem statum semper eos agnoscere compelli censuimus.

136 Et † sic dictio, semper. ibi protenditur non tantum ad quadraginta annos, sed ad omne tēpus subsequens. Alia est & secunda Moder. doctrina, quæ secundum eos fuit Bartoli in. d. l. serui nomine. ff. de vsucapio. dum loquitur Bart. de dictione taxatiua, tantū. quæ extra casum à lege determinatum extendi non debet, præsertim in causa odiosa, nisi expresse per aliam legem reperiatur extēsa. Quam doctrinam Bar. repetit Papien. Moder. in. l. si mora. ff. soluto matri. & in l. vnica. ff. si quis ius dicenti nō obtempe. sed cū ista præscriptio triginta vel quadraginta annorum sit mere odiosa, vt dixi suprà per. l. fin. C. de edicto diui Adria. tollē. Primò quia facit hominem scienter cum iactura aliena locupletari. d. l. cùm notissimi. §. primo. C. de præscript. triginta anno. Secundo facit debitorem quadraginta annis contra proprium factum præscribere. Tertiò possessorem quātumcunq; malæ fidei, etiam sine titulo & contra fas præscribere permittit, præscriptionemq; cōfirmat, licet rem possessam alienam esse sciat, vt in. l. fi. C. vnde vi. & ob id ratio Canonistarum huiusmodi præscriptioni resistit in. c. vigilanti. & c. si diligenti. & c. fi. de præscrip. plene in regula, possessor. de regulis iuris. in sexto. si extēsio fieri non debeat, nisi in casu in quo à iure inuenitur specifice lege decisus, quo modo hæc glossarū restrictio Baldi & sequaciū contra intentionem agentium sustineri poterit, qui sibi cauere quocunque tēpore voluerunt, & huiusmodi præscriptionem triginta & quadraginta annorum excludere, iusq; suum in longius tempus protelare. vbi enim lex expresse nō cōtradicit, p prædictas duas regulas, non pōt hæc glossarū & Bal. interpretatio quoquo pacto rōnabilis seu sustentabilis esse. p quæ opportune respōsum est dictis Baldi. & vt suprà dixi post Roma. in. d. l. si finita. in prin. ff. de dā.

137 infe. & in. d. l. j. ff. de vsufa. † in cōtractu in quo hæc verba toties quoties apposita inueniunt, cēset partiū volūtate & cōsensu quotānis obligatio renouari, sic vt aduersus illū cōtractū quocūq; lōgissimo tpe præscribi nō possit. d. l. sicut in annos. ff. qb. mod. vsufr. amitt. quæ punctualiter de hac dictione, quoties. loquitur vbi Bart. idem

idem de dictione, quandocunq; concludit Nec obstabit hæc lex, quæ prædictis non aduersatur, prout hic glos. exposuit, sed ex quadam iuris interpretatione tantum Accursius hoc extēdit. An sit vera eius interpretatio, dicam infrà.

Ad secundum argumentum Bal. cùm dicit, Ius offerēdi ad actionem pignoratitiam præambulam esse, fateor. & istud pro magno capitali contra glos. inductum fuit, cui Imola & Roma. non potuerunt respondere, cùm vera sit glossæ doctrina in dicta. l. pignori. dum ait, rei vendicationem debitori contra creditorem competentē non posse præscribi. l. male agitur. C. de præscriptio. triginta annorum. omne antecedens necessarium ad consequens secundum naturam consequentis regulabitur. l. illud. ff. de hæred. instit. l. si ita scriptum. §. regula. ff. de liberis & posthu. Nec obstat lex fina. C. de bonis autho. iud. poss. cui suprà responsum est, in odium contumacis. Et bene facit. c. quoniam frequenter. §. fina. cum doctrina Ioan. Andreæ, Hostien. Imo. & Anto. extra vt lite non contesta. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. & propter authoritatem secundi decreti iudicis. Ad. l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædilitio edicto. dic probare oppositum in verbo, perpetuum. & illum text. statim induxam pro nostrorum doctorum opinione. Idem dico ad. l. si partem. in princip. ff. quemadmodum seruitu. amitt. & dicetur infrà ad. l. tertiam. C. quod metus causa. glo. ibi in secunda so-

138 lutione satisfacit, † quoniam actioni quod metus causa præscribitur, ex eo quòd in tradēdo voluntas interuenerit, licet coacta. & quanquam in hac solutione dubium esse posset an ille text. de rei vendica. intelligatur an de iudicio rescindente, quod metum passo competit propter verbum, in rem. dupliciter per Accursium glossatū seu interpretatum, tamen cum lex in dubio debeat secundum titulum, in quo posita est, intelligi. l. imperatores. ff. de in diem adiect. magis est vt dicamus eam intelligi de iudicio rescindente in rem scripto, quod ratione metus competit, cui lex illa vult posse per tertium possessorem viginti annis præscribi. Et cum illa. l. patiatur varios intellectus, dic verum esse intellectum, dictæ. l. tertiæ. C. quod metus causa. quod qui rem suam per metum vendidit, possit eam restituto pretio per actionem quod metus causa repetere. sed quod in illa lege dubiū faciebat, est quod is qui per metum vēditori inductum emerit, alteri eandem rem vendiderit, dubium erat qualiter

139 is † qui metum passus est, poterit rē suam à possessore repetere, & qua actione. dicit iureconsultus actione in rem secundo contra hunc secundum emptorem restituto pretio petere, nisi iste secūdus emptor præscripserit decem annis inter præsentes, vel viginti inter absentes, secundum glo. & bene in verbo, longe. duo igitur sunt dubia. Primū, cui fiet restitutio pretij, & cuius pretij glo. in illa. l. tertia hoc declarat, & bene. secūdum est; quæ actio in rem est, quæ competit, an iudicium rescindens, quod est actio quod metus causa à prætore ad rescindendum concessa, an actio rescissoria rei vendicationis. Si dixeris rei vendicationis rescissoria, & sic iudicio rescis-

140 sorio, habes pulchrum text. vt † actio realis de iure codicis præscribatur decem annis. Si dixeris iudicio rescissorio, vides qualiter actio personalis in rem scripta præscribitur decem annis cō tra dictam. l. cùm notissimi. & l. sicut. Tu dic quod est actio quod metus causa, quæ est in rē scripta, quæ per tertium possessorem præscribitur, non autem per eum qui metum intulit propter malam fidem. Et si dixeris quòd mala fides impedit præscriptionem decem vel viginti annorum, vt in. §. j. institut. de vsucap. l. vnica. C. de vsucap. transfor. cùm res sit affecta vitio. l. sequitur. §. penul. & fin. ff. de vsucapio. vnde non potest hoc sustineri propter malam fidē emptoris, cum ille tex. de re metu vendita loquatur. dic hoc argumentum esse verum vbi is, qui per metum emit, continuē possedit: quia tūc nō præscriberet decem vel viginti annis. sed secus est quando tertius causam habens ab eo, qui per metum venditori inductū emit, nec inducti metus particeps est: quo casu hic tertius emptor præscribit lōgo tempore. Et hoc expresse dicit illa. l. tertia ibi, si modo qui secundo loco comparauit &c.

141 † quia metus non impedit dominij translationē de iure ciuili. l. si mulier. §. si metu. ff. quod met. causa. sic non impedit præscriptionem eius qui metum non intulit. Et hoc maxime intellige dūmodo ad concludēdos illos decem annos accessione sui authoris non vtitur. l. an in vitium. ff. de diuer. & tempora. præscrip. & l. fina. eodem titulo. & l. vnica. C. de vsucap. transfor. nota in l. sequitur. §. penul. & fina. ff. de vsucapio. vbi idem notat Ioan. de Imola & in. l. potest. §. fina. eod. titu. & facit. l. Pomponius. §. cùm quis admi niculo. & §. fina. ff. de acquir. possessio. vbi text. admittit possessionem tertij, dummodo accessione authoris sui, qui metum intulit, nō vtatur, sed à se exordiatur propter titulum & bonam fidē emptoris seu successoris singularis præscribet, d. l. vnica. C. de vsucapio. transforman. & hoc verum est. nec facit differentiam quam glo. facit in dicta. l. tertia. C. quod metus caus. & hoc mo

142 do erit sensus illius literæ, † actio quod metus causa ad rescindendum contractum competit contra meticulosum vsq; ad triginta annos per illum tex. In verbo, perpetui edicti. si meticulosus inueniatur possidere. sed si à tertio possessore res detineatur, actio quod metus causa præscribetur decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes propter bonam fidem & iustum titulum. Et hoc probat finis illius. l. iij.

Et si dixeris, quæ temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum, verum est

in reo conuento, quia in optione eius non est quando agatur, non autem in actore. Et ita loquitur.l pure.§.finali.ff.de exceptio. doli. & in hoc posset de iure dici, regiam ordinationem facta tempore Ludouici duodecimi Fr̃acorum Regis in ea fundatam esse, quæ voluit actionem rescissoriam quæ de iure propter metum vel dolum conceditur, præscribi decem annis, & probari in illa.l.tertia.C. quod metus causa. verum est in fauorem tertij possessoris carẽtis vitio per supràdicta.pro hac nostra limitatione adde pulchrum text.in.l.liberis.§.si quis sciens.ff.de libera.causa.Sed videtur illa lex etiã procedere in fauorẽ ignorãtis.intellige hoc verũ nisi semper idẽ metus durauerit.l.vnica.C. si rector prouinciæ. &.l.vnica.C. si quacunq; præditus potestate.l. nouissime.ff. quod fal. tuto. autho. per Cinum in.l.ij.C. quod metus causa. sed de inferente an præscribat, illa lex non aperit.

Ad argumenta Ange.facta de.l. cùm notissimi.§. eodem iure.C. de præscriptione triginta annorum.dum dicit ius offerendi posteriori cõpetẽs, vt auocet rem hypothecatam à priore creditore, esse in conditione, sicut ius offerendi debitori competens vt à creditore auocet, & tamẽ præscribitur iuri offerendi creditori competenti, pari ratione debet præscribi iuri offerẽdi creditori competenti. Licet hoc argumentum putauerit subtile, & cui nõ posset responderi, & propterea sit sequutus opinionem Bulgari, tamen hoc argumentum non est bonum, nec aliquo pacto concludens. Et licet prius sit plus debito responsum, tamen succinctè aperiam illud dissoluendo. nam text. dicti.§. eodem iure. non arguit de debitore ad creditorem, nec de creditore ad debitorem. Et vt dicunt Petr. Cin. & alij, si le text. nullum verbum de iure offerendi debitori contra creditorem competente aperit. Vnde illa inductio Ange. facta de his duobus verbis, eodem iure. non meruit signari. Nam text. in dicto.§. eodem iure. de casu conuerso à casu.§.sed cùm illud. tamẽ loquitur vt clare videri potest: quoniam.§.sed cùm illud. de secundo creditore contra suum concreditorem anteriorem tempore in hypotheca præscribente loquitur: in.§. eodem iure. dubium fuit nunquid eodem iure anterior creditor poterit hypothecatã rem in præiudicium secundi creditoris præscribere. Et in vtroque casu text. ille præscriptionẽ admittit,
143 † tametsi de iure secundus creditor ius offerendi ante præscriptam hypothecam habeat.l.j.C. qui pot.in pigno.habean.non mirum si creditor cõtra creditorem præscribit, vt dictum est, quia statim quo hypotheca acquisita est secundo creditori, immediate simul & semel acquiritur ius offerendi anteriori creditori, per dictam.l. primam.C.qui potio.in pign.habean. & sic ius est ab initio simul & semel formatum, & in esse deductum. Idem dicas in creditore anteriore, qui neglexit ius suum intra tempus iuris, prosequi cum potuerit quoscunque creditores posteriores eo excludere. In quo casu loquitur dicta.l. cùm notissimi.sed non ita est in debitore, duplici ratione. Prima est, quia creditor nunquam possidet quantum ad effectum præscriptionis in præiudicium debitoris, nec per detentionem quam habet creditor desinit debitor possidere, sed semper eam retinet, vt sæpius dictum est, per dictam.l.pignori.l.serui nomine.ff.de vsucapi. l.prima.§.per seruum pignori datũ.ff. de acquiren.possess.sed clarum est duos simul & semel nõ posse ad vnum & eundem effectum insolidum possidere.l.tertia.§. econtrario.ff. de acquiren. possess.si debitor possidet solus quãtum ad præscriptionem, quo modo poterit creditor se possessorem dicere, præsertim in debitoris præiudicium, cum circa possessionem creditor debitoris imaginem tantum gerat, dicta.l.cùm notissimi.§.sed cum illud.eiusq; nomine tantũ ad effectum præscriptionis possideat per illos text. Se-
144 cundò † ius debitoris seu actio competens debitori ad vendicationem rei pignoratæ tunc incipit nasci, & non antea, cùm pecunia creditori soluta erit.l.si rem.§. omnis.ff. de pigno. actio. quo modo potest dici præscripta antequam sit nata? hoc absurdum esset dicere. Et ad id quod Bald. dicebat in.l. prima in fine.C.de annali except. longissimam præscriptionem natiuitatem eius impedire. Istud est sine ratione loqui, & cõtra legem apertam. Primò de iure Digestorum non potest hoc dictum Baldi esse verum, quoniam vt ipsi fatentur, de iure Digestorum præscriptio longissima triginta annorum cognita non erat. vnde non potest illo iure verificari. quare remanet firma.l. si rem.§.omnis.ff. de pigno.actio.Secundò, si de iure.C.loquamur, dictum suum est omnino falsum, & contra casum dictæ.l.male agitur.C.de præscript.triginta annorum.per quam ita tenuit glo.in dicta.l.pignori.ff.de vsucapio.vnde nec procedit dictũ Baldi, vt clare perpendis. Tertiò, impedimentum actionis tantum est non soluere, dicto.§.omnis. sed statim secuta solutione nascitur. nihil enim est præscriptionis natiuitatem impediens, nisi defectus solutionis, dicto.§.omnis.&.l.de accessionibus.ff. de diuer. & temp.præscript. Et minus facit argumentum Bulga.factum de restitu. in integrum ad ius offerendi competens creditori, quemadmodum officiũ iudicis præscribitur, sic & ius offerendi.l. Quintus.§.idem Pomponius.ff.de minor. quæ non competitur. Allegatur etiã.l.ab hostibus.ff.ex qui.cau.maior. vt videas hoc argumentum aliquem colorem habe-
145 re, declara hoc modo, † Officium iudicis quod est remedium rescindens, est præparatorium ad iudicium rescissorium, vt notant omnes in.§. rursus.institut.de actionib. Alexand. in dicta.l. tertia.C.quod metus causa.Barto.in dicta.l. ab hostibus.

hostibus. si præparatorium potest præscribi, sic & accessoriū, id est, actio rei vendicationis, quæ est accessoria ad iudicium rescindens, debet præscribi. Tolle exemplum in contractu meticuloso, pro quo rescindendo officium iudicis conceditur, & est iudicium rescindens & præparatorium ad actionem rescissoriam: sed contractus non rescinditur, nisi oblato & soluto pretio, dicta. l. iij. C. quod met. cau. Vnde si officium iudicis, & sic iudicium rescindens, præscribitur, præscribi etiam debet iudicium rescissorium. Adde quod Angel. notat post Petrum & Cinum in. l. querela. C. de fal. dum dicit, vbi commisso falso competit exceptio, absq; quod actio producatur exceptio durat perpetua. l. pure. §. fi. ff. de except. doli. sed vbi exceptio nō paratur, nisi prius aliud remedium intentetur, si remedium tollitur tempore, tolletur exceptio in consequentiā. Dat
146 exemplum † in sententia per falsa instrumēta lata, quæ debet rescindi per restitutionem in integrum intra quadriennium. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudicijs. l. diuus. ff. de re iud. si nō detur restitutio intra quadriennium, expirat exceptio falsi: si verò concessa sit restitutio intra quadriennium, tunc perpetua erit exceptio. Sed hoc argumentum nihil concludit multiplici via. Prima, licet iudicium rescindens debeat intra tēpus à iure limitatum impetrari, non tamen actio rei vendicationis tollitur: quoniam ad vendicationem rei per metum distractæ competit duplex actio, videlicet actio in rem, & actio quod met. cau. ita probat tex. d. l. iij. C. quod met. cau. vbi pulchrè idem notat Bal. & bene post glo. per illum text. in verbo, perpetui edicti. Et notatur in. l. metū. §. sed licet. ff. quod met. cau. vnde licet vna actio tollatur, alia tamen salua manet, per illos text. & quanquā hæc solutio sufficiat ad illud argumentum, tamen addentur aliæ solutiones. Prima est, non esse bonum argumentum de remedio extra-
147 ordinario ad ordinarium remediū: † quoniam illud quod iure ordinario venit, fortius est eo quod iure quodā singulari venit. l. in causæ. §. j. versi. item relatum est. & §. Pomponius. in vers. & generaliter. ff. de min. iudicium autem rescindens datur ex quadam gratia: quia re vera contractus de se valet, nisi æquitas hoc suaderet vt rescindi debeat. si nullus esset, non esset beneficium restitutionis necessariū, per dictū. §. Pomponius. & dictum versi. item relatum. sed vbi totum ius translatum potest reuocari actione fortiori, & quæ sit lōgioris vitæ, licet prætor sequutus quādam æquitatem voluerit actionē abbreuiare, non tamen ad id inuenit vt aliud iuris beneficium tollat. de quo plene in. l. in hæredē. §. eligere. ff. de tribut. actio. & in. d. l. iij. C. quod met. cau. dicitur cū actione quod met. caus. quæ à prætore conceditur. l. j. ff. quod met. cau. concurrit alia actio perpetui edicti, id est rei vēdicatio, per illam. l. iij. vt dixi suprà. Secunda solutio est in casu proposito per Angelum, de iudicio rescissorio & iudicio rescindente. ius offerendi accessorium est tantummodo illius actionis rescissoriæ. nō mirum si comperiatur in aliquibus actionibus præscriptionem locum habere cōtra rescissoriā, si contra ius offerēdi procedat, quod vtiq; necessarium est. Hoc declaro, Quando agi
148 tur rei vēdicatione, † qui agit, si rē habere vult, debet pretium, quod recepit, restituere, ne cum aliena iactura locupletetur rē & pretiū retinēdo. Secundo & clarius ostendo iudicium rescindēs reddit partes in eo statu, in quo ante contractū, qui rescindi debet, seu rescinditur, erant. l. quod si minor. ff. de min. si partes debeant in eo statu restitui, in quo ante contractū erāt, sicut emptor rem restituere tenetur, eadē manu venditor pretium, quod recepit, restituere debet. Aliter autē non esset partes restituere, per illum tex. & sic vides ius offerendi in consequentiā actionis rescissoriæ & officij iudicis rescindentis venire nō sic in iure offerendi debitori competente, quod est præambulū, & nō accessoriū: quoniam illud est quod facit actionē, nasci: nō mirum si præambulum non præscribatur, cùm accessoriū sit, impræscriptibile, per supradicta. Ermiror qualiter Ange. induxerit contra Bar. tertio loco tex. in. l. Antistius. ff. de acqui. hære. dū per illā. l. dixit Ang.
149 vbi † aliquis instituitur sub conditione alia ab ortu conditionis, eam implendo nō efficitur hæres, sed habilitatur solū, vt hæres esse possit, per illam. l. Antistius. quæ. l. directè verbis Ang. cōtradicit in prin. eiusdē legis, ibi, ego puto. verum est quod Antistius iurecōsultus fuerat illius opinionis, cuius est Ang. dixerat enim si testator hæredem instituerit, si hæres iurauerit, & dicit illic Accursius, videlicet capitoliū ascēdere, dicebat Antistius, iurando hæredē non esse, sed magis visum esse suam intentionē declarasse. quod tamē reprobat ibi Iabolenus pòst Proculū, si vt hæres iurauerit, satis videtur se pro hærede gessisse. Et ratio in promptu est, licet tex. non aperiat: quia aut animo aut facto pōt quis manifestare se velle hæredem esse. l. pro hærede. in prin. ff. eod. de acqui. hære. l. reprehendenda. C. de insti. & subst. sub condi. fact. nisi iurando protestetur expresse se nolle esse hæredem. d. l. pro hærede. in prin. & l. qui in aliena. §. Celsus. iuncta ibi glos. ff. eo. de acqui. hær. per hoc argumētū Bar. quod fecit de conditione potestatiua, quæ potest vltimo vitæ momēto impleri, solidum remanere ab impugnatione Angeli. Secundò, non est verum quod dicit Ange. arguēs cōtra Bar. de. l. licet. C. de iure deliber. per quam ait, iuri adeundi posse longissimo tempore præscribi. verum est glo. in dicta. l. licet. hoc dicere in verbo, longi. & in. l. tertia. ff. de acquiren. hæredi. non tamen hoc dicunt leges per glo. allegatæ. & ex dictis eius inferre necesse esset ius adeundi & meram adeundi facultatem eodem passu ambulare. Sed Ro-

ma.in dicta.l.si finita.§.postea.ff.de damno infe
150 cto. reprehendit in hoc Angel. † quoniam ius
adeundi nō est facultatis,sed est merum ius , per
l.tertiam.C.de institutio.& substitutio.sub con-
dit. fact. Ibi, ius adeundæ hæreditatis. Sic de me
ro iure ad meram facultatem non potest esse bo
num argumentum: quoniam Bar.& hi,qui eum
sequuntur, loquuntur in eo casu quo sit mera fa
cultas,quæ in facto tantum consistat. Aliter re-
spondet Iason in.l.si filius qui patri.ff.de vulga.
& pupilla.substitut.in secunda colum.in fi. ver-
sicu. vltra scribentes. & transcribit Iason dicta
per Alexand.in.l.vnica.iij.columna.C.quando
non petent.partes.& Roma.in dicta.l.quandiu
ff.de acqui.hære. & in dicta.l.si finita.§. postea.
ff. de damno infecto. dicit enim non esse veram
glo.dictæ.l.licet.quam communiter ibi doctor.
sequuntur, quæ de iure immiscendi, quod filijs
competit, loquitur:cum dicat præscribi longissi
mo tempore. & idem Iason in dicta.l. licet. co-
151 piosius prosequitur.& ratio est † quoniam de iu
re ciuili suus hæres statim mortuo patre velit no
lit hæres est.§.sui.institu. de hæred.quali.& dif-
feren.Si igitur hæres est ipso iure,quo modo po
test dici illi iuri immiscēdi præscribi, cùm statim
à die mortis testatoris ipso iure sibi sit acquisitū
dominium,etiā si actualiter hæreditati se nō im-
misceat ? quia tibi patet lectura eios , vide per te
quid ibi Iason scribat. cæterum de iure adeundi,
cùm sit de iure ciuili inductum, dicit posse præ-
scribi præscriptione à iure ciuili inducta. Nunc
hanc solutionem non attento quanuis in multis
posset dici defectuosa propter beneficium iuris
deliberandi filio competens, vt vltra vires hære
ditarias compelli non possit.l. cum antiquiori-
bus.ibi,ita tamen vt vnius anni spatio &c.C. de
iure deliberan. & facultatem transmissionis ad
hæredem eius per illum text. cui potest præscri-
bi,vt patet in fi.illius.l.necessarijs.ff. de acquirē
da hæredita. licet Bart. in.l.ventre.sexta colum.
ff.de acquiren.hæred. videatur aliquid ab illa.l.
detrahere in verbo,&.quod exponit pro etiam.
sed ad hoc obiectum nihil concludit. Adde quæ
ibi notat Bart.in secunda columna.& sic illa so-
lutio non videretur concludens, licet cum maxi
ma acclamatione dixerit esse ineuitabilem & ar-
gumentum quod induxit ex mente Barto.in.l.si
infanti.C.eodem.de iure deliber.esse insolubile
seu non posse illi responderi. Secundò in hoc
quod dicit de iure adeundi idem dicendum esse,
licet non in fauorem hæredis scripti, sed in fauo
152 rem testatoris , † cuius non debet voluntas diu
esse illusa, neque in pendenti esse.l.fina. in fi.ff.
communia prædio.& id propter fauores vltima
rum voluntatum vbique in iure dispersarum,
quas interest reipublicæ adimpleri, & ob id lex
non implentes compellit implere,aut terminum
præfigit , vel à iudice præfigitur vt impleatur.§.
si quis autem non implens. in authen.de hæred.
& falci.authen.hoc amplius.C.de fideicom.ple
ne per Bartol.in.l.prima.&.l.cùm quidam.ij.ff.
de legatis secūdo.& plenius per omnes in.l.pri-
ma.C.de sacrosanctis eccles. quibus adde simile
in sententia,quæ statim debet executioni deman
dari.l.secunda & quarta.§. condemnatum.&.l.
intra.&.l.debitoribus. & vbique per Bartol.ff.
de re iudic.neq; iudex possit longiorem dilatio-
nem quadrimestris dare per illum text. si tamen
iudex non sit intra illud tempus exequutus, iuri
quæsito per sententiam non erit præscriptum.l.
sicut.C.de præscrip.trigin.anno.§. primo. insti-
tut.de perpe.& tempo.actio.sic idem in casu no
stro,voluntas testatoris nō debet diu esse in pen
denti , vt dictum est suprà.l.fina.ff. communia
prædio.& si neglexerit testantis volūtatem exe-
qui,quod propterea illi præscribatur,non est ve
rum, & in fauorem testatoris nō esse locum præ
scriptioni. Addo , quia non est lex quæ illud ius
præscribat. vnde non debet extendi per regulas
prædictas Bart.& Moder.cùm hæc præscriptio
odiosa sit , quare in odium testatoris redundare
nō debet, vt hæres forsitan fraude ductus faciat
eum intestatum decedere. Et bene facit.l. quan-
153 diu.ij.ff.de acquiren.hæredit. † si enim non de-
bet esse locus successioni ab intestato , quandiu
ex testamento adiri potest,quomodo possunt di
cere agnati se velle succedere , quos testator
omnino à sua successione exclusit,nisi deficienti
bus his,quos in suo testamento honorauit.§.ex-
hæredatos.in authen.de hæredib.& falci.collat.
prima.& præsertim cùm lex præferat non tātum
hæredes institutos vel substitutos seu fideicom-
missarios vniuersales , sed & singulares legata-
rios præponit quibuscunque venietibus ab inte
stato.§. si vero ablatam.&.§. si quis autem non
implens.versic.si verò nullus.in authent.de hæ
redi.& falc.authen.hoc amplius.C.de fideicom
mis. istis accedit regula per Areti. memorata in
dicta.l.quandiu.tertia columna.vbi enim à lege
non inuenitur statutum tempus ad adeundum,
non videtur facta repudiatio, arg.l.primæ.ff.de
iure deliberan.licet in aliquibus casibus tempus
inueniatur à lege præfixum , ob id non esse ad
alios casus extendendum, in quibus non inueni
tur expresse tempus limitatum. Allegat.l.primā
§.manifeste.ff.de ventre inspicien.& Barto.in.l.
prætor.§.erit&.in fin.ff.vi bonorum raptorum.
quod autem inueniatur tempus à lege ad adeun
dum determinatū,certe non inuenitur : non esse
igitur tempus coarctandum propter fauorem te
statoris , non dico hæredis. Verum est autem
154 quod † cōpelli potest hæres ad adeundum intra
tempus à lege limitatum:& si non adierit,à iudi-
ce excludetur, quòd honorem sibi à testatore fa
ctum eum hæredem instituendo neglexerit. Ita
loquitur.l.prima.ff. de iure deliberan.l.si.§.sin.
autem.&.§.licentia.C.de iure deliber. sed si iu-
dex hæredi tempus non præfixerit , quod pro-
pter id

pter id lex hæredem successione priuet, non est lex quæ hoc dicat. Et si dixeris quod ius adeũdi præscribitur per assignationem termini factam à iudice, hæc lex non admittit, sed reputabitur adijsse per dictam.l.fi.C.de iure deli. sed nõ concludit hoc argumentum: quia nõ sequitur quod iuri adeundi præscribatur longissimo tempore: quia si esset verum illud argumẽtum, non tamen præscriberetur longissimo tempore, sed minus longo tempore: quoniam, vt dictum est suprà eadem lege, non potest dari à iudice terminus longior nouem mensibus, nisi cum principis rescripto, dicta.l. scimus.§. & hæc quidem.C. de iure delib. & sic minus anno præscriberetur. quæ nõ est mens legum, neq; intentio doctorum. Et hoc pulchre declarat Aretinus in dicta.l. quandiu.ij. colum.iij.& sequen.ff. de acqui.hære. verum est autem communem opinionem esse in cõtrariũ. Ideo cogita, quia nõ est lex, quæ expresse in aditione hæreditatis hoc dicat: & non debeat in istis odiosis extẽdi, nisi expresse inueniatur à lege expressum, vt dictum est suprà. præsertim hoc dico vbi à iudice ad instantiam aut creditorum aut legatariorũ, vel eorum quorum interest ad implementum testamenti tempus nõ esse præfinitum. vtcunq; sit in hoc articulo non potest hoc argumentum Angeli concludere, cùm, vt dixi, adire iuris sit, & non facultatis, dicta.l.iij.C.de insti.& substi.sub condit.fact. sed casus noster de facultate loquitur, & fatentur omnes. & Feli.in.c.de quarta.vj.col.extra de præscript. per vnum fun-

154 damentum tenet † iuri adeundi præscribi, per rationem legis, sicut.C. de præscrip. triginta annorum. cum adire sit iuris.l.iij. ibi, ius adeundi.C. de instit.& substi.sub condi.fact.& iura præscribuntur triginta annis, dicta.l. sicut. igitur &c. cui satis responsum est. hæres enim, qui deliberationem petit, licet nõ repudiauerit, sed nec adierit, tamẽ censebitur adijsse de iure, & obligatur creditoribus & legatarijs, etiam vltra vires hæreditarias, dicta.l.fi.§.penul.C.de iure deli. quomodo potest dici præscriptum, cùm iam adijsse à lege dicatur, seu præsumatur. Nec fundamento Bart. sumpto ex.l.viam.ff.de via publica. potest satisfacere responsis Ang. cùm dicit, ius offerendi in mera facultate facti cõsistẽs esse imprӕscriptibile. Et ita intelligatur dicta.l. viam. quia ex illa mera facultate nullum ius deducibile in iudicium posset nasci. hoc non habet saporem: quoniam si pro facultate quantumcunq; in mero facto consistente non competeret aliquod ius deducibile in iudicium, frustra lex dedisset interdictum de via publica reficienda perpetuò contra omnes, & omnibus, in.l.j.§.fi.ff.de via publ. Secundò, si hoc esset verum, per solam cõtradictionem, vel pœnitentiam debitoris statim facultas redderetur inutilis: quia nulla actione aut alio iuris remedio compelli posset ad tolerantiam illius facultatis.

Ad aliud Angeli argumẽtum, quod fundauit in doctrina Bar. in.l.vnica.col.ij.ff.de condi. ex

155 lege. dum dicit Bar. † quãdo.l. aliquid fieri permittit pro iuris iam quæsiti conseruatione, illud non est ius, sed facultas.l.in re mandata.C.manda.&.l.si constante.§.si maritus.ff.sol.mat. quando q; permittit aliquid fieri pro acquisitione noui iuris: & tunc ius est, vt est ius adeundi, per.l.licet.C.de iure delib. & hoc ius secundum eũ præscribitur, per dictam.l.licet. Ang. autem cùm dicit hoc vltimum, videlicet aditionem hæreditatis esse facultatis secũdum Romanum in dicta.l. si finita.§.postea.ff.de damno infecto. male dicit Ange. per.l.iij.C.de instit.& substit. sub conditio.fac.& idem Modernus Papiensis in dicta.l. licet. refert plerosq; cum Lud.Roma. cõuenire, vt adire hæreditatem non sit facultatis, sed iuris, per illam.l.iij. quanquam de Roma. mentionem non faciat, quæ est originaliter Barto. in dicta.l. vnica.ff. de condi.ex lege. vt vidistis. Vnde cùm adire hæreditatem non sit facultatis. corruit fundamentum Angeli.

Ad id quod dicit Bart. de aditione hæreditatis, quod possit præscribi per dictam.l. licet.C. de iure deli. parcat mihi Bart. reuerentia.l.licet. de aditione non loquitur, sed de immixtione:

156 quoniam text. de suo loquitur, † qui adire non dicitur, sed immiscere, dicta.l.sui.&.d.l. necessarijs. quare etiam exemplum Bart. datum de aditione per illam.l.licet. non esset verum, tametsi cum Bart. sit communis opinio, vt aditioni possit præscribi. Nec obstat ratio fundamenti Moder. Papien. aditionem esse de iure ciuili, verum est quantum ad formam, sed non quãtum ad originem: quoniam executio vltimæ voluntatis est de iure naturali seu à ratione naturali per ius ciuile assumpta. sæpe enim multis solennitatibus detraxit, vt in.l.fi.C.de testa. in qua pondera illa verba, dei humanitatem.§. disponat. in authẽ. de nupt. coll.iiij.& dicit glo.in.l. omniũ. in verbo, complere.C.de testa. ex ipso testamento dominium acquiri, morte plenius, aditione plenissimum. Et ponderat in illa lege verbũ, complere.

157 & † sic ex sola voluntate testatoris etiã sine aditione acquiritur dominium. facit.l.j.cum sua materia.C. de sacrosanct. eccles. si igitur solo testamento dominium plene hæredi sit acquisitum, quomodo potest dici præscriptũ quod iam quæsitum est ex ipso testamento, seu ex ipsa vltima voluntate, & plenius per mortem, quæ testamentum confirmat: licet forma aditionis à iure ciuili sit tradita, & ius deliberandi concessum, propter dubia, quæ circa rerum hæreditariarum acquisitionem contingebant, vtpote solutiones debitorum testatoris, & legatorum ab ipso testatore factorum, ne in plus conuenian- tur hæredes, quàm ex causa testamenti sint consequuti, vt Moder. volunt in dicta.l.j.C. de sacrosanctis ecclesijs. facit.§.primus. insti. de testa.

vbi recitantur antiquæ formæ testamentorum. & istæ formæ à iure ciuili inuentæ sunt propter præsumptiones aduersus hæredes militantes & bona decedentium diuertentes,ne creditoribus satisfieret. vnde ratione formæ tãtum ex ratione naturali de iure ciuili recepta à voluntate testatoris detrahendum non est.l.fina.§.primo.C.de fideicom.§.fina.instit.de fideicom.hæred.l. quoniam indignum.C.de testamen. in qua pondera verbum , indignum.quam non potest mortuus reuocare,vt dicit dicta.l.j.in fi.C.de sacrosanct. eccle.& iocose dixit Iason in dicta.l. licet . Salicet.cum suo patruo istius opinionis fuisse,& Rapha.Cuma.in dicta.l.quandiu.ff.de acquir. hæredita. & ante eum hoc dicit Alexan. in dicta.l. illud.quia dixerit Salice.ius adeundi facultatem esse & non ius.& sic quòd sit ius , & non facultas,vt suprà diximus vnico verbo dicunt esse responsum argumentis Salic. Hæc seriò dixeri-
158 mus nullam esse legem in specie dicentem † iuri adeundi vel immiscendi præscribi quocũq; tempore,etiam triginta annis vel quadraginta. Nec obstat circa istud vltra ea quæ suprà diximus.l. sicut.&.l.omnes.C.de præscriptio. triginta anno. quoniam verum est præscriptionem quæ negligentis odium tantum respicit neglig͂etem excludere, dummodo triginta anni vel quadraginta à dienatæ oblationis lapsi sint, nisi ius præscriptioni resistat . sed vbi fauor præponderans odium negligentis cum odio concurrit, vti est in executione testamenti,& implenda testatoris voluntate, quæ negligentiam hæredis præponderat , & cuius negligentia implementum eius non impedit.d.§.si quis autẽ non implẽs . debet fauor potius quàm odium considerari,sicut dicitur in dicta.l. præscriptionem.C. de præscript. triginta anno.l. si quis consortium.C. de fabricensi.lib.xj.l.cum satis.in princip.C. de agrico. & censit.lib.xj.idem in Macedoniano.l. prima, ff.ad senatuscon. Macedonia.

Ad.l.penult.ff.quibus ad libert. procla. non licet.in fi. quæ lex cum argumento dictæ.l. qui potest.ff. de regul. iuris. superius facto conuenit.& quam glos.in dicta.l.qui potest.pro concordante allegat. rectè dici potest suprà fuisse post Cinum,Bart.& alios responsum.Sed vltra prædicta do tibi vnam nouam instantiam ad dictam.l.penult.& dictam.l.qui potest. quoniam si hoc argumentum esset concludens,necessariò sequeretur vnum quod non posset euitari,quoniã hæres qui potest adire , & qui statim quamprimum potest tenetur testãtis voluntatem implere,vt dixi suprà per.l. cùm quidã.secundam. ff.de lega.ij. si statim non adeat , non expectato anno,nec alio vlteriore tempore, priuaretur po
159 testate adeundi : † quoniam qui potest adire & non adit hæreditatem , veluti hæreditate indignus factus esset,per rationem dictæ.l.j.in fine. Sed clarum est hoc non esse verum ,secundum eos,& ius adeundi non præscribi minori tempore quàm triginta annorum . Nihil igitur potest argumentum illud cõcludere. Verum est autem hæredẽ posse officio iudicis compelli.l.his consequenter.§.idẽmque ait.ff. familiæ ercifcundæ. Secundò,plus illa lex penult.§.sed & is.dicit de eo cui libertas sub conditione potestatiua relicta est , si tamen patiatur se venundari & postea conditionẽ impleat,licet,vt ille tex.ait, quidem sit malus eo quòd de conditione sua dissimulat, non minus tamen postea implendo liber fit. Sic idem dicas in argumento Bart.dum alicui quædam facultas competit,licet patiatur tempus labi quo conditionem implere poterat, nihilominus postea implendo nulla sibi obstabit exceptio. vnde illa lex multum facit pro hac Barto. opinione , præsertim quando non habet vnde conditionem implere possit.

Ad argumenta per nos inducta pro opinione glos.præsertim dictam.l.cùm notissimi.§.sed cùm illud. dic fuisse satis responsum , nec egere alia responsione.

160 Ad secundum † quòd præscribens triginta annis vel quadraginta plenissima securitate munitus est per iura allegata,potest dici veram non esse : quia in multis defectuosa est , sicuti suprà ostẽdimus.& glos.in ea.l. cũ exprimit per quos constat in illis præscriptionem quadraginta anno.plenissimam securitatem non tribuere . Sed vlterius difficultas est , an præscripta sit hæc facultas.Secundò , licet à pluribus hoc argumentum sit frequenter commendatum , non tamen omnis possessor triginta vel quadraginta anno. est munitus plenissima securitate . Tolle exemplum vltra quàm superius diximus,in vno casu, qui anno primo suprà millesimum quingentesimum & vigesimum Rothomagi decisus est , si infans succedat maiori, subducitur tẽpus infantiæ,vt in dicta.l.sicut.C.de præscriptio.triginta annorum.cõtigit posthumum successisse patri, & non minus lapsi sunt quadraginta anni , qui necessarij sunt ad præscribendum ex consuetudine Normaniæ:dubiũ erat an cõtra ipsum posthumum factum maiorem lapsus quadraginta annorum præiudicet. Allegabatur à maiore initium accepisse præscriptionem & vlterius consuetudinem quadraginta annos tantum ad omne ius præscribendum desiderare. Quibus non obstantibus subductum est tempus innocentiæ seu infantiæ per dictam.l.sicut.& multa non inelegan ter dicta sunt circa illorum verborum, plenissima securitate munitus sit.interpretationẽ , quo modo intelligi debeant.

Ad tertium argumentum suprà etiam responsum est , si bene inspiciatur. Fateor enim pro facultate competere actionem,sed tunc cùm solutio sequuta est,& non aliàs, vt dixi per.l. secundam.C.de pact.inter empto. & vendit.l. si rem.
161 §.omnis.ff.de pigno.actio. † & actionem posse

præscribi

præscribi triginta annis. verum est incipiẽtibus,
ab eo tempore quo cœpit nasci, vt dictum est su
prà, vtpote post possessionem interuersam, vt in
l. an in vitium. in fi. ff. de diuer. & temp. præscri.
&. l. nec creditores. C. de pign. actio. & ita pro-
bat. l. male agitur. C. de præscript. trigin. annor.
suprà sæpius inducta. vel per superuenientiam
noui tituli, per dictam. l. an in vitium. in fin. pro
quo facit. l. si seruus. ff. de libe. causa. Nec obstat
l. qui habebat. in princi. ff. de lega. iij. dum dicit,
quòd fere cessante debitore fit. qui text. plus fa-
cit pro gloss. quàm alia lex per eos allegata. Sed
dic non intelligi de eo qui cessauit lõgo aut lon-
gissimo tempore luere, quicquid dixerit Ange.
sed de quo verisimiliter non potest spes luitio-
nis subesse: quia pro tanto res est obligata, vt nõ
sit verisimile debitorem velle luere. Et ita pro-
bant verba illius. l. ibi, non sint redacta. quæ ita
intelligit Bart. & bene. & sequuntur Moder. Pa
pien. in. l. manumissiones. v. col. ver. secũdo limi
ta. ff. de iust. & iur. per eosdem in. l. j. §. per seruũ
corporaliter. ff. de acqui. possess. cum multis alijs
notatis per Alexan. in apostill. Barto. ad dictam
l. qui habebat. qui omnes solent inducere illum
162 text. ad id videlicet, † paria esse rem alienari vel
obligari pro pretio æquiualẽti. Et vlterius vt di
cit Socinus in dicta. l. j. §. per seruum corporali-
ter pignori. ff. de acqui. possess. non sine ministe
rio dixit lex fere cessante, quia non ad plenũ cen
setur redacta. quod dico per suprà dicta, etiamsi
longissimo tempore debitor cessauisset luere.
Secundò adde quod debitor cùm paciscitur vt
possit quandocunq; luere, non dicitur desinere
animũ habere luendi: quia per pactum sibi cauit
in omne tempus: vnde non potest ratione pacti
creditor dicere posse in suum patrimonium re-
degisse, cùm debitor paciscendo patefecerit ani
mum repetitionis, id est quamprimum suæ facul
tates suppetent, vt dixi suprà per. l. si seruus de-
positus. ff. de noxal. actio. Tertiò dicitur, fere.
propter facultatem alienandi, quam habet credi
tor, & sic transferendi dominium seu dominij
præscriptionem, licet dominus nõ sit. probatur
in. l. non solum. §. qui pignori. ff. de vsuscapio.

Ad. l. peregre. ff. de acquir. possess. cum indu-
ctione suprà recitata per me, dic magis facere in
contrarium ibi, ius possessionis ei, qui condidis-
set, non videri peremptum, nec infirmitatem me
moriæ damnum afferre possessioni, quam alius
non inuasit. fateor quod si tertius à creditore in-
uaderet seu possideret longissimo tempore, pos
set præscribere. Et hoc sæpius dictum est suprà
per. l. an in vitium. ff. de diuer. & temp. præscrip.
& dictam. l. nec creditores. C. de pignora. actio.
Pondera. l. si partem. in primo responso. ff. quẽ-
admo. seruit. amitt. ibi, quod si fecissem iter, nec
vsus essem, amittam. & ibi, & statutum tempus
intercesserit. & sequitur, sed manet mihi ius inte
grum. sed quandiu creditor tenet, nõ potest, per
suprà dicta. Et ita faceret illa. l. peregre. magis in
contrarium. idem dico ad. §. hoc amplius. instit.
de rerũ. diuisio. & leges allegatas per glos. ibi,
quando constat dominum habere rem pro dere
licto. Et hoc est clarum. l. j. & fina. ff. pro dereli-
163 cto. aliter non: † sed quandiu viuit creditor de-
bitoris, & possidet rem, non videtur habere de-
bitor pro derelicto: quia satis putat ius suum sal
uum esse, dicta. l. cùm notissimi. §. sed cùm illud.
ibi, quia dum viuit &c. C. de præscripr. triginta
anno. l. cùm scimus. in fi. C. de agricol. & censit.
lib. xj. argumento. l. Caius. ff. de pigno. actio.

Et pro hac vltima parte vltra per eos & nos
adducta contra gloss. in primis pondero dictam
l. ij. C. de pactis inter emp. & vend. quam tu con-
sidera, quoniã quæstio per nos proposita princi
paliter super casu dictæ. l. ij. facta est, vt si vendo
rem pacto apposito quod ego venditor & hære
des mei quandocunq; illam redimere possimus.
ex qua. l. in tribus suis partibus probatur nõ pos
se triginta nec quadraginta annis præscribi. In
primis considera in pacto nõ esse expressam sim
pliciter personam venditoris, sed adiectam per-
sonam hæredum. probat illa lex in his verbis,
siue ipsi siue hæredes. quæ adiectio hæredis ope
ratur vt non tantum hæredes primi, sed & secun
di & tertij hæredes in vim illius facultatis & pa-
cti reuocare seu redimere possint, qui quandiu
venditor viuit agere nõ possunt. c. j. an filius vel
agnat. colla. x. l. j. C. de natura. libe. l. peto. §. fra-
164 tre. ff. de lega. ij. † non igitur tempus hæredi cur
rit quandiu venditor viuit, ad filij similitudinem
l. j. C. de bonis mater. cuius suprà meminimus.
& ideo qñcũq; post venditoris mortem redime
re poterũt, sicut & venditor poterat qñcũq;: qm̃
hoc verbũ quãdocũq;. æque personam hæredũ
respicit sicut & venditoris. l. stipulatio ista. in
princ. ff. de verbo. oblig. ibi, obligatur etiam ne
hæres suus faciat vel quis cæterorum successorũ
efficiat ne habere liceat. l. qui in futurum. §. fi. ff.
de pact. ibi, & hæres meus ab omnibus vobis pe
titionem habebit, & ab hærede tuo omnes pete
re poterimus. & forte non incongruè attentari
potest, etiam si in contractu persona heredis no
minatim comprehensa non esset. l. pe. ff. de pre-
car. inquit illa. l. Cum precario quis rogat vt ipsi
in eo fundo morari liceat, superuacuum est adij-
ci ipsi suisq;. Nam per ipsum suis quoq; permis-
sum vti videtur. idem in dicta. l. stipulatio ista.
in princ. vers. nemo. &. §. sicut autem. ff. de verb.
oblig. l. cum patronus. §. cum libertus. de operis
libert. & pone quod venditor triginta vel qua-
draginta annis post contractum venditionis fa-
ctum superuixit, si pactum comprehendens hæ-
redes producat actionem hæredi, & in hæredem
competat: cui dubiũ quod post triginta & qua-
draginta an. ex capite suo in vim pacti in perso-
nam eius concepti non possit redimere. & habet
illud ex beneficio & prouidentia venditoris sui.

e.§. an filius vel agna. colla.x.& facit quod nota tur in.c. Titius.si de feu.fue. contro.inter dominum & agna.coll.x.& si forte opponatur,si hæc de hæredibus facta conclusio locum haberet,sequeretur inconueniens,quia in infinitum, protraheretur,& in pendenti semper esset dominiū. dupliciter respondetur. Primò, imputādum esse
165 emptori, qui cū tali pacto emit. † oportet enim pacta conuenta seruari.l.iurisgentium.§.prætor ait.ff.de pact.& plura nunc dicemus. Secundò, potest emptori succurri &cōsuli.potest enim ad iudicem refugere,qui certum tempus venditori præfigat.l.si eo tempore.C. de remissio. pigno. Tertiò poterit ius dominij impetrare.l.fin.C.de iure domi.impetr.dixi in repeti.l. dudum.C. de contrahen.empt.Et si dixeris procedere vt senti re voluerūt Rom.hic,& alij post gl.videlicet intra triginta an. dic hoc nō esse verum : quia cùm adiectio hæredis sit aliquid operatura, vt dixi suprà.l.inter stipulantem.in princi.ff. de verbo. obli.& in.l. si sic stipulatus sum per te non fieri. ff.eod.de ver.obli.& in dicta.l.stipulatio ista. in princ.§. sicut. eo.tit. si vera esset hæc limitatio nihil operaretur. Secundò est directè cōtra casum dictæ.l.si finita.in princ.ff.de dam. infect.quem tibi induxi.&.l. sicut in annos.ff. quibus modis vsusfruct.amitt. Tertiò esset directè contra casum dictæ.l.ij.C.de pact. inter empto. & vendi. quæ non tantum cogitauit longum tempus, sed & longissimum. Et ista erit secunda inductio dictæ.l.ij.ibi,quandocunq; vel intra certa tempora. quoniam ille text.dicens,quandocūq; vel intra certa tempora. probat aperte quod nullum tempus intendit limitare decem,viginti,triginta vel quadraginta annorum, sed quandocūq;:nisi per contractum tempus limitatum fuerit.ita probat dicta.l si finita.in prin.ibi,si quid ex conuentione quandoq;, aliàs quandocunq; fuerit com-
166 missa.qui text. † non potest intelligi de præscriptione longissimi temporis: quia,vt dixi suprà, de iure digestorum nō erat cognita,vt dicit glo. in.l.qui occidit.ff.ad legem Aquiliam.in.l.prætor ait.§. hoc interdictum. vbi per Roma.ff. de noui ope.nunt.glo.in.§.j.instit.de perpe.& tem po.actio.gloss.in.§.j.in authen.vt eccle.Roma. gand.centum anno.præscrip.colla.j.si igitur nō erat illo iure cognita præscriptio triginta annorum,& fateantur ipsi non posse præscribi illi facultati minore tempore quàm triginta annorū, & text.ille dicat quandocunq; posse redimi, nō potest dici quandocunq; intra triginta annos. Tertiò,cùm dicit,quādocūq; vel intra certa tēpora,dum dicit,certa tempora, nō dicit decem, viginti vel triginta annorum. Et sic illa dictio, quandocunq;. per adiectionem illorum verborum,intra certa tempora. quæ probant tempus limitatum in contractu, demonstrāt dictionem, quandocunq;. importare generalitatem indefinitam temporis,vt dixi.

Secūdò principaliter pro hac nostra inductione est text. clarus suprà allegatus per Bal. quem retorqueo contra eundem Bald.in.l. quod si nolit.§.si quid ita.ff.de ædi. edic. vbi ille tex.amplectitur tres casus.Primus est,si conuētio est, vt si non placuerit,intra præfinitū tempus redhibeatur,cōuētio rata est.Secundus casus est,si de tempore nihil cōuenit: tunc intelligetur secundū naturam actionis redhibitoriæ,videlicet intra sexaginta dies vtiles,& nō vltra.Tertius est si conuenerit vt in perpetuū redhibitio fiat:&valet.&sic qualiter istæ conuētiones in perpetuum aliquid operentur vltra ius cōmune. Et pondero doctrinam Bar.& Roma.in.l.iij.ff.de vsusc. cùm dicit ex præscriptione nō acquiri dominiū directum.
167 sed si † statutū dicat ex præscriptione dominiū acquiri,tūc acquiretur directū, vt aliquid operetur.Sic idē dicendū est in cōuētione,quia cōuentio potest tantū operari quātū statutū seu lex municipalis.l.si.C.de reb.ali.nō alie.l.si in emptione.§.omniū.ff. de cōtra.emp. & dictū est suprà. vnde si per cōes interpretationes glossarum sit quòd dictio,perpetuum.prolata à lege possit & debeat ad triginta an.extēdi, vt dicit gl.in.l.j.ff. pro socio.§.j.insti.de satisd.tut.gl.in.c.vnico. in verbo,præscriptione.de capitulis Corradi.coll. x.similiter pars sibi cauēs per pactū in perpetuū debet pactū aliquid vltra ius cōmune operari.facit quod not.Bal.in rubrica.ix.quæst.C. de contrahē.emp.Iac.de sancto Georgio in sua summa feuda.in verbo,& cū pacto de nō alienādo.dicit
165 enim Bal.nullū † esse quantūcūq; minimū vocabulū sine virtute aliquid operādi in cōtractu,per l.hac lege.ff.de cōtrahē.emp.l.si stipulatus.ff.de vsuris.Quod autē debeāt aliquid operari, adde Bal.in.c.j.§.præterea.de capitulis Corradi.coll. x.dū de vasallo loquitur,qui in inuestitura promisit feudū non alienare: illa promissio operabitur vbi posset infeudari,propter pactū non poterit.Adde Bart.in.l. sed & si quis.§. quæsitū.ff.si quis cautioni.dū loquitur de renūtiatione generali,quæ amplectitur casum fortuitum. si aliter, esset superflua.Et vltra prædicta in pacto vt aliquid operetur,pondero text.d.l.j.ff. pro socio. quæ verbū,perpetuum. ratione pacti interpretatur,id est dū viuūt,etiā si cētū annis viuāt, prout legitur de zozimo in.§.j. in authen.de monach: coll.j.qui annis viginti supra centū vixit. Secundò tex.l.iij.ff.de excep. ibi, itē pacti cōuēti perpetui,id est, ne omnino pecunia petatur. similis tex.repetitur in.§.appellatur. instit. de excep. & illū tex.pōdera dū dicit,perpetui. id est ne omnino pecunia petatur.quòd illa dictio,ne omnino. tēporis vniuersitatē seu indefinitā importat non tātū tēporis,sed & personarū.tex.est ad id pōderatus in.d.l. stipulatio ista. vbi nec per quēquā omnino fieri.ff.de ver.ob.& sequitur in illo tex. vt videatur reus promisisse per omnes futurū,vt
169 tibi habere liceat. † Et sic si vbi pactū conuentū est perp

est perpetuum, & habeat eam generalitatem vt quascunque personas in futurum sine aliqua temporis præfinitione amplectatur. Vides quantæ virtutis sit illa dictio, quandocunque, vel, toties quoties, semper, & similes in contractibus appositæ, vt tales nullo tempore aut personis certis concludantur, per illos text. idem declarat apertius dicta. l. stipulatio ista. in prin. versi. sed quatenus. ibi, si nemo controuersiam faciat. hoc est neque ipse reus, neque hæredes eius hæredum ve successores. Et sic quod dixit, nemo. & prius idẽ dixerat in versi. nemo. ibi, ne hæres suus faciat, vel quis cæterorum successorum efficiat, ne habere liceat: multo magis vbi in stipulatione specifice & nominatim persona hæredis comprehẽsa est, d. l. inter stipulantem. in princ. versic. item neque per te. & l. si stipulatus fuero per te non fieri. & l. si sic stipulatus sum neque per te. ff. de verbo. obligatio. ecce quantæ virtutis est clausula perpetuitatem denotans vel indefinitum videlicet de dictione, toties & quoties. satis dictum est supra per dictã. l. sicut in annos. ff. quemadmod. ser. amit. quem tex. Bart. ibi extendit ad dictionem, quandoque, seu quandocunque, vt sæpius di-
170 xi supra. † Et ideo cùm dicitur omne ius præscribi triginta aut quadraginta annis, verum est, nisi ex conuentione partiũ aliter ius fuerit perpetuatum vel à lege vel statuto seu consuetudine, vt dixi supra, sed cum partes intendunt contrahendo perpetuare, nec contractum ad triginta aut quadraginta annos restringere, satis de mente Angeli, Imo. & Roma. vt dixi supra post eos in. l. j. ff. de vsucap. est, vt protendatur vltra tempus iuris, quod est triginta vel quadraginta anno. & Bald. aperto ore in dicta. l. quod si nolit. §. si. ff. de ædili. edi. fassus est, & probat eius summarium cùm dicit, vbi in promissione est verbũ, quandocunque. vel verbum, perpetuo. nunquam currit præscriptio statutaria vel legalis. Secundò dixit ad illum text. in verbo, perpetuũ. nota tempus legale posse prorogari. plus dicit in princ. §. illum text. induci de facto ad quæstionem, dicit
171 statutum † quod instrumentum quo quis nõ est vsus intra decennium postea non mereatur executionem. modò in quodam instrumento debitor dixerat quod volebat quandocunque posse compelli: vtrum currat ista præscriptio? Allegatur ille text. quod non. Tertiò adde vnum quod meminit Alexan. & alij Moderni post eum in. l. prima. §. per seruum pignori corporaliter. ff. de acquir. posses. in articulo tam longo stylo supra de debitore disputato. dicunt enim Alex. & Socinus creditorem possidere pignus pro cautione sua tantum, sed ad commodum debitoris. & ideo secundum Alex. quãtum ad vsucapionem & omnes effectus dominium vel fructuũ acquisitionem concurrentes dicitur debitor possidere & non creditor, dicta. l. j. §. per seruum corporaliter. l. si seruus. ff. de noxal. actio. quam supra induximus. l. sciendum. §. creditor. ff. qui satisd.
172 cogan. † & ideo quicquid creditor ex re pignorata percipit computat in sortem. l. j. & ij. C. de pigno. actio. nec aliquod commodum percipere potest ex ea: sed si percipiat, cedit in commodum debitoris: vt pulchre notat Bart. in. l. Celsus. v. colum. in princ. ff. de vsucap. si igitur hæc retineat in re pignorata debitor, quo modo potest interim dicere creditor ius offerendi competens debitori præscribere, cùm fructus à creditore de re hypothecata percepti sortem attenuent, & sic possessionem creditoris interuertant? quo modo dici potest creditorem præscribere, cùm nullum ius possessionis vel proprietatis habeat, sed omnia debitori reseruantur?

Quartò, quod ex priore argumẽto procedit, illa possessio creditoris, quæ debitoris est, & ad eius vtilitatem, duos in eodem subiecto omnino contrarios effectus operaretur: quod subsistere de iure non potest. l. iij. §. econtrario. ff. de acquiren. possess. quoniam operaretur vt debitor qui rem pignorauit, qui rei pignoratæ forte dominus non erat, sed causam tãtum habebat præscribendi vel vsucapiendi: quia forsitan à non domino ignoranter emerat: vt in. l. j. ff. de pub. in rem actio. operaretur præscriptionem in præiudiciũ veri domini ex persona debitoris per possessionem creditoris, & operaretur præscriptionẽ in præiudicium debitoris ex facto ipsius creditoris: quod nõ potest esse, vt dictum est per illum §. ex contrario. Secundò per dictum. §. per seruũ
173 corporaliter pignori datum. † quia quãtum ad vsucapionẽ creditor non possideat. si igitur nõ possideat quãtum ad vsucapionem seu præscriptionem impossibile est quod possit illos duos effectus directò cõtrarios operari. Ex his vides quanta argumenta in vtranque partẽ iniecta sunt. quid igitur sentiendum sit. in primis vides hic Roma. dicentem consuluisse iuxta opinionem gloss. & obtinuisse. Raphael Fulgo. in dicta. l. si rem. §. omnis. ff. de pigno. actio. dicit tutius esse opinionem glo. sequi, quia communior sit. Angel. & Imol. in dicta. l. pignori. ff. de vsucap. & in. l. si finita. §. postea. ff. de dam. infect. dixerunt hanc esse communem & tenendam. dixi supra anno vigesimosecundo supra millesimum & quingentesimum arresto curiæ Rotbomagensis amplexam fuisse. intellexi eam frequentari in Parisiano parlamento, & eam pro explorata & indubitata haberi. quanta sit hæc authoritas non est qui ignoret, maximumque est argumentum quod tantorum patrum iudicio diffinitũ est. l. j. §. eodẽ autem tecto. supra eod. ibi, & ait Sextus sic esse sæpe iudicatum. Adde tex. in. l. nam Imperator. ff. de leg. ibi, aut rerum perpetuò similiter iudicatarum. Adde text. in. §. j. in authen. de restit. & ea quæ parit in vndecimo mense. colla. quinta. ibi, & in iudicio probata frequẽtatur. quicquid senserint variæ scholæ authores.

Ex aduerso est sententia tot patrum antiquorum quorum meminimus suprà post Cinum, qui eos recensuit, videlicet Roglerij, Martini, Simonis Vicentini, Petri de bella pertica, Iacobi de Rauenna, Gulielmi de Cunio, Iacobi de Arena, Cini, Bartoli, Pauli de castro, Raphael. Fulgosij, Raphael. Cumani, Ioan. Andr. Anto. de Butrio, & Salicet. cuius authoritatis sint non est qui ignoret. Nō dicat igitur aliquis deinceps in hac quæstione non inueniri contradictorem. hæc lubens recensui, vt intelligatur quantum passus iste sit in iure dubius. Sed pro opinione glos. est quod iureconс. ait in. l. j. §. impleri. suprà eod. ibi, & aliàs solet hoc in vsu obseruari. Sic sufficit considerare pro conclusione huius quæstionis quòd vsus obseruat. Redeamus ad. l. nostram, & eius gloss. vnde digressi sumus.

Ex eodem igitur nostro tex. functa glo. fin. & glo. in verbo, teneri. not. primò ex his verbis, teneri possunt, quia parricidium commiserunt vel attentauerunt committere. vt dicit. l. j. ff. ad leg. Pompe. de parricid. vel auxilium præbuerūt aut aliàs participes fuerunt: vt in. l. vtrum. ff. ad legē Pompe. de parric. non autem vt dicit glo. & bene, aperiendo testamentum vel adeundo hæreditatem non habito supplicio seu quæstione de familia, & occisoribus, quibus casibus habent locum pœnæ suprà relatæ. Quæ autem sunt personæ, quæ in id genus parricidij incidunt, exponūtur in. l. j. ij. iij. & iiij. ff. ad legem Pompe. de par-

174 ricid. Secundò † parricidas semper accusari posse. l. fin. ff. ad legem Pompeiam de parric. Et per hoc nō videtur vera restrictio gl. & Romani de dictione, semper. ad viginti annos aut triginta. Et id dico propter immanitatem criminis. l. vnica. C. de his qui parent. occiderunt. & gloss. in. l. querela. C. de fals. dicit illum tex. non procedere in parricidio. Et in eo verificatur dictio, fere. in eadem. l. posita. secundum glo. Secundò ex mente gloss. fina. colligitur aliud esse in homicida & aliud in parricida: quoniam accusatio contra homicidam viginti annis tantum durat, per dictam l. querela. C. ad legem Cornel. de fals. dum dicit ille text. sicut cætera fere crimina. sub qua generalitate glo. hic & in dicta. l. querela. extendit ad pœnam. l. Corneliæ de sicar. que lex, secundum Ang. ibi, non inuenitur alibi. Et licet scribentes sic pertranseant cum gloss. tamen cum bona venia tantorum patrum non potest hoc mihi cadere in mentem, vt homicida post viginti annos nō possit de homicidio accusari. si enim hoc verum esset, sufficeret homicidæ ad euitandam homicidij pœnam abesse viginti annis, quibus elapsis liber esset à pœna. alioquin infinitæ aliæ fraudes inuenientur, quarū suprà meminimus, cùm nihil sit quod homo malitiæ deditus nō inueniat. §. j. in authen. vt hi qui perhib. habe. obliga. res minor. colla. vj. l. in fundo. ff. de rei vend. continge re enim forte posset vt cum iudicibus agerent ne accusarētur. l. si quos. C. de decurio. lib. x. l. placet. C. de excus. munerum. eod. libro. vel vti sæpius offerri vidi plures nobiles ita regios officiales tremore afficere vt ne manus quidem in eos inijcere seu imperiū exercere ausi fuerint. quanto minus pauperculus offensus posset obsistere.

175 † tempus enim modus esse non debet delicta tā atrocia purgandi, sed potius pœnam aggrauādi c. quanto. extra de consuet. l. cum vero. §. apparet. ff. de fideicom. liberta. qui tex. ad id est annotatione dignus. Secundò & alia ratione potissime, quoniam lex æquiparat homicidam parricidæ quantum ad pœnæ impositionem in lege, nemo. C. de episcopa. audientia. ibi, homicida parricida quicquid fecit semper expectet. & sic dictio, semper. æqualiter de parricida & homicida diffinit. Vnde non videretur bona glossæ restrictio in dicta. l. querela. sanguis enim clamat, vt qui gladio percussit gladio pereat, & gladius vltor sit homicidæ. dicta. l. nemo. &. §. itē lex Cornelia de sicarijs. instit. de publ. iudi. ibi, ferro vltore. l. vnica. in princi. C. de rapto. virgi. licet de iure Digestorum aliud esset. l. iij. §. legis Corneliæ. ff. ad legem Cornel. de sicar. vnde cum per illum text. quantum ad effectum pœnæ imponendæ licet grauior parricidis imponatur quàm simpliciter homicidis, vt in. l. vnica. C. de his qui parentes occiderunt. & dicto. §. item lex Cornelia. cum. §. sequenti. lex tamen æquauit eos in illo. & facit ratio. l. hæc actio. ff. si mēsor fal. mod. dixerit. vnde non puto veram glossam nostram

176 † quæ vult accusationē homicidij viginti annis præscribi, quia non inuenitur probata expresse in. l. querela. nec alia lege, cùm etiam videamus in crimine falsi accusationem perpetuam esse, in vno capite in. l. qui falsam. §. finali. ff. ad legem Corneliam de falsis. in supposito partu, quanto magis in homicidio, quod grauius est illo. Hactenus non vidi hoc expresse decisum, licet casus illi proximus Rothomagi semel acciderit: sed facta diligenti inquisitione compertum est in rixa homicidium fuisse commissum. Et minus verum dicit quantum ad homicidas, dum ait, accusationem aduersus eos quo ad effectum confiscandorum bonorum durare, & tempus quinquennij ad illum effectum fuisse tantum constitutum pariter contra eorum hæredes, licet quantum ad accusationem homicidij quinquennio non expiret. lege, querela. C. de falsis. in hoc verum non dicit multiplici ratione. Prima, quoniam hic text. de confiscatione bonorum etiam homicidarum seu parricidarum non loquitur, vt dictum est suprà post Dinum hic. Non potuit igitur hoc fundamentum per Accursium in hoc textu fieri. Neque puto aliquo pacto conuenire huic legi. Nescio igitur quomodo glossa & Romanus hic dictionem, semper. ad viginti annos restringant, cùm de

cùm de ea nunquam iureconsultus cogitauerit. Secunda quam ex hac nostra lege induco, vt si is qui potest teneri lege Pompeia de parricidijs semper hoc senatusconsulto accusari potest, sic suus hæres propter aperturam testamẽti aut aditionem hæreditatis ante quæstionem aut supplicium de familia & de homicida, si inueniri potest sumptum iuxta.l.si ideo.C.eod. accusari po
177 terit quanto magis si parricida sit, † cùm in consequẽtiam pœnæ criminis veniat bonorum ademptio, vt dixi suprà.l.iij.§.legis.ff. ad legẽ corneliam de sica. & sic huiusmodi accusatio quandoq; aut decem vel viginti annis non præscribitur. Si vis expedire gloss. textualiter ex prima parte gloss.j.ibi, & subaudi in cognitione aperti testamenti.glo. inquit subaudi & aditæ hæreditatis.hæc subauditio nõ est vera, vt dictum est suprà in versi.non autem. Nam actio in factum propter apertum testamentum ad pœnam centum aureorum competens quinquẽnio tantum, non autem anno tollitur, licet popularis sit.l.lege.§.fina.infra eod.quanuis Din. Barto.Bal.& Roma.aliter sentiant, ut dixi suprà in versic. alij vt
178 Ioan.& Azo.nota † hæreditatem acquiri fisco per solam testamenti aperturam, licet hæreditatem non adierit.l.fina.infra eod.&.l.si ea.C.eo. quod verum non est.l. lege.§.fi. infra eod. &.l. necessarios.§.non aliàs.suprà eod.dixi suprà formam tamen & praxim accusationis tradit hic Angelus, de cuius veritate dixi in versiculo, sed quocunq; modo quærit glos. siue sequaris opinionem Hugo.qui desiderauit ad pœnam confiscationis hæreditatis aperiri testamentum & hæreditatem debere ab hærede ante quæstionẽ & supplicium sumptum de familia, adiri, vel secundum Ioan.& Azonem sufficere ad effectum confiscandorum bonorum testamẽtum aperiri. quæ accusatio fiet de hærede in versi.quidam dicũt.dicit glo.accusandum esse hæredem ad effectum confiscandæ hæreditatis.In versi. sed videtur.hoc non approbat gloss.cùm propter solam testamenti aperturam pœna centum aureorum tãtum imponatur:pro aditione vero pœna confiscationis.in versiculo, sed dico.glos.dat cautelam, per quam poterit ad confiscationem hæreditatis peruenire.& eam accipias per modum doctrinæ quem dat volentibus hæredes accusare, qui in hoc senatusconsultũ inciderũt, vt sit locus confiscationi. non quod dicat hoc necessarium esse, vt dixi suprà.cautela glo.igitur est vt primo loco homicidæ accusentur, quibus conuictis hæredum negligẽtia detecta erit propter quam bona hæreditatis de manibus eorum eripientur, vt in.l.necessarios.§.non aliàs.suprà eod. &.l.j.C. vbi cau.fiscales.hic allegata in glos. Adde ad id rationem Angeli in.l.Papinianus.§. meminisse. ff.de inofficio. testa. quoniam sententia contra occisores patefacit omnino delictum hæredis.l. eius qui delatorem.ff. de iure fisci. sed, vt dixi,

179 † licet aliquando plurimum ad iudicij abbreuiationem prodesse posset, non tamen sententia in homicidas lata & processus contra eos factus àd conuincendos hæredes de negligentia sufficiens est, sic vt nullo alio processu contra eos facto possit ad pœnam huius edicti aduersus eos perueniri. Quid enim, vt dixi, si intempestiue præuentus est hæres? Secundo quod dolo alterius fuerit impeditus, vel aliquo alio iusto impedimento. Plura suprà addidi, quæ non repeto. Certe hoc non sufficeret.l.ij.§.fina.&.l. denuntiasse.§.fina.in fi.ff. ad legem Iuliam de adulter. Adde doctrinam Baldi in.l. quod euitandi.C. de condictio.ob turpem causam.ibi, non tamen credo quod ex eodem processu: sed verum est eo non proponente excusationem idoneam, statim iudicium contra eum paratum esse. In versi. intra quinquennium debet hoc expediri. Hoc non videbatur verum: quoniã impedito in prosecutione homicidarum, ex quorum euentu poterat negligentia hæredis detegi, videbatur iudicium suspendendum esse: argumento.l. contra maiores.C.de inoffic.testa. authentica, si ta-
180 men.C.de tempo. appel. † sed cùm ista sit pœna lis, non est vltra iuris terminos extendẽda, & sic vltra quinquennium. Et si ista glo. vera est, habes ex ea notare cautelam glo. non esse tutam vi delicet, Primo agendum esse contra homicidas: & ne forte contingat tempus cognitionis vltra tempus quinquennij protrahi, sicut accidere potest.l. properandum.in princ.C.de iudicijs.videtur cautius esse iudicium homicidarum non expectare, quicquid glo.& Barto.hic dicant. quid enim, vt dixi suprà, si difficultas est in reperiẽdis homicidis, vt tex. inquit in.l.si ideo. C.eo. quare puto securius tenendum quod suprà annotauimus. Præterea contra glo. obstare videtur text. in.l.si maritus.in princip.ff. ad legem Iuliam de
181 adulte. † vbi quinquennium quod patri, marito & alijs ad accusandum adulterium competit, si à marito præuentus est pater, quinquennium patri interim non currit. Hoc probat ille tex.ibi, residua tempora, ei qui occupare non potest, non cedunt. & per illum text.in versi.quod & in eo. improbatur id quod notauit Bal.ex hac doctrina glo.quod accusato vno videatur alius accusari, cui potest ex accusatione præiudicari. quod falsum est per illum tex.&.l.ij.in princ.ibi, non aliàs ad mulierem possit peruenire nisi reũ peregerit. & dicta.l. denuntiasse.§. denuntiasse. ff. ad legem Iuliam de adult.& dixi suprà. nam dicunt illæ leges, tempus contra adulterum incipiens, quandiu accusatio durat cõtra adulterum non currere, nec iudicium cõtra alterum eorum præiudicat alteri, sed debet de nouo cognosci. Quid enim dicit illa lex, denuntiasse.§.fi. si adulter iniurijs sit oppressus &c. dixi suprà idem in l.ij.C.de fide instrumẽ. Et ideo ad hanc glo. seu eius praxim dico in hoc articulo verum dicere,

& probat hæc litera in princ. dum dicit, in cognitione. Et ratio est, quoniam hæredis accusatio nihil cū occisoribus commune habet. sufficit enim quod quoquo modo cōstet testatorem occisum fuisse, nec opus esse scire à quo illa scientia seu cognitio prouenerit. Secundo vt cognoscatur inspecto tempore facti homicidij hæredem neglexisse diligenter inquirere & accusare, vt diximus in dicta. l. necessarios. §. non aliàs. suprà eo.
182 vnde † iudicium absolutorium homicidarum à prosecutione homicidij non releuat hæredem, dummodo aliàs constet defunctum occisum fuisse. Sed in casu. d. l. si maritus. quæstio erat de personis æqualiter obligatis ex eodem delicto, qui possunt eisdem medijs cōuinci si eodem iudicio prosecuti sunt. vnde si hoc omissum est, fama ex illo processu prodiens maximum cōtra eum indicium facit, præsertim si nomē eius positum est inter reos. Et in hoc posset Baldi notabile locū habere. Exemplum dat hic Ange. in fideiussore: sed hoc nō simpliciter cōueniret. dic vt per Bar. in. l. si mandato. ff. de fideiusso. & in. l. Græce. §. primo eod. tit. in versi. non dico. nota accusationem homicidij non finiri quinquennio. l. querela. C. de fal. in ver. sed effectus confiscandorum.
183 nota ex ea † sicut actio quæ contra hæredem intentari intra quinquenniū debet intra illud quinquennij tempus expediri debet, si sententia confiscationis non proferatur, & iudicium terminetur, elapso quinquennio amplius quæri de confiscatione nō poterit. Et istud dictum glo. quod est singulare apertius sole colligitur in hoc text. quem tu bene considera, dum ait, in cognitione aperti testamenti quinquennium cōstitutū esse. Si igitur non fuerit de eo cognitum, & sic decisum, de ea nō potest amplius quæri. Et hoc probat illa lex, properandum. in prin. in verbo, conclusit. De veritate huius articuli dic vt plenius notatur in. d. l. properandum. nūc non examinabimus. sed vides hoc notabile gloss. probari in hac. l. tamen alij intelligunt sufficere intra quinquennium accusationem instituere sed quod finire necesse non sit. & ob id interpretantur hæc verba, in cognitione. id est accusatione. sed verbum, in cognitione. sua significatione contrariū ostendit. Sed re vera iste tex. de aditione hæreditatis, & ex consequente de confiscatione bonorum non loquitur, vt suprà dixi, quicquid gloss. hic post Hugonem, Ioan. & Azonem dicere voluerit, & eos non approbat etiam hic Bal. in expeditione huius glo. in versi. die ergo, in cognitione &c. hæc glo. nō dicit verum, vt dixi suprà,
184 † quoniam homicidæ ex quo possunt secūdum glo. accusari vsq; ad viginti annos, possunt & secūdum nos semper, vt dixi: & confiscatio bonorum non tantum dixerim hæreditatis, sed & suorum bonorum fisco acquiritur ex natura condemnationis quæ ex. l. Cornelia de sica. fieri debet l. iij. §. legis. ff. ad legem Corne. de sicar. in versi. vel dic in cognitione. hæc glo. intelligenda est secundum ea quæ suprà diximus, si homicidium detectum sit, & negligentia hæredis comperta fuerit intra quinquennium. in versi. & hoc si extraneus. cum versi. sequen. sed proximus.

Ex his potes perpendere verum esse intellectum per nos datum ad hāc legem, vt solum hic agatur de apertura testamēti, pro qua extraneus hæres intra quinquennium conueniri potest, nō autem post quinquennium. l. in omnibus. ff. de diuer. & temp. præscri. sed suus hæres, & qui de parricidio accusari potest, si parricidium commisisset semper accusari potest, per rationem Baldi hic suprà per nos recitatam: quia lex naturæ cū lege scripta offenditur, vt dictum est in versicu. quandocunq; homicidæ conuenientur vsq; ad viginti annos. per hoc gloss. vult inferre accusationem homicidij durare tantum viginti annis, quod non puto verum per supradicta, & maxime. l. tertiam. C. de episcopa. audien. quæ homicidam & parricidam in hoc æquiparat. & l. fina. ff. ad legem Pompeiam de parricid. dicit parricidas semper accusari posse. Idem igitur in homicida dicta. l. tertia. quæ de homicida ait, vt quicquid fecit semper expectet. si ad viginti annos limitaretur non semper expectaret. & gloss. in dicta. l. querela. hanc. l. allegat. & dictam. l. fina. ff.
185 ad legem Pompeiam de parricid. † quæ vsq; ad triginta annos parricidæ accusationem durare ait, per dictam. l. fina. & glo. dictæ. l. querela. sequitur hic Din. Et licet Dinus hic conetur saluare glo. nostram, vt intelligatur quia hic de parricidio non agitur sed de homicidio ab extraneo commisso, de cuius facto & confiscatione bonorum nunc quæstio est, quæ durat annis viginti. sed, cum benigna venia domini Dini dixerim, non puto saluationem eius procedere: quoniam licet hic de parricidio non tractetur, lex tamen grauius eos punit, qui de parricidio accusari possunt, si in vindicanda nece parentis occisi negligentes inueniantur ex eo quod ad suum sanguinem vindicandum proniores alijs esse debent. l. prima, secunda & tertia. ff. de libera. cau. lege secunda. versicu. cæterum. ff. ad legem Iuliam de adulter. ibi, quicq; contaminatione non indignatur. id si negligunt lex seuerius in eos animaduertit, vultq; propter eorum negligētiam eos posse semper accusari. Non dixit iste text. vsque ad viginti annos. Et communis opinio est in dicta. l. querela. omnes actiones ex crimine descendentes triginta annis durare, si ciuiliter tantum prosecutio fiat. l. secunda. C. de constitu. pecu. §. primo. institu. de perpet. & temporalib. actio. etiam si actio de sui natura prætoria esset, per illum text. qui loquitur de furto & re
186 furtiua. Succedit huic alia iuris regula, † Actionem ciuilem ex crimine descendentem eiusdem esse vitæ cuius est ipsa criminalis actio. per legem, sicut. in verbo, prosecutione. C. de

præscrip

præscriptio. triginta anno. l. finali. ff. de dolo. l. si non conuicij. C. de iniurijs. sed clarum est accusationem parricidij secundum opinionem glos. in dicta. l. querela. C. de fal. durare triginta annis, dicta. l. finali. ff. ad legem Pompeiam de parricidijs. actio igitur quæ fundata est in lege Pōpeia de parricidijs sapit naturam eius quantum ad vitam ex interpretatione legis. l. miles. §. quidam. ff. ad legem Iuliam de adulter. & quod maius est, venit in necessariam consequentiam inquisitionis homicidij propter quod indigni successione occisi hoc senatusconsulto iudicantur in versi. vel intra quadriennium à die denuntiationis. Tu dic secundam glos. lecturam veriorē esse dū dicit, à die quo cœpit fiscus petere posse l. j. ff. de iure fisci. tex. in. l. iij. ibi, intra sexagesimum diem ex dissolutione matrimonij numerādū. & in. l. adulter. ibi, post quinquenniū quàm commissum adulterium dicitur, quod continuū numeratur. ff. ad legem Iuliam de adult. l. miles. §. adulterij. &. §. sexaginta. &. l. mariti. §. sex mensium. &. §. quinquennium. Adde Alex. in. l. fin. in princ. C. de dolo. Glos. in verbo, teneri. dic ex ea recte probari intellectū supra per nos ad hanc legem datum, & præsertim nō posse hunc tex. in confiscatione bonorū verificari, eo quòd iste text. nullam de aditione hæreditatis, per quā confiscatio bonorum sequitur, mentionem faciat: vt si forte ante aditam hæreditatem hæres neglexerit necem testatoris vindicare, vel quæstionem aut supplicium à familia assumere, vt dicit. §. non aliàs. in. l. necessarios. supra eodem.

187 sed tantum de apertura testamenti. † Nec potest ista lex aliqua subauditione extēdi, cùm lex pœnalis sit. Secundo, quia diuersæ pœnæ ordinatæ sunt pro vtraq;, vt dictum est in glo. prima & suprà in lectura, & dum hic glo. dicit, sed commiserunt, delictū aperiendo vel adeundo: in hoc sequitur subauditionem Hugolini. Glos. fin. licet iam pluries examinata fuerit ibi, vel dic hanc tene, quoniam directe deferri debet per rationem. l. diuus. ff. de custo. & exhibi. reo. &. l. senatus. ff. de iure fisci. l. omnes. C. de delato. libro decimo. in versiculo. item. C. de fals. l. querela.

188 solue, hic speciale. Hæc est vera, quoniā † regulariter in criminibus nō grauibus, aut quæ ex grauioribus sunt, accusatio viginti annis tantum durat. d. l. querela. in verbo, tere. & ita hic glossa dicit esse speciale: quia hic tex. de his qui de parricidio accusari possunt, loquitur. Et in hoc probātur duæ regulæ plenè disputatæ per doctor. post glo. in. d. l. querela. quarum meminimus in vltima parte glo. primæ huius. l. in versi. imo. & ibi, sed non quo ad effectum confiscandorum bonorum. Tu distingue doctrinam glo. si hæredes accusantur de homicidio, tunc poterunt ad effectum confiscandorum bonorum accusari, per. l. tertiā. §. legis. ff. ad legem Corneliā de sica. cum in illo iudicio confiscatio bonorum veniat in consequentiam ipsius iudicij. Si verò hæredes nō accusantur de homicidio, sed alius omnino extraneus, licet accusatio contra homicidas extendatur, non tamen ad viginti annos, sed vltra, vt dixi, & hæredes si de adita hæreditate tantum arguantur, non poterunt accusari, nisi intra quinquēnium. Hoc verum est per ea quæ dixi in dicta glossa prima, si tex. legi debeat de aditione hæreditatis, quod non comperio: & ideo dixi, & iterum repeto, non posse hanc Hugolini subauditionem ad hunc text. factam & à glo. Bart. & omnibus approbatam procedere:

189 † quoniam hæres qui de negligentia tātum accusatur, eo quòd ante vitam mortē defuncti hæreditatem adierit ad effectum confiscandorum bonorum nō potest accusari nisi intra quadriennium. Et quod verum sit, habes text. carentem omni calumnia in. l. j. in prin. ibi, vel quod mors ab hæredibus non vindicetur. & in. §. diuus. eadem. l. ff. de iure fisci. ibi, vacantiū bonorum. & ibi, quadriēnio finiri. &. l. prima. C. de quadriē. præscript. l. intra. ff. de diuers. & tempo. præscri. Et si dixeris illas leges loqui de bonis vacantibus, dic per. l. secundam. C. de quadrien. præscriptio. & dixi suprà, actiones illas, quæ fisco competunt, de quibus in. l. prima. ff. de iure fisci. concludi quadriennio. & ille versiculus, vacātium. est relatiuus ad omnes casus in capite illius. l. primæ expressos pro testamenti apertione ad finē mulctæ seu pœnæ centum aureorū cōsequendæ intra quinquenniū accusatio fieri poterit, vt hic.

C A I V S.

Excipiuntur eodem Senatusconsulto Sillaniano impuberes serui. Trebatius autem Germanus legatus etiam de impubere sumi iussit supplicium: & non tamen sine ratione. Nam is puer nec multum à pubertate aberat, & ad pedes domini cubuerat cùm occideretur: nec postea cædem eius prodiderat. vt enim opem ferre cum non potuisse constabat, ita silentium præstitisse eum postea certum erat. & ijs duntaxat impuberibus Senatusconsulto parci credebat, qui tantùm sub eodem tecto fuissent, & eius ætatis (quanquam nondum puberis) vt rei intellectum capere possent: ijs non magis in cæde domini quàm in vlla alia causa parci oportere.

Summarium in præscriptæ legis Lectionem sequentem.

1 Impuberes, quum per ætatem vlcisci nequeant defuncti necem, excusantur à pœna senatusconsulti Sillaniani. & nu.5. & .7.

2 Lex lata non absq; maxima & vrgenti ratione violari debet.

Puer quandoque dicitur qui pubertati proximus est.

3 Pueritia quanto tempore duret.

4 Senes & valetudinarij excusantur à pœna senatusconsulti Sillaniani.

6 Impubes viripotens dicitur qui pubertati proximus est.

8 Puberes à pube dicuntur, & maxime fœminæ quarũ vas semper dispositum creditur.

9 Pubes existimatur masculus anno ætatis suæ decimoquarto, fœmina verò duodecimo.

10 Pubes vt quis dicatur, duo in se habere debet.

11 Arbitrio iudicis tunc committitur cùm à lege determinatum non inuenitur.

12 Pubertati proximus quis dicatur in ciuilibus. & nu.17.

13 Proximus pubertati dicitur qui semel pubertatis annos attingit.

14 Pupillus pubertati proximus Iniuriam facere potest.

15 Adulterium ante pubertatem nemini contingere potest.

16 Puer septennis dicitur grandiusculus.

18 Leges & constitutiones fiunt tantum de his quæ vt plurimum contingere solent.

19 Puer seu impubes quando pro delicto puniri possit.

20 Dispensatio ætati concessa quid operetur.

21 Aetatis defectum patientes an possint quandoq; puniri.

22 Priuilegium alicui concessum aliquid operari debet.

23 Impubes pubertati proximus pubes existimari debet in fauorabilibus.

24 Tribunatus non nisi doli capacibus conferri solitus fuit, quare qui tribuni sunt, testari meritò poterunt.

25 Pupillus factus tribunus non ob id statim testamenti condendi habet facultatem.

26 Militia pupillos seu minores non facit prudentiores seu peritiores.

27 Delictum nõ punitur nisi ab intelligente perpetratum sit, aut ab eo qui bonum à malo discernere nouit.

28 Aetas minor quæ à lege acceperit priuilegia.

29 Peccans contra ius naturæ nullo pacto excusari potest.

30 Contractus pupillo damnosus non ipsi, sed cum ipso cõtrahenti imputandus.

31 Pupillus quando pro non vindicata patris morte puniri possit.

32 Indicia indubitata quæ dicantur, & quando probationẽ faciant iudici sufficientem.

33 Dispositio legis non absq; ratione violari debet.

34 Ius singulare quod dicatur.

35 Proximus pubertati, à lege præsumitur doli capax.

36 Pupillus pubes factus testimonium facere potest de his, quæ in minori vidit ætate. & nu.38.

37 Impubes à lege punitur qui mortem domini silentio præterijt.

Receptatores latronũ & occultatores homicidarum eadem qua principales pœna plectuntur.

39 Reuelare delictum qui tenetur, puniri debet vt conscius & particeps si non detexerit, etiam si probare nequeat.

40 Occultator latronis aut homicidæ vario modo potest quis esse. & nu.seq.

41 Impubes quando pro cæde domini non reuelata puniri possit.

44 Extensio ab vno ad alium casum in criminalibus est illicita.

45 Impubes cum domino in eodem loco existens cum occideretur, punitur vt sceleris particeps, nisi detexerit delictum.

46 Impubes non punitur, nisi doli capax, præsens, viripotẽs, & proximus sit libertati.

47 Impubes pubertati proximus an saltem ad pias causas testari possit.

48 Tempus pubertatis à lege præfixum non debet per iudicem mutari.

49 Impuberes delinquentes an ijsdem pœnis seruantur quibus maiores plecti solent.

50 Impubes pro delicto duobus casibus minime obligatur.



HANC LEGEM DIcit Angel. non esse alibi. Dicam doctis & indoctis legem notam esse, & in auditorijs & criminalibus iudicijs frequẽtem esse, ideo necesse esse omnia aperte dirimere, vt dicit lex, cùm non solum. in princi. C. de bonis quæ liber. ibi, & semper in iudicijs versantur necesse est vtiliter & apertissime omnia dirimere. l. iusto. in princ. ff. de vsucap. & quicquid omissum est in. l. prima. §. impubes. suprà eodẽ. supplebitur, & eam per singulas partes expediemus: quoniam omnia eius verba maximæ sunt substãtiæ, & decisionem totidem casuũ & quæstionum continent. In capite legis recensetur senatusconsultum de quo dictum est in. l. prima. §.
5 impubes. suprà eodẽ. † quæ lex impuberes propter ætatem à pœna huius senatusconsulti excusat, & à quæstione. Et declarat quos impuberes excuset, videlicet nondũ viripotentes. Clarius hoc declarat hic text. in versiculo, nam is puer nec multum à pubertate aberat. vbi latius ostendemus quod omisimus in dicto. §. impubes. & clarius in versic. & eius ætatis (quanquàm non-
• dum puberis) vt rei intellectum capere possent. ad quam pauci aduertunt.

In versiculo, Trebatius. vides quale & quantum argumentum ex sententia vnius iudicis assumptum sit, & quomodo iudicium ex sola præsumptione, quæ iudici ex qualitate delicti, ex tẽpore, & ex persona resultabat, interpretationem huic senatusconsulto præbere meruerit, vti legitur in. c. Nicena synodus. xxxj. distinctione. de Panutio & de Appio Claudio in. l. prima. §. Appius. ff. de postulan. l. prima. §. sed nõ omnia. C. de veteri iure enucleã. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbo. obliga. dum loquitur de Celso adolescente. & in sententia Trebatij non tantum causa inuenta est in ea, sed & ratio, ibi, nõ tamẽ sine
2 ratione. ex quo versiculo considera † quòd lex cùm sit lata non sine maxima & vrgenti ratione

viol

violanda est: & cùm lex debeat esse rationabilis, residcatq; vis legis in ratione legis, cum pater. §. dulcissimus. ff. de legatis secundo. ad eam impugnandam debet fortior ratio subsistere, vt dicã infra. in versi. nam is puer. incipit ratio quæ Trebatium mouit à verbis huius senatusconsulti recedere: quoniam bic puer, qui accusabatur, non multum à pubertate aberat. Puer hic dicitur, qui proximus est pubertati. qui text. est pulcher ad
3 probandum † pueritiam durare à septimo anno vsque ad annos pubertatis: quorum meminit glos. in procemio sexti. in verbo, perfectus. licet text. in. l. prima. §. pueritiam. ff. de postulan. dicat pueritiam post decimumseptimum annum impletum, quam plenam pubertatem alibi tex. appellat in. §. minorem. institu. de adoptio. Aduerte quod Caius huius legis author non tantum ætatem considerauit, sed & pueri intellectum. & in hoc hic versiculus declaratur per versiculum, & eius ætatis. quem textum digito signa, vt in apparatu huius legis copiosius explicabimus in versiculo, & ad pedes. Additur & alia ratio seu causa quæ pro ratione est, videlicet, quia ad pedes domini cubuerat cùm occideretur. sed hæc ratio habet aliam annexam in versi. nec postea cædem eius prodiderat. Cui adde non dissimilem positam esse in. l. cum ancillis. in fine. C. de incest. nuptijs. ibi, quoniam intra domesticos parietes scelus admissum est, quod noluit mox cognitum publicare. & in versicu. vt enim opem. reddit causam quare prima consideratio Trebatij non erat sufficiens, videlicet quia ad pedes domini cubuerat. & ratio est, quoniam constabat eum esse talis ætatis, in qua non poterat opem ferre domino. quem
4 textum notabis. & latius differetur infra † pro senibus & valetudinarijs, qui in ea ætate aut statu positi sunt vt opem ferre non possint: quoniam tales excusantur. & propterea in dicta. l. prima. §. impubes. extẽdi illum. §. ad senes & valetudinarios. l. tertia. §. surdus. suprà eodem. l. secũda. §. corporis debilitas. ff. de vacatione munerũ. Et hic text. in hac ratione est clarus: sed in versi. sequenti additur ratio impulsiua ibi, ita silentium præstitisse etiam postea certum erat. Et cõsidera verbum, postea. quod videtur conijcere in tempus liberum quo potuit puer reuelare occisores. secus si semper fuisset instans metus. l. nouissime. ff. quod fal. tuto. autho. in versi. & his duntaxat. incipit declaratio Caij iureconsulti & authoris huius legis. l. declarantis mentem Trebatij fuisse huius sententiæ, videlicet
5 senatusconsultum Sillanianum cùm † de puberibus locutum est, debere de his tantum intelligi qui tempore homicidij in dominum commissi sub eodem tecto erant, non autem de his qui ministri aut participes erant cædis domini: de quibus dictum est in. l. prima. §. occisorum. suprà eodem. & qui erant eius ætatis (quam nondum puberis) vt rei intellectum capere possent, videlicet cùm puer intellectum habet, non autem si sine sensu esset. Et ideo Caius qui recensuit verba senatusconsulti, simul etiã mentem eius miscuit, quoniam non cõperitur in verbis senatusconsulti relatis in. l. prima. §. impubes. huius tituli. aliter de impubere loqui, quàm de impubere viripotente. Sed dicit Trebatius mentem senatusconsulti loquentis de impubere viripotente, fuisse loqui de impubere, qui rei intellectum capere poterat, non autem de idiota quantumcunqne viripotente. Ob id Trebatius in hoc versiculo ijs non magis inserit conclusionem senatusconsulti, necdum ex verbis eius, sed ex interpretatio-
6 ne generaliter procedere. Cùm igitur † senatusconsultum de impubere viripotente loquitur, de proximo pubertati, seu qui non multum à pubertate abest, id est, à tempore, quo de iure iudicatur puer pubes factus loquitur. Secundò intelligendum est si talis puer intellectum discernendi rem à re habeat. & si aliter accipietur, non videretur rationabilis lex cùm dicit, non sine ratione. Hanc declarationem apertius manifestant vltima huius legis verba, ibi, quàm in vlla alia causa parci oportere. nam hoc senatusconsultum in casu suo tantum statuebatt sed cùm ratio ipsius senatusconsulti cum declaratione Trebatij & interpretatione ipsius sit ita in ratione ordinata, vt generaliter concludat in quibuscunque alijs causis, ideo extendit ad quoscunque casus qui concurrere possunt huic similes. Et habes textum ita declarantem in §. in summa. institu. de obligatio. quæ ex delict. nasc. ibi, si proximus pubertati. & ob id intelligat se delinquere. Adde in simili textum, & quod ibi notat Bartol. in. l. Licinius. ff. quibus ad libertatem procla. non licet. l. secunda. C. ne sanctum baptisma reiteret. Ex his quæ superius diximus habes textum huius legis per nos clarissimè expositum.

7 Ex prima huius legis parte † nota impuberes non ligari hoc senatusconsulto, vt dictum est in. l. prima. §. impubes. suprà eodem. quia illa ætas quicquid agat ignorat. l. finali. ff. de iuris & facti ignorantia. & hac ratione dicitur in. l. cùm autem. §. excipitur. ff. de ædilitio edicto. impuberem capitalem fraudem non admittere. Et licet hæc lex non aperiat, tamen trahenda est ad priores, iuxta. l. non est nouum, cum duabus legibus sequentibus. ff. de legibus. & sic trahenda est hæc lex ad dictum. §. impubes. quam intelliges super verbo, impuberes. scilicet viripotentes, ex eo quòd impuberes dicantur à septimo vsque ad decimumquartum anni: licet de iure antiquo aliud esset, quia ex habitu corporis iudicabantur. Et similem interpretationem habes ex coniunctione duorum textuum. Primus est in. §. primo.

instit.de nupt.Secūdus est in.§.primo.insti.quibus modis tutela fini.licet Canonistæ corporis habitum plus appetentes maluerunt ad primum ius ciuile redire,in.c.puberes.extra de despon.
8 impub. † ob id puberes à pube dixerūt.præsertim in mulieribus quarū vas dicunt semper esse dispositum,vt dixi in dicto.§.impubes.sed nihil ad rem. hic Caius iureconsultus post Trebatium cum maiore ornatu, vti solent iurecōsulti, pudori semper parcētes,sicut & pepercit Inno. in.c. continebatur. extra de desponsatio.impuber.ibi, quæ mulieres melius norunt,nec expedit dicere,vel literis annotare. interpretatus est hoc verbum,viripotens.positum in dicta.l.prima.§.impubes.suprà eodem. cum duplici adiectione.In primis dicit Trebatius eum esse impuberem viripotentem, qui non multū distat à pubertate.quæ verba licet copiose disseruimus in dicto.§.impubes.succincte recensebimus, quantum ad intellectum huius legis opus erit, id est,
9 qui † ad annos pubertatis prope sex menses accedit,videlicet in masculo annum decimūquartum,in fœmina duodecimū, dicto.§.primo.instit.quibus modis tutel.finitur.& ita dixi in dicto.§.impubes. Hoc idem tenet hic Bald. Allegat.l.primā.ff.de lib.exhibend.voluit Bald.allegare.l.tertiam.in fine.ff.de liber.exhiben. Adde tu diuum Hieronymum in epistola nona tertiæ partis tractatus primi. Optimus text.est in.l. non tantum.in princip.ff.de excusa. tuto.§.sancimus.versi.si verò intra.vbi per Bart.in authē. de monach.collatione prima.& dedi alias concordantes in dicto.§.impubes.non repeto.Et in hoc iste tex.est multum singularis, quicquid dixerit Bald.in dicta.l.non tantum.sequēs doctrinam glo.& Dini, etiam in criminalibus: quia
10 vides hic duo desiderare,vt statim dicetur. † Primò,vt non multum à pubertate distet. Secundò quod intellectum habeat.& sequitur Ioan. Faber.in.§.pupillus.instit.de inutilibus stipula.vti secutus sum in dicto,§.impubes.hoc vltimum igitur quod Caius ex mente senatusconsulti ad hoc vt sit locus pœnæ huius senatusconsulti voluit cōsiderari est,cùm intellectum habeat is qui non multum à pubertate abest.quid enim si furiosus esset aut aliàs mente captus aut hebes ingenio. clarum est non considerandum esse an accedat,an verò pubertatem excedat.§.furiosi.Insti.de curato. neque de his Caius author sensit. & idem dicit text.in dicto.§.in summa.instit.de obliga.quæ ex delicto nascunt.quem tex.cū hac lege not.Ioannes Andreas in dicto.c.puberes. super verbo,generare.extra de desponsat.impube. Et hanc interpretationem sequitur Roma. hic,quicquid dixerit Barto.in.l.prima.ff.de nouat. & nihilo minus idem Romanus distinguit criminalia à ciuilibus. quæ distinctio non videtur mihi vera,vt dixi in dicto.§.impubes. Licet Moder. Papienses in authē.sacramenta puberū.

quarta columna.C.si aduersus vend.& in dicta l.properādum.§.& si quidem.C.de iudicijs.eam sequantur, & Philippus Decius in lectura Valentiæ facta in titulum.ff.de regulis iuris. super l.pupillum qui proximus. eodem titu.sequens in hoc Salicetū in.l.impunitas.C.de pœnis. Anto.de Butrio in.c.attestationes.extra de desponsatio.impuber.Ioānes de Imola in.c.primo. extra de delict.puer. dixit remittendum esse arbitrio iudicis. Et hæc fuit ante eos opinio Vincentij,vt refert Ioan. Andreas. Sed periculosum est iudicantis arbitrio committere. In his enim q̄m in casu per eum posito sequitur Vincentium iuxta.l.qua ætate.ff.de testament. sed non in casu hic expresso,vt plerunque dixi, Bonum est ha-
11 bere propitium iudicem. † sed tunc ad iudicis arbitrium remittendum esse puto,vbi à lege tempus non inuenitur determinatum,vt in.l.secunda.&.l.si se non obtulit.§.condemnatū.vbi per Angelum.ff.de re iudicata.l.diffamari.C.de ingenuis manu.& licet ius deliberandi quandoq; visum sit arbitrariū,vt in.l.prima.ff.de iure deliberandi. imperator in.l.fi.§.licētia.C.de iure delibe.periculosum esse præsentiens tempus ad deliberandum arctare & limitare voluit. Facit quod notatur in.l.& si seuerior.C.ex qbus causis infamia irrogetur.Ideo cum inueniam in specie in ciuilibus tempus à lege determinatum, vti talibus suppletionibus,à ratione deuium esse videtur, & esset per suppletiones aut subauditos intellectus à terminis legis discedere contra.l. præcipimus.in fi.C.de appellatio.gl.in.c.cupiētes.in verbo, petere. de electio.in sexto. Quod
12 † autem in ciuilibus is dicatur pubertati proximus qui semestri decimumquartum annum attigit,habes duos tex.quibus hactenus non vidi responsum,quorum meminimus in dicto.§.impubes.Primus est in dicta.l.non tantum.in princi. ff.de excusatio.tuto.ibi,nam si propriorum pupillorum ætas prope pubertatem sit, ita vt tantummodo semestre tempus reliquum fuerit &c. in illo tex.nullū verbum fit de crimine.l.properandum.§.& si quidem.C.de iud.ibi,iam prope finem veniant vt semestre tempus tantum eis superfit. Vides de dictione,prope.quātum importet in ciuilibus.& in dicto.§.sancimus.versicu.si vero intra.in authē.de monach.coll.prima.ibi, & prope vicesimum & centesimum ætatis annū agens.quem tex.Bar.illic notauit.vides in ciuilibus quid illa verba important,an eam temporis distantiam cuius glo.meminerunt.In criminalibus autem hic text.est clarus. Et pondera optime.l.tertiā. in fi.ff.de liber.exhibend.proxime autem prætextati ætatem accedere eū dicimus, qui puberem ætatem nunc ingressus est.Signa verbum,nūc ingressus est.vbi glo.multum hallucinatur in interpretatione prætextati : de quo dic vt per Gellium in noctibus Atticis.c.xxiij. libri primi. dum de Papirio prætextato loquitur

13 tur. † Et sic proximus est qui accedendo vel excedendo prope semestre pubertatis annos attigit. Nec manere possunt dicta per Bart. in. l. prima. ff. de noua. & alijs notatis per me in dicto. §. impubes. quia. l. aliqua non probantur. & dicit Salicetus in dicta. l. impunitas. C. de pœnis. hoc non inueniri iure determinatum, vt is qui decimum annum cum dimidio excesit proximus sit pubertati. satis enim consitendum est secundum eum, vt is qui decimum annum cũ dimidio excessit accedendo ad decimumquartum annum proximior sit pubertati q̃ infantiæ: quia plus accedit. Nam & dietim accedit. sed quod propter id dicaŕ esse pubertati proximus, non puto verum. Et addit Salicet. quod censeri debeat eũ doli capacem, qui annũ decimum cum dimidio excessit, dicit hoc nõ videri sibi probari aliquo iure, & bene probat. l. apud Celsum. §. si quis nõ tutor. ff. de exceptio. doli. ibi, doli pupillos, qui prope pubertatem sunt capaces esse. Hoc idem repetitur. l. pupillum qui proximus. ff. de
14 regulis iuris. cum inquit, † pupillum qui proximus sit pubertati capacem esse furandi, & iniuriæ faciendæ. quos text. glos. notat in. l. impuberem. in prima glossa. ff. de furtis. & habes textũ huic nostræ legi conueniẽtem in dicto. §. in summa. instit. de obligatio. quæ ex delict. nasc. ibi, si proximus pubertati sit, & ob id intelligat se delinquere. quem textũ suprà notauimus. Adde tex. cum gloss. vbi per Felinum in primo notabili in. c. exhibita. extra de homicidio. Papienses Moder. in authentica, sacramenta puberũ. quarta colum. cum duabus sequentibus. C. si aduer. vendit. amplexi sunt hunc articulum: sed quia nihil noui adferunt, prætermitto eos. Adde tex. cũ gloss. in dicto. c. attestationes. extra de desponsatio. impuber. ibi, vel circa finẽ decimiquarti anni. Idem in. c. cõtinebatur. vel circa duodecimũ annum. & ibi, ætate proxima. iuncta glo. in ver-
15 bo, proxima. † adulterium autem non nisi post pubertatem cadere potest. l. si minor annis. ff. ad legẽ Iuliam de adulter. c. primo. extra de delic. puero. stuprum vero in puero passiue committitur. l. stuprũ. ff. eodem. & per arrestum curiæ parlamenti Rothomagensis anno à resurrectione decimotertio supra quingentesimum & millesimum decisum est super interpretatione istarum dictionum, prope, circa, & similium, quæ in apostolicis literis (Bullas Romana curia vocat) solitæ sunt apponi, decisum est, vt accedendo vel excedendo semestre tantum amplectuntur, videlicet in clausulis, quæ defectum annorum supplent, vel vt super illo ætatis defectu in apostolicis dispensationibus apponi solent huius tenoris, Tu qui in anno tuæ ætatis vigesimo vel circa es constitutus &c. Reperio tamen Hostiensem in dicto. c. continebatur. & dicto. c. attestationes. dicentem debere intelligi de triduo. ponderans ad id. c. ad nostram. extra de regulari. c. in causis. & c. officij. extra de electio. sed in casu proposito non potest conuenire dictum Hostiensis. de quo etiam per Ioannem Andream post eundem Hostiensem in dicto. c. puberes. in dicto. c. continebatur. & c. attestationes. extra de desponsa. impuber. & c. ad nostram. extra de regular. cum alijs capitulis supra post eum relatis. respondet Ioãnes Andreas in. c. fi. in verbo, nubilis. extra de despõ. impu. & postremo Ioã. And. declarat casum in quo arbitrio iudicis remitti potest cum declaratione. d. l. qua ætate. ff. de testamẽ. & c. primi. extra de de-
16 lict. puero. † ibi, pueris grandiusculis. vbi glos. interpretatur de infante attingente septimũ, referens authoritatẽ Augustini in epistola ad Renatum episcopum. quã glo. allegat in. c. paruuli. de consecra. distinct. iiij. referunt eam etiam illic Hostiẽ. Ioan. And. Anto. de Butrio & alij. Addit etiam Hostiẽ. notari in dialogo diui Gregorij de infante annorum quinq; iurãte & blasphemante è manibus parentum à diabolo erepto. refertur etiam de eo qui in nono anno nutricẽ impregnauit: de quo per glo. in summa. xx. q. j. refert idẽ Ioan. Andr. in dicto. c. puberes. post Hostien. extra de despon. impub. si hoc verum esset generaliter, male leges nostræ, quarũ supra meminimus, interpretatæ fuissent, nec aliquo pacto Barto. opinio à multis approbata sustineri pos-
17 set, qui post glo. proximũ dixit † pubertati, qui annum decimũ cum dimidio superauit, quo tempore videtur doli capax esse. Bal. hic, cuius opinio à Roma. laudatur, & moderniores nostræ ætatis dicunt eum pubertati proximũ, qui ad sex menses attigit decimumquartũ annum, in criminalibus maxime. Et hæc generaliter amplectitur Innocent. in. c. continebatur. post glo. in verbo, proxima. & in. c. fin. & c. attestationes. extra de desponsatio. impuber. & alijs supra notatis, non videbatur in aliquo eorum opinio sustentabilis. quæ potest esse ratio quæ Vincentiũ mouit hoc tenere in dicto. c. fina. in verbo, nubilis. extra de desponsatio. impube. & Salicet. in dicta l. impunitas. de pœnis. & Anto. in dicto. c. attestationes. vt arbitrio iudicantis remittatur. dico verum esse quod supra diximus. Nec obstat. c. primum. extra de delict. puero. in verbo, grandiusculis. vt debeat concordari cum alijs iuribus suprà allegatis, qui non multũ à pubertate distãt, & intellectum habent, iuxta hanc. l. & dictum. §. in summa. Nec mouere possent exempla supra relata, quæ dicunť aliquãdo cõtigisse, quæ vere ita aduenisse existimo ꝓpter authoritatem tam sanctorũ patrũ, quales fuerũt diui Gre-
18 gorius & Augustinus. † Sed quod ꝓpter id authores canonũ & legum generalem constitutionẽ facere voluerĩt, non existimo: cùm frequẽter nõ accidat. tametsi de Heli propheta legatur in c. licet Heli. extra de simo. pœnã sustinuisse quia filios non corrigebat. Sed quòd ætas illa, quæ

quanuis aliquid sapere incipiat, non tamen regulariter. & ob id iureconsult. hic & in.l.finali. ff.de iur. & facti ignorant. & Iustinianus in dicto.§.in summa.insti.de obliga.quæ ex delic.nascuntur.addiderunt, & rei intellectū capere possunt. & sic non tantum in causa huius senatuscōsulti, sed generaliter voluit hic iurecōsultus debere cōsiderari in quibuscūque alijs causis text. in finalibus verbis huius legis, ibi, quam in nulla alia causa. Sed adhuc posses instare ex argumēto huius legis considerantis intellectum pupilli, vt eadem sit ratio in maiore septimo, vel etiam in puero adhuc infante, si intellectum comperiatur habere, propter rationem.c.primi.extra de delict.puerorum.cui videtur multum cōformare.l.pupillus.ff.de acquiren.hære. Sed dic hanc cōsiderationē nō esse verā, quia hæc lex nostra, & dictus.§.in summa.duo coniunctim desiderāt,
19 † videlicet vt non multum à pubertate distet. Secundò quòd intellectū habeat ad hoc vt pœna illi imponi possit. adde ad hanc solutionem Iustinianum in.l.finali.C.de testamen.mili.hanc considerationem habuisse arguentē ex his quæ frequentius illi ætati conueniunt in illis verbis, qui stabilem mentem nondum adeptus est. & ibi, sapientum hominū iura pertractari, & in tenera ætate &c. vt licet leges antiquæ testandi facultatem pupillo tribuno creato cōcederēt, hoc tamen indignum putauit Iustinianus propter solitam pupillorum causam & naturā, priuilegio quod à legibus antiquis pupillis cōcessum erat derogauit, & eo reuocato ad terminos iuris cō-
20 munis reduxit. † non enim dispensatio ætati cōcessa operatur vt sapientiorum acta facere possit, dicta.l.finali.C.de testa.milit.l.eos.C.de his qui veniam ætat. impetrauerūt.c.eā te.extra de ætate & qualitate ordinand. & propterea.§.impubes.in dicta.l.prima.suprà eodem. vult eos loco pœnæ seu cuiuscunque alterius quæstionis ferula tantum punire. Ex quibus vides ætatem determinatā, cùm dicitur in eo textu, de impubere viripotēte, vt illic declaraui, & dixi suprà. & qui per text.dicti.c.primi.de delict.puero. non censetur viripotens, nec posse ob id in peccatum carnis incidere, nisi decimumquartum annum attigerit. & text.in.c.finali.in verbo, circiter.extra de desponsatio. impuberū. hæc declarauit de accessu aut excessu annorum pubertatis.in quo casu Ioan. Andreas sequutus est Vincentium, vt illud sit iudicantium arbitrio relinquendum. Licet Hostien.dixerit de tribus diebus ante vel post. cui opinioni multum conformis est dicta.l.tertia.in fin.ff.de liber. exhiben. ibi, qui puberem ætatem nunc ingressus est. nota hæc verba, nunc ingressus. vt suprà dixi, quæ præsens tempus demonstrant. &.l. qua ætate. ff.de restament. loquitur de eo qui in vltimo decimiquarti anni die comperitur esse. Idem in.l. in vsucapionibus.ff.de diuers. & tempo. præscrip. sic igitur cum lex ferulam aut habenam loco pœnæ & quæstionis ordinauerit in impuberibus viripotētibus, & sic decimiquarti anni circa sex menses, vt dictum est, hoc extendere nō puto conueniens. & in hoc vides satis esse respōsum ad dictum.c.primum.extra de delic.puero. Adde Lucam de penna in rubrica.C.de proximis sacrorum scriniorum.libro duodecimo.

21 Ex his videtur † probari legem nō pati de inhabilitate ex defectu ætatis prouenientе interpretationem: cum defectum ætatis patientes puniātur, dūmodo intellectum aliquē habeāt. tex. & hic & in.l.impunitas.C.de pœnis. & in dicto.c.primo.extra de delict.puero. licet fortiter obstet.l.si.C.de testa.milit. vbi leges antiquæ testandi facultatem concedentes pupillo numerorum tribunatus exercenti merito per Iustinianū reformatur, quoniam existimauit absonum esse pupillum propter priuilegia militum, cum stabilem mentem non habeat, posse testari. & ob id licet filio patrem extraneo postponere extraneū instituēdo. facit.l.qua ætate.ff.de testamētis.iuncta.l.prima.C.de sacrosan.eccl.quæ noluit permittere testandi facultatem patientibus defectū ætatis, etiam ad pias causas. Et in vnam & alteram partem pulchre disputat Lucas de penna in l.prima.columna quinta.C.de deserto. & occultato.libro.xij.plene per Alexan. post Barto.in l.prima.§. nuntiatio.ff. de noui operis nuntiat. Bald. Angel. Roma. Areti. Alexand. & omnes in.l.finali.C.de testamen. milit. & licet.l.illa si. C. de testamento milit. pupillis testamenti factionem prohibeat, non videtur tamen optima consideratione Iustinianus hoc prohibuisse, du-
22 plici ratione. † Prima, quoniam & hi qui ex priuilegio capaces fiunt, qui aliàs incapaces sunt debent augmentum à lege recipere quo magis, & non quo minus.l.quinta.§.si emācipatus.primo.ff.de bonorum posses.contra tabul.ibi, quo magis admittatur, non quo minus adhibeatur.l. si.ff.de constitut.princ. non habita ætatis discretione.l.quidam consulebant.ff.de re iudicata.c. cum vicesimum.extra.de offic.delega.eo maxime quòd princeps conferens non sine ratione moueatur.l.ex facto.ff.de vulga.& pupilla.substitu. & est tex.hic.ibi, & tamen non sine ratione. Secunda, quoniam à principe fit capax, qui aliàs incapax est, dicta.l.quidam consulebāt.ff. de re iudicata. &.d.c.eùm vicesimum.extra de officio delegati. & idem tenent omnes in dicta l.finali.C.de testa.milit. sic & à lege fieri potest. l. venditor.§. si constat. ff. communia prædi.l. priuati.&.l.prospexit.ff.q & à qbus. Tertia causa reuocationis non videbatur conueniens, quia si in criminalibus hæc lex & similes suprà allega
23 tæ † impuberē pubertati proximum puberem existimant & doli capacē, qui potest rei intellectum habere, dicto.§.in summa. & ex illo capite illos punit: si in odiosis hoc dicimus, quantomagis

gis in fauorabilibus dicēdū est præsertim in his qui sua industria quæsierunt, vti sunt milites, de quibus loquitur illa.l.fi. Et minus debeat obstare quod considerauit Iustinianus de filio, qui quanquam stabilē mentem non habeat, patrē tamen sua successione posit priuare. quanto magis in criminalibus hoc considerādum est, qui se nō debet priuare beneficio legis cū dicit, qui stabilem mentē nondum adeptus est. data igitur capacitate intellectus priuilegiū antiquarum legū rationi congruum erat: non igitur militibus tri-
24 bunis factis deneganda erat illa facultas: † cùm non nisi capacibus intellectus tribunatus concedi soleat. argueretur in hoc natura quæ quādam ingenij fœlicitatem donauit qui propter eam nō tribunatus tantū verum etiā Imperatoris promeruerūt officiū, exēplo Gordiani Imperatoris q in anno suæ ætatis decimotertio in Imperatorem à militibus annuente senatu electus est, qui paulo ante Cæsar factus erat, cuius in repeti.§. non aliàs.in.l.necessarios.suprà eodem. meminimus post Pomponiū Lætum in principio Romanæ historiæ: cuius successibus Persicum nomen deletum fuisset, nisi Iulij Philippi insidijs occisus fuisset. possent & alij plures commemorari si historiam texere liceret. distingue igitur vt salues illam legem fina. ab impugnatione prædicta, & ab ratione dubitandi.

Quandoq; lex ætatem & implementum eius ad effectum alicuius actus perficiendi vnà cum intellectu considerat: & tunc licet aliquibus possit intellectus patere maior cæteris, iuris tamen regulæ in eis non relaxantur propter dubium. et ita considerauit text.in.l.qua ætate.ff.de testam. in.l.fin.C.de testamen.milit.l.ad rem publicam. ff.de muneribus & honoribus.l.si maritus.§.lex Iulia.in princi.& versic.minorem vigintiquinq; annis ff. ad legem Iuliam de adulter. sic quod si tales ex priuilegio à principe concesso ordinem aliquē recipiant cōtra defectum ætatis aut alium à iure limitatum non tamen interea possunt insignibus tali ordini conuenientibus vti. hoc a-
25 perte probat illa lex fi.C.de testa.milit. † quia licet pupillus tribunus fiat non tamē testabitur. Idem in.d l.ad rem publicā.ibi, minores deniq; nec decuriones creant, vel creati suffragiū inter cæteros ferre possunt.c.indecorū. extra de ætate & qualitate ordi. & ratio posita est in.l.prima §.pueritiam.ff.de postulando. quia moderandā hanc ætatem prætor ratus est ad procedendū in publicum. ratus est igitur prætor optima ratione, quia frequentius illa ætas nō omnino ea quæ periculi sunt euacuat. Licet Nerua filius in decimoseptimo aut paulo maiore publice de iure responderit. Idem in dicta.l.si seruum.§.sequitur. ff.de verbo.oblig. de Celso adolescente dicitur. sic Iustinianus propter anceps dubium, quo agitantur puberes, ratus est moderari leges antiquas, quæ pupillis minoribus quatuordecim an-
26 nis tribunis factis testari permittebant: † quia militia peritiores eos aut prudētiores non facit. Sed ad id dicunt Angel. & Moder. operari defectus naturæ, quod vitium naturæ à lege præsumptum faciliter remittendum non est. Quod prosequere per Alexan.in dicta.l.finali.C.de testa. milit. Adde aliam Alexand.solutionē in.l.si ab hostibus.§.si vir.ff.soluto matri. dum respondet ad.l.iij.§.vtrum.suprà eo. dum in ea probari dicit legē vel statutum generaliter loquēs propter publicā vtilitatē nō recipere restrictionē de inhabilitate: qui, inquit in illo.§.sed vtrum. actus serui in arguēdo occisores ex toto licitus erat: non mirū si seruus aliàs non inhabilis ad libertatem, in illo tamen casu propter publicū fauorem præmiū libertatis consequitur. secus si non ex toto licite seruus fecisset, propterea præmiari non posset, neq; libertatē consequi. Quod extendit Barr.in.d.l.j.C.de sacrosanc.eccle. quam Moderni sequūtur, etiā si de causa pia ageretur, vt pulchrè notat Alexan.in.d.l.fi.C.de testa.milit. Quādoq; lex factum considerat: & tunc aut factū ætatem tantū non respicit, sed intellectum agentis: tūc si intellectum simpliciter cum facto desideratur, quicquid factū erit, licet dānosum vel dānatum seu à lege reprobatum, facientem tamen non maculat, siue maior sit siue minor, pu-
27 bes aut impubes. † lex enim tantū quærit an is qui deliquit intellectum habeat sciatq; malum à malo discernere. lex enim tametsi in illis factum vt plurimū cōsideret, nō tñ simpliciter, sed cū adiectione, videlicet q animo seu intellectu, an casu vel impetu. Tolle exemplum in furioso maiore triginta annis aut mente capto vel dormiente, & sic de similibus personis, aut eo qui tuendo salutem propriam alium interimit, qui colluctando aut aliàs operam rei licitæ dando alium occidit: de quibus plene in.l. prima.C. ad legem Corneliā de sicar. l.prima. cum duabus sequētibus.ff.ad legē Cornel.de sicar.interfecisti. extra de homicidio.c.fi.de homici.in.vj.l.fin.ff. de rerū diuis.clemē.vnica. de homic. & hoc casu lex factum non punit, quia intellectus et animus cum facto non cōcurrunt. l.tam dementis. C.de episc.audi.l.diuus.ff.de offic.præsi. & hac ratione hæc lex et dictus.§.in summa.non aliter ætatē iudicauerūt, nisi de pubere doli capace & quod prope semestre pubertatem attingat. & ista per cōcursum lex desiderat, ætatē scilicet doli capacem, id est, quæ ex cōmuni hominū natura doli capax est, & quod intellectū habeat: his duobus cōcurrētibus propter actū de se malū & naturæ contrarium.l.vt vim.ff.de iusti.& iure.punit eos qui cōtra naturalē hominis instinctū peccant, videlicet hominē offendēdo vel occidēdo. Qualiter autē probetur in talibus, habes hic tex. & nō inuenies ipso meliorē declarātem ea per quæ nō tantùm coniecturari sed verè ad informandū iudicis animum probari potest. In primis intelle-

r

ctus. Secundò quòd impubes ætatis sit non mul tum à pubertate distantis, in qua intellectum ha
28 beat: quoniā & illi ætati lex plura indulsit. † Primò nanq; à tutela illos eximit vt inuiti curatores nō recipiant. §. j. insti. de curat. §. j. instit. quibus mod. tutela finit. l. prima. & . ij. C. quādo tutor & cura. esse desinat. Secūdò nubere seu matrimoniū cōtrahere cōcedit. §. j. insti. de nupt. Tertiò testari pmittit. d. l. qua ætate. ff. de testamēt. p quā etiā dies cœptus p cōpleto habeē. l. intra. ff. de diuers. & tēp. præscriptio. possessionē acquirere concedit pupillis. ff. de acqui. possef. & pariter hæreditatem: licet difficultates maximæ in eis comperiātur, quoniā plerūq; dānosæ sunt. §. neq;. insti. de autho. tutor. l. obligari. ff. de autho ritate tuto. plene in. l. more. & . l. sequēte. ff. de acquiren. hæredit. plersq; etiā alia similia hic recēseri possent: ista tantū sufficient. vnde cum intellectū habeant & vlterius eum qui huius ætatis pximus est præsumit lex iam puberū intellectū habere. Et hac rōne hæc lex pœna huius senatusconsulti vult puniri. Secundò hæc lex vlterius aliud cōsiderat quod ad pedes dñi cubuerat dū occidebaē dñs. Tertiò quod cædē dñi nō pdiderat, quæ ætas cum nō sit regulariter silētij capax, oh id hic puniē. & hoc argumentū supra cōfirmatū est ad exēplū Papirij prætextati cuius suprà meminimus post Aulū Gelliū li. j. noctium Atticarū. c. xxiij. & . l. ij. §. fi. ff. de libe. exhi. hic possent recēseri leges circa id vulgatæ, videlicet l. j. C. de falf. monet. l. fi. ff. de iur. & facti ignorā. l. impuberē. ff. de furtis. l. impubere. ff. de falf. cū plerisq; alijs, quarū meminit Lucas de pen. in. d. l. j. v. col. C. de deserto. & occult. lib. xij. ex cuius dictis habebis plures extēsiones quæ tibi suffi-
29 ciēt, præsertim si facinus taceat: † cùm in ius naturæ peccet, à q̄ nō est qui excusetur. l. venia. C. de in ius vocād. qnq; lex factū tantum in fauorē publicū desiderat, vti est in quæstione per nos disputata in. l. si quis in graui. §. vtrum. suprà eo. Si statutum ei qui brauiū acceperit seu latronē ociderit decē dari voluit: in hoc personæ qualitas non attenditur, vt ibi plenius dixi, sed factū tantum impletū sit. Sic & diuus August. ad beatum Hieronymū epistola octaua scribēs, non quis dicit, sed quid dicatur cōsiderandū esse ait. c. ego. ix. distin. Qnq; verò lex quæ ætatē desiderat cōpletam ad bonum publicū principaliter tendit: & non sufficiet ætas sine intellectu, nec intellectus sine ætate perfecta. Hoc pulchrè distinguit lex, ad rē publicā. ff. de munerib. & honoribus. Primò in his verbis, hoc enim in honoribus fauoris cā constitutū est vt pro plenis inchoatos accipiamus. & in versi. sequenti. Sed & in his honoribus, in quibus reipublicæ cura cōsistit, quid eis non cōmittitur & quam sequitur in versi. sequenti, cæterum cū dāno publico, inquit honorem eis cōmitti non est dicēdum, etiā cum ipsius pernicie minoris. &c. idem in. l. de pupillo. in princi. ff. de noui oper. nūtiatio. quandoq; verò de priuato pupilli cōmodo quæritur, nec ex publico quicq; mixtū habet: & tunc cōsideraē q̄d vtilius est pupillo. nā & pupillus. si vtile sit ei acqrere, lex vult ei acqri, d. l. pupillus. ff. de acq. hæredita. plene in. l. j. §. adipiscimur. ff. de acqui.
30 possessio. † Si verò pupillo damnosum est, con trahenti cum eo imputandum est, si sine tutoris authoritate contrahat. l. obligari. in princi. ff. de autho. tutorū. §. neq;. instit. eo. de autho. tutorū. Secundò nota hūc tex. fortè meliorem qui sit in iure, per quem probatur plura indicia simul cōcurrentia plenā delicti probationem facere, quæ per se distincta non probarent. Primò nanque omnes istæ coniecturæ, quæ supra expositæ & paulò inferius explicabimus, Trebatiū & Caiū hic aduersus pupillum mouent, quæ per se distinctæ non mouissent. sed illis simul iunctis sententiam in pupillū pronuntiauerūt, dum hic tex. ait, nec multum à pubertate aberat. nō enim ex hoc sequitur doli esse capacem, sed vbi cum eo intellectus concurrit. hoc versi. vt rei intellectum capere possent. infrà eadē lege pbat. pariter & . d. §. in summa. institu. de obligatio. quæ ex delicto nascun. Cæterum Trebatius addebat, & ad pedes domini cubuerat cum occideretur. hoc pariter per se sufficiens neq; cōcludens erat, secundū eum: quia cōstabat non potuisse domino opē ferre. hoc declarat versi. vt enim. & dictum est in. l. prima. §. potuisse. suprà eodem. Tertiò addidit, nec cædem eius prodiderat. hoc pariter non con cludebat omnino. quid si intellectum non haberet, vt dictum est suprà. & probat versi. ita silen-
31 tium præstitisse &c. † Sed omnibus his simul concurrentibus. l. seueram pœnam in pupillum nulla ætatis habita ratione imponit. Simile vides in l. fi. ff. de quæstio. in versicu. suspicionibus. Sed Romanus circa ista fortiter hic instat de. l. fin. C. de probatio. vt indicia sint indubitata, sic vt simul iuncta plenam probationem faciant. Tu autem clarius dic post glo. in dicta. l. fin. in verbo, vel indicijs, videlicet per se sufficientibus vel cū alijs: cū multa alia sunt. quæ glo. est vera. & hāc Romani doctrinā cùm imperfecta sit, declarat. Primò post Bald. in dicta. l. fina. dum ait, quædam esse indicia à lege indubitata, quæ etiam iudex pro exploratis habere debet, & sibi plenam probationem facere: quæ si appareant in facto vera esse, dicere debet plenam probationem de delicto sibi factā esse: quia lex hoc vult. & idē not. Bart. in. l. prima. in prima oppositione. C. de fide instrumēto. & iure hastæ fiscalis. libro. x. quem referunt Moderni Papien. in l. Labeo. ff. de pact. & tunc per illa indicia secundū eandē glo. indicare debet. & est quod vult dicere illa glo. in verbo, vel indicijs. dum dicit videlicet per se sufficientibus: quia propinqui sunt actui. & de his loquitur lex, si hi qui. C. ad legem Iuliam de adult. ibi, indicijs euidentibus. l. milites.

milites.§.oportet.in verbo,certis indicijs.C.de
32 quæstio. Secundo dic † indicia indubitata vt simul iuncta iudici probationē faciant, quam indubitatam habet. & de his loquitur hæc lex,vt dixi supra: quoniā indicia in hac lege relata per se non sufficiebant ad condemnationem: sed vbi cum multis concurrunt,sufficient. & ita Trebatius & Caius iudicauerunt,dum dixerunt sufficere ad condemnationem etiam impuberis,nō solum in committēdo,sed quod maius est,in omittendo: vt patet hic in versic. vt enim. quod pulchrè not. hic Ange. additur.l. qui sententiam.C. de pœnis. melius facit.l.fi.C.de quæstio.c.fi.extra quod me.causa.dicam aliás. Et hoc est quod hic Bal.meminit super verbo,prodiderat. dum exemplum dat de marito mortuo reperto & occiso,cū quo vxor dormierat: quia conscia præsumetur mortis.l.domini borreorum.ff.locati. per Bar.in dicta.l.fi.ff.de quæstio.Bal.in dicta l.fi.C.de probat. Alex.in.l.prima.C.de his quibus vt indig. Ang.in dicta.l.milites.C.de quæstio. Felinus in.c.afferte.post Innocen.extra de præsump.de his in.l.fi.C.ad legem Corneliā de falf.dixi in.l.tertia.§.si maritus.suprà eodem.
33 In tex.non sine ratione.nota † cum à legis dispositione recedendum est,non sine ratione aut causa recedendum esse,vt hic dicitur de Trebatio.Idē in.l.& si seuerior.C.ex quib. caus.infamia irrog.ibi,tamen cum proconsul vir clarissimus certis rationibus motus.l.quidam voluit. ibi,non sine ratione.ff.ad senatusc. Velleia.quā ad id notat Bart.in.§.fi.in authen.quibus mod. natur.efficien.legitimi.coll.sexta.l.sed & reprobari.§. amplius.ibi, valde tñ disciplinatos.ff.de excus.tut.l.eum qui triginta annis.ibi,habita cō sideratione videlicet meritorum.C.de decurionib. libr.x.facit.l.ad bestias.ff.de pœnis.l. prima.§.sexum.ibi,& ratio quidem probibendi.ff. de postulan.quibus adde Innoc.in.c.j.extra de cōstitutio.& ob id tex.in.l.ius singulare.ff.de le
34 gibus.inqt † ius esse singulare,quod cōtra tenorem rationis propter aliquā vtilitatē authoritate statuentiū introductum est.& in.l.in his.eo.titulo.in his non posse sequi regulas iuris.& in.l. quod non rōne.eo.titu. quod nō ratione introductū est,in alijs similibus nō obtinet. In text. nam is puer.hic incipit ratio,quæ Trebatiū mouit à verbis senatusconsulti recedere.ex qua nota quòd qui non multum à pubertate abest,dicitur viripotens & doli capax,per rōnem dictæ legis.j.§.impubes.suprà eo.ibi, nondū viripotēs. & sequitur,non in eadē causa erunt.hic enim viripotens dicitur,qui non multū à pubertate abest: aliàs puniri nō posset,per dictū.§.impubes.
35 Secundo † eum qui pubertati proximus est doli capacem à lege præsumi. si enim non esset doli capax,non puniretur,vt dixi suprà,& probat finis huius legis ibi,vt rei intellectū capere posset &c.idē in.§.in summa.insti.de oblig.quæ ex delicto nasc.quæ capacitas doli coniecturata est à Trebatio in casu huius legis,& sequūtur cōiecturæ. Prima est,quia cubuerat cū domino, nec cædem eius propalauit. Ex hac prima coniectura quā Bal.hic cōsiderauit & bene, cuius etiā suprà meminimus,dixit facere in argumētū cōtra vxorem quæ cū marito dormiuit, & mane mortuus inuentus est,vt ob id mortis mariti cōscia præsumat: sicut hæc de puero pubertati pximo dicit in verbo,participes.qd probat hic glo. in verbo,participes.l.j.§.potuisse.suprà eo.ibi, eodem conclaui.cōprobatur quod Bal.no.in.l.fi. C.de probatio.in simili de eo qui visus est exire cum gladio sanguinolēto,vt præsumatur hominē occidisse si mortuus aliquis inueniatur. Hic repeti posset quod de socio itineris diximus in l.& si certus.§.si vnus.suprà eodē.vxor enim socia est diuinæ & humanæ domus.l.j.ff.de ritu nuptiarū.soleo glos.allegare in.l.cum duobus. §.dāna.ff.pro socio.in verbo, surreptū.dum de vxore noctu surripiente pecunias marito loquitur. Facit lex tertia.C.de quæstio.quæ de vxore pūctualiter loquitur.dixi in eo.§.si vnus.quibus adde Ang.in.l.fi.C.de quæstio.de bis dicā latius in.l.lege Cornelia.infrà eodem. Secundò post Dinum nota hunc text. esse argumen-
36 tum,per quod † pupillus pubertati proximus pubes factus testimoniū ferre possit de his quæ in illa ætate vidit.de cuius quæstionis veritate plura scripserunt Lucas de Penna in rubr.C.de proxi.sacrorū scrinio.lib.xij.& in.l.j.in verbo, dominus.iiij.&.v.col.C.de deserto.& occulta. eo.lib.Felinus in.c.sup eo.extra.de sententia excōi.Paul.de cast.in.l.ex morte.C.de lege Aquilia.sed vltra quā ab eis dictū inueniā puto cōmunem cōclusionē de pubere intelligēdā esse,si huiusmodi pubes rei intellectū,de qua fert testimonium,capere poterat per hūc tex.quē ad id multum singularē esse arbitror. nam si pupillus pubertati proximus capax est pœnæ si rei intellectum capere potest,vt dixi,quāto magis testimonij capax erit. Dic propius aperte pbari in isto tex.impuberem proximum pubertati capacē esse testimonij,etiā in criminalibus. Hoc probat hæc lex nostra in his verbis, nec postea cædem eius prodiderat.& in bis verbis,ita silentiū præ-
37 stitisse certū erat. † hæc lex punit impuberē si silentio præterierit mortem domini, quam certā habet.oportere eñ necessariò cōcludere quòd hæc lex careret rōne,si testimoniū impuberis pubertati proximi aliqualē probationem nō faceret.frustra eñ ab eo fuisset desiderata detectio mortis domini,si fides aliqua ei nō adhiberet.l. aliquādo.§.fi.ff.ad Velleia. vnde cum lex eū puniat,si nō detegat,detegendo igit aliquid pdest ad probationē mortis domini: cuius testimoniū etiā cōprobatum est per senatum Rothomagēsem in quodam ciue Falesiæ qui vxorem suam præsente tantū eorū filio occiderat: cuius fides

ad quæstionē ꝓfuit, licet impubes duodecim annorum tantū esset.& glo.in.l.iij.§.j.in verbo,impubes.ff.de testibus.notat ad id istū text.vbi hic articulus per omnes post glo.disputatur.& in.l.ad testiū.§.j.ff.de testamē.in verbo,cōtigerit.& in.§.sed neq;.versi.impubes.insti.de testament. plenius quàm per Felinū in.c.cū nobis.iiij.col.
38 extra de præscript.† quia si capax est testimonij antequ pubes factus sit,quanto magis testificari poterit factus pubes de his quæ impubes vidit. Et hoc sentit hic Bal.dum ait,dictum testis valere,cum dicit aliquid factum esse,si eo tēpore factū est,quo rei intellectū testis capere poterat.

In tex.ibi,vt enim opem ferre.dic in actu homicidij.aliàs secus,vt dictum est in.§.potuisse.& §.sequentibus in.l.j.suprà eo.titulo.In tex.ita silentium præstitisse.nota hunc tex.forte meliorē qui sit in iure,cōtra receptatores latronū seu occultatores homicidarum,vt pari pœna puniātur qua & ipsi principales delinquentes.nam & hic tex.in verbo,participes cædis.participes appellat quia crimen non detegūt,licet aliter non occultent.Dixi in.l.j.§.occisorū.suprà eo.hūc tex. vidi allegari à quodā nostrate dicēte bene pro-
39 bari † eum qui delictum reuelare tenetur,licet illud probare non possit, teneri tamen prodere: alioquin tanquam particeps aut conscius criminis puniendus est.Nā hic impubes punitur,quia non reuelauit:licet ad probandū compelli non potuisset. Adde tex.in.c.plerūq;.ij.q.vij.c.meruit.xiij.distinct.dicam in.l.fideicommissum.infrà eo.vbi plenissimo stilo examino:quontā hoc dictum simpliciter sumptum non est verum.illic videbitur.Et sic vides duo occultatorum genera.vnum de eo qui crimen non detegit, qualis est is qui cū scit ab aliquo crimē cōmissum esse, & non detegit,aut accusando vel deferendo seu aliter prodendo vel manifestando, de quo vltimo loquitur hic tex. & ponit ea lex.j.§.incidit. ff.ad Turpilia. Aliud est de eo,qui occultat seu receptat:de quibus habes tex.addētem alia duo
40 genera in.l.j.C.de his quī latro.occulta.† Primum est eorum qui reū criminis sociando occultant,vt dicit principiū illius legis ibi, occultādo eum eāmve sociarūt.quales sunt hi qui post crimen commissum reum criminis sociant,ne forte in itinere à iudicis familia capiatur. Secundum quod ponitur in eadē.l.est de eo qui scienter reū criminis suscipit & supersedet iudicibus offerre vt oblatus pœnas luat facinoris.Tertium ponitur in.l.secunda eiusdem tituli.C. de his qui latro.occult.de eo qui sciēter reos detinet, & coactus non aūt sponte iudici offert.ibi,aut si scientes spōte nō fecerint.& in fine eiusdē legis ibi,si præsentes & sciētes vltro non obtulerint nocentes.Et de his nō spōte occultantibus plures sunt species de quibus in.l.ij.&.iij.C.de delat.lib.x. l.deferre.ff.de iure fisci.sed nihil ad nostrū tex. Quartum ponitur in.d.l.ij.C.de his qui latro.

nes occulta.in versic.sin autē propter multitudinem.de his qui manibus seu aliter iudicibus vel familiæ iudicis se opponūt quo minus reos apprehendāt,vel impediūt reorū apprehensiones. Hoc probat ille tex.in his verbis,vel aliàs parere distulerunt.& in fine eiusdem.l.ibi,vel admoniti eos exhibere distulerunt. Quintum est, in iudicibus negligētibus reos & occultatores eorum punire in dicta.l.secunda.in versicu.tribuni.&.l.prima.in fin.C.de deserto.& occultato. libro duodecimo.l.secunda.&.l.mercatores.C.
41 de cōmer.& mercato.† Sextum ponitur in.l.j. versi.in pari.ff.de recepta.de his qui pecunia acceptavel parte bonorū surreptorū negligūt reos apprehēdere,vel apprehēsos dimittunt: vti nostri seruiētes pro more suo facere solēt.secus aūt dicit ibi glo.si gratis dimiserūt:quod est falsum. d.l.j.C.de desertori.& occultato.ibi, gratia vel dissimulatiōe,sed hoc in iudice cuius officio incumbit punire.l.tertia.C.ex quibus causis infamia irroga.sed nihilo minus contradicit.l.prima.C.de his qui latro.occulta.nec obstat.l.j.ff. de receptato.quia lex illa priuatiuè nō loquitur sed extensiue, dum dicit, in pari causa. Vel dic vt ibi per Barto.clarius dicam in.l.pen.infrà eodem. vbi hæc occultatorū materia per me plenissime est discussa. Septimū est in hac.l.nostra
42 † in eo qui delictū non detegit,non tantū dixerim accusando vel deferēdo,sed etiā notificādo crimen.hoc probat hæc lex in duabus suis partibus.Prima est in his verbis,nec postea cædē eius prodiderat.Secūda in his verbis,ita silentiū præstitisse etiā postea certum erat. Quare ad excusandum eū à pœna qui aliter corpore iuuare nō potest,sufficit ei vt delictum manifestet.reliqua ad materiam huius tex.vide per Lucam de Penna in dicta.l.prima.C.de deserto.& occulta.lib. xij.Bald.in dicta.l.j.&.ij.C.de his qui latro. occult.Bart.in.l.j.ff.de recepta.& quod scribitur in.l.prima.§.quod aūt prætor.&.l.dolo.cū duabus legib.sequētibus.ff.de seruo corrupto.in.l. Fulcinius.§.j.ff. quibus ex causis in possessio.eatur. In criminibus vero extraordinarijs non grauibus secus dicendū est.l.qui vas. in princ.ff.de furtis.dicā de his plenius in.l.tametsi.infrà eodem. In textu,& his duntaxat. nota hic intellectū quem Trebatius ad senatusconsultum Sillanianum dabat, cuius verba ponuntur in.l.prima.§.impubes. suprà eodem.dum ait,impubes seu vel ancilla nondum viripotens non in eadem causa erunt: verum est, secundum Trebatium,si sub eodem tecto tantum fuissent.& glossa nostra in verbo, sub eodem tecto.dicit quasi dicat, nō interuenerūt prædicta tria de quibus glo.loquitur in verbo,certū.Tu aūt dic glo.verum non dicere: quoniam si vera esset, multo plus restringeret quàm Trebatius cogitauerit. Trebatius enim dum dixit debere senatusconsultū intelligi de impuberibus q sub eodē tecto tantum

tantum fuissent, ad eos tātum retulit qui quæ in dūm acta sunt, videre nō poterant, & dām adiuuare: sed si exaudire poterāt, quiçp audiendo tumultum potuerūt faciliter dñi occisores terrere, & hoc modo opē domino ferre: vel si opem vel auxilium suo corpore domino ferre non poterant, manifestare autem possunt, illos vult hoc senatusconsulto puniri, vt hic. similiter ad eos extendit qui in eodem conclaui erant cum dominus occisus est: vt puta si in eadē camera vterque iacebat, licet non in eodem lecto, tamen ad domini pedes cubuerat, vel cum ipso domino erat cum offensus est, vt forte in eodem horto, & dominus vidente seruo impubere occisus est, qui tamen postea non reuelauit, pariter ille puniatur. l. prima. §. cum dominus. suprà eodem. l. finali. C. eodē. & si glo. ista vera esset, & ad corticem huius legis acciperetur, ad hoc vt seruus impubes in pœnam huius senatusconsulti incidere posset, deberet stricte & in suis terminis tātum interpretari, videlicet quòd sit pubertati proximus, & ad pedes domini cubuerit & iacuerit. quemadmodum gloss. hic in verbo, certum. cōmemorat, & vlterius q̄ impubes intellectū haberet, & doli esset capax. & neque aliter huic senatusconsulto locus esse posset, nisi in casu suo seu expresso tantum, non ad alium extendere li-
44 ceret, cum † in criminalibus de vno casu ad aliū licita non sit extēsio. l. interpretatione. ff. de pœnis. l. cum quædam. ff. de liber. & posth. nō ergo si cū dño fuisset dormiens aut iacēs, sed nō in eodem lecto fuisset, nec cū occisus esset dñs ad pedes dñi cubuisset, vt inquit hic tex. ibi, & ad pedes dñi cubuerat. teneri nō posset. nō puto hanc fuisse iurisc ōsulti mētē. primo quia lex nr̄a principaliter pueri intellectū cōsiderat, vt si rē intelligat, aut verisimiliter intelligere potuit & acclamare, vel aliter manifestare. Et præcedenti argumēto obstat. l. fi. suprà de his qb. vt indig. dictū est suprà in. l. j. §. potuisse. & in tribus. §. seq. suprà eodē. Secundò satis est q̄d sit pubertati proximus. Tertiò quòd præsens fuerit aut pro præsente à lege habereť, vt si vocē dñi exaudire potuerit. Quartò quòd delictū in dominū cōmissum pandere seu manifestare neglexerit cum potuit, vt in simili dicit text. cū glo. in. l. fi. C. qui sine manumissio. ad libert. peruener. & hoc non tantum in hoc senatusconsulto singulariter, sed generaliter in quibuscunq alijs criminibus concludit, vt dicit finis huius legis ibi, his nō magis in cæde domini q̄ in vlla alia causa parci oportere. hoc idem probat. §. in summa. instit. de obliga. quæ ex delicto nasc. & iurecōsultus si interrogatus fuisset idem respondisset, vt dicit in simili text. in. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthu. prout respōdit in. l. prima. §. hoc rescriptū. &. §. cū dominus. suprà eodē. Ideo ex his collige quatuor dicta annotatione digna. Primum
45 de † impubere, qui cum domino in eadem camera erat dum occisus est dominus, qui rei notitiā habere potuit, si facinus in dominum commissum non prodat seu manifestet, criminis particeps censetur. Idem notatur in. l. prima. §. hoc rescriptum. suprà eodem. ibi, nam ei nō parcit qui in eodē conclaui fuit. Secūdò, si in via aut intra hortos vel alio loco dominus eo vidente & intellectum rei habente occisus est, si domini homicidium non manifestet, particeps est homicidij. tex. est hic & in. l. prima. §. cum dominus. suprà eo. in verbo, in itinere. & clare probať in dicta. l. fi. C. de his qui. vt indig. Tertio si impubes pubertati proximus vnà cum domino, fuerit cū occideretur, duntamen impubes proximus sit pubertati ad semestre. aliàs non, quātuncunque viripotens, & rei intellectum habeat, & sic doli capax sit, non tamen pro delicto siue in committendo siue in omittendo commisso punietur. Et iste textus probat melius quouis alio in his verbis, his non magis in cæde domini quàm in vlla alia causa parci oportere. Ecce qualiter hic text. non facta inter causas siue in committendo siue omittendo consistentes distinctione, generaliter in quibuscunque casibus concludit, vt in impuberes non sæuiatur, nisi cōcurrentibus his quæ
46 in hac. l. expressa sunt, † videlicet quòd doli sit capax, quoniam rei habet intellectum. Secundò quòd præsens sit actui, quando committitur, dū hic textus ait, & ad pedes domini cubuerat cum occideretur. Hic repete quæ dicta sunt in dicta l. prima. §. hoc rescriptum. &. §. cum dominus. suprà eodem. Tertiò quòd viripotens sit & proximus pubertati, vt hic in his verbis, nam is puer non multum à pubertate aberat. per quæ verba exponitur verbum, viripotens. positum in dicto §. impubes. suprà eo. l. j. & propterea dico verū non esse quod Philippus Decius in. l. in pupillum. ff. de regulis iuris. dixit arbitrio iudicis remittendum esse: quoniā in odiosis, maxime vbi lex tempus expresse determinat, non pōt aliter iudex moderari quàm lex arbitrata est. Et retorqueo contra eū doctrinā Bart. in. l. j. C. de sacro-
47 sanc. eccl. dum dicit † proximum pubertati etiā ad pias causas non posse testari, per illam. l. j. Et adde ad Bar. rationem, quia cum lex tempus testandi videlicet pubertatis præfixerit sic vt vix voluerit diem cœptum haberi pro completo, in l. qua ætate. ff. de testamen. l. ij. & dicta. l. si maritus. §. lex Iulia. versiculo, minorem. ff. ad legē Iuliam de adult. nec voluerit hoc posse extēdi, sed omnia priuilegia ab antiquis legibus cōcessa reuocauerit in. l. finali. C. de testamen. milit. nō potest igitur extensio vltra illud tēpus admitti. nec aliter retro trahendū esse puto. l. quædā. vbi idē notat Bal. ff. de iure codicillo. si in causa fauorabili non permittat hoc extendi, quanto minus in odiosa trahendum est, per regulā, odia. de regu. iur. in. vj. & ita etiā limitat tex. in dicto. §. in summa. & suprà responsum est ad. c. primū. extra de

delict. puerorum. Secundò hoc probo argumẽto indubio ex dicta. l. prima. §. impubes. suprà eodem. dum hoc verbo, viripotens, vtitur. non enim viripotens de iure ciuili dicitur ad hoc vt matrimonij capax inueniatur, tametsi forte tantæ sunt complexionis vt carnis capaces sint etiã ante annos pubertatis. non tamen illos voluit antea inter puberes annumerari, donec annum pubertatis decimumquartum impleuerint. §. primo. insti. de nup. &. §. j. insti. quib. mod. tute. fi-
48 nit. † si lex tempus fixerit, arbitrari minus lege non licet, & maximè quòd lex nostra & dictus §. in summa. aliqđ à cõmunibus iuris regulis detraxerint in his in quibus malitia ætatẽ supplet, aut verisimiliter supplere potest, quia intellectũ habeat, vt dixi. Et idem notat glo. prima in. l. impuberem. ff. de furtis. quæ vtitur hoc verbo, & non aliàs, per dictum. §. in summa. &. l. apud Celsum. §. si quis tutor. ff. de exceptio. doli. & ita tene. hoc Bald. hic notat dum iste text. vult sufficere quòd negligat impubes facinus manifestare, & sic delictum in dominum occultare. nec aliter hæc lex tales impuberes vult cædis participes dici posse, ad hoc vt tanquam participes puniantur. Sed nunc quæstio est an tales impuberes ea pœna qua maiores puniuntur, cum tale delictum perpetrant, puniendi erunt. Et videtur hæc quæstio esse de indubitabili per dictam l. primam. §. impuberi. suprà eodem. cùm dicat, & magis est vt de impubere nec quæstio habea-
49 tur. † & aliàs solet hoc in vsu obseruari vt impuberes non torqueantur, sed terreri tantum solent, & habena vel ferula seu virgis cædi, vt in. l. prima. in fine. extra de delic. puerorum. ibi, quãuis in eis nõ ita vt in maioribus puniẽda videatur. & dicit Baldus & Aretin. post eum in dicta. l. & si seuerior. secunda columna. C. ex quibus causis infamia irrogat. si pupillus homicidium facit, licet doli sit capax, quia tantum minor dolus in eo est quàm in adulto vel maiore indulto nõ decapitabitur, sed alia mitiori pœna punietur: licet secundum eum inueniatur iure scriptum, impuberes aliquando pœna capitali puniri. Allegat hanc legem nostram, excipiuntur. &. l. si arrogati. ff. de tutelis. ibi, vel deportati sunt pupilli. & ibi, item si in seruitutem pupillus redigatur. qui textus repetitur in. §. item finitur. institutio. quibus modis tutela finitur. sed hoc intelligendum est de his qui doli capaces & prope pubertatem sunt. & intellectum habent, & non aliàs, vt hic, & in dicta. l. apud Celsum. §. si quis tutor. ff. de exceptione doli. §. in summa. sæpè allegato supra post gloss. in dicta. l. impuberem. ff. de furtis. & idem declarat hic glossa finalis in verbo, alia. nam secundum eam aliàs tenentur impuberes ex delictis.
50 excipit duos casus. † Primus est quando ratione ætatis lex miseretur, sicut dixi in dicta. l. prima. §. impubes. suprà eodem. quibus adde. l. si adulterium cum incestu. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. vbi Claudiæ quæ incestum commiserat pepercerunt imperatores propter ætatem. Sed in adulterio aliter de impubere dicitur secundum glossam nostram. Et est secundus casus exceptus ab ea. De quo dic vt in dicto capitulo primo. extra de delictis puerorum. dixi in dicto. §. impubes. Et per hæc sit hæc lex cum suis glossis expedita.

MARTIANVS.

Si sequens gradus vltus fuerit necem testatoris: an prioris hæreditas ad illum transferatur? Et ait Papinianus non esse hoc. Nam pœna illius, huius præmium esse non debet.

Argumentum in præscriptæ legis sequentem Lectionem.

1 Hæreditas non adita non hæredis dicitur, sed defuncti: adita autem, statim hæredis dici incipit.

2 Hæreditas prioris instituti an transferatur ad secundum gradum substitutorum, si vindictam necis defuncti neglexerit.

3 Præmium nemini esse debet, quod ad pœnã à lege introductum est.

Caducitas bonorum non inuenitur locũ habere Digestorum iure, si re aut verbis, aut re & verbis coniunctus reperiatur.

4 Hæreditas occisi non defertur ad fiscum, nisi primo gradu vindictam necis negligente.

5 Substitutus cohæredem excludit, & fiscus vtrunque.

6 Beneficium quis facto tertij capere potest, quod per se alioqui non posset.

7 Vltionem de homicidis fieri reipublicæ interest, nedum occisi.

8 Obligatio an quandoq; diuidua esse iudicari possit.

9 Portio cohæredis non implentis voluntatem defuncti an cohæredi implenti accrescat, an verò fisco. & nu. 11.

10 Hæredes si plures sint instituti debent omnes ex æquo necem defuncti vlcisci.

12 Fiscus excludens substitutum, censetur à fortiori cohæredem excludere.

13 Cohæres qui pro sua parte non impleuit testatoris votũ, sua hæreditatis portione priuabitur ad cohæredem, qui

impleuit

impleuit, deuoluenda, fisco excluso. & nu. seq.
15 Substitutio si facta sit duobus copulatiuè, cohæres non excluderetur per alterum substitutorum.
16 Substitutus hæredi instituto terminum ad hæreditatem adeundam præfigi procurare potest.
17 Fiscus aduersus hæredem ad pœnam agere nequit ante legitimum hæreditatis adeundæ tempus elapsum.
18 Hæres qui dixit se necem defuncti nō vlturum, intra tempus sibi à lege concessum pœnitere potest.
19 Crimina suos sequi debent authores.
20 Substitutio hæreditate per hæredem institutum adita continuò extinguitur.
21 Fiscus qua ratione in bonis defuncti substituto præferatur, instituto non adeunte.
22 Filius liberti quare non nisi portionem per bonorum possessionem contra tabulas ab hæredibus auocare potest.
23 Institutio caduca efficitur, si hæres institutus neglecta necis defuncti vindicta ante hæreditatis aditionē moriatur.
24 Hæres institutus decedens ante hæreditatis aditionem, an transmittat ad hæredem suum ius deliberandi & adeūdi.
Substitutus locum obtinere nequibit, quandiu institutus hæres adire adhuc poterit.
25 Hæres institutus in facultate sua non habet substitutū hæreditate priuare, eandem ad fiscum transferendo.
26 Testatoris voluntas instituto substitutis, qualis esse præsumatur.
27 Caducitas in hæreditate locū sibi vendicare nequit, quādiu, substitutus vel coniunctus adire volunt & possunt.
28 Hæreditas caduca efficitur, si ea non adita institutus hæres moriatur.
29 Substituti causa primò à voluntate dependet testatoris, & secundariò à voluntate instituti hæredis.
30 Fiscus nō statim succedit hæredi defuncti voluntatem negligenti, sed ei præfertur substitutus.
31 Succesionis hi priores vtilitate gaudere debent, quos moriens testator honorare voluit.
32 Vitio de morte testatoris, tum ipsius defuncti fauore tum reipublicæ fieri debet.
33 Fideicommissarius vniuersalis in effectu hæres esse præsumitur.
Culpa hæredis instituti non nocet fideicommissario vniuersali.
34 Fideicommissarius in vim fideicommissi acquirere nil potest, nisi hæreditate per institutum hæredem adita.
35 Hæres institutus incommutabiliter dominus efficitur rerum hæreditariarum nullo dato fideicommissario, & non contra.
36 Pater substituto præfertur in hæreditate per filium repudiata.
37 Pater iure Codicis hæreditatem sibi relictam, filio etiam non adeunte, potest acquirere: iure verò Digestorū nō itē.
38 Filius in quibus patri acquirere dicatur.
39 Priuilegium in eius non debet odium retorqueri, in cuius est fauorem inductum.
40 Filius citra patris assensum hæreditatem sibi delatam ab extraneo repudiare nequit, nec etiam pater absq; filij voluntate. & nume. seq.
41 Filius tacite hæreditatem sibi delatam repudians patri pręiudicat.
43 Pater fraudem allegare nequit, cùm filius sibi delatam hæreditatem adire negligit.
44 Filius iussu patris hæreditatem adiens, substitutū sibi excludit: si sine patris iussu adierit, excludere nequibit.
45 Renunciare suo iuri potest quisq;, modo in alterius non vergat detrimentum.
46 Seruo non adeunte, substituto locus est.
47 Coniuncti duo si reperiantur, pro vna persona reputabuntur.
Prouisio legis tacita cessare debet, cum per testatorem expresse prouisum est.
48 Substitutionem vulgarem pupillari inesse quādo verū sit.
49 Substitutio his verbis cōcepta, hæres esse nolit, quos producat effectus.
50 Instituto liberè beneficium testatoris respuente, is honoris adipiscetur effectū, quem testator honore afficere voluit.
51 Honorati à testatore, per legem electi creduntur, vt cæteris omnibus anteferantur.
52 Hæredem aditione fieri, an diuersum sit ab eo quod est, repudiatione hæredem effici.
53 Succedere præ cæteris omnibus debet, quem testator reliquis prætulit.
54 Substitutus an semper efficiatur hæres, primo hærede instituto non adeunte aut repudiante.
55 Substitutio his concepta verbis, quisquis mihi hæres erit &c. quantæ virtutis sit.
56 Substitutio sic facta, si hæres non erit, & alium hæredem non fecerit, qualiter intelligenda sit.
57 Pater iure Digestorum hæreditatem filio delatam adire nequibat: filium tamen vt adiret cogere valebat.
58 Ius nouum sic intelligi debet, vt quàm minimum ius lædat antiquum.
59 Patre instituto hærede an filius substitutum excludere possit.
60 Filius in potestate patri acquirit, & non econtrario.
Peculium castrense non publicatur, bonis filij publicatis: sed fisco excluso patri conseruatur.
61 Extensio quandoque permittitur ratione paritatis personarum.
Fiscus non consequitur hæreditatem occisi, nisi hærede
62 instituto faciendæ vltionis in mora existente.



D MATERIAM huius legis vide pulchram quæstionem per Andreā de Iser. disputatā in. c. praeterea. iij. col. quæ fuit prima causa benefi. amit. colla. x. de primogenito proditionem committente an priuet sequentes filios feudo patris adhuc viuentis tempore delicti. Cui adde Bald. in authen. si captiui. C. de episco. & cleric. Priusquam autem huius legis difficultates aperiantur, visum est mihi hūc text. per singulas partes declarare, pariter & glo. eius. in primis in tex. dicitur, si sequēs gradus gl. j. cōmuniter approbata dicit, id est substitutus. & sic sequens gradus erit substitutorū, q̄m primus gradus est institutorū, substitutorū secūdus vel tertius. l. j. in prin. ff. de vulg. substi. probat hic text. in verbo, prioris hæreditas ad illum transferatur. Addit Ange. si sequens gradus venientium ab intestato.

Ex hac lectura succedunt hic plures difficultates. Prima est, an pluribus hæredibus institutis vno tantum negligente necem testatoris vindicare, negligenti succedet fiscus, an cohæres per

ius accrescendi, an verò substitutus. Et hoc propter.l.si duobus.§.fina.ff.de lega.j.&.l.si ita fuerit.ff.de manumiss.testa.l.post legatum.§.amittere.ff.de his quib.vt indig.aufer.hæredi.Secunda erit, si ante tempus adeundæ hæreditatis elapsum per substitutum aut agnatum proximum in gradu vlta mors fuerit defuncti, an fiscus excludetur, vel si institutus hæres dixerit se nolle defuncti necem vlcisci, eo forte animo vt substitutum spe succedendi fraudaret. tenendo lecturam Barto.hic & Ioan.de Imola in.l.recusare.§.si fisco.ff.ad Trebellia.an fiscus succedet.

Tertia, si filius in potestate patris existens hæres institutus dicat se nolle defuncti necem vlcisci, vel quod vult hæreditatem repudiare, an pater hæredis instituti vlcisci poterit, & defendendo mortem fiscum & substitutum excludet. Et ista dico propter Barto. disputationem communiter approbatam in.l.j.in.iiij.quæstio.principali.ff.de vulga.& pupilla.substitut. de qua etiam per Moder.in.l.eam quam.C.de fideicommiss. Quarta an fiscus excludet fideicommissarium vniuersalem propter hæredis instituti in vindicanda defuncti nece negligentiam, de qua in.l.si antequam.infrà eodem.& hæc difficultas causatur in.l.Marcellus.§.fina.ff.ad Trebellia. Secundò in hoc quod dicitur hic in text.prioris hæreditas: quoniam hæres quantuncunque grauatus hæreditatē per fideicommissum relinquere seu dimittere, adhuc nomine hæres est.§.restituta.institut.de fideicom.hæredi.dixi in.l.cum fisco.suprà eod. In text.vltus.dicit gloss. accusando.dic text.in verbo, fuerit.profectionem vltionis probare, & vindictam de occisoribus sumptam fuisse, vt dixi plene post glo.in.l.in cognitione.suprà eodem.

In text.an prioris hæreditas.id est hæredis primo gradu instituti, vt dixi in capite huius legis. Hoc idem dicit hic glo.in verbo, prioris. Ex his verbis propter extensionem Barto.duæ principales difficultates occurrunt. Prima est, an hæreditas in casu huius legis fuerit per hæredem primo gradu institutum adita. Et licet hic Roma. hæsitauerit, tu dic clare probari hæreditatē fuisse per hæredem institutum aditam antequam defuncti necem vltus fuisset, aut occisores accusare cœpisset. Hoc satis denotant hæc verba, prioris hæreditas.qm̄ vt in dicta.l.cum fisco.suprà eod.

1 † diximus antequam hæreditas adeatur, non dicitur hæredis hæreditas, sed defuncti: sed post aditam ab hærede hæreditatem iam cessat defuncti hæreditas vocari, & incipit hæredis esse.l.sed si plures.§.filio.ff.de vulgari & pupilla.substit. gloss. vbi omnes idem notant in.l.j.§.veteres.in verbo, per vnum.ff.de acquiren.possessio. Angel.& Paul.de castro in.l.j.ff.de acquiren.hæredita.facit.l.paterfamilias.§.at cum substitutus ff.de priuile.credito.vnde cum dicat prioris, & sic hæredis instituti hæreditas ad illum, id est substitutum vel agnatum transferatur, satis probat hæreditatem fuisse aditam: aliàs non esset prioris hæreditas, sed defuncti. Et fuisset maior difficultas quàm hic Bart.aperiat & Roma. post eum, videlicet si hæres institutus non adierit hæreditatem, & sic facta sit institutio caduca, vt dixi in.d.l.cum fisco.& post negligentiam ipsius hæredis instituti in vindicanda nece defuncti hæres institutus non adita hæreditate decesserit, & sic, vt dictum est, sit effecta institutio caduca: si tamen substitutus aut agnatus sequēs in gradu defenderint defuncti necem, sic quòd vltio inde sequuta sit, an fiscus talem substitutū excludet. Hoc dicunt Barto.& Roma. hic propter dictam.l.cum fisco.suprà eodem.in verbo, caduca. Secunda difficultas erit vt in priore si institutus vlcisci negligens cohæredem aut cohæredes habeat. licet hæc difficultas non videatur posse ex hoc textu colligi, vt dixi in præcedente articulo, cum dicat hic text.prioris hæreditas. & sic vult de primo institutorum gradu loqui vt omnino negligens sit in vindicanda defuncti nece, non autem secundus gradus, videlicet substitutorum vel agnatorum. Sed nō minus erit pulchra hæc difficultas extra casum huius legis, an isto casu excludet fiscum cohæres per ius accrescendi.ex qua succedit alia, si pater alterius cohæredum institutorū velit vlcisci necem defuncti, & re vera vlciscatur, an excludet fiscum & substitutum, maximè si fiscus non vult hæreditatem agnoscere, vt dicit text.in.l.recusare.§.si fisco.ff.ad Trebellia. si fiscus excludat substitutum, vti in casu legis nostræ dicitur, secūdum lecturam communē huius legis. Quæ omnes difficultates ex quæstione glo.nostræ in verbo, esse.procedunt.in primis dum dicit primas difficultates esse expeditas, loquentes de expresso vulgariter substituto, cùm institutus primò adierit quàm vindicaret. Secundò cum quærit, quid ergo si nullo modo adiuerit, vel adierit cum non debuerat. In text.non esse.hoc gloss.& bene in-

2 terpretatur, non esse dicendum † hæreditatem prioris hæredis instituti negligentis in vindicanda nece defuncti ad sequentem gradum substitutorum seu agnatorum transferēdam. & ratio in hoc textu est: nam pœna illius, huius præmium esse non potest. Cui adde quod Bald.notat in.c.conuenticulas.in princip.de pace tenen.& iuramen.firman.colla.x.dum de conspiratore loquitur, qui quanquam laudabilem conspirationem fecerit, nihilo minus conspirator à testimonio repelletur.c.cum I.& A.extra de re iudica. induci potest.l.si quis legatum.§.fina.ff.ad legem Corneliam de fal. quibus adde Roma.in.l.damni.in principio.ff.de damno infecto. cuius dicta haud multo post declarabimus. Adde Bald. in.l. qui fidem.ff. de transactio. dum de duobus quærit, qui pacem fecerunt, apposita pœna, & cum clausula, rato manente pacto.& Bart.in.l. capitis.ff. de fide

de fideiussoribus. & in. l. prima. & l. senatus. §. se
natus. ff. de iure fisci. tex. & ibi per Barto. in. l. ij.
C. si seruus export. venierit. tex. in. c. audiuimus.
& illic Hostien. in verbo, redundarent. extra de
collusio. deteg. & Bal. in authen. si captiui. C. de
episc. & cler. & quod scripsi in. l. ij. §. si maritus.
suprà eod. nunc plura dicemus.

In text. ibi, nam pœna illius instituti, huius
substituti præmium esse non debet. adde. l. si cui
in prouincia. in princip. ff. ex quibus caus. maio-
3 res. ex quo nota † quod à lege ad pœnam inuen
tum est, non esse ad præmium referendum. l. si
ab hostibus. §. si vir. ff. soluto matrimo. de quo
dicetur infra. His sic textualiter expeditis puto
esse videndum de veritate singularum difficulta
tum prius relatarum: nouissimo loco videbitur
an extensio Ange. ad hunc text. super verbo, se-
quens gradus. vera sit. quæ verba dicit posse de
agnatis ab intestato venientibus intelligi exclu-
so hærede à testatore instituto necem testatoris
negligente vindicare. Sed hic text. de substitutis
tantum, nō autem de agnatis hæredibus venien-
tibus ab intestato loqui videtur.

Circa primam difficultatem succincte præsup
ponēdum esse puto, vnum, quod in dicta. l. cum
fisco. præmisimus post Bartol. in dicta. l. si duo-
bus. in princip. ff. de lega. j. dum Barto. dixit de
iure Digestorum caducitati non esse locum, da-
to coniuncto re aut verbis, aut re & verbis si-
mul, per dictam. l. si duobus. §. fina. Bart. doctri
na existente vera cohæres fiscum excludet. Et vl
tra Barto. iste tex. pro eo plurimum facit cum di
cat de sequente gradu vlciscente mortem defun
cti, non autem si primus gradus non sit omnino
negligens, quia alter cohæredum vindicat. Pri-
mus enim gradus dici non potest negligēs, licet
vnus cohæredum negligens inueniatur, alij ve-
rò non. Et ratio huius est in fauorem defuncti,
ne pro parte testatus & pro parte intestatus de-
cedat. l. si quis hæres. & l. si duo. & l. quæsitum.
ff. de acquiren. hæred. §. hæreditas. versic. neq.
institut. de hære. instituen. & iste text. & similes,
4 † integram hæreditatem fisco non deferunt, nisi
primo gradu in totum negligente. Probatur in
ratione huius legis ibi, nam pœna illius scilicet
primi gradus negligentis, huius scilicet secundi
gradus præmium esse non debet. Vbi igitur pri
mus gradus non est in totum negligens, sed pars
ipsius gradus tantum, non videtur omnino pri-
mus gradus exclusus. Adde text. in dicta. l. si ita
fuerit. in primo responso. ff. de manu. testa. quæ
hanc quæstionem amplecti videtur, primò dum
in capite legis quæritur de libertate duobus ser-
uis relicta, si insulam ædificauerint, aut statuam
domino fecerint. conditio enim hæc indiuidua
est: nec sufficit eam pro parte impleri; sed altero
eorum tantum implente, consequetur implens li
bertatem. Et sic ab vno sufficit testatoris volun-
tatē impleri: licet non implens seruus remaneat.

Secundus casus illius legis est, si duobus fabris
centum reliquerit testator, si templum fecissent
seu fabricassent: an alter eorum defuncti volun-
tatem implendo partem legati consequetur. ille
text. ait, si ex verbis testamenti probari potest à
testatore solum desideratum fuisse suam volun-
tatem impleri: alter eorum implendo & sibi &
socio prodest. l. si quis duobus. ff. de legat. ij. Si
verò aliter testator voluerit: is solus qui implet
sibi tantum prodest. & cum hæc lex nō admittat
fiscum nisi data primi gradus negligentia, cuius
medio vlta est mors defuncti, non habet fiscus
quod conqueratur: satis est factum defuncto, pa
riter & huic senatusconsulto. In alteram partem
accedit trita illa iuris regula, substitutum ius ac-
crescendi, & sic cohæredem excludere. authent.
hoc amplius. C. de fideicommiss. de quo in. l. se-
cunda. §. si duo. ff. de bon. poss. secundum tabu.
l. quidam testamento. vbi per omnes. ff. de vul-
5 ga. substitutio. † & sic cohæres per substitutum
excluditur: sed cum substitutus à fisco exclusa-
tur, per hunc tex. sic fiscus excludet cohæredem,
per regulam, si vinco vincentem te. l. de accessio
nibus. ff. de diuersis & tempo. præscript. authen.
licet. vbi per Cinum & Bald. C. de natura. liber.
c. authoritate. vbi per Dominicum & Petrum
de Anchara. de concessio. præbend. in sexto. &
vt hæc prima quæstio reddatur aliquo pacto vti-
lis, Pone de duobus fratribus de feudo inuesti-
tis, quorum alter iuuare vult dominum, alter ve
rò negligit, an portio illius fratris negligētis do
mino acquiretur, an verò fratri? Bald. in. c. pri-
mo. quibus modis feud. amitt. colla. x. & Feudi-
stæ omnes Baldo posteriores eandem quæstio-
nem illic disputauerunt. dixit itaq; Bal. fratrem,
qui domino auxilium præbuit, sibi & fratri pro-
desse. l. si is qui duos. ff. de liber. lega. & dicta. l.
si ita fuerit. ff. de manumiss. testamen. propter
personarum & feudi coniūctionem. Hanc par-
tem sequutus est illic Aluarotus, & post eos Ia-
cobus de sancto Georgio in tractatu suo feu-
dorum, in his verbis, & promiserunt eidē domi
no suo præstare debita seruitia. in decimaquin-
ta quæstione. & Franciscus Curtius in tracta-
tu suo feudorum super rubrica, ex quibus cau-
sis feud. amitt. in decimatertia quæstione primæ
quæstionis principalis, pro confirmatione addit
6 tritum iuris adagiū, † aliquem posse facto tertij
beneficium accipere, quod ex persona sua conse
qui non posset. l. si communem. ff. quemad. ser-
uit. amit. Adde. l. si post mortem. §. fina. ff. de bo-
no. poss. contra tabu. l. fina. ff. de libe. & posthu.
Plura alia Felinus allegat in. c. placuit. iij. colū.
extra de præscripti. aliqua dixi in repeti. §. non
aliàs. in. l. necessarios. suprà eod. in materia pos-
sessoria: & in. l. prima. in princip. suprà eodem.
Adde Socinum in. l. j. §. veteres. ff. de acqui. pos.
Sed pro hac decisione adde text. multo plus con
cludentē in. l. liberis. §. si duo. ff. de lib. cau. cuius

suprà meminimus. Secundò his addo quod Roma.not.in.l.damni infecti.§.in princip.ff. de damno infecto.post Angelum dicentem se audiuisse viua voce Barto.legentem illum text.allegantem ad id principium illius legis, licet in lectura illius legis non inueniatur dixisse, si inter fratres patris hæreditatem diuidêtes conuentum fuerit nullum eorum in portione alterius ipsorum ratione iuris competentis vel competituri posse petere & forte côtingat alterum eorum iure suo cadere, quoniam forte monitus fuit voluntati paternæ intra annum satisfacere, qui nô satisfecit: quod legata præstare recusauit, aut aliàs voluntatem implere neglexit, vt in authē. hoc ampliùs. C. de fideicommiss. poterit alter frater, qui patris voluntatem impleuit, alterius fratris partem auocare: quia iure publico hoc contigit. Angel. super hoc articulo remittit se ad ea quæ Bart. & ipsemet Ange.in repetitione.§. duo fratres.in.l. qui Romæ.ff.de verbo.obligat.scripserunt. Et idem Ange.in.l.qui cum tutoribus.in princi.ff. de transactio. sic idem dicendum esse videtur in quæstione Baldi, in qua videtur bonum publicum versari, præsertim in casu huius legis, quia vindicta de morte occisi habita est.l. licitatio.§.quod illicite.ff.de public. & vectiga. facit ad prædicta pulchra quæstio disputata per glos. Bartol.& Floria.in.l.cômuni diuidundo.in verbo,confunderetur.ff.communi diuidun.repetita per Bartol.Roma.& alios in.l. fraudati.ff.de public.& vectig.per illum text.in fin.legis:quæ lex ius non decrescendi tantum admittit, non autem ius accrescêdi cohæredi permittit.idem tex. in.c.vnico.de vasallo qui côtra consti. Lotharij Regis benefi.alien.coll.x.notatur plene in.c.ex parte.extra de feud.& re vera, vt dicit glo.in dicta.l.communi diuidundo.ff. communi diuidū. ista quæstio est verè sabbatina, quia problematica est. Ex doctrina quippe omnium doctorum in locis prællegatis plus satis quantæ inter doctores sint varietates perpendere poteris. Ego verò intēdo alicui æquitati ex communiore doctorum opinione prouenienti superius insistere: & ad quæstionē huius legis & alias quæstiones superius propositas sic distinguendū esse puto, aut quæstio est de facto aliquo implendo in republicævel cōmunitatis beneficiū, aut in non faciendo. De primo exemplum est seu species in
7 hac lege: † quoniam nô solum defuncti interest vltionem necis fieri, sed & reipublicæ.l.qui cœtu.§.qui vacantem.ff.ad legem Iuliam de vi public.l. ita vulneratus.ff. ad legem Aquiliam. & d.§. quod illicite. dictum est in.l. diuus. suprà eodem.& hoc casu dic sufficere implementum illius facti per alterum ex correis debēdi fieri seu per eorum alterum qui debent implere. Et ita procedat iste textus qui præsupposuit primum gradum institutorum fuisse negligentem vlcisci necem defuncti. Si igitur primus gradus omnino negligens non fuerit, sed pars gradus tantū, quia vnus tantum neglexit, verum est dicere, primum gradum negligentem non fuisse, & ob id fisco locum non esse: verum est etiam non sufficere in parte prosequi, sed debet factum ipsum integraliter impleri: & si ipsorum alter ex integro non impleuerit, non dicitur legi neq; defuncto satisfactum esse: quoniā factum est de se indiuiduum. Et ita loquitur lex, si ita fuerit. in prima illius legis parte.ff. de manumiss. testa. quæ lex multū probat. Et per hæc respondetur ad.l.com muni diuidundo.& glo.suam.ff.communi diuidun.& ad ea quæ Ioannes Andr.scripsit in additionibus Speculi in titulo de locato.§. nunc aliqua.versicu. quid si ex pluribus. quem sequitur Roma.in dicta.l.fraudati.ff.de publi.& vectig. reprobantes Guliel. de Cunio & Bart.in illa.l. dicentes, si duo fratres tenentur singuli singulos denarios nomine vectigalis vel cēsus dare, si eorum vnus duobus annis continuis vnum denariū soluerit, alter verò nihil soluit, ad impediendam rei amissionem seu perditionē propter canonem non solutum iuxta dictam.l. communi diuidundo.ibi, alioqui præstatio vectigalis confunderetur.l.ij.C. de iure emphyteu. tunc solutio illorum duorum denariorum ab altero eorū facta debet pro solutione vnius anni cōputari, vt cuitetur rei priuatio, per.l.primam.C. de solutio.&.l. ex pluribus.ff. de solutio. quod verum non est, secundum Ioan.Andream & Roma. illic, eo quòd solutio ab vno tantum facta est, & singulariter pro iure suo, non vt fratrem, sed se tantum liberaret. Et probatur ex particularibus solutionibus diuersis annis factis, quare non potest alterius non soluentis persona subintelligi. l.ita stipulatus.§. Chrysogonus.ff.de verb.obli-
8 gatio.& facit dicta.l.cōmuni diuidundo. † quæ vult obligationem esse indiuiduam, etiam solutione, vt in.l. hæredes.§.an ea. versicu.igitur.ff. familiæ ercisc.tunc ratione indiuiduitatis partis solutio non liberat.l.in executione.§.pro parte. ff.de verbor.obligatio. Cui adde.l. si quis duobus.ff.de leg.ij. sed hæc non est quæstio nostra. sed ista est quādo solutio ab altero eorum in solidum facta est, isto casu solutio ab vno eorum facta, præsertim in indiuiduo alios liberat, per leges prædictas. Sic idem dico in casu præmisso. verum est autem in istis indiuiduis vbi vnus pro parte sua impleuerit, pro altera verò non, si propter partem non impletam res ab implente auocatur, dabitur illi ad interesse regressus cōtra socium negligentem, dicto.§.igitur.in.l. hæredes. ff.familiæ ercisciun.l.ij.§.finali.&.l.sequen.ff.de verbo.obliga.& in hoc Andreas Siculus in apostill. Bald.in dicto.c.§.quib.mod.feud.amitt.ita limitauit doctrinam Baldi illic quando actus talis est vt sufficiat per alterum eorum impleri. in hoc igitur restaret solum illud dubiū, vbi vnus insolidum impleuerit an iuri accrescendi locus erit, &

erit, & sic portio non implentis debeat acquiri impleti, an verò acquiri fisco in pœnam eius qui neglexit. Et iste text. in ratione sua annuere videtur fisco, non autem cohæredi implenti acquiri dum ait, Nam pœna illius huius præmium esse non debet.

Secundò textus in dicta lege, fraudati. in fine. ff. de publicanis & vectigal. & in dicto capitulo primo. de vasallo qui contra constitut. Lotharij benefi. alienauit. collatione decima. lege, si plures. C. de conditioni. insertis. & dicta lege, si ita fuerit. ff. de manumiss. testamen. quæ omnes illæ leges ius non decrescendi tantum, nō autem
9 accrescendi admittere videntur: † & sic portio illa cohæredis non implentis acquiretur fisco, nō autem cohæredi: sed cum fisco nihil desit seu deperit cum legi & defuncto satis est factū, quare dicendum esse videtur in obligatione illa indiuidua quantum ad illud implementum nihil debere fisco acquiri. non enim fiscus ad pœnam potest agere, nisi quatenus vitio non est facta: sed vbi vitio est sequuta sine accusatione cohæredis vel alterius, duntamē per primum gradum tempore legitimo vltioni satisfactum sit, non potest fiscus ad pœnam agere. l. sororem C. eo. vbi mors vindicata erat à sorore, non autem ab vxore, quæ hæres scripta erat.

Secundò est textus in contrarium in lege, si quis legata. §. finali. cum lege, cui fundus. in principio. ff. de conditio. & demonstratio. in. §. finali. dicitur, & pars eius qui non dederit, alteri cum sua conditione accrescit. in. l. cui fundus. dicitur, partem fundi consequi non potest, nisi totam pecuniam numerasset. Igitur numerando totam pecuniam solidum legatum consequitur. Et Martinus Laudensis in dicto. c. j. quibus modis feud. amitt. colla. x. cuius scripta transplantat illic verbatim Cardinal. Alexan. & sequitur Felinus in dicto. c. j. tertia colum. extra de præscript. dicunt in omnibus indiuiduis doctrinam Baldi supra relatam procedere, nō autem in diuiduis. Et ita dicunt procedere. l. fraudati. §. fin. ff. de public. & vectiga. & similes. Ad rationem huius legis responde procedere quia differunt specie. Secundò substituto locum non esse nisi in subsidium, & primo deficiente. secus autem in his qui in idem ius & eodem tempore concurrūt: vt est
10 in duobus horreis, † quales sunt duo aut tres hæredes instituti, qui omnes debent & ex eadem obligatione mortem testatoris vlcisci: quoniam simul ad id inuitantur, & omnibus simul & eodē tempore eadem necessitas imponitur. sed secus in substituto: quia quandiu extabit institutus nō est locus substituto, dicta authent. hoc amplius. C. de fideicom. l. si paterfamilias. ff. de hæred. instituend. l. cum proponas. C. de hæred. instituen. dicta. l. j. ff. de vulga. substitutio. Tertiò, quia factum vltionis est indiuiduum. non enim potest pro parte impleri, & implementum illud non est sine onere, quod non subijsset hæres implens in totum si cohæres nō fuisset negligens: vnde portio eius loco expensæ per eum factæ & pœnæ succedere debet, vt qui onus soluendo sustinuit pariter & commodum sentiat. Suadetur hac ratione, quoniam si posset contra non implentem agere ad interesse, dato quod aliquod commodum reportaret non implens interesse afficeret hæreditatem, vt dixi. non mirum igitur est si cohæres portionem hæredis negligentis lucratur. Sed si dicas debere solum actionem contra hæredem negligentem ad interesse competere, non autem quod isto commodo priuetur: dic quòd cum hæres non vlciscens puniatur priuatione totius hæreditatis, quemadmodum is qui vniuersum onus sustinuit grauatus est, ita in alio releuari debet, vt vniuersum commodum reportet, argumento. l. eum qui. in principio. ff. de iureiu. & ratio colligitur in dicta. l. si ita fuerit. ibi, non enim amplius conditioni parere potest, cùm semel captata sit. Et idem tenet gloss. in dicta. l. si plures. C. de conditio. insert. facit. l. post legatum. §. amittere. ff. de his quibus vt indignis. hoc tamen intelligas verum, nisi is qui solus impleuit, minùs festinus in implendo fuisset, vt dixi in lege, si seruus. suprà eodem. & ita limitat Bald. in dicta. l. si plures. quinta columna. C. de condi tio. insert. allegat. l. finalē. C. de bonis auth. iudi. posside n. l. ex parte hæres. ff. familiæ ercisc un. l. quarta. §. sed si messor. ff. finium regundo. Hoc idem dicit gloss. in. l. sororem. C. eodem titulo. quia tunc restituendo impensam audiretur. ita dicit Baldus in dicta lege, si plures. aliter non: vt ibi per Bald. Et ratio est quæ ponitur in. l. finali ff. de his quæ pro non scriptis habentur. quia exclusio occasione delicti venit. Adde Benedict. de Plumbi. in dicta lege, si ita fuerit. in fine principij. ibi, Item inducitur per Dinum. ff. de
11 manumiss. testamento. Si verò factum † quod impleri debet est diuiduum, & sto cum communi, per dictam legem, fraudati. §. finali. ff. de publicanis & vectigalibus. videlicet locum esse iuri non decrescendi portionis suæ tantum, vt dicam infra. & portionem non implentis fisco esse, non autem cohæredi per ius accrescendi acquiri per supradicta. Sed videbatur in isto iure non decrescendi portionem negligentis hæredis etiam acquiri cohæredi. lege vnica. §. si verò non omnes. C. de caducis tollendis. tu autem circa istud dic vt per Cinum in dicta lege, si plures. vt procedat illa lex inter re coniunctos, licet verbis disiunctos. vbi vero non sunt coniuncti: & procedat quod dictū est. sed plures hæredes instituti ob id nō dicuntur proprie coniuncti, nisi ad vnum effectum, quādo vnus repudiat, tunc alteri accrescit, ne testator pro parte testatus & pro parte intestatus decedat. sed per hæc

non videtur obiectum supra relatum de substituto esse sublatum, quod substitutus cohæredē excludat, dicta authen. hoc amplius. hoc verum, nisi ex voluntate testatoris aliter constaret, vt in dicta. l. si ita fuerit. secundo responso. ff. de ma-
12 numiss. testamen. † fiscus autem excludit substitutum: igitur fiscus excludendo substitutum videtur etiam excludere cohæredem, per dictam regulam, si vinco vincentem. Barto. in. l. re coniuncti. decima columna. versic. tertio quæro. ff. de lega. tertio. videtur hoc argumentum sentire dum quærit an coniunctus excludat substitutum. sed non ita in specie, vt suprà retuli. dixit autem Bar. licet regulariter substitutus coniunctū excludat per leges suprà allegatas: & addit legē qui patri. ff. de acquirend. hæreditate. l. vnicam. §. in primo. & §. in secundo. C. de caduc. tollen. cui adde. l. testamento. C. de impub. & alijs substitut. hoc tamen fallit si ex voluntate testatoris aliter appareat per dictam. l. quidam testamēto. ff. de vulgari & pupilla. substitut. ad id bene facit dicta. l. si ita fuerit. in secundo responso. ff. de manu. testa. sed huic doctrinæ plurimum obstat l. paterfamilias testamento. ff. de hære. instituen. per quam intendo conclusionem huius primæ quæstionis firmare: quia textus non vult attendi in hoc volūtatem testatoris cum dicat ille tex.
13 † paterfamilias suo testamento duos hæredes instituit, & eos iussit facere monumētum in diebus certis, hoc adiecto, qui eorum non fecerit omnes exhæredes sunto. alter hæredum testatoris voluntatem impleuit. dubitabatur an nihilo minus exhæres esset cùm cohæres nullam operā in monumento faciendo nauauerat. Respondet iureconsultus non fieri exhæredē, sed hæres erit insolidum secundum gloss. fina. & bene per rationem huius legis, vbi neminem ex alterius facto neque hæreditati alligari neque exhæredari posse. Quam rationem cōsidera cum dicto suo. in primis casum legis in ea decisum, cum in ea dicitur non potuisse testatorem facere quin alter suorum hæredum factum implere possit altero renitente aut adire aut implere, quoniam implendo cohæredis factum supplet: vnde pro onere solidam hæreditatem recipit. Primò recipit suā partem iure suo, alteram verò propter cohæredis delictum circa acquisitionem commissum. Si verò non vult integram rem percipere, poterit agere familiæ erciscūdæ contra cohæredem vt soluat. l. his consequēter. §. Celsus. ff. familiæ erciscund. Nec obstat substitutus, qui in medio est: quia causa substitutionis vulgaris intelligitur, si hæres esse non possit, aut esse noluerit, aut alium hæredem non fecerit: sicut dicitur de seruo in dicta. l. cum proponas. C. de hæred. instit. & dicta. l. si paterfamilias. ff. de hæred. instituen.
14 sed per dictam. l. si paterfamilias. † hæres in implendo negligens cohæredem testatoris voluntatem implendo solum hæredem facit altero hærede non implente omnino exclusio. sic idem in facto legis implendo: quia solus implendo satis eius voluntati facit: vnde solus hæreditatem consequi debet, cum non habet fiscus de quo queratur. satisfactum est enim sibi pro suo interesse. vnde cum sua desinit interesse per implemētum illius facti, fiscus excludi debet. Adde in argumentum pro hac nostra declaratione text. in. l. si proponas. §. fina. ff. de inofficio. testamen. sic nec substitutus, quia propter delictum hic priuatur, & reparatum est facto cohæredis suū hæredem repræsentātis, vt supradixi. secus autē si cohæres ex alio capite adire nollet, vel alium hæredē non relinqueret: quia tūc substitutus cohæredem excludet propter præsumptam testatoris voluntatem præferētis substitutum cohæredi, altero hæredum repudiante successionem. Sed casus noster præter testatoris volūtatem est. Adde quod notat Bart. in. l. prima. in quinta quæstione principali. ff. de vulgari substitut. dum Barto. ait, vbi
15 † substitutio duobus facta est copulatiue, substitutus non excludit cohæredem & coniunctum, sed vno adeunte extinguitur substitutio: quoniā tota hæreditas adeunti sibi accrescit. l. quidam testamento. ff. de vulga. substitutio. l. quamuis. C. de impuber. & alijs substitut. secus si separatim: quia vno adeunte quantum ad eum solum expirat substitutio, non quo ad alios non adeuntes. l. ex duobus. §. filium. ff. de vulgari substitut. & quod dicitur hic de cohærede vicissente, verum est, nisi in mora fuisset implendi, & substitutus ratione moræ institutorum hæredum cœpisset agere: tūc secus esset, quoniam vterque hæredum in mora constitutus est, & substitutus cohæredem excluderet secundum glos. in dicta. l. fororem. C. eodem. quæ ad id inducit hunc nouum text. sed an excludetur substitutus à fisco dubitatio est huius legis & quæstionis suprà per nos relatæ, maxime quando tempus vicissendi transactum non est, & interim substitutus hæredibus institutis negligentibus non tamen adhuc in mora cōnstitutis mortem defuncti defendit, & prosequitur: quia tempus lapsum non est: an tunc substitutus vicissens fiscum excludet. Veniamus igitur ad secundam quæstionem. pro qua decidenda præmittas vnum quod Barto. hic dixit ad tollendam huius legis præsumptionē quæ pro fisco contra hæredem adire negligentem resultat vt caducam faciat institutionem, & ob id hæres fortè negligit hæreditatem adire vt fiscum fraudet, & vt substitutus hanc præscriptionē tol-
16 lat: † quoniam substitutus antequam hæres institutus in mora per negligentiam constitutus esse dicatur procurare potest terminum hæredi instituto ad adeundam aut repudiandam hæreditatem præfigi, vt legis & defuncti voluntatem debitò tēpore impleat: quo elapso substitutus exequi poterit quod hæres institutus facturus erat: & hoc pacto fiscū successione possit excludere.

Secundò

Secundò dum hanc legem extendit etiam si caduca effecta fuisset hæreditas per.l.cum fisco. supra eod.quem sequitur hic Romanus,&.l. in servitute.§. & qui.ff. de bonis libertorum. his sic præmissis

17 Ad secundam quæstionem dic † non posse fiscum ad pœnam agere, priusquam legitimum tempus adeūdæ hæreditatis lapsum sit,vel quod legis præsumptione in mora hæres dici mereatur:vt docuimus in dicta.l.si seruus.suprà eo.Et ad id facit.l.sororem.C.eod.& quod notatur in l.si insulam.l. eum qui Calendis.§. qui ita.l. qui hoc anno. lege, si ita stipulatus.ff. de verborum obliga.per quas probari constat,non posse exactioni pœnæ locum esse,priusquam tempus legitimum vel à lege vel ab homine statutum lapsum sit. sufficit enim intra tempus iuris dispositioni legis satisfacere, per supradicta.Nec obstat ista lex: quoniam iam erat per hæredem institutum adita hæreditas,vt dixi in textualibus.Secus autem si hæreditas nondum fuisset per eum adita. Nec obstat si dicatur, hæredem dixisse se nolle defuncti necem vlcisci, duplici ratione. Prima

18 est,† quia potest intra tempus iuris re adhuc integra pœnitere.l.mancipiorum.ff. de optio. legata.l.filij.ff.ad Tertullia.l.liberi.C.de libe.causa. tex.cum gloss.in.c.venerabilibus. de senten. excommu.lib.vj.per quos text.Roma. idem notat in.l.si finita.§.Iulianus.ff. de damno infecto. & præsertim quando res est integra,dicta.l.filij. ff.ad Tertull.l.quod si minor.ff.de minoribus. Secundò alia ratione, quia tali declaratione per hæredem facta, si hæreditatem non adiuerit locus erit substituto, dicta.l.cùm proponas.C. de hæredibus institue͂.& dicta.l.si paterfamilias.ff. de hæred. instituen.& cum substitutus adhuc intra tempus iuris esset ad vlciscendum defuncti necem præfinitum, potest huic legi satisfacere: & sic non videtur fisco locum esse posse.Itaque veniamus ad secundum distinctionis nostræ suprà relatæ membrum.Aut quæstio est de aliquo facto non implendo:& dic solum contrauenientē

19 puniri:† quia factum delictum suos autbores tenet.l.crimen.ff.de pœnis.l.sancimus.C.eod. de pœnis.bene facit illa.l. paterfamiliàs testamento.ff.de hæred.instituen.quoniam si hoc non ita obtineret: tunc in potestate cohæredis esset cohæredem suum iure suo sine facto suo priuare. quod iuri & rationi nō conueniret, dicto.c.j.de vasal.qui contra consti. Lotha.benefi. alienauit. colla.decima. dicta.l.fraudati.ff.de publi. & vectiga.& idem tenent Mart.Lauden.Cardina.& alij moderni in dicto.c.primo.quibus mod.feu. amitt.colla.decima.hoc etiam ita declarant Bal. & Andre.Siculus in apostill.Baldi in dicto.c.j. & ideo Barto.hic substituto cautelam dabat, si pœnam huius senatusconsulti euitare vellet, vt terminum hæredi instituto ad adeundam hæreditatem præfigere faciat:vt suprà dixi,& in repetitione.l. dudum.C. de contrahenda emptione. idem annotauimus. Sed circa hanc quæstionem non placet mihi vnum quod Barto.& post eum Roma.hic dixerunt in dissolutione quæstionis, quam Bartol. hic facit, si hæres institutus non adierit hæreditatem,non esse extinctam causam substitutionis, an isto casu fiscus excludet substitutum:quoniam per hunc text.diffiniri non potest,eo quòd hic iam adita erat hæreditas non vi

20 ta testatoris morte: † quapropter non videbatur posse dubium habere:quoniam post aditam hæreditatem extincta est substitutio.l. post aditam.C.de impuber.& alijs substitutio. idem dicas in agnatis qui per aditionem exclusi sunt, & quæsita est defuncti hæreditas hæredi instituto: & ex tunc incipit in bonis hæredis esse,vt dixi suprà per.l.si paterfamiliàs.ff.de priuileg.credito. l.sed si plures.§.filio.ff.de vulgari substitutione. sed postquam quæsita est per hæredem,propter suum delictum per fiscum de manibus eius tanquam ab indigno eripitur.l. Marcellus.§.finali. ff.ad Trebellia.l. indignum.ff. de his quibus vt indignis.& lege prima.C.eodem titulo.Bartol. tamen quem hic sequitur Roma. & Ioannes de Imola in dicta.l.recusare.§. si fisco.ff.ad Trebellia.& plerique alij, quos refert & sequitur Alexand.dicunt etiam si non sit adita hæreditas, sed institutio tantum facta sit,propter negligentiam hæredis caduca sit, & acquiritur fisco, per dictam legem,cum fisco.suprà eodem.&dictam.l. in seruitutem.§.et qui.ff.de bonis liberto.Addit rationem,cuius suprà memini: quoniam aliàs in potestate hæredis esset posse fiscum fraudare. Imò plus,secundum eum,præsumptio est hæredem animo fraudandi fiscum distulisse hæredita

21 tem adire. † Vt igitur omnis fraudandi fisci occasio tollatur, lex nostra secundum eos fiscum præfert substituto.Sed non puto hanc Barto. & aliorum opinionem veram esse,nec probari aliqua lege aut ratione,quādo hæredi instituto datus est substitutus,sed directè est contra text. huius legis,vt dicam infrà.

Secundò text.in dicta lege,in seruitutem.§.et qui.ff.de bonis liberto.quem Bartol. ponderare voluit in versicu.si patronus. in fine illius legis, & illum sic inducere, patronus substitutus fuit hæredi liberti, qui viuo adhuc liberto decessit:filius patroni petijt bonorum possessionem contra tabulas liberti,quia nec patronus dum viueret,nec filius eius in legitima eorum portione instituti fuerant: portio autem eorum legitima de iure antiquo erat dimidia bonorum liberti.l. secunda.§. si patronus.ff. de bonis libertorum. §.primo. institutio. de successio. liberto. hodie verò est tertia tantum.§.sed nostra.institutio. de successio.liberto.de quo in lege prima.C.de bonorum possessio. contra tabul.liberti. Et obtinuit filius non solius substituti patroni partem occupare, verum etiam ab omnibus hæredibus

partem auferre, vt sua legitima portio supplere-
22 tur. Ratio † autem quare per illam bonorũ poſ-
ſeſsionem contra tabulas filius liberti non auo-
cat niſi portionẽ ab hæredibus, eſt: quia per bo-
norum poſſeſsionem contra tabulas liberti teſta
mentum non redditur omnino nullum, ſed tantũ
vſque ad concurrentem partem portionis patro
no debitæ. quod ſecus eſt in bono. poſſeſſ. con-
tra tabulas filijs competẽte: quæ in totum patris
teſtamentum annullat. l. cum emancipatus. ff. de
bono. poſſeſſ. contra tabu. idem notat glo. in di-
cta. l. prima. per illum tex. C. de bono. poſſeſsio.
contra tabul. ſic idem dicendum eſt in fiſco pro-
pter delictũ hæredis agente. Et ſic ille text. pro-
bat contra Bar. in his verbis, non ſolius ſubſtitu
ti partem occupare, verum &c. quoniam illa lex
rationem habet partis contingentis ſubſtituto
ex cauſa ſuæ ſubſtitutionis: licet ſubſtitutus vi-
uo adhuc liberto deceſsiſſet. Probat ille tex. ibi,
viuo teſtatore deceſſerit. alia ratione, quia filius
non eſt cõſequutus hæreditatem aut partem hæ
reditatis liberti ex cauſa caducitatis, ſed per be-
neficium bonorum poſſeſsionis contra tabulas.
& verſiculus, ei qui. minus probat Barto. inten-
tionẽ: quoniã loquitur de inſtituto patrono tan
tum, cui bonorum poſſeſsio cõtra tabulas liber
ti competebat, eo quòd in minus legitima liber-
tus eum hæredem inſtituerat: vt probat ille text.
& ita gloſſ. illic notat in verbo, patrono. quæ di-
cit, in modico inſtituto. Tertiò, quia nec poteſt
locus eſſe caducitati, quoniam patronus inſtitu-
tus ſuperuixerat liberto ſuo, qui patrono ſubſti-
tuerat an ſubſtituto patroni illa bonorum poſſeſ
ſio cõtra tabulas quæ inſtituto competebat, ſibi
etiam competeret, vel bona quæ in vim bonorũ
poſſeſsionis cõtra tabulas liberti obtinuerat. &
text dixit non competere. ſic ille tex. in nulla ſui
parte probat intentionem Bartol. Et Roma. ſe-
quendo Bart. conſiderauit tantum. l. cum fiſco.
ſuprà eodem. in verbo, caduca. quæ nullo modo
poteſt probare illorum intentionem. nulli enim
23 dubium eſſe poteſt † hæredem inſtitutum qui in
vlciſcenda morte teſtatoris negligens comper-
tus eſt, ſi decedat hæreditate non adita inſtitutio
nem reddere caducam: vt dixi in. l. cum fiſco. &
propter peccatum in nõ vindicanda nece defun
cti commiſſum hæredẽ facere, cùm nullus alius
ſit qui ex teſtamento adire poſsit. Præterea in ea
nec cohæres neque ſubſtitutus datus erat. Vnde
illa lex nullo pacto poteſt quicquam pro Barto.
afferre: quare remanet quæſtio Barto. indeciſa.
Ob id oppoſitum ſentio: quoniam dato ſubſtitu
to per teſtatorem, tria conſideranda ſunt antequam
ſubſtituto locus eſſe poſsit. Primum quod inſti-
tutus hæres eſſe non potuit. Secundò, quòd aliũ
hæredem non fecerit. Tertiò, quòd hæres eſſe
noluit. Vnde licet hæres fuerit in mora adeũdi,
tamen donec tempus moræ lapſum ſit, per quod
tacitè ex diſpoſitione legis coniecturari & iudi-
cari poſsit vt hæres eſſe nolit. l. prima, & ſecun-
da. C. qui admitti ab bono. poſſeſſ. poſſunt. ſub-
ſtitutus in vim ſuæ ſubſtitutionis non poterit
adire hæreditatem. lege, ſi paterfamiliâs. ff. de hæ
redibus inſtituend. dicta lege, cùm proponas. C.
24 de hæredibus inſtituend. † Imò plus ius delibe-
randi & adeundi hæres inſtitutus ad ſuum hære-
dem tranſmittit. lege vnica. C. de his qui ante a-
pert. tabu. l. cum antiquioribus. C. de iure deli-
beran. lege, ſi paterfamiliâs. ff. de hæredibus in-
ſtituendis. notat Barto. in lege prima. quinta co
lumna. ff. de vulgari ſubſtitutio. & dicit Bartol.
ſubſtitutum debere expectare quod hæres repu
diet, vel alio modo excludatur. Cui adde tex. in
lege tertia. ff. de acquirenda hæredita. quandiu
enim prior hæres inſtitutus hæreditatem adire
poteſt, ſubſtituto locus eſſe nõ poteſt niſi ſecun-
dum gloſſam, illic tempus hæredi ad adeundum
præfinitum elapſum fuerit. lege, quandiu inſtitu
tus. ff. de acquirenda hæreditate. imo plus non
valeret repudiatio per ſubſtitutum facta ante-
quam hæres de ea decretum ſuum manifeſtaue-
rit. lege, is qui hæres. §. ſi quis dubitet. in fine. ff.
de acquirenda hæreditate. quare ſi poſt lapſum
tempus, quo inſtitutus hæres in mora iudican-
dus fuit, non tamen poſſeſſitus in mora dicitur:
quare ſi ſubſtitutus quem teſtator hæredem ſi-
bi elegit, vbi primus hæres intra tempus legiti-
mum ſibi præfixum hæres eſſe noluit, & ante
aditam per eum hæreditatem ſubſtitutus mor-
tem defuncti vlciſcatur, nihilo minus priuan-
dus ſit ſubſtitutus hæreditate, hoc non eſſet ra-
tioni conſonum: nec iſte text. hoc dicit: imo ob-
ſtaret dicta lex, quandiu inſtitutus. ff. de acqui-
renda hæreditate. Et ſi hoc locum obtineret,
25 † in facultate hæredis eſſet contra expreſſam
defuncti voluntatem ſubſtitutum hæreditate
priuare, & hæreditatem ad fiſcum transferre.
quod fieri non poteſt, vt dixi ſuprà, per dictam
legem, paterfamiliâs teſtamento. ff. de hæredib.
inſtituendis. quinimo text. ille dicit teſtatorem
hoc non poſſe facere, & reijceretur de teſtamen
to clauſula, ſi fuiſſet appoſita, multo minus hæ-
res inſtitutus qui quantum poteſt voluntatem
teſtatoris implere debet. §. ſi quis autem non im-
plẽs. in authentica, de hære. & falci. collatio. pri-
ma. hoc facere poteſt. Secundò aliud ſequeretur
abſurdum, quod legis prohibitio in adeundo
priuationem iuris quæſiti ſubſtituto induceret,
introduceretque quandam iniquitatem. quod eſ-
ſet contra legem, ſenatuſconſulto. & ea quæ ibi
per nos dicta ſunt, ſuprà eodem. & iſta fuit cau-
ſa reuocandæ legis Papiæ, per Iuſtinianum. lege
vnica. C. de caducis tollendis. & pondera in
hoc. l. tertiam. §. fin. vbi plene dixi ſuprà eodem.
26 Tertiò militat † tacita teſtatoris voluntas in con
trarium. teſtando enim & dando ſubſtitutum,
ex interpretatione legis & voluntatis teſtatoris
ordinare voluit vt ſi primus hæres inſtitutus,
hæres

hæres esse non vult, & ea facere quæ officio recti & boni hæredis incumbunt, vt per substitutum ab eo suppleatur & impleatur. Quartò, iste text. loquitur in casu quo adeũdo & sic in faciendo quod facere non debuit post ius iam sibi per aditionem quæsitum neglexit defuncti necem vlcisci, vt probant hæc verba, an prioris hæreditas ad illum transferatur quam ad id suprà induxi super verbis, prioris hæreditatis. cuius esse non potest, nisi postq̃ hæreditatem adiuit sic acquisitam amittit, & fiscus solum quod illi acquisitum est aufert, dicta. l. Marcellus. §. finali. ff. ad Trebellia. Nec obstat verbum, caduca. positum in dicta. l. cum fisco. Primò, quia in ea nõ est datus substitutus. Similem solutionem tradit Barto. in. l. si duobus. §. hæres. & in fine principij. ff. de leg. primo. cùm respondet ad. l. item veniunt. §. pridie. ff. de petitione hæreditatis. Angel. in. l. si paterfamiliás. ff. de hæred. institiuen. de quo dicetur in quæstione sequente. Secundò alia ratione, quia adhuc institutio in hoc casu non est facta caduca, licet institutus primo gradu nõ adierit, eo quòd effectus institutionis adhuc remanet in persona instituti, qui large institutus dicitur, dicta. l. prima. ff. de vulga. substitu. Caducitas autem procederet quando nullus esset datus substitutus, & institutus hæres non adijsset: sed dato substituto, licet institutus non adeat ex testamento, nõ est effecta caduca testatoris voluntas: quia secundum testatoris voluntatem ex testamento locus est substituto. l. iij. C. de impube. & alijs substitut. non autem caducitati. Et ita est text. clarus in. l. vnica. §. pro secundo. C. de cad. tollen. quoniam fiscus, qui ex lege Papia succedebat si hæres institutus ex testamento non adibat hæreditatem, substitutum tamen aut coniun-

27 ctum non excludit. † sic dato substituto non potest locus esse caducitati, si substitutus vel coniunctus adire volunt. Quare in quæstione posita licet hæres institutus propter moram factam in adeundo hæreditatem priuetur, non tamen fisco acquiretur, sed substituto, si velit in vim suæ substitutionis adire, & implere quæ officio veri hæredis incumbunt, antequam hæreditatem adeant. Adde aliud fundamentum ex. l. cum antiquioribus. C. de iure deliberandi. ibi, deliberationem meruerit, vel hoc quidem non fecerit, non tantum successioni renuntiauerit, vt ex hac causa deliberare videatur: & sic moriens viam substitutioni aperit: de qua in dicta. l. cum proponas. C. de hæred. instituend. & l. si paterfamiliás. ff. de hæred. instituen. nec ob id cautela Barto. multum necessaria est, vt dixi in. l. in cognitione. suprà eodem. Licet enim hæres institutus statim, id est quamprimum potest, defuncti mortem vlcisci debeat, vt illic dixi argu. l. continuus. in princip. ff. de verbo. obligatio. l. secundam. §. confestim. ff. ad Tertullia. l. cum quidam. ff. de lega. secundo. Cæterum abundans cautela non nocebit. l. si pupilli. §. primo. ff. de nego. gest. l. testamentum. C. de testament. per dictam. l. quandiu institutus. ff. de acquiren. hæreditate. Nec obstat ratio Barto. quod præsumitur nolle adire hæreditatem in fraudem fisci. quoniam nõ potest hoc

28 esse verum. † si enim non adeat, & decedat hæreditate non adita, est locus caducitati, dummodo non sit illi datus cohæres vel substitutus: vt paulò ante declarauimus. Præterea in non acquirendo potest præiudicari, nec reuocari potest sub hoc colore quòd in fraudem noluit acquirere. l. prima. §. quod si in lite. versicu. sed si puta. ff. si quid in fraudem patro. alie. fuer. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de dona. inter virum & vxo. l. item si res. §. primo. versic. neq; enim. ff. de aliena. iudi. mutandi causa facta. Licet fiscus hæreditatem sibi acquirere posiit duplici capite. Primo ex causa caducitatis, iuxta ea quæ dixi in dicta. l. cum fisco. Secundo ex capite non vltæ necis defuncti per hoc senatusconsultum. l. prima. C. eod. l. pri-

29 ma. C. vbi causæ fiscales. † Causa autem substituti non dependet principaliter ex voluntate hæredis, sed testatoris, & secundariò hæredis, acceptando vel repudiando: vt dixi. §. liberis. instit. de pupilla. substitutio. l. quidam elogio. C. de iure delibe. nam testator potest institutum & eundem substitutum facere. l. prima. ff. de vulgari & pupilla. substitutio. quem sic substitutum, licet in parte tantum substitutum facit vniuersalem hæredem velit nolit per ius accrescendi, vbi cohæres adire hæreditatem renuit. l. testamẽto. C. de impube. & alijs substitut. nisi testator ex causa alium voluerit substituto præferri: vt in. l. quidam testamento. ff. de vulga. substitutio. in hoc clausula non reperitur à iure reprobata, vt dixi suprà.

Igitur ad vnum effectum tantum acceptando vel repudiando expresse vel tacitè, vt dixi, operatur: sed facultas succedendi seu potestas priuandi substitutum successione non competit hæredi instituto, nisi adeundo: repudiando verò aperit locum substituto, vt suprà docuimus. Et hoc est, quod dixi, causam substituti ab hærede non depẽdere. Quare puto primam opinionem hic in gloss. recitatam veram esse, & quam ipsemer gloss. sequitur, cum dicit argumento contra in authen. de hæredi. & falci. §. si verò institutio & substitutio. quam gloss. tene reprobata opinione Bartoli & Roma. hic & glos. in dicto. §. si verò institutio. in verbo, ad substitutum. causam esse dicit, quæ ex beneficio illius legis procedit: quæ in suo casu rationem reddit, & quam in decisione huius quæstionis deduximus. Quinimo ille text. plurimum illi obstat, cùm dicit de hærede instituto negligente voluntatem defuncti intra tempus iuris implere, hæreditate per eũ adita & omni commodo hæreditario priuatur, dicto. §. si quis vero non implens. in authen. de hæ-

30 re. & falci. sed † cum propter hæredis negligen-

tiam sequitur priuatio, sic propter delictum eius
in omittendo deberet fiscus succedere: non ta-
men succedit, sed primo loco substitutus, & post
substitutum cohæres, & deinceps aliæ personæ:
de quibus in illo text. & licet secundum glos. ibi
in verbo, substitutum. videbatur obstare argu-
mentum quod sumptum est hic pro ratione deci
dendi huius legis, quod est de. l. post aditam. C.
de impub. & alijs substit. post aditam hæredita-
tem expirauit substitutio: eodem modo proce-
debat in decisione illius. §. si verò institutio. ta-
men text. contrarium decidit, & præponit substi
tutum fisco: quãto magis deberet dici in casu hu
ius legis, maximè cùm iam substitutus necem te-
statoris vltus fuerat. & glo. quæ facit istud obie-
ctum in dicto. §. si vero institutio. in verbo, sub-
stitutum. vt dixi dum ait, secundum opinionem
aliquorum, quos non improbat hoc operari il-
lius legis beneficium. quasi diceret, sufficit pro
decisione Iustiniani legislatoris voluntas. idem
dixit ibi Barto. & in. l. j. ff. de vulga. substi. quod
non puto verum. Sed licet hoc statuerit illa lex,
causa tamen constitutionis fuit ratio voluntatis
31 testatoris vt præcedant † hi in succedendo quos
testator moriens honorauit seu prius honorare
voluit, ne sua intentione fraudetur: quia non
tantum cogitauit institutum ad implẽdam ipsius
voluntatem onerare, sed illud onus repetere vi-
sus est à substituto. Et idem notat tex. in dicto. §.
si quis autem nõ implens. ibi, ita vt omnibus mo
dis quod præceptum est per testantẽ impleatur.
idem in. §. si verò nullus horum de quibus testa-
mento memoria facta est. §. si verò nullus fuerit.
ibi, propter dictam iandudum rationem. in. §. si
verò nulla. vbi ponitur pœna hæredis non im-
plentis: quæ pariter repetitur, in dicta. l. Marcel
lus. §. fin. ff. ad Trebel. & expressius in. §. si verò
ablatam. ibi, non absurdè hoc factum est, nec in-
aniter, nec quasi aliquem lateat quod decet, sed
ex prouincia & secũdum legem vt finitis primũ
omnibus secundum testamẽta personis, deinde
abrenuntiãtibus &c. nota singulariter illud ver-
bum, & secundum. & sic non præter seu contra
legem, quicquid dicant glo. & Barto. illic in au-
then. de hæred. & falc. Secundo nota illa verba,
secundum testamenta. & sic ista lex videtur con
tinere quandam iniquitatem, per illum text. nisi
dixeris in casu nostro manere rationem dictæ. l.
32 post aditam. Cum in hac nostra lege † sit duplex
fauor, scilicet defuncti, & vt vltio sui sanguinis
vel eius, à quo beneficium recepit, fiat, vt dixi in
l. præcedente, & in. l. in cognitione. Secundus fa
uor reipublicæ, cuius interest ne delicta maneãt
impunita: vt metu pœnæ facilius ad sumendam
de nece testatoris vindictam inuitentur, dicta. l.
prima. C. eod. titu. quod secus est in casu dicti. §.
si vero institutio. in quo sola principaliter ratio
exequendæ voluntatis testatoris consideratur.

Ad tertiam quæstionem dic principalem du-
bitãdi rationem esse, quia eadem videbatur esse
ratio fideicommissarij vniuersalis quæ & substi-
tuti vulgaris. Nam, vt dicit Barto. in. §. inordina
33 tum. in authen. de hære. & falc. † fideicommissa
rius vniuersalis in effectu hæres est. l. si filius. ff.
quod cum eo. l. si necem. §. fin. ff. de bonis liber.
& tamen tex. in dicta. l. Marcellus. §. fi. ff. ad Tre
bel. priuationem partis tantummodo contingen
tis ipsum hæredem institutum videlicet quartã
Trebellianicam admittit, nõ autem eam partem
fideicommissario competentem: quoniam non
potest hæredis instituti culpa fideicommissario
vniuersali nocere, qui in nullo peccauit. sed vide
batur idem illic dicendum sicut in substituto di-
citur hic: quoniam ratio quæ in vno militat, vide
34 tur in altero militare. nam clarum est † fideicom
missarium nihil posse in vim fideicõmissi acqui-
rere, nisi adita per hæredem institutum hæredita
te. §. in primis. & §. sequen. insti. de fideicom. hæ
redi. l. quia poterat. ff. ad Trebell. qua adita per
manum hæredis fideicommissarius illã recipit.
vnde cùm hæres institutus adhuc hæres sit, dicto
§. restituta. & l. cùm quasi. §. sed si quis. ff. de fi-
deicom. liber. l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulga.
substit. videbatur statim acquiri posse fisco. Sed
hæc ratio non est concludens: quia incommuta-
biliter non est dominus, sed subiectus est restitu
tioni, dicta. l. quia poterat. l. cogi. & l. j. in princ.
& §. j. & quasi per totum titulum. ff. ad Trebell.
authent. res quæ. C. commu. de lega. duntamen
fideicommissarius non negligat cogere institutũ
hæredem adire. l. non iustam. in verbo, coacta.
C. ad Trebell. notat Paulus de castro in dicta. l.
cùm non solum. ij: colum. C. de bonis quæ libe.
Ioan. de Imol. in. l. si paterfamiliàs. colum. iiij. &
35 quinta. ff. de hæred. instit. † sed hæres institutus
non dato fideicommissario sit incommutabili-
ter dominus hæreditatis, si testator dominus erat
incommutabilis, cum onere tamen hæreditatis,
dicta. l. Marcellus. §. fin. nisi fortè occasione deli
cti per hæredem commissi postea de manibus
eius eripiatur hæreditas, vt in casu huius legis,
& dictæ. l. Marcellus. ff. ad Trebellia. & dicti. §.
si quis autem non implens. in auth. C. de hæred.
& falc. coll. prima. & dicta authen. hoc amplius.
C. de fideicommissis.

Ad tertiam, quæ plus difficultatis habere mi-
hi visa est, & ob id nouissimam reseruaui, glo. in
lege, cùm non solum. in princip. in verbo, recu-
sante. C. de bonis quæ lib. post eam Cinus, Ioan.
Fab. Bart. Bald. & omnes. idem Bart. in. l. j. col.
quinta. ff. de vulg. substi. in versi. sed dicetis vos.
Adhuc restat dubium an filio repudiãte præfera
tur substitutus, an pater. Et omnes moderni post
eum disputant eam, & latius cæteris Barth. Soci
nus in. xxxij. col. ver. circa quartã. vbi per tresco
lũnas illam examinat. ego verò illã breuius attin
gam, & quantum solum ad casum huius legis ex
pediet. in primis glo. in. d. l. cùm nõ solum. dicit
præferri

36 † præferri patrem substituto, per text. illius le-
gis, qui patri. facultatem adeundi hæreditatem
relictam filio præbet, licet filius eam adire nolit.
Secundò addit rationem, quia pater & filius cen
sentur eadem persona. l. fin. C. de impub. & alijs
substitut. simpliciter Ioannes Fab. sequitur per
dictam gloss. Cin. addit, quoniam pater hæredi-
tatem filio relictam eodem iure acquirit quo &
filius: quare substitutum excludere debet. l. ex fa
cto. §. Iulianus. ff. de vulgari substitutio. Bartol.
in dicta. l. prima. addit pro opinione glos. quam
sequitur Ray. text. in dicta. l. cùm non solum. §.
similiꝙ modo. Ibi, perinde ac si pater ab initio
fuisset institutus. Secundò, datio substituti vul-
garis in eum casum locum habet, si hæres institu
tus hæres non sit, aut alium hæredem non fece-
rit, dicta. l. cùm proponas. C. de hære. instituen.
l. si paterfamiliâs. ff. de hæred. instituen. sed filius
patrem facit hæredē: igitur &c. & hoc argumen-
tum facit gloss. ante Bartol. in. l. si quis filiumfa-
miliâs. in verbo. patris. ff. de acquiren. hæred. &
per hoc dicit esse responsum omnibus argumen
tis quæ in oppositum fieri possent, quando sub-
stitutio vulgaris simpliciter facta est. secus autē
secundum Bartol. si aliter testator disposuisset,
scilicet cùm vult solum filium hæredem facere.
Et licet Bart. nihil alleget, tamen pro eo est text.
in. l. quamuis simpliciter. C. de fideicom. l. qui-
dam cùm filium. ff. de hæredi. instituen. dicta. l.
quidam testamento. ff. de vulga. substit. authen.
excipitur. C. de bonis quæ liber. Sed glo. in. d. l.
cùm non solum. in verbo, recusante. suprà alle-
gata, dicit tacite respondendo huic argumento,
37 non procedere de iure Digestorum, † quo iure
non poterat pater hæreditatem sibi relictā acqui
rere, nisi filius adiret, & ex iussu patris. l. si quis
mihi bona fide. §. iussum. ff. de acquiren. hæredi.
de iure autem Codicis procedit, quia pater po-
test sibi acquirere, etiam si filius non adeat, nec
adire velit: quia pater ipse poterit adire, dicta. l.
cùm non solum. Secundò dicunt Cinus & alij
in dicta. l. cùm non solum. hoc locum non habe
re etiam de iure Codicis in seruo. & eodem mo-
do respondet Ange. in loco præallegato, quem
Papien. Moder. referunt in dicta. l. prima. ff. de
vulga. substitut. quoniam nisi seruus adeat, non
acquirit. & quod dicitur de patre in. l. cùm non
solum. dicunt specialiter patri in remuneratio-
nem concessum fuisse: quia de iure Digestorum
38 † omnia per filium quocunꝙ titulo acquisita pa
tri acquirebantur, excepta causa castrensis pecu
lij vel quasi. quod hodie de iure Codicis limita-
tum est ad profectitia peculia, non autem aduen
titia, in quibus pater solum vsumfructum, non
autem proprietatem acquirit. Et ex quadam gra
tia Iustinianus patribus reseruauit in compensa-
tionem à patre amissorum, & vlterius censuit pa
tri vsumfructum acquiri, velit nolit filius, per il-
lum text. & vltra id concessum esse patri filio re-
cusante hæreditatem adire sine filio, & eo inuito
posse vsumfructum acquirere: non autem quòd
per hoc posit pater filio præiudicare, dicta lege
cùm non solum. in princi. & §. primo. quod non
idem est in seruo. ideo remanet ius Digestorum
in sua firmitate, dicta. l. cùm proponas. C. de hæ-
redi. institu. Sic argumentum Bartoli factum de
hac clausula, & alium hæredem non fecerit. non
haberet locum, nisi in filio, non autem in seruo.
idem in filio emancipato de iure Codicis. Aliter
respondet Alexander in dicta. l. prima. columna
octaua. ff. de vulg. & pupil. substitut. post Ang.
in dicta. l. si paterfamiliâs. ff. de hæred. institu. de
quibus infra dic vt per eos. Plura addit Bartho.
Socinus, quæ sibi Iason adscripsit in dicta. l. pri-
ma. ff. de vulg. substit. In primis recenset Areti.
fundamentum in dicta. l. §. quod Aretinus ponit
in. xij. colum. priuilegium enim ex. l. cùm non so
lum. in fauorem patris inductum est: non debet
39 igitur substituto prodesse: † quoniam hoc pa-
cto priuilegium in patris fauorem inductum in
eius odium retorqueretur. l. nam & si sub condi
tione. §. rumpendo. ff. de iniusto, rupto & irrito
testa. quod admittendum non est per illum text.
nam posthumus rumpendo testamentum, sibi
rūpit, & substitutus excluditur. & vlterius post
Aretinum addit Socinus dictum. §. rumpendo.
conformitatem habere cum dicta. l. cùm non so-
lum. quoniam causa rumpendi ordinata est in fa
uorem patris in compensationem iuris quod iu-
re Digestorum sibi competebat, vt dixi suprà.
sed pro hac inductione melius facit. l. post lega-
tum. §. amittere. ff. de his quibus vt indignis au-
fer. hæred. nam text. priuat tutorem datum filio
hæredi instituto omni eo quod in testamento si-
bi relictum est: in quo tutor datus est, si tutelam
filij amittat: & illud ablatum ab eo non acquirit
fiscus, sed filius, cui datus est tutor: quoniam illa
priuatio quæ fiebat de tutore in beneficium filij
erat: ideo lex noluit fisco applicare, sed filio, cu-
ius vtilitates facto tutoris desertæ erant: & id in
compensationem seu solatium illarū vtilitatum.
idem in. l. penult. C. eod. & illæ leges melius pro
hac inductione Aretini faciunt quàm text. alle-
gati per eum, quos repetunt Socinus & Iason.
Sed Socinus & Iason post eum, licet de eo men-
tionem non faciāt, aliter hoc Aretini argumen-
tum inducunt, & re vera melius mea opinione.
dicit enim Socinus ante illam. l. fina. C. de bonis
40 quæ liber. † filium in potestate patris existētem
hæredem ab extraneo vel aliquo cognato seu
agnato institutum non potuisse hæreditatem si-
ne patre neque patrem sine filio repudiare. l. is
qui hæres. § finali. cum. l. sequen. ff. de acquiren.
hæredit. Si igitur sine patre filius repudiare non
poterat, substitutus patrem excludere non pote
rat. Et licet hodie filius repudiet per dictam. l.
cùm non solum. non tamen si simpliciter ab eo
facta sit, admittitur, quin ea non obstante posit

pater hæreditatem relicto filio eo inuito adire. & sicut olim non admittebatur substitutus per repudiationem filij, nisi patre consentiente repudiasset: sic nec hodie debet admitti, cum non obstante repudiatione filij permittatur patri adire. Et ista est inductio Socini. Inductio Iasonis est, clarum esse, dispositionem. l. finalis. C. de bonis quæ liber. in fauorem patris inductam esse, vt dixit Aretinus: quia de iure Digestorum non poterat, dicta. l. is qui hæres. §. finali. ff. de acquiren da hæredita. sed si diceremus existente substituto filium posse repudiare, & sic substitutum excluso patre admittere, sequeretur absurdum, quod illa. l. fina. quæ in fauorem patris inducta est, in eius odium retorqueretur, contra. l. quod fauore. C. de legibus. Si igitur de iure Digestorum per repudiationem filij non erat locus substituto: tanto minus hodie de iure Codicis esse debet. Sed istæ inductiones Socini & Iasonis quæ eiusdem sunt effectus, & alter eorũ ab altero furatus est tacito authore. vtcunque sit, licet substitutus fuit, mihi tamen non plurimum

41 concludunt. Ratio est, † quoniam licet filius sine patre & pater sine filio repudiare non poterat: verum est vt vnus alteri noceat, sibi tamen nocere posit, vt dicit illa lex, is qui hæres. §. fin. Imò plus illo iure Digestorum pater sine filio hæreditatem acquirere non poterat: & nisi iussu patris filius hæreditatem sibi relictam adibat, nunquam patri acquirebat. l. si quis mihi bona fide. §. iussum. ff. de acquiren. hæredit. & in. l. placet. eodem titulo. sed si filius adire volebat sine patre, poterat: sed patri non nocebat, nisi eius iussu adibat, dicto. §. iussum. & l. qui aliena. in princip. ff. de acquiren. hæredita. quicquid dicat Bald. in dicta. l. is qui hæres. §. finali. à contrario sensu: sic & illa ratio militat de iure nouo in dicta. l. cùm non solum. §. primo. & sequen. vnde non videbatur ratio differentiæ per eos posita procedere. Adde Paulum de castro in dicta. l. cùm non solum. in princip. ij. columnæ. C. de bonis quæ liber. dicentem, si hoc verum non esset, filius hæreditatem quantuncunque lucrosam sibi acquirere non posset. Secundò, aliud inconueniens sequeretur, cui ius commune resistit in dicta. l. prima. & per totum titulum. ff. si quis omissa causa testa. quia pater qui nollet consentire, posset omittendo causam testamenti sine causa dare locum successioni ab intestato, & reddere caducam institutionẽ. quod omnino absonum

42 esset. † Secundò, fatentur ipsi filium tacitè repudiando patri posse præiudicare. l. prima. C. qui admitti ad bono. possess. possunt. quem tex. Barto. in dicta. l. is qui hæres. §. finali. dicit non esse correctum per dictam. l. fina. C. de bonis quæ libe. pariter & filius si intra tempus sibi limitatum nõ adeat, transfert hæreditatem in substitutum, dicta. l. quandiu institutus. ff. de acquiren. hæredita. & tunc dicatur quod hoc procedat in tacita, non in expressa renuntiatione. Ad id dantur duæ solutiones. Prima est, quia filius poterat cogi ad instantiam patris adire, si pater, qui potest eum cogere, & non cogit intra tempus iuris, tũc post lapsum tempus substituto locus esse debet, dicta. l. quandiu institutus. ff. de acquiren. hæredita. hoc idem tenet Pau. de castro, in dicta lege, cum non solum. secunda colum. cum allegat di-

43 ctam. l. non iustam. adde † quod licet filius omittat adire, non tamen pater dicere potest in fraudem eius fecisse. l. prima. §. proinde. versicu. sed si puta. ff. si quid in fraudem patro. aliena. fuerit. Secunda, quoniam si differt filius, pater eum cogere potest: hac ratione præsumi non potest in fraudem patris facere, vt eum priuet hæreditate: cum patri remedium cogendi filium sibi pateat. l. prima. §. primo. ff. si quis omissa causa testa. Secundò considera contra inductionem Socini & Iaso. iure Codicis reseruatum solum patri vsumfructum: nec aliquo pacto dominiũ patri acquiri posse. sed cùm filius proprietatem hæreditatis acquirere non vult: quid erit de ea, si forte substitutus etiam recuset hæreditatem adire: dicam infra. Adde Bald. in lege prima. columna quarta. in fin. ibi, denuo quæro. C. de secund. nup. Adde & tertiò dictam. l. si quis filium familias. ff. de

44 acquiren. hæredi. vbi † substitutus à filio excluditur, si iussu patris hæreditatem sibi delatam adierit. Si igitur filius sine iussu patris adibat hæreditatem, non excludebatur substitutus à testatore: & maximè, quia ratio dictæ. l. is qui hæres. §. fina. ff. de acquiren. hæredita. quæ patrem sine filio, neque filium sine patre posse repudiare vt noceant, eadem est de iure Codicis in dicta. l. cùm non solum. in principio. & §. primo. C. de bonis quæ liber. etiam illa. l. is qui hæres. §. fina. non dicit simpliciter non posse adire, sed addit vt noceant. vnde lata est differẽtia an aliquid dicatur simpliciter nõ posse, & sic absolute à lege potentia tollatur, an verò causatiuè. l. Gallus. in princ. in verbo, posse. vbi per gloss. Bartol. & omnes ff. de liber. & posthumis. l. prima. vbi idem notat Barto. ff. de iniusto, rupto & irrito testa. sed per dictam. l. is qui hæres. §. fi. & dictam. l. cùm non solum. nõ dicitur simpliciter patrem sine filio & filium sine patre nõ posse repudiare, sed mentionem posse repudiare, vt vnus repudiando alteri

45 noceat. † & sic vnusquisque eorum potest per se iuri suo renuntiare, sed non in alterius præiudicium. Nec obstat ratio Bal. quòd filius non sit persona capax: hoc est falsum. Nã & filius acquirere potest sine patre, non autem vt præiudicet patri, vt dicit. l. qui in aliena potestate est. in principio. ff. de acqui. hæred. sed quod sibi non possit, clarum est quòd potest per illum tex. & legẽ, quidam cùm filium. ff. de hæred. institu. & habet filius actionem vtilem. Facit quod notat glo. in dicta lege, cùm non solum. §. primo. in verbo, imponẽda. idem in seruo, qui si tandiu differẽdo

adire

adire contingat eum fieri liberũ, poterit postea adeũdo sibi acquirere: vt pulchrè notat Ioannes de Imola in. l. si paterfamiliàs. iij. col. ff. de hæredi. instit. Adde quod propter hãc rõnem ita decidit tex. in. d. l. cùm, ꝑponas. in fine. C. de hæred.
46 instit. † vbi si seruus non adierit, etiã iubente domino: tunc locus est substituto. Quinimo si per metũ domini coactus adierit ad hunc dominum hæredẽ non facit. d. l. qui in aliena. §. fi. in fine. ff. de acqui. hæred. Et ratio est, licet glo. multum laboret in concordia. d. l. cùm proponas. &. l. j. §. j. in verbo, sed cõpellendus. ff. si quis omissa causa testa. quod cum à prætore cõpelli possint seruus, & filius, si pater aut dominus cogere negligatur pœnã illius edicti, si quis omissa causa testa. non euitabũt. sic idẽ si pater omittat iubere filio, habet quod sibi imputet. l. non iustam. C. ad Trebellia. quã ad id notat Imola, in. d. l. si paterfamiliàs. iiij. col. ff. de hæred. instit. non aũt à seipso debet pater vel dominus. l. qui in aliena. §. fina. p hæc fundamenũ Socini & Iasonis, quãtũcunq; subtile, non tamẽ cõcludens est. & in partem cõtrariam inclinat Guido de Suzaria, vt refert Cinus in. d. l. cùm non solũ. motus, quia hoc ius, quod pater habet in filium, est præter voluntatem testatoris: sed substitutus habet secundum testatoris volũtatẽ. §. disponat. in authẽ. de nup. colla. iiij. Guliel. de cuno in. d. l. cùm nõ solum.
47 addit duo aut tria fundamenta. Primũ est, † duo coniũcti reputantur eadem persona. l. vnica. §. his itaq;. C. de cad. tollen. & tamen substitutus præfertur cõiuncto. l. si ego. ff. de iniusto, rupto & irrito testa. §. inordinatũ. in authen. de hæred. & falcid. colla. j. & per hæc responsum est fundamento glo. in. d. l. cùm non solum. cùm arguit de paritate personarum, quæ est inter patrẽ & filium. Secũdò addit Guliel. de cuno, tacita legis prouisio debet cessare, cùm expresse per testatorem prouisum est. l. fi. C. de pact. cõuen. l. maritua. C. de procurat. Tu vero pro Guliel. de Cuno in casu indiuiduo pondera tex. in authen. excipitur. C. de bonis quæ lib. tex. in authen. vt matri & auiæ. in princ. quem tex. notat ad id glo. in regula, indultum. de reg. iur. in sexto. sed quod pater admittatur repudiante filio ex tacita legis prouisione, habet. dato autem sibi substituto habet substitutus ex expressa testatoris prouisione. Addit, si datur alicui libertas post tẽpus. vel nisi eo tempore manumittatur liber est. l. Hærẽnius. ff. de statu hominũ. quæ prouisio legis cessat vbi testator prouidit. l. si fundum sub condi-
48 tione. §. primo. ff. de lega. primo. Tertiò † quod in pupillari inest tacita vulgaris: verum est secũdum eum, nisi in vtroq; casu testator prouiderit l. cùm ex filio. §. filio. ff. de vulga. substi. Et licet Barto. & omnes, qui de hac quæstione tractauerunt post eũ, dicant Guliel. de Cuno cõuenire cũ Guido. de Suzaria, & Iason more suo lanians nostros citramontanos in. l. prima. columna decima. ff. de vulga. substitu. dicit subtiles citramontanos Guliel. de Cuno cõtrariam opinionẽ tenuerunt. Sed tunc cùm Iason de aureo vellere certare cogitabat, somniauit Gulielmum de Cuno fuisse illius opinionis cum Guido. de Suzaria. sed cõfusus fuit Iason pro suo more doctoribus citramontanos resistentibus, sed non rectè. Nãq; Guliel. de Cuno in. d. l. cùm nõ solum. sic ait, his non obstantibus dico glo. veram. & præsupposita primũ glo. ratione, cũ ea residet propter personarum identitatem. allegat. l. si prior. §. à Titio. ff. qui potiores in pignore habean. Secundò addit respõdendo ad suũ secũdum & tertium fundamẽtum, patrẽ plus esse quàm cõiunctum. Tertiò addit regulã, si vinco vincentẽ te &c. & idem Iason dicens se aliquòd noui deducere pro confirmatione opinionis Guidonis de Suzaria transplantauit omnia Guliel. de Cuno & Guido. de Suzaria argumẽta tacitis, vti solet. authoribus in. d. l. prima. ff. de vulga. substi. trãseat hoc cum suis assuetis furtis. Quanq; dicit fateriq; debeat non sine ratione & legum authoritate Guido. de Suzaria aliosq; multos graues viros subtiliter locutos fuisse: neque id dubitare quisq; potest. circa tamen prædicta dico Primò post Ang. in. d. l. si paterfamiliàs. ff. de hæred. instit. eundẽ in. l. Papinianus. in prin. ff. de inoff. testa. eundẽ in. l. cùm non solum. in prin. C. de bonis quæ liber. quẽ vbiq; Paulus de castro sequitur, rationẽ Bar. ex. l. si paterfamiliàs. sumptã nõ
49 esse bonã. & dum ait substitutionẽ his verbis cõceptã, hæres esse nolit. huius effectus esse vt includat etiam si aliũ hæredẽ non fecerit, verũ est secundũ eundẽ Ange. vt aditione sua pleno iure sibi acquiratur. ita dicit Ang. in locis prædictis. Secundò dicit Paulus de cast. in. d. l. cùm non solum. iij. col. non esse verũ, filiũ patrẽ facere hæredem, sed viam tantũ sibi aperire ad adeundã hæreditatem filio delatam, dicta. l. cùm non solum. & adeundo acquirere. vnde cùm pater ex prouisione legali succedat, substitutus autem ex prouisione testatoris: debet patrem substitutus excludere: quoniam ex iure potentiore succedit, authenti. excipitur. C. de bonis quæ liberis. Tertio dicit Bald. in dicta. l. cùm non solum. licet filius quicquid acquirat, patri acquirat, ius tamen adeundi non acquirebat. l. secunda. C. ad Orficianum. nec erat ius patriæ potestatis, sed in libero arbitrio cõsistens. l. pretia rerũ. ff. ad legẽ falci. Si igitur in libero arbitrio cõsistit, non tantum ex dispositiõe legis legis, sed ex expressa testatis volũtate dando illi substitutũ quẽ voluit, & nullũ aliũ præter substitutũ sibi fieri hæredẽ.
50 si igitur institutus suo libero arbitrio vtens beneficiũ testatoris respuit, is quem testator honorare voluit, effectum sui honoris reportare debet: ne testator sua voluntate fraudetur. Quid enim si aliqua causa testatorem impulit ad filium hæredẽ instituendum, quem noluit in patre

considerari, licet expresse hoc in testamento nõ
expresserit. sicuti dicitur. l. quidam cùm filiũ. ff.
de hæredibus instituendis. esset dare testatori
hæredem contra propriã eius volũtatem, & quē
noluit habere. quod non est admittendum. di-
cta. l. quidam cùm filium. etiam si filius esset te-
statoris. tex. in. §. exhæredatos. in authen. de hæ-
red. & falcid. vbi idem notat glo. & bene: quam
sequutus sum reprobata opiniõe Cini in authē.
hoc amplius. C. de fideicõ. vbi vt dixi in. l. si ex-
hæredatus. suprà eodem. & per hæc respondet
Imola in dicta. l. si paterfamiliàs. v. col. in fi. ff. de
hæred. insti. Ad dictam. l. cùm non solum. §. simi
liq; mõ. C. de bonis quæ liber. vt procedat quã-
do nõ est datus substitutus. & addit quod supra
dixi post inductionē argumēti Bal. quia ex quo
filius per repudiationem non facit alium hære-
dem, statim aperta est via substituto: quoniam
per casum dictæ. l. si paterfamiliàs. ff. de hæredi.
instit. & dictæ. l. cùm proponas. C. de hæred. in-
stituend. tunc est locus substituto, quãdo hæres
institutus non erit, aut esse nolit, seu aliũ hæredē
non fecerit: sed repudiando non est nec esse vult
hæres, nec alium, etiam patrem hæredem fa-
cit. Locus est igitur substituto ex expressa te-
statoris voluntate, & ex dispositione legis. Vn
de cum pater non dicatur posse nisi ex legis
dispositione venire, duæ rationes, quæ pro sub-
stituto faciunt, fortiores esse debent vna tan-
tum quæ pro patre facit. Additur & tertia ratio
pro substituto, quam & suprà memorauimus,
51 † quia honorati à testatore videntur à lege ele-
cti vt cæteris anteferri debeãt. §. si verò aut non
fuerit. &. §. si verò nullus legatarius. &. §. si verò
institutio. in authen. de hæred. & falc. collatione
prima. Et propterea dicit Imola in dicta. l. si pa-
terfamiliàs. sexta columna. opinionem Guido.
de Suza. & Angel. de iure posse sustineri. Alex.
verò de Imola in dicta. l. prima. columna septi-
ma. ff. de vulga. substit. dicit opinionem Guido.
de Suza. & Angeli, quæ fuit etiã Iacobi de bel-
lo visu secundum eum, vt ipse refert in dicta. l. fi
na. iiij. quæstio. C. de bonis quæ liber. adeo sustē
tatam contra glo. quòd illam glo. in puncto iu-
ris non putat veram esse. Et vltra ea, quæ supra
dicta sunt, addit vnum quod tñ paulo antè ape-
ruimus, non aũt sub eisdem terminis. dixit enim
52 differentiam † esse an aliquis fiat aditione hæres
an vero repudiatione. Dat exemplum in seruo,
in quo nostrum fundamentum factum est. nam
seruus adiens iussu domini nudo nomine fit hæ-
res. l. qui hæredi. in principio. ff. de conditio. &
demonstra. dominus verò dicitur hæres vtili-
ter, quia sibi acquiritur. §. primo. instit. per quas
personas nobis acquir. sed in repudiatione nec
hæres fit seruus nec dominus: vt dixi suprà. idē
dicas in filio de iure Digestorũ. Nam filius ad-
eundo iussu patris facit patrem hæredē vtiliter,
dicta. l. si quis mihi bona fide. §. iussum. ff. de ac-
quir. hæredi. sed si repudiabat aut nolebat pa-
ter adire, non poterat: vnde sine aditione non
poterat hæres fieri. quonuis hodie quantum ad
vsumfructum secus sit, dicta. l. cùm non solum.
& hoc modo secundum Alexandrũ aperta est
via substituto. Et tenendo hanc partem post
Guido. de Suza. facilis est responsio ad vnum,
quod Ioannes de Imola & Alexan. in locis præ-
allegatis, & moderniores post eum deduxerũt,
cùm responsum est ad dictam. l. cùm non solum.
§. similique modo. vt tex. ille loquatur & intelli-
gatur, quando nullus datus est substitutus. Sed
Ioannes de Imola & Alexan. ad hanc solutionē
faciliter posse responderi dicũt, quòd dictus. §.
similiq; modo. generaliter loquatur, non distin-
guens an filio datus sit substitutus, vel non sit da
tus. Sic indistinctè concludũt. Sed dic, licet ille
§. similiq; modo. simpliciter loquatur, tamē per
alias leges suprà allegatas post Guido. de Suza.
53 distinguitur. clarum enim † est illũ in succeden
do præferri, quem testator præferre voluit, non
tantũ ex expressa testatoris voluntate, vt in au-
thē. excipitur. C. de bonis quæ liber. verumetiã
ex præsumpta. l. quidam testamento. in fine. ff.
de vulga. & pupilla. substitu. & quam Barto. in
dicta. l. prima. ff. de vulga. substit. ad id induxit.
Et faciunt illi. §. quos supra dixi. §. si verò institu
tio. &. §. si verò ablatam. in authen. de hæred. &
falcid. ibi, vt finitis primò omnibus secũdum te-
stamenta personis, deinde abrenũtiãtibus. & in
capite illius. §. ibi prius induximus ad substitu-
tos secundo considerandam esse testatoris volũ
tatem, quem sibi ex testamento seu per testamen
tum primo voluit hæredem fieri, & quem verisi
militer noluit hæredem facere. clare probat. l.
si paterfamiliàs. ff. de hæredibus instit. quoniam
in ea paterfamiliàs hæredē instituerat eum, quē
putabat ingenuum. hac ratione dominus in totũ
hæres non erit, sed in parte: licet seruus iussu do
mini hæreditatē adierit: altera verò pars erit sub
stituti. Et in hoc capite argumentum Bart. quod
fecit illa lex, si paterfamiliàs. non potest locum
habere, si neque hæres erit, neque alium hæredē
fecerit: sed tunc locum obtinet, quando testator
scienter hæredem instituit, quem scit non posse
solum adire ad effectum acquirendi. Isto casu iu
dicatur per illum text. intentionem fuisse testa-
toris præferendi dominum substituto serui in-
stituti. & idem dicitur in dicta. l. cùm propo-
nas. C. de hæredi. instituen. l. fi. in prin. ff. de vul
54 ga. substitu. sic cum leges volunt in casu † dati
substituti primo hærede nõ adeũte vel repudiã-
te, vt locus sit substituto per quandã gñalitatem
cõfusam dicimus omnia iura correcta esse & cõ-
fusa: non puto hoc esse verum. l. præcipimus. in
fine. C. de appellatio. Quare circa hanc quæstio-
nem puto distinctionem Ioannis de Imola in di
cta. l. si paterfamiliàs. sexta columna. ff. de hære.
institu. plurimum ad huius quæstionis decisio-
nem

nem cõferre, quæ videtur de mente Baldi procedere in dicta.l.cùm non solum.C.de bonis quæ liber.& quæ probatur in.d.l.si paterfamiliâs.& in.d.l.cùm ꝓponas.si testator filiumfamilias hæredem instituit, quem scit esse filiumfamilias, & eidem substituit:& tunc puto verum esse patrẽ ius adeundi sibi acquirere filio repudiãte:& isto casu intẽtio testatoris fuerit patrẽ substitutũ excludere: quasi ab initio pater fuerit ex præsumpta testatoris volũtate institutus. Et ita dicit.l.si paterfamiliâs.versi.nã qui scit aliquẽ seruũ esse. si verò testator filijfamiliâs conditionem ignorauerit, quia existimauit eum patrẽfamiliâs esse:& tunc non potest ex præsumpta testatoris volũtate ab initio dici hæres. sed quia lex Codicis hoc patri tribuit:& tũc nõ erit pater hæres dato substituto, d.l.cùm proponas.§.nam si credẽs.& in versic.quod si verba subscriptionis. qui tex.non põt euitari. Cui addo tex.in.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.substitutiõe.cùm dicat ille tex.

55 † si pater moriens substituerit pupillariter filio suo, per hæc verba, quisquis mihi hæres erit, idẽ impuberi filio hæres esto. isto casu si pater per filium, vel dominus per seruũ hæredes testatoris fuerint, quia iussu patris & domini adierint, & sic hæreditatem filio & seruo delatam acquisierint, non tamẽ ad impuberis successionẽ ex vi illius substitutionis admittẽtur: sed hæredes in testamẽto nominati pater & dominus impuberis hæredes erunt. rõ aũt quare non veniunt, est, inquit ille tex. quia non ex iudicio veniunt partes quoq; eædẽ ad substitutos pertinẽt: & sic patre & domino exclusis. quẽ tex. dico in fortioribus terminis cõcludere in casu dictæ.l.cùm nõ solũ.§.similiꝙ modo. quoniã.§.similiꝙ modo. in eo casu loquitur, quo pater sine filio ꝓpter filij repudiationem adit. reliqua verò ex illius legis beneficio contra terminos iuris antiqui percipit, si in terminis vtriusq; iuris loquamur, in quibus pleno iure hæreditas patri vel domino acquirit: vt est cùm filius aut seruus patris iussu adeunt, non tamẽ beneficium hæredis instituti retinent: quanquã legis authoritate hæredes facti sint. & in hoc substitutus, qui ex iudicio testatoris venit, hæredem iuris excludit. quanto magis dicendum est in eo qui ex quadã legis nouæ moderatione permittitur filio repudiãte adire, vt nõ excludat eũ, qui ex iudicio testatoris hæreditatẽ cõsequi debet. & illũ tex. pro opinione Guido. de Suza. non posse euitari existimo. Tertio casu qñ est dubiũ, an testator sciuerit vel ignorauerit:& tunc nõ puto posse euitari opinionẽ Ang. quã fundauit in.d.l.si paterfamiliâs.§.atqui eũ.

56 ff. de hæred. insti. † vt illa clausula substitutionis vulgaris, si hæres nõ erit, & aliũ hæredẽ nõ fecerit. intelligatur & sibi acquisierit, vel mutata cõditione aliũ hæredem nõ fecerit. & maxime propter casum.d.l.cùm ꝓponas.vers. quod si.in his verbis, ad ius retulit. Nota verbum, ad ius. & sic de iure substitutus succedat. & sequitur in text. vt si nec pater semetipsum aliũ fecisset hæredẽ. & ibi, ita demum substitutus vocaretur, si tamen paruit domino, & adijt. nota verbum, & adijt. quia si non adierit, locus erit substituto. secus autem si adierit, quia non erit substituto locus per illum tex. sed patri & domino. & non est dubiũ: nec est vera declaratio Ioannis de Imola, quam tradit ad dictam.l.si paterfamiliâs. recedens ab opinione Angeli & Guido. de Suza. cùm dicit Ange. per illas leges testatorem dando substitutum velle intelligere locum esse substituto, si hæres institutus non sit pro se & ad sui vtilitatem, neque aliũ ministerio vel facto suo per legis dispositionem hæredem facere posit: sed filius hæres institutus repudiãdo suo facto & ministerio, per dictæ.l.cùm nõ solum. dispositionẽ facit patrẽ heredẽ, qua si ab initio esset institutus. Ideo excluditur substitutus, quia verum est si testator cõditionẽ filij ab initio sciuerit:& non aliter, vt dixi supra. Secũdò cùm dicit ministerio suo fecerit. intelligitur adeundo iussu p̃ris vel domini. Nec Ioannes de Imola potest calumniari illam l.si paterfamiliâs. in verbo, iussu domini adierit. quæ verba plana sunt. & in dicta.l. cum proponas. in verbo, & adijt. quæ denotant qualitatem ministerij seu facti. idem notatur in dicta.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pupil.substi. Secundò, ista consideratio non potuisset haberi de

57 iure digestorũ: † quia pater nõ poterat adire, sed debebat filius iussu patris adire: vt dictum est supra.& quod dicitur per Ioannẽ de Imola in cõpensationẽ hoc priuilegium patri cõcessum fuisse, quia ius digestorum omnia per filiũ acquisita patri concedebat, vt dixi: hodie vero acquirit vsumfructũ tm̃. Ista ratio nõ est vera, d.l.fi.§.similiꝙ modo. in quo.§.fundata est principaliter Bar. intentio ibi, vt ad ipsum perueniat pleno iure tam per vsumfructũ quàm per dominiũ eadẽ hæreditatẽ possessurũ, quasi ipse pater ab initio hæres fuisset institutus. Idẽ dicit in.§.vbi aũt in vnũ volũtas eorũ cõcurrit. qui.§.immediate sequitur:& sic illa lex aperto marte iuris antiqui correctoria est, vnde restringẽda ad casum suũ: ne omnẽ iuris antiqui prouidentiam subuertere videatur.l.finali.C.de testa.milit.l.si quando.C. de inofficio.testamen. Secundo alia ratione non potest esse vera. Nam de iure Digestorum quãtumcunque filius illo iure iussu patris acquirat, si hæreditatem iussu ipsius adierit: si tamen testator statum filij & conditionem ignorauerit, quia putauerit eum patremfamiliâs esse, cum filiusfamiliâs esset, illo iure Digestorum etiam patris iussu adeundo patri non acquirebat, per dictam.l.si paterfamiliâs. sed partem tantum sibi acquirebat, per illum textum. Secundò, iura quæ ex causa institutionis filij sequela erant pater non acquirebat, licet iussu suo filius adijsset, dicta.l.qui liberis.§.hæc verba. Idem debet

58 de iure nouo dici: † quia ius nouũ sic debet in-
telligi in quo minus ius antiquum lædat. Et per
hoc non esset vera responsio Guliel. de Cun. su
prà relata in dicta.l.cùm non solum. dum dicit,
patrem plus posse quàm substitutũ, quia per su-
pradicta contrariũ verũ est, vt plus posit qui ex
expressa testãtis volũtate succedere debet, qua-
lis est substitutus, quàm qui ex voluntate legis,
dicto.§.hæc verba.in quo.§.cõcurrunt hæres iu
ris scilicet pater, & dominus ministerio filij &
serui: concurrunt etiam ipsimet serui & filij insti
tuti, & idem substituti pupillariter, & in substitu
tione voluit substitutos & eosdẽ institutos præ-
ferri iudicio testatoris: & quod ex substitutione
pupillari consequentur, patri aut domino non
acquiretur, sed filio & seruo, per illum textum.
& Guliel. de Cun. in dicta.l.cùm proponas. dũ
de monacho hærede instituto loquitur, æquipa-
rando eum seruo, dicit per dictam.l.si paterfami
liàs.&.l.& hoc Tiberius.ff.de hæred.instituen.
in duobus vltimis casibus nostræ distinctionis
locum obtinere si dimidia patri & dimidia sub-
stituto tradatur. Nec in hoc repugnans erit ru-
sticorum iudicium, quorum meminit glo.in.l.
Nesennius.ff.de nego.gest. quia iureconf.in.l.
si paterfamiliàs.& dicta.l.& hoc Tiberius.diui-
sionem facit per partes semisses. Casus autem, in
quibus monachus æquiparetur seruo, & in qui-
bus filio, vide per Ioan. de Imol. in dicta.l.si pa-
terfamiliàs.quarta columna.ff.de hæred.institu.
Et sic vides opinionem Guido. de Suza. funda-
tam in iure. Verum est autem communiorẽ opi-
nionem esse in cõtrarium. in primis glos. post eã
Petr. Guliel. de Cun. Ioan. Fab. Cinus, Iaco. Bu
triga. Ray. Bar. Bald. pariter & Salice. post eum
Ioannes de imola, Alexan. Socinus & Iason se-
quunẽ hanc glo. opinionẽ, sic quòd põt dici cõ-
munior. Cum Guido. de Suza. est Iacob. de bel
lo visu, Angel. Paul. de castro, dicentes in pun-
cto iuris veriorem esse Guido. de Suza. opinio-
nem, licet in practica sit cum glo. standum: quã
Salicet. & Bald. moderati sunt, vt dixi, & illam
per ea, quæ supra scripsimus, existimo de iure su
stineri posse, cum distinctione prius per nos da-
ta. Et in hoc cum Alexã. cõuenio de iure esse ve
riorem. Quærit vlterius Iason in dicta.l.prima.
columna.xij.ff. de vulgari substitu. quid econ-
59 tra. † pater institutus est hæres, & ei datus substi
tutus: an filius excludet substitutum? tenet Iason
idem esse in filio sicut in patre, per dictam.l.fi.§.
primo.C.de bonis quæ liber. quia sicut pater fi-
lio recusante adire solus potest, sic & patre dene
gante sibi consensum præstare filius adire pote-
rit: quoniam dictum in vno ex correlatiuis, locũ
habet in altero.l.fi.C.de indicta viduita.tollen-
da.& præsertim cùm in.§.similiꝗ modo.tex.lo-
quatur in castrensibus, in quibus pater non ha-
bebat vsumfructum, neꝗ legitimus est admini-
strator, nec ei fit iniuria: & tamen pater admitti-
tur ac si ab initio hæres institutus esset. ponderã
do illa verba, perinde acsi ab initio esset institu-
tus. Vnde ille tex. non potest fundari alia ratio-
ne, quàm ratiõe vnitatis patris & filij: cuius glo.
mentionem facit in dicta.l.fin.in verbo, recusan
te. quæ militat econtra. licet contra hanc indu-
ctionem dicat plurimum obstare.l.vnicã.C. de
his qui ante apertas tabul. Et respondet ad di-
ctum.§. similiꝗ modo. quod pater in castrensi-
bus, in quibus nihil acquirebat, damnificatus
fuerit, voluit etiam lex in altero eum releuare, si
castrensia filius repudiet, sicut de aduentitijs il-
la.l.fi. loquitur, vt declaraui. Et ad id ponderat
verbum, similiꝗ modo. Secundò inquit illa.l.fi
na. quæ considerat vnitatem patris & filij esse in
60 acquirendo: † quia filius patri acquirit, non ta-
men econtra: & propterea reliquit cogitãdum.
Tu vero dic quæstionem de indubitabili esse, vt
non sit bonum argumentum de filio ad patrem.
Nec te moueant Iaso. considerationes supra re-
latæ, dum primò arguit de castrensibus vel qua-
si: quoniam in eis ius patriæ potestatis sublatum
non fuit, sed aliquid penes patrem remansit.l.se
cunda.ff.de castrẽ.pecul. ibi, bona eius nõ qua-
si hæreditas, sed quasi peculiũ patri deferuntur.
& sic ad instar peculij profectitij. Secundò facit
l.si filius.C.de bonis proscripto. vbi publicatis
bonis filij, castrẽse peculium non publicabitur,
sed patri excluso fisco reseruatur. Et ita gloss. in
l. tertia. in verbo, peculij.C.de bonis quæ libe-
ris. respõdet dum ait, quod est alibi, scilicet cùm
filios non habet, vt.ff.de castrensi peculio.l.se-
cunda. quod non est in filio. Tertiò secundum
Angelum in.l.prima.in princip.ff.de inoffic.te-
sta. in iure dicendi nullum, vel querelandi testa-
mentum filij de castrẽsi peculio vel quasi factũ,
in quo patrem præterijt vel exhæredauit differ-
re. Allegat.l.contra veterani.ff.de inoffic.testa-
mento. authenti. in testamento.C. ad Tertullia.
Quartò, in casu dicti.§.similiꝗ modo. nec ob-
stat.l.cùm non solum.§.primo.C.de bonis quæ
61 liber. † quæ ex paritate personarum extensionẽ
facit: verum est in acquisitis vel acquirendis me-
diante filio, cui aliquid relictũ est: sed in acquisi
tis per patrẽ, seu quæ relicta sunt patri, ꝗd filio
acquirantur: nõ comperitur iure cautum. ratio-
ne enim iuris patriæ potestatis, quod pater ha-
bet in filium, acquirit pater per filium. Hoc pro-
bat tex. in.§. igitur liberi. institu. per quas perso-
nas nob. acquiri. sed non econtra. Ad intellectũ
Angeli, an etiam iste tex. posit de agnato vel
aliter sanguine cõiunctis intelligi vt à fisco ex-
cludantur. & dic clarum esse à fortiori ratione
excludi. nam si substitutus excludatur, quãto ma
gis agnatus qui ex beneficio legis tantum venit.
Sed hoc intellige verum, vt dixi suprà de substi-
tuto, nisi hæres institutus, antequam in mora cõ-
stitueretur, decesserit. Nec obstat.l.cũ fisco. dũ
ait, locum esse fisco, si caduca facta sit institutio
hærede

hærede instituto in mora existente: quia eùm fiscus hæreditatē nō cōsequitur, nisi ꝓpter negligentiā. Nō data igitur negligētia non pōt fiscus vendicare. Secūdò facit quod supra diximus, hæredem institutū ad suos facultatē deliberandi & adeūdi trāsmittere: vt dixi suprà per legē, cū antiquoribus. C. de iure deliberādi. & facit pulcher tex. in. l. vnica. C. de his q āñ apert. tabu. in prin. & cōsidera finē illius legis ibi, habeāt verò solatium tristitiæ suæ, quibus est meritò consulēdū.

Cùm ex parte hæredi instituto legatum quoque erat, & in vlciscend amorte cessauerat: diui Verus & Antoninus rescripserunt tam hæreditatis portionē, quàm legatum ei auferendum. Hæredibus autem, qui in vlciscenda morte defuncti cessauerant: tam ex testamento quàm ab intestato auferuntur bona: fortè & si quasi patronus venit: quanuis hi suo iure admittantur.

Summarium in præcedentis. §. Lectionem sequentem.

1 Hæres ab intestato æquè defuncti necem vlcisci tenetur atque institutus hæres.
Fortè, dictio non dubitationem iuris, sed facti inducit varietatem.

2 Depositio testis dicentis se vera dicere, nisi fallatur: an debeat dubia censeri.
Patronus negligens vlcionem necis liberti, priuabitur eiusdem hæreditate.

3 Fisco applicatur quicquid indignis aufertur.

4 Maritus non vlciscens vxoris necem, dote priuatur vt indignus.

5 Patronus in compensationem libertatis donatæ, legitimam à liberto consequitur, & filius à patre.

6 Mater quæ in bonis hæreditarijs filij alimenta percipit, an filio repudiante sit etiam à substituto eadem acceptura.

7 Filius tamen si impius à patre alendus.

8 Filij per emancipationem, & serui per manumissionem ciues Romani efficiuntur.

9 Fratris fratrem occidentis hæreditas non ad sequentes in gradu, sed ad fiscum deuoluitur.

10 Homicidium actu attentans, æquè puniri debet atque si id ipsum opere admiserit.

11 Hæreditates sic à legatis differūt, quòd hæc ab indignis ablata, consanguineis, illæ verò fisco applicantur.

12 Ablatum indigno cui conferendum. & nume. sequenti.

14 Feudum quod vasallo indigno aufertur cui deferatur.

15 Nuptias secundas contrahere an sit peccatum, aut quasi peccatum, & in quibus maxime personis.

16 Fisco quando applicetur hæreditas defuncti, hærede & legatarijs incapacibus exclusis.

17 Hæreditas si transferatur, cū oneribus suis transire dicitur.

18 Fiscus non suo iure, sed reipublicæ fauore in hæreditate indigno ablata succedit.

19 Hæreditas ablata ei qui necem defuncti vltus non est, fisco non sui fauore applicatur, sed hæredis odio.

20 Hæres cui eodem testamento legatum quid est, quo institutus est, institutioni renunciare potest, & legatum acceptare.

21 Fisco non semper acquiritur quod indigno aufertur, sed quandoq; generi offenso applicatur.

22 Pœna delicti quando delinquētes personas egressa ad proximiores extendatur.

23 Fiscus non succedit testatori offenso si nulla reipublicæ illata sit iniuria: sed qui aut ex testamento aut aliter succedere debent.

24 Filia dotata an & qualiter succedere possit, statuto stante &c.



Hic .§. TRIA CONtinet. Primū est de nō vindicante defuncti necem, à quo auferendum esse ait quicquid ex testamēto occisi siue iure institutionis siue iure prælegati percipere poterat. Secundū est in versi. hæredibus. nō tātum hæredē ex testamēto succedentē debere necem defuncti vlcisci, verum etiam hæredem ab intestato venientem. Tertiū est in versic. fortè & si quasi patronus. non tantum priuādum esse hæredem, qui de iure cōmuni succedit, sed etiā qui iure singulari aliquid ex successiōe cōsequi pōt. de quo vltimo dicto aliqd diximus in. l. necessarios. §. fi. suprà eo. titu. Ad primū dictum huius. §. adde in simili. l. post legatum. in prin. ff. de his quibus vt indig. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. & non tantum quod ex persona percipere posset, sed etiā ex cuiuscunq; persona. d. l. post legatū. §. si patri. l. in seruitutem. §. sed si quod codicillis. ff. de bonis libert. l. ꝓpter. §. veneni. infrà eo. l. Lucius. de iure fisci. Secūdò extende etiam si iam sit legatum cōsecutus: quia ab eo auferetur vt ab indigno, d. l. post legatum. versi. ille. Tertiò extenditur hic in versi. hæredibus. non tantū si consequitur ex testamēto, sed etiā ab intestato. Nam † & hæres ab intestato tenetur vlcisci mortem testatoris, sicut & hæres institutus. aliter autem auferetur ab eo hæreditas vt ab indigno. Quarto etiā si aliquo iure singulari ex successione esset cōsequututus. ita est tex. hic in versic. forte & si quasi patronus. adde tex. in. l. portiones. ff. de his quibus vt indignis. quē tex. nota in versi. omnes enim hæredes &c. Et nota hic quod hæc dictio, fortè varietatem facti, non iuris dubitationem inducit. Simile in. l. in substitutione. vbi per glo. in verbo, fortè. ff. de vulgari & pupillari substitutio. idem in. l. si duo. in principio. in verbo, fortasse. ff. de arbitris. per quam etiam dixit Ioannes de Imola

in dicta.l.in ſubſtitutione.hoc eſſe ſingulare pro
conſultoribus: qui licet per hanc dictionem,ſor
tè.vel,ſortaſſe. conſulant, ob id tamen dubium
cenſeri non debet eorum conſilium.Simile dixit
Paulus de Caſtro in.l.prima. in verbo, niſi fal-
lor.ff.de iuſtitia & iure.quod extendit ad teſtem
2 dicentem † vera eſſe quæ depoſui,niſi fallor. vt
per hoc depoſitio teſtis dubia non dicatur.l.pri
ma.vbi per Bart.ff.de ventre inſpiciendo.& idē
Barto.notat in.l.conuenticulam.C.de epiſco.&
cleri.Moder.Papien.in rubrica.ff.de iureiuran.
aliquid moder.repetunt in dicta.l.in ſubſtitutio
ne.Et hic finis legis ad multa inducitur. Primò
patronū,quanuis ſuo iure,& ſic ſingulari, liber-
to ſuccedere debeat.l.prima.& ſecūda.ff.de bo-
nis libert.tamē ſi liberti necem vlciſci negligat,
illo iure ſuo priuabitur,& ſiſco applicabitur,di-
cta.l.portiones.ff.de his quibus vt indig. etiam
ſi non immediatę ex perſona ſua,ſed etiam me-
diante altera perſona,vt puta filij vel ſerui acqui
rebat,dicta.l.poſt legatū.§.ſi pater.ff.de his qui-
bus vt indignis auſer.hæred.c.& ſi neceſſe.ex-
tra de donation. inter virum & vxorem. dum
ait,ne ad cōmodum ei cedat,quod debet in pœ-
3 nā eius potius retorqueri.Et hac ratione † quic-
quid auſertur ab indigno,fiſco applicatur, dicta
l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoffic. teſta.
nec melior eſt tex.in iure ſecundum gloſ.illic.ra
tio ſecundum Bald.hic,quoniam quod propter
publicam vtilitatem facere inducebatur,illud fa
cere omiſit.Adde tex.in dicta.l.poſt legatum.in
ſine.ff.de his quibus vt indig.ibi, omnes, qui vt
indigni repelluntur,ſubmouendi ſunt à præmio
quod ſecundum edictum diui Traiani datur his
qui ſe deferunt. Quem tex.allegat glo.in dicto
§.meminiſſe.in verbo,ablata.Et contra iſtud fa
cit.l.Papinianus.§.ſi quis impubes.ff.de inoffi-
cio.teſta.hic allegata in gloſ.l.nihil intereſt.§.ſi
patronus.ff.de bonis libertorum.l.pro hærede.
§.ſi quid tamen quaſi hæres.ff.de acquirend.hæ
redi.vbi plene per Barto.& Moder.quibus ad-
de Bald.in.c.vnico. tertia colum.verſiculo, cir-
ca deſcendentes. ſi vaſallus ſeudo priue. cui de-
ſera.colla. decima.& quod Barto.notat in.l.eū
qui.in princ.ff.de interdict.& relega.dum quæ-
rit de patre qui fundum pro ſe & filijs ſuis acce-
pit.Tu verò etiam adde quod pro vtroq; datur
pœna & præmium in.l.prima.ff.de his quibus
vt indig.Secundo per Barto.hic tex.inducitur,
4 vt licet † maritus per pactum vel conſuetudinē
dotem lucretur ſeu lucrari debeat,ſi tamen vxo-
ris necem non vlciſcatur, dos ei tanquam ab in-
digno auſeretur, Allegat.l.ea quidem.ff.de his
quibus vt indign.&.l.ei qui.ff.de his quibus vt
indig.Adde.l.cùm mortem.ff.de iure fiſci.Mo-
der.poſt Bartol.tractant in.l.ſi ab hoſtibus.§.ſi
vir.ff.ſoluto matrimonio.Barto.& Alexand.in
appoſtillis ad eum in.l.fi.ff.de his quibus vt in-
dig.aufert.hæred.authen.ſed hodie.ibi,iniquita
ti non conſentientibus.C.ad legem Iul.de adul.
ſic inducendo, Qui necem non vindicant, taci-
tè morti cōſentire videntur:vt dixi in.l.excipiū-
tur.per illum tex.in verbo,participes.& in.l.pri
ma.§.occiſorum.ſuprà eodem.Facit quod nota
tur in.l.ſed ſi lege.§.proſtituta.ff.de in ius vocan
do. non mirum ſi in commodum mariti cedere
non debet,vt in dicto.c.& ſi neceſſe.extra de do
nationibus inter virum & vxor. dixi in.l.neceſ-
ſarios.§.ſi.ſuprà eodem.Aduerte circa prædicta
dici poſſe hoc rationem non habere, præſertim
in legitima patrono debita,pariter in legitima fi
lio debita, quibus iure quodam ſingulari legiti-
ma debetur.Primò † in patrono qui legitimam 5
à liberto in compēſationem donatæ libertatis cō
ſequitur,dicta.l.prima.& ſecunda.ff.de bonis li
bertorum.non autem facto liberti, id eſt veluti
ex inſtitutione per libertū facta,vel quòd liber-
tus vltra legitimam patrono debitam ei legaue-
rit.Et ratio eſt,quoniam quod alicui certæ per-
ſonæ iure ſingulari competit,non debet ad con-
iunctam cauſam trahi.l.ſi ita ſcriptum fuerit.ff.
de manumiſſis teſta.vbi idem notant Bartol. &
Benedictus de Plombino. idem Benedictus in
l.ij.eodem titulo. licet enim legitima patrono
debita aliquam cum reliqua ſucceſsionis liberti
parte coniunctionem habeat, non tamen vide-
tur poſſe cum ea patroni portione cōiungi: cum
de iure priuilegiata ſit:ideo non debet extendi.
Ad id induci poteſt.l.ſi adulterium cū inceſtu.
§.ſi.ff.ad legem Iuliam de adulter.ibi,nam cuius
famæ,multo magis vitæ parcēdum eſt. facit etiā
quod Barto.in dicta.l.ſi ita ſcriptum fuerit.dicit
6 † de filio hærede inſtituto,cui datus eſt ſubſtitu-
tus, cuius mater domina & maſſaria ſeu vſufru-
ctuaria omnium bonorum relicta eſt: viuo filio
mater alimenta percipiet, ſecundum conſuetudi
nem expreſſam in.l.prima.cum ſua authent.C.ſi
ſecundò nupſe.mulier. contingit filium hæredi-
tatem repudiaſſe:an ſubſtitutus offerendo matri
alimenta liberetur, quemadmodum & filius, ſi
hæres extitiſſet, liberatus fuiſſet: an verò mater
domina & vſufructuaria erit.Dicit Barto.priui-
legium filij non prodeſſe eius ſubſtituto,licet cō
iunctam cauſam cū filio habeat, dicta.l.ſi ita ſcri
ptum fuerit.Ratio autem eſt,quia ſingulariter il
lud priuilegium filio competit. Sic idem in legi-
tima patrono ſeu filio debita,in qua filius nō po
teſt aliquo onere grauari.Dicendum eſt,quia lo
co educationis,quam debet pater filio, ſibi com
7 petit.l.ſcimus. C.de inoffi.teſtamen. † Et filius,
quanuis impius,adhuc à patre ali debet ad impīj
patris exemplum.l.mutus.in ſine.ff.de iure dot.
§.primo. in authenti. de inceſt.nupt. collatio.ij.
facit in patrono.l.prima. C.de operis libertorū.
in ſine.&.l.etiam. C.de obſequijs patro.præſtā.
Nec videtur obſtare iſte text. qui loquitur ſub
dubio in verbo,ſortè. & ſic non erit dubium fa-
cti,ſed eſt dubium iuris:nec per hoc Iureconſul-
tus vol

tus voluit apertè hoc decidere. Et si dixeris filiū deberc legitimam iure institutionis consequi, vt plene dixi in repetitione authēt. ex causa.C.de li be.præteri.§.aliud quoq;.&.§.cæterū.in authēt. vt cùm de appella.cognoscitur.colla.viij.In qua debet saltem in ea institui,& illo iure eam recipe re,dicto.§.aliud quoque. & sic facto patris. hoc nihil est:quia vbi necessitas aliquid faciendi à le ge imponitur, propter id nihil in beneficium fa cientis retinere potest.l.mater.C.de bonis liber to.l.liberta.C.de obseq.patro.præstand. nec po test dici debitum esse aliquod obsequium à pa trono liberto suo,quē sua voluntate manumisit. Tu dic aliam causam ex hac lege colligi:quia nō solum causa liberti patronū impellit,sed& causa publicæ vtilitatis.Et hoc bene ponderauit hic Bald.similem decisionē tradit Alex.in.l.cùm fi lius.ij.col.in fi.ff.de verb.oblig.dum allegat.l. 8 j.C.vbi causæ fisca. Quibus adde quòd † licet filius vel patronus iure singulari in successione patris aut liberti ex beneficio legis hoc habeāt, quia Romani p manumissionē ciues fiūt,& iura ciuiū cōsequūtur authē.sed hodie.C.de iure au reo.annulorū.quāquam de iure antiquo Dige storū aliter esset : vt in.l.j.&.ij.C.de iure aureo. annulorū.l.ij. & pe.ff.de iure aureo. annulorū. sic nec beneficium legis,quæ causam publicā re spicit,negligi debet,sicut à lege causa eius nō est neglecta.Idem in filio,vt dixi in.d.authē.ex cau sa.C.de liber.præter.& mihi in hoc placet quod hic Bal.dixit,& nullus alius hoc aperuit,& ideo nota.Secundò infert hic Roma.hūc tex.facere, vt licet statutum legitimā tollere non possit,illā tamen minuere pōt.de quo remittit se ad ea quæ Dinus notat in regula,indultum.de regulis iur. in sexto.& Cinus in.l.sancimus.C.de nuptijs.& quos ad id allegat Barto.in.l.cum ratio.in prin. ff.de bonis dānato.quē tex.ponderat pro deci sione huius quæstionis,licet Romanus hic non referat. Addit Bart.in.l.Titio cētum.§.Titio ge nero.colū.fi.ff.de condi.& demon.Alexand.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber.& post. bu.sed hic text.videtur oppositum probare, vt non solum minui, verum etiam tolli posit, vt hic in his verbis, fortè & si quasi patronus ve nit. Adde licet impius ali debeat,vt dixi suprà, & legitima, quæ loco alimentorum à lege taxa ta est, tolli non posit, æstimatio autem legiti mæ pro meritis filij & facultatibus patris ad in star dotis taxari potest,argumento legis,quæro. &.l.cùm post.§.genero.ff.de iure dotiū.quæ lo quuntur in dote.De vtroque est tex.in.l.cogno uimus.C.de hæreticis.de ea dic vt in.c.filij.si de feudo fuerit controuer.inter dominum & agna tos collatiōe decima.& in.c.vnico,de filijs nat. ex matrimonio ad morganaticam cōtracto.col latione decima.& vbique per Cardinalem Ale xandr. dantem exemplum post Aluarotum de marchione Mantuæ, qui sub ea conditione fi liam suam filio marchionis Ferrariæ nuptui de dit, vt filij alterius matrimonij non possent in marchionatu succedere. Adde Philippum De cium in.l.iura sanguinis.ff.de regulis iuris. vbi iuuaberis remissionibus in hac quæstione posi tis in apostil.ad Decium. Tertiò per Dinū pō 9 deratur hic tex.si † frater fratrem occidat, hære ditas fratris occisi debet confiscari,nō autem ad sequentes in gradu post fratrem occidētem de uolui,sicut dicitur de legitima portione patro no competente, quæ fisco applicatur.Idem in.l. Marcellus.§.fi.ff.ad Trebellianū. addit Dinus l.primam.in princi.infrà titulo proximo.voluit allegare.l.secundam.§.fratris.infrà titulo proxi mo.vbi Bart.illum tex.notauit.Adde textum in l.Lucius.ff.de iur.fisci.vbi mater quæ hæres fa cta est filij,si patrem occiderit,fit incapax succes sionis patris & filij.Idem in.l.cùm ratio.§.fi.ff. de bonis damnato.Iason in.l.sororem.C.eodē. pulchrē Florianus in.l.his consequēter.§.j.ff.fa miliæ ercifcundæ.sed ista doctrina Dini non ita approbatur.in primis Bar.in.d.l.cùm ratio.§.fi. ff.de bonis damnato.dicit eam locum non habe re vbi alius,qui homicidij reus non est, in eodē gradu sit cum interfectore:ponderans ad id di ctum.§.fratris qui vere.per simile hanc Barto.li mitationem probare videtur.pro ea induco.l.ij. C.de libert.& eorum liber.c.denique.quæ fuit prima causa benefic.amittē.coll.x.& quod Bal. notat in.c.similiter.secunda colum.quibus mo dis feud.amitta.colla.x.dum dixit, fratris occisi successionem ad alios agnatos trāsferri,si frater fratrem occiderit, vt portio fratris accresceret. Allegat.c.j. si vasallus feudo priue. cui deferat. colla.decima.per quem tex.&.c.si vasallus cul pam.si de feudo fuerit controuer.inter dominū & agnatos.colla.decima.iudicatum est Rotho 10 magi in senatu contra quendā nobilem,qui † in agnatum proximum liberis carentem conspira uerat, & in personam eius primum veneno,de mum gladio cū assasinis pluries attētauit, quiq; sex mensibus continuis in necē eius spicula mor tis attentauit:qui licet is,in quem conspirauerat, ex veneno quod sumpserat,& sagitta,qua ictus erat,mortem non obiuerit,non minus morte dā natus est & capite truncatus,iudicatiq; sunt filij eius & nepotes ex filijs vsque in tertium gradū tantum successionis illius,in quem conspiraue rant,incapaces,non aūt vsque in quartum. Ad de tex.& quod ibi notatur in.l.si cohortalis.C. de cohortal.libro duodecimo.c.in quibusdam. extra de pœnis.l.cognouimus.& authen.Gaza ros.C. de hæreticis.l.tertia.in fine.iuncta glos. ff.de aliment.& cibar.legatis.§.finali.in authē. de referenda.sacri pala.collatione secūda.l.vni ca.C.si quacunque præditus potestate.l.si fœmi na.C.ad Turpil.& hoc causatur ex iuris præsum ptione, quæ similitudinem quandam naturalem præsumptam in tam proximo sanguine conside-

rat.l.quod si nolit.§.qui mancipia.ff.de ædilitio
edicto.l.lex Cornelia. in princip.ff.de iniur.de
quo in cap.vtrunque.de pœnis.in sexto.Barto.
plene in.l.eum qui.ff.de interdi. & relega. An-
ge.& Modern. in.l.adoptiuum.§.patronum.ff.
de in ius vocando. In text.auferuntur bona.
hic tex. non aperit cui bona à tali indigno abla-
ta tradãtur,an fisco vel consanguineis:quoniam
tex.in.l. post legatum.§.amittere.ff.de his qui-
bus vt indig.innuere videtur tradenda esse illi,
in cuius fauorẽ auferuntur,non autem fisco.Idẽ
in.l.finali.ff.de litigio.& in.l.prima.C.de secun
dis nuptijs.communis opinio est in dicta.l.si ab
hostibus.§.si vir. ff.soluto matrimo. post gloss.
in.l.hæreditas.C.eodem.in.l.ex parte.C.de adi-
mend. legat. Bartolus in.l.finali.ff.de his qui-
11 bus vt indig.aufer.hæred. † vt hæreditates à le-
gatis differant:quoniam hæreditates quæ ab in-
dignis auferuntur, fisco acquiruntur.l.cùm ra-
tio.§.finali.ff.de bonis damnat.l.Papinianus.§.
meminisse.ff.de inofficio.testa.in.l.cum fisco.su
prà eod.dictum est:legata verò non,sed consan
guineis, aut his, in quorum fauorem auferun-
tur.l.ex parte.ff.de adimend.legat.bene facit di
ctus.§.amittere.qui in legato loquitur.Aduerti-
te, nullum esse qui affirmare audeat. In primis
enim reprehenditur Bartolus in dicto.§.si vir.
dum respondet ad dictam.l.primam.C.de secun
dis nuptijs.dum dixit in illo textu esse speciale
in lucris nuptialibus.Sed hæc Barto.solutio re-
prehenditur, cùm sit contra casum.l.cum mor-
tem.ff.de iure fisci.cui concordat.l.ei qui.ff.de
his quibus vt indig.licet illa lex,ei qui.non ape
riat an fisco acquiratur,sicut nec iste tex.Secun-
do Barto.dabat aliam solutionem in dicta.l.fin.
ff.de his quibus vt indig.vt sit facienda differen
tia an maritus ex prouisione legis lucrum acci-
piat:an vero ex prouisione hominis, videlicet
per pactum.Sed ista solutio Barto.in hoc repre
henditur per Ioan.de Imola & Alexand.per ca-
sum dictæ.l.cùm ratio.§.fi.ff.de bonis dãnato.
quia filia hæres instituta erat, & sic ex prouisiõe
hominis capiebat,& non ex legis dispositione.
Simile in.l.Lucius.ff.de iure fisci.Idem in.l.his
consequenter.§.primo.ff.familiæ ercifcun. Alij
sequuntur primam solutionem quæ fuit Ioan-
nis de Imola in dicto.§.si vir.& glo.ante eum,vt
dixi.sed dic non satisfacere dictæ.l.primæ.C.de
secundis nuptijs.quæ nec in legato nec in hære-
ditate loquitur.Similiter nõ satisfacit.l.fin.ff.de
litigio.à nemine adhuc põderatæ.Vnde Bart.in
dicto.§.amittere.aliter soluit,& melius reproba
12 ta glos.solutione posita in illo.§. † dicit enim,
aut causa,propter quam aliquis fit indignus, re-
spicit vtilitatem certæ personæ:& tunc quod ab
eo aufertur tanquam ab indigno,non fisco, sed
illi personæ acquiritur. Ita loquitur ille.§.amit-
tere.&.l.penult. C.de his quibus vt indignis. &
idem dicit dicta.l. finalis.ff. de litigio.aliter au-
tem applicatur fisco.& ita loquitur ille.§.memi-
nisse. Angelus verò in dicto.§. meminisse. &
Paulus de castro post eum sequuntur hanc di-
stinctionem Bartoli. & Moderni, vti est Iason
in dicta.l. hæreditas.C. de his quibus vt indig.
non referentes Bartol.in dicto.§.amittere. non
simpliciter Barto. distinctionem sequuntur,nec
limitationem Angeli & Pauli, quæ fuit etiam
Bartoli in.§.inordinatum.in authentica,de hæ-
redi. & falcid. collatione prima. quæ est de au-
thenti. hoc amplius. C.de fideicommissis. am-
plectantur. Glossa amplissime distinguit,& eam
Bartol. repetit in dicta.l.finali.ff.de his quibus
vt indig.& Angelus in dicto. §.meminisse.bre-
uius illam magnam glossæ distinctionem decla
rat & sequitur. dixit enim, quicquid aufertur
ab indigno, fisco acquiritur, si ex delicto eius
auferatur:vt in dicto.§. meminisse. Et ita vide-
tur procedere.l.hæreditas.C. eodem.l.cùm ra-
tio.§.finali.ff.de bonis damnatorum. secus si ex
delicto testatoris: quia succedunt agnati & co-
gnati:vt dicit glossa magna,quæ dicit fallere in
13 l.prima.C.de secundis nuptijs. † Secundo di-
cit Angelus, si ex quasi delicto: & dicit acquiri
agnatis, dicta.l.prima.C.de secundis nuptijs.&
sic illa.l.prima.non fallet, nec falletur:sicut nec
quando ex suo delicto hoc contingit,vt dictum
est.aliquando cõcernit certæ personæ iniuriam:
tunc iniuriam passo, non autem fisco acquire-
tur.l.pe.C.de legat.sed secundum eum fallit in
casu authẽ.hoc amplius.C.de fideicommis.quæ
de non implente testatoris voluntatem loqui-
tur.Differentiæ rationem inter casum huius se-
natusconsulti & dictæ authenti.hoc amplius.in
prima huius legis parte posui declarando glos.
in.§.si vero institutio.in authen.de hæred. & fal
cid.collatione prima. Idem dicit Angel.& be-
ne,quando ab indigno non aufertur,sed ipso iu
iure non capit,quia incapax est. Exẽplum datur
in deportato hærede instituto.l.tertia.ff.de his
quæ ꝑ nõ script.haben.l.si pater.&.l.nec apud.
C.de hæredibus instituendis. sed hæc distinctio
non videtur vera, quòd passim fisco acquiran-
tur,quæ ab agnatis auferuntur. capitu.denique.
quæ fuit prima causa beneficij amitten. & quod
notatur in.l.ij. C.de libert. & eorum liber. & in
dicto.c.vnico. si vasallus feudo priue. cui defer.
14 † quia agnati tantum vsque ad quartum gradum
excluduntur,non autẽ hi qui post quartum gra-
dum sunt.l.j.C.de natur.libe.ibi,totum retractũ
legitimæ soboli tradaĩ.l.cognouimus.C.de hæ-
reti.suprà alleg. Ad illas leges respondet Barto.
speciale esse in illis legibus: sed Iason in.d.l.hæ-
reditas.C.eo.post Bal.in.l.j.C.de secun.nup.di-
cit Bart.non dare causas specialitatis.& ideo di-
cunt causam specialitatis esse in casu dictæ.l.j.C.
de secundis nupt.quod transire ad secundas nu-
ptias non est delictum. Et hoc est quod Angel.
in dicto.§.meminisse. ad illã.l.j.dixerat,quòd in
illo tex,

illo tex.de delicto nõ agebatur,sed de quasi de-
licto. Tu verò dic non esse verum quod Iason
post Baldũ dixit, Bar.causas specialitatis non de
disse.dixit enim Barto.speciale esse in lucris nu-
ptialibus.Secundò non esse verum quod ad illã
15 l.j.C.de secund.nupt.dixerunt † cõtrahere secũ
das nuptias non esse delictum,sed quasi delictũ:
tu dic delictum esse in muliere nubente intra tẽ-
pus luctus,in quo casu loquitur illa.l.j.& mu-
lier intra tẽpus luctus nubens,delinquit in legẽ
prohibentẽ intra tẽpora luctus nubere : quæ ob
id infamia notatur.l.decreto.C.ex quib.causis
infa.irrogat.l.j.&.l.genero. & tribus legibus se
quẽtibus.ff.de his qui not.infamia. pariter scien
ter cum ea matrimoniũ cõtrahens,per illos text.
quod aũt infamia pœna sit,satis patet ex illis titu
lis.ff.&.C.de his qui notã.infamia.& ex quibus
causis infa.irrogetur. præsertim nobilibus & in
dignitate positis.l.ij.C.vt intra certũ tẽpus quæ-
stio crimi.termi.versi.quo emenso.& versic.se-
quen.ibi, cui dãnũ famæ non sit iniuria.& eodẽ
modo dic ad.l.j.C.de naturali.liber.quia pœna
infamiæ irrogatur.Ad dictũ Apostoli, mortuo
marito nubat in dño:& iura ciuilia & canonica
permittẽtia secundas nuptias,respõdet glo.in.l.
decreto.C. ex quib.cau.infamia irroge. dici ta-
men potest inquit,nihilominus infamẽ remane-
re quia nimia festinatione punitur.l.quidam.ff.
de dona.&c.Mox ait,etiã quidã decretistæ sub-
audiunt , nubat in domino,duntamen legitime.
& idem notat Cinus post Petrum & Bald.in.l.j.
C.de secund.nup. ob id notã infamiæ non euita
re ait.sed illis cõtradicunt.c.super.&.c.fi.extra
de secund.nup.propterea Romanus in.d.l.si ab
hostibus.§.si vir.ff.soluto mat.in hoc dubio di-
xit nõ posse generalẽ doctrinam tradi : & ob id
leges in casibus suis seruãdas esse.Hoc etiã glo.
meminit in.l.iij.§.fi.in verbo,nuda.ff.de adimẽ.
lega.quã glo.refert Iason in.d.l.hæreditas.iij.co
lum.C.eo.tit.Tu aũt cũ distinctione glo.& Bar.
supra relatis,& dictis Angel.dicere potes quic-
16 quid Romanus & moderni dixerint, † aut hæ-
res institutus incapax est,vel aliquid incapaci iu
re legati relinquitur:& illud fisco non acquirẽ,
sed alijs ab intestato veniẽtibus.Ita loquatur.l.
iij.ff.de his quæ pro non scrip.haben.l.si pater.
vbi idẽ notat glo.fi.C.de hæred.institu.quæ alle
gat ad id.l.nec apud.eo.tit.cum similibus,nisi fi
des tacitè accõmodata esset,vt in.l.j.in princ.&
l.nõ intelligitur.ff.de iure fisci.& quasi per totũ
titulũ.& dixi suprà in pluribus legibus huius ti-
tuli.l.j.C.de quadriẽ. præscriptio.l. vnica.C.de
his q se deferũt. & toto titulo.C.de delato.li.x.
Idẽ notatur in.l.siquis incesti.C.de incestis nup.
Secundò si capax institutus est , sed ex postfa-
cto propter ingratitudinem in defunctum com-
missam indignus effectus sit:vt quia occidit de-
functum,vel necem eius non vindicauit.in quo
loquitur iste tex.&.l.Caius.infrà eodem.& simi
les su allegati.& simul rem poblicam cũ de-
functo ndit,& tunc cùm hæres sit ipso iure,
licet propter suum delictum auferatur ab eo hæ
reditas,hæres tamẽ nomine remanet.l.ex facto.
§.Iulianus.ff.de vulgari & pupilla.substitu.per
quem notat Floria. in dicta. l.his consequenter.
17 §.ij. ff.familiæ ercisc. sed nõ in effectu: † quia ad
quem transit hæreditas , trãsit cum oneribus,se-
cundum Angelum in.l.controuersia.in fin.ff.de
transactio.& facit.l.Marcellus. ff.ad Trebellia.
& tunc fisco acquiritur, & eripit à manibus indi
gni,vt hic,& legibus suprà allegatis.Et hoc ope
ratur ingratitudo commissa in defunctum, pro-
pter neglectam vltionem necis eius,à quo bene-
ficium recepit,dicta.l.Caius.infrà eod.Secundò
operatur publica vtilitas , vt dicit Baldus hic, &
bene,vt dixi suprà, quia in hoc Senatusconsulto
non tantùm hæredis ingratitudo versatur, vt di-
xi,sed interesse Reipublicæ,vt delictum non re-
maneat inultum.Ideo nõ mirum si fisco,qui suc-
cessor est omnium , quæ Rempublicam contin-
gunt,vt notatur in.l.j.ff.de iure fisci.l.prima.C.
de quadriẽ.præscriptio.& in rubrica.C.de iure
fisci.libr.x.non mirum si succedit fiscus benefi-
cio reipublicæ.l.j.C.de delato.lib.x.dixi in.l.in
cognitione.suprà eo.quare dici non potest fauo
re fisci tantũ introductum fuisse,prout dixit Ia-
son in.l.j.circa finem.C.de his quibus vt indig.
18 † quia nulla specialitas à iure introducta est ꝑ-
pter fiscum in casu nostro,nisi per quandã conse
quentiã,sed propter testatorem,qui occisus est,
qui beneficiũ contulit,aliquem hæredẽ institueẽ-
do,per dictam.l.Caius.in verbo,ingratæ hære-
dis.vbi dicam.Secundò ꝓpter rem publicã, cu-
ius,vt dixi,interest ne delicta remaneant impuni
ta.l.j.§.quies.ff.de off.præfecti vrb.l.congruit.
ff.de officio præsid.& sic non fauor fisci tãtum.
Et ratio est,quia licet fiscus hæreditatem conse-
quatur , quæ ab indigno aufertur , eo quòd de-
functi necem vlcisci neglexit, nõ tantũ supplere
tenebitur quod omissum est ab hærede:id est ,vl
cisci necem defuncti.tex.secundũ cõmunem le-
cturam glo.in.l.recusare.§.si fisco.in verbo,qua
si vindicauerit.ff.ad Trebellia.de cuius veritate
nũc nõ aperio.Et cõsidera rõnẽ.l.portiones.ff.
de his quibus vt indignis.ibi,omnes enim hære-
des,vel eos qui loco hæredis sunt,officiose age-
re circa defuncti vindictam conuenit. Quæ ra-
tio potens esse videtur fiscum comprehendere,
si cum oneribus hæreditarijs trãsit:qui etiã pro-
curare debet delicta puniri. licet illa lex in ver-
bo,loco hæredis. secundum Accursium, & be-
ne,de bonorum possessore & fideicommissario
intelligatur:vt in.l.necessarios.in prin.suprà eo.
19 nunc plura non dicã.Et † sic in nullo considera-
tur fisci fauor, sed odium hæredis negligẽtis vl-
cisci necem defuncti.idem in.l. Marcellus.§.fi.
ff.ad Trebellia.&.l.fi.§.fi.ff.de bonis damnato.
nec facienda est inter legata & hæreditates diffe-

rentia,prout glo.fecit in.d.l.ex parte.ff.de adi-
mendis lega. & in.d.l.hæreditas.C.eod.in glo.
magna.& Ioannes de Imola,Alexã.& alij & in
d.l.si ab hostibus.§.si vir.ff.soluto matrimonio.
mouetur secũdum Alexandrũ in.d.§.si vir.circa
fi.& bene per.l.j.ff.si quis aliquẽ testa.prohibu.
ibi,fisco locum fore.&.l.ij.versic.si fidei.eodem
titulo.ibi,fiscus sentiat.& in quarta Trebelliani-
ca in.d.l.Marcellus.§.fi.ff.ad Trebell.sed vt nõ
mẽdicemus textus alienos,text.est hic,qui idem
dicit in legato sicut in hæreditate. Et licet dici
posset hunc tex.id non probare,quia hæres insti
tutus idẽ erat & legatarius:sed ad id dici potest
20 † hæredẽ institutũ posse institutioni renunciare,
& legatũ solũ acceptare : & nõ acceptãdo,si sibi
datus est cohæres,succedet cohæres, qui hæredi
tatẽ adibit per ius accrescendi cũ onere legati,vt
dixi in principio huius legis. l.cùm quidã. ff.de
his quib.vt indig.dũmodo hæres,dũ renũciauit,
indignus iã factus esset,vt hic,in verbo,cessaue-
rat.& dixi in capite huius legis. Et eodẽ modo
loquitur in legato.l.j.ff.de his quibus vt indig.
aufert.hæred.Si autẽ delictum contra testatorẽ
& rempublicam cõmissum non esset,sed contra
aliam certam personam:& tunc non fisco,sed il-
li certæ personæ offensæ competeret.Ita est tex.
in.d.l.iij.§.amittere.&.l.fi.in fi.ff.de his quibus
vt indignis aufert. hæred.l.pe.C.eodẽ.&.l.pe.
C.de lega.&.l.fi.ff.de litigio.& alijs legibus hic
in glo.nostra in verbo, admittãtur. allegatis.ibi
arg.contra suprà de inoff.testa.l.Papinianus.§.
21 si quis impubes.idẽ † dicas quando delictum il-
lud in perniciẽ totius generis cederet:quia gene
ri offenso,non autẽ fisco acquiri debet.Et ita lo
quitur.l.j.C.de naturali.liber.per illas enim nu-
ptias soli parentes offensi erant. Vnde totum re
tractum soli soboli restituitur per illũ tex.& eo-
dem modo responde ad.l.j. C.de secund.nupt.
l.si quis incesti.C.de incest.nupt.§.primũ in au-
then.de incest.nupt.& alias leges supra allega-
tas.Et Bald.similiter respondit in.l.in quibus.
versiculo,quæro quæ erit ratio dubitationis.C.
de secund.nupt.cui adde Felinum in.c,de hoc.
super glo.fi.in.iij.colũ.extra de simonia.& Hen
ricum Bohic,qui prius eo declarauit. Quid au-
tem in occidente testatoris filium,dic vt per Ro
ma.in notabili.cccclix.incipiente , occidens te-
22 statorẽ. Verum est autẽ quòd aliquando † pœ-
na delicti egreditur personas delinquẽtes,quan
do delictũ tale est quod sequẽtes aut proximio-
res in gradu afficere potest,& tales qui iuris præ
sumptione participes iudicantur:quales sunt hi,
qui seduli imitatores illius facinoris esse possẽt.
hi enim excludũtur.Ita loquitur.l.cognouimus.
C.de hæretic.& Manichæ. l.si cohortalis. C.de
cohortali.lib.xij.l.quisquis.C.ad legẽ Iul.maie-
sta.c.vnicum.si vasallus feudo priue. cui defera.
coll.x.&.c.si vasallus.si de feudo fuerit contro-
uer.inter dominũ & agna.coll.x.cum alijs supra
allegatis.quibus exclusis, excepto crimine læsæ
maiestatis & repetũdarũ.l.ex iudiciorũ.ff.de ac-
cusat.qui verò cẽseri nõ pñt talis criminis suspe
cti,succedũt.c.deniq;.quæ fuit prima cã benefi.
amitten.colla.x.l.ij.C.de libert.& eorum liber.
vbi per glo.& Bald.in.d.c.vnico.si vasal.feudo
priuetur cui defer.l.peto.§.fratre.ff.de leg.ij.&
similes text.qui oẽs agnatos post quartũ gradũ
excluso fisco admittunt:vt.l. Lucius.ff.de iure fi
23 sci. † Quartò aut testator solus offenditur , non
aũt res publica:& tũc siue de hæreditate siue de
legato loquaris,nõ succedet fiscus,sed hi qui ex
testamẽto aut ab intestato sunt successuri . Et de
his loquitur authent.hoc amplius. C.de fideicõ.
§.si vero institutio.in authẽ.de hæred.& falci.&
dixi in princ.huius legis declarando prædictũ.§.
si verò institutio.qui de institutiõe loquitur.De
legato est tex.in.d.l.fin.vlt.respõso.ff.de his qui
bus vt indig.aufer.hæred.ibi,sed apud eũ à quo
relictũ est remanet.per quẽ tex.glo.fin. dicit fal-
lere regulam.d.l.Papinianus. §.meminisse.ff.de
inoff.testa.sed nõ erit fallẽtia,vt vides,sed est ra-
tio diuersitatis,quã nũc trado. Et id amplectitur
glo.nostra fin.hic,in verbo,admittantur.dũ alle
gat.§.si quis autẽ non implẽs.in authẽt.de hære.
& falcid.colla.j. quã debes ita intelligere.& per
hæc cessabunt illæ disputationes doctorũ,quarũ
meminimus suprá.Primò glossæ & Moder.Pa-
pien.in.d.l.hæreditas, C.eo.glos.in.l.iij.§.fin.in
verbo,nuda.& in.l.ex parte. ff.de adimen.lega.
glo.Bart.& omniũ in.d.l.si ab hostibus.§.si vir.
ff.sol.matr.Bart.in.l.fin.ff.de his quib.vt indig.
aufer.hære.Iason in.l.sororẽ.C.eo.Bal.in.l.j.C.
de secũ.nup,Sed circa tertiũ mẽbrũ distinctionis
suprà relatæ nõ prætermittã quæstionẽ,quã Bal.
posuit in.d.l.j.col.iij.C.de secũ.nup.cùm dixi su
prà,rẽ quæ auferť ab eo q in cognatos vel agna-
tos deliquit,transferri & restitui generi offenso.
24 Pone,inqt Bald.statutũ esse † q̃d filia dotata am
plius nõ succedet extãtibus masculis filijs vel ne
potibus,vti est in cõsuetudine Normaniæ:nunc
pater decessit relicta filia dotata,& filio masculo
viuente, & nepotibus masculis ex alio filio præ-
mortuo:q̃rit cui hæc portio filiæ applicabiť? vi-
detur sc̃d'm ordinẽ graduũ,vt dixit Bal.in.d.l.j.
C.de natur.lib. ibi, aut fratri aut sorori aut patri
aut matri.contrariũ dicit Bal.qa nepos succedet
in locũ prĩs p̃mortui:nec p hoc corrũpiť gradus.
Et ita dicit Bal.rũdisse cũ repeteret Neapoli. Et
idẽ pbať in.d.l.in q̃bus.C.de secũ.nupt.vbi idẽ
no.Bal.Sed cõtra Bal.videť tex. in.l.si libertus.
§.si libertus.ff.de bo.lib.In cõsuetudine Norma
niæ pcederet dictũ Bal. in successione ascẽdẽtiũ
& descẽdẽtiũ, sed nõ in successione trãsuersaliũ:
quia maior natu solus succedet in immobilibus,
exclusis q̃buscũq; fratribus minoribus natu.Imò
plus,filia ex frẽ maiore natu relicta excludit pa-
truũ:nõ aũt in mobilibus.mobilia eñ pximiori
in gradu tm̃ acq̃runť.Per hæc sit finis huic legi.

MARCELLVS.

Domino à familia occiso, seruus communis necem eius detexit. fauore libertatis, liber quidem fieri debet.: pretij autem partem sibi contingentem socium consequi oportet.

In legis præcedentis Lectionem sequentem breue Argumentum.

1 Seruus communis si alterum ex dominis defenderit, præmij vice, dulci libertate donabitur.
Præmium ab eo non immeritò debetur, cuius negotium immediate gestum est.
2 Seruus orcinus qua de causa fit quis vocandus.
3 Dominus serui communis pro defensione condomini libertatem consecuti, tenetur quam in eodem habet seruo partem vendere, libertatis fauore.



SPECIES HVIVS legis plene posita est per nos in.l.iij.§.si ex stipulatu.& in.l.senatuscõsulto. in princ.& in.l.si seruus. suprà eo.quæ aũt huic legi conueniẽt aperiemus.
1 Ex qua collige, † seruum cõmunẽ alterum ex dominis defendentem, pro præmio libertatem cõsequi.l.vnica.C.de cõmuni seruo manu.& alijs hic in glo.notatis.Sed intellige secuta sentẽtia.l.j.C.quibus ex causis serui pro præmio libert.accipi.debeẽ autẽ præmiũ in hoc casu non à fisco, sed de bonis occisi, vt hic notat glo. Cui adde text.in simili in.l.seruũ filij.§.fi.ff.de lega.j.plura dicentur in.l.lege.infrà eodem. Plus adde generaliorẽ regulã, præmiũ ab eo deberi, cuius negotiũ immediate gestũ est.l.fi.C.de cupress.lib.xj.l.mulier in opus salinarũ.ff.de cap.& postliminio reuer.l.ij.C.ꝑ quibus causis serui ꝑ præmio liber.accip.vbi per Bald.l.j.C.de deserto.& occultato.li.xij. Quare cùm hic principaliter causa defuncti tractatur, si q̃d præmium dari debet, ex bonis defuncti solui debet: vt recte glos.hic sentit.d.l.lege.in prin. vbi
2 plenius videbitur.infrà eo. † Quo fit vt seruus, qui dominum defendit, orcinus appelletur, in.l. qui necẽ.ff.qui sine manu.libert.cõseq.l.vnica.§.sed & si sub conditione.C.de Latina libertate tollen.glo.in.l.si is qui necẽ.ff.de bonis liber.l.intestato.§.j.ff.de suis & legitimis hæred. hinc est quod socius qui partẽ in seruo habet illã non amittat, vt hic, dum ait, pretij autem partem sibi contingentẽ sociũ consequi oportet: & donec sibi satisfiat de pretio, seruũ retinet, d.l.vnica.§.j. vbi per glo.in verbo, necessitatẽ.C. de cõmuni seruo manu.& in.l.si fideiussor.§.meminisse.ff.
3 de lega.j. † tenebitur autẽ vẽdere socius partem quã habet in seruo, vt hic, & in legibus in gloss. nostra allegatis. Pretiũ autem serui taxatur in dicta.l.vnica.C.de cõmuni seruo manu. Moder. recẽsent post glo.& Bar.in.l.nec emere.C.de iure deliber. casus, in quibus quis rem suã vẽdere cogi potest.nunc non tractabo. Adde ad hunc tex.l.æris alieni.& glo.illic in verbo, donauit.ff. ad legẽ Falcid.vbi aliquid per Alexã.ratio autẽ huius legis est in.l.si pariter.in fi.ff.de liber.causa. Nemo enim patiendus est ꝑ parte seruus: sed cum ratiõe domini, cuius necẽ vindicauit, libertatem cõsequitur: vt in.d.l.senatuscõsulto.&.l. si seruus. suprà eodẽ.si in parte alterius domini retineretur, nimis absurdum esset: partem autẽ æstimationis serui retinet.

MODESTINVS.

Prius de se familia torquenda est: & si confiteatur, tunc interrogetur quo mandante flagitium admissum sit.

Argumentum in præcedentis legis Lectionem subsequentem.

1 Seruus an posit torqueri nullis præcedentibus indicijs.
2 Seruus quando conscius necis domini sui præsumatur.
3 Reus accusatus regulariter de se, & non de conscijs interrogari & respondere debet.
4 Seruus sub eodem existens tecto cùm dominus offenditur, ideo sceleris particeps putatur, quia præsens iudicatur.
5 Accusatus non debet interrogari, de quopiam singulariter, sed in genere, quis mandator aut sceleris particeps extiterit.
6 Testes de loco & tempore, die & mense interrogãdi sunt.



PER GLO. ET BARto.hic in verbo, prius. dicitur hic probari, specialẽ esse casum
1 huius senatusconsulti, † vt seruus sine indicijs torq̃ri posit, licet regulariter quæstio nisi præcedẽtibus indicijs dari non posit.l.j.& fi.ff. de quæstiõibus.l.j.C.de quæstio. Licet glos.cõtrariũ notet in.l.j.§.itẽ illud.in verbo, locus. suprà eo. Dinus tamen hic secundum eũdem Bart.hãc

nostram glos. approbat. Non cõperio Dinũ legisse hanc legẽ: sed puto in multis suam lecturã nouiter impressam defectuosam esse: existimo autẽ hanc glo. verum dicere, quicquid hic Bald. dicit, vno considerato, quod hoc senatuscõsulto serui nõ puniũtur, nisi sub eodẽ tecto fuerint cũ dominus occisus est aut cõscij seu participes criminis aliter inuenirẽtur. l. j. §. hoc autẽ senatuscõsultũ. suprà eo. & ratio est propter iuris præsum
2 ptionẽ, † quæ seruũ præsumit, quia sub eodẽ tecto fuerit, & in loco, in quo vocẽ exaudire potuerit cũ dominus offensus est, conscium criminis. & sic talis præsumptio iuris in fauorem domini hoc admittit. sed hoc intelligas secũdũ casum. d. l. j. §. itẽ illud. si iudici constiterit dominũ scelere interemptum fuisse, vt dixi in. l. necessarios. §. nõ aliàs. suprà eo. hac rõne dicitur esse delictũ sub eodẽ tecto esse cùm dominus occisus est, nisi cõstet seruum domino succurrisse cùm offendebatur. d. §. hoc aũt senatuscõsultũ. Aliter aũt procedant. l. j. & fi. ff. de quæstio. dicetur latius aliàs. Nõ tñ ad idme mouet hæc dictio, prius. quæ nihil facit: quia licet hæc lex dicat, prius. non tamẽ in hoc senatuscõsulto tantũ speciale est quòd prius suspectus vel accusatus de crimine de se interro
3 getur. † nam de iure regulariter de se, nõ de cõscijs accusatus interrogari & respondere debet: vt dixi plenius in. l. & si certus. suprà eod. l. fi. C. de accusatio. l. j. C. de custodia reorũ. Dixi etiã in. l. j. §. j. suprà eo. Secundò in seruo in quacũq; causa cõuicto seu accusato de se debet interrogari, etiã non præcedẽtibus indicijs, vt dixi. Text. cum glo. in. l. interrogari, C. de quæstio. de cuius veritate scripsi in. d. l. & si certus. Adde. l. diuus. §. j. ff. de custo. & exhibi. reorũ. ibi, interrogent eos de socijs & receptatoribus. Verum est aũt glo. dicere plus in casu nr̃o militare quàm in cæteris alijs casibus vt familia circa dominorum salutẽ diligẽtior fiat. d. l. j. in prin. & §. serui quoties. suprà eo. Secundò quia hoc senatuscõ
4 sultum † seruũ existentẽ sub eodẽ tecto pro præsente accipit: alioquin puniẽdus non erit, d. l. j. §. cùm dominus. & versic. quod si cũ domino nemo fuit &c. suprà eo. Et ista est vera ratio. Secũdò in versiculo, quo mãdante. probatur seruum de conscijs inquirendũ esse, dum dicit, quo mandante. & hoc est singulare in hoc edicto: quia regulariter de cõscijs interrogari non debet. l. repeti. secundò respõso. ff. de quæstio. Adde tamẽ quod licet interrogari debeant etiã vltimo supplicio dãnati. l. qui vltimo. ff. de pœnis. nõ tamẽ debet eis omnino fides adhiberi, ne desperati ad delationẽ facile sine causa cõfugiant. l. deferre. §. item cõstitutionibus. ff. de iure fisci. l. j. §. fi. ff. de quæstio. Dixi plenius in. d. l. & si certus. non
5 repeto. Et dicit hic glo. & bene, † seruum nõ esse tunc inquirendũ de Titio vel Sempronio an mandatores sint, aut aliter criminis conscij, sed in genere de cõscijs interrogari debet. l. j. §. quæstionem. ff. de quæstio. hic allegata in glossa.

Nouissime glo. fi. allegãs. l. j. §. rationes. ff. de
6 edendo. notat vnũ satis quotidianũ, † testes interrogãdos esse de tẽpore & loco, die & mense. de quo Felinus copiose scribit in. c. cùm cãm. x. col. sup glo. in verbo, tempore. extra de testibus. & in. l. testium. per Barto. Bald. & Alexan. C. de testibus. hic allegata per eum. Barto. in. l. li bellorũ. ff. de accusatio. quia hoc notabile glos. est extra literam, ideo non intendo nunc examinare. dicam plenius suo loco.

MODESTINVS.

Ex inofficioso testamento quæri idem, & mortem vindicare defuncti non prohibetur. Idq; Paulus respondit.

Argumentum in Legis præcedentis sequentem Lectionem.

1 Filius querela inofficiosi impugnans patris testamentum, si succubuerit, hæreditate priuabitur.
2 Testamento ad causam intestati redacto, filius iniustè exhæredatus potest omnia hæredis officia obire.
3 Filius exhæredatus antequam querela intentata possit ab intestato succedere, mortem patris vlcisci tenetur.
4 Hæredes omnes tam ab intestato quàm ex testamento, & qui hæredum loco habentur, antequàm hæreditatem adeant, mortem tenentur vindicare testatoris.
5 Filius querelans patris testamentum tanquã inofficiosum, non potest dici hæres ante litem finitam.


ILIVS EXHAERE. datus potest simul cum querela vindictam patris prosequi. Idem in. l. hæres. l. propter venena. infrà eodem. & ratio dubitandi huius legis est, cùm
1 † filius querelans testamentum tanquam inofficiosum, dicatur voluntatem patris testatoris impugnare: si succumbat, vt indignus priuatur omni commodo hæreditario, & fisco acquiritur. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamen. & dictum est in. l. si sequens. suprà eodem. si euincatur à querela. per illum textum,
2 & l. secundam. ff. de his quibus vt indignis. donec igitur causa ipsius querelæ erit dubia propter litem motam, videbatur expectandum esse litis euentum: vt in simili dicitur in. l. si exhæredatus. suprà eodem. in. l. ordinata. ff. de liberali causa. l. res quæ. ff. de iure fisci. E diuerso facit. l. cùm quidam. §. finali. ff. de acquirenda

hæred

2 hæreditate.in argumentum † quando certus est
filius exhæredatus se iniuste exhæredatum esse,
atque ob id testamentum facilime ad causam
intestati reduci posse: tunc omnia hæredis offi-
cia agere potest, præsertim hoc pium officium,
vt dicit.l.prima.C.eodem.&.l.portiones.in ver
bo,officiose.ff.de his quibus vt indignis aufert.
hæredi. Et hoc modo potest sustineri glo.nostra
finalis, dum dicit, imò tenetur vt successor ab
intestato.l.si sequens.§.fina.suprà eodem. quan
do indubiè scit testamentum ad causam intestati
posse reduci propter querelam per eum intenta
tam. Aliter Iason in.l. prima.C. eodem. inducit
3 hanc gloss.dum inquit, † filium à patre exhære-
datum intentata querela contra patris testamen
tum,antequam postea ab intestato succedat, te-
neri prius patris mortem vlcisci: aliàs tanquam
ab indigno auferetur hæreditas. Dicens hanc
glos.nostram hoc sentire. Sed hæc inductio non
videtur esse vera. in primis quomodo potest fi-
lius querela solum intentata & non diffinita se
hæredem patris ab intestato nominare? certe nõ
potest, nisi cum illa inductione quam dedi suprà
propter dubium litis euentum: quoniam si euin
catur, priuatur hæreditate, dicto.§.meminisse. &
dicta.l.aufertur.in principio.ff.de iure fisci. Se-
cundò si accipias inductionem Iasonis prout ia-
cet, est de dubitabili: quia clarum est per dictam
4 legem, si sequens.§.fina. suprà eodem. † omnes
hæredes tam ex testamento quàm ab intestato;
& non tantum hæredes, sed & qui loco hære-
dum sunt, quales sunt bonorum possessores, vt
dicit text.cum gloss.in.l.portiones.ff. de his qui
bus vt indignis. vel qui per medium filij vel ser-
ui hæreditatem recipiunt, vt dixi suprà per.l.
post legatum.§.si pater.ff.de his quibus vt indi-
gnis.l.qui liberis.§.hæc verba.ff. de vulgari sub
stitutione.teneri mortem testatoris vlcisci, ante-
quam hæreditatem adeant. aliter ab eis tãquam
indignis hæreditas auferetur, vel quicquid ex
testamento percepturi sunt.l.Marcellus.§.fina.
ff. ad Trebellia.l. si sequens.§.finali. suprà eo-
dem. & lege prima.C.de his quibus vt indignis.
5 † filius autem querelans, hæres dici non posset,
neque ante finitam litem, seu ea durante, pro-
pter dubium litis euentum. Secus autem si ad-
huc re integra & nõ decisa cessauerit.d.§.memi-
nisse. Dixi in.d.l.si sequens.vt igitur hæc glo.ali
quid noui adferat ad hũc text. tene inductionem
per me datam in capite huius legis.

MODESTINVS.

Cum dominus occiditur, auxilium ei familia ferre debet & armis, & manu, & clamoribus, & obiectu corporis. Quòd si, cum posset, non tulerit: meritò de ea supplicium sumitur.

In præcedentis Legis sequentem lectionem Argumentum.

1 Seruus domino periclitãti armis, manu, clamore & corporis obiectione debet opitulari.
Vxorem proximi sui violans, quòd eam humiliauerit, lege Mosaica lapidibus obruebatur.
2 Seruus prohibere tenetur dominum ne in se sæuiat, aut se præcipitet.
3 Arma Ecclesiæ, orationes sunt & lachrymæ.
4 Contractus feudalis armis & vi potest defendi.
5 Auxilium lachrymarum non militibus, sed mulieribus conuenit.



IC RECENSET
Iureconsultus apertiori-
bus terminis modum, quo
seruus domino insultato
auxiliari debet. Dixi in.l.
prima.§.tulisse.suprà eod.
1 † armis scilicet manu, cla-
more, & obiectu corpo-
ris: cum hic tex.ait in versiculo, veluti si quis ex-
clamauerit vt ad auxilium conueniretur. Secun-
dò terruit aggressores. Tertiò turbam conuoca
uit. Quartò corpus suum obiecit. Adde Bartol.
in.l.quidam cùm filium.ff. de verborum obliga
tio.in dicta lege prima.§.potuisse.suprà eodem.
& Deuteronomij vigesimosecundo, Si puellam
virginem desponderit vir, & inuenerit eam ali-
quis in ciuitate, & concubuerit cum ea: educes
vtrunque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus
obruentur: puella, quia non clamauit cùm esset
in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem proximi
sui.l.itaq;.ff.ad legem Aquiliam. Additur alius,
videlicet plorando: vt hi qui in domo erant &
vicini audirent. & lege finali.C.eodem.idem de
impubere in lege, excipiuntur. suprà eodem.
Additur alius in lege prima.§. si sibi manus. su-
2 prà eodem. cùm † possunt prohibere dominum
in seipsum sæuientem, aut præcipitantem quo
minus sæuiat in se, aut se præcipitet. per Barto-
lum, Alexandrum & Modernio. in lege, stipu-
latio ista. in principio.ff. de verborum obligat.

dum quæritur per eos de eo qui promisit defendere de iure & de facto, an teneatur cũ armis defendere. in hoc mihi placet distinctio Barto. posita in procemio Digestorum. quarta columna.
3 versicu. item dicitur. Dixit enim de eo † qui sub protectione alicuius ponitur, si protectionem ecclesiæ recipiat, nõ debere ab ecclesia armis defendi, sed lachrymis & oratione. capitulo, recipimus. extra de priuilegijs. Adde text. Ambrosij in capitulo, cõuenior. vigesimatertia. quæstione octaua. sed hoc de iure canonico & diuino, quæ nostra ætate iura antiquata sunt: quoniam & pontifices nostris temporibus suos armis tuentur, vti Iulius secundus & Leo decimus, & pleriq; alij anteriores pontifices. Missa hæc faciamus. Pro quibus est. c. dilecto. de sentent. excommunicatio. libro sexto. quæ decretalis est Bonifacij octaui, qui similibus armis vtebatur. Adde Bald. in lege finali. C. de actio. empti. Aretinum in. l. hæres in omne. ff. de acquirẽ. hæredita. Vide quæ diximus in. l. prima. §. iuxta. versic. potuisse. suprà eodem. dum de contractu feudali tractatum est, an vasallus morti se exponere debeat. Secundo dicit Bartol. si in contractibus loquamur: & tunc non armis tenetur quis se opponere. l. fin. C. de actio. empti. Et hoc est quod notatur in regula, non videtur defendere. ff. de regu. iuris. & in. l. Lucius. §. tres hæredes. ibi, per
4 gloss. & omnes. ff. ad Trebellia. hoc verum, † nisi natura contractus hoc desideret: vti est in feudo. capitulo primo. quibus modis feud. amitt. collatione decima. vbi plenius per Bald. & feudistas, & in capitulo primo & secundo. hic finitur Lex, deinde incipiunt consuetud. regni, collatione decima. Secundò pone exemplum in eo, qui promisit aliquem defendere vel liberare à manu militantium. l. metum. §. sed licet. ff. quod metus causa. Verbum enim, protegere. accipietur cum armis. Alleg. ad id Bartol. text. & bene in. l. desertorem. §. fina. in verbo, protegere. ff. de re militari. Addite tamen sic debere intelligi, vt teneatur sic protegere, vt comiter liberetur. l. non dubito. versic. liber. ff. de capt. & postlimi. reuers. ibi, sine fœdere comprehensum est, vt is populus alterius populi maiestatẽ comiter conseruaret: & necdum is, qui conuenit, sed & domus tota & familia & quæcunq; eius negotia. l. vnica. C. si quacunq; præd. potestate. authen. habita. C. ne filius pro patre. & dicto. §. primo. in procemio Digestorum. l. illicitas. §. ne potentiores. ibi per Barto. Bald. & Alexand. ff. de officio præsid. Idem notat Bart. in dicta. l. quidam cùm filium. vbi recentiores plenius. ff. de verbo. obligatio. & in dicta. l. stipulatio ista. in princi. eod. titu. Pondera hunc text. in verbo, obiectu corporis. quod facit pro his qui rixantibus corpore se obijciunt, ne mutuo se offendant. l. prima. §. potuisse. suprà eodem. in his verbis, si non corpore. Quartò in seruo text. est hic, & in dicta. l. prima. §. tulisse. suprà eodem. de quo per Bal. in dicto capitulo primo. quibus modis feud. amitt. collatione decima. & omnes feudistæ post eum.
vbi Bald. † quod diximus de auxilio quod plorando fertur à muliere, non habere locum in militibus in expeditione existentibus, qui suis plorando infesti essent. In versiculo, quod si cùm posset, qui potest auxilium ferre, & non fert, pœna huius senatusconsulti puniendum esse. idem in. l. omne delictum. §. qui præpositum. ff. de re milita. qui præpositum, inquit ille text. non protexit cùm possit, factori similis est: si resistere nõ potuerit, parcitur. dictum est in. l. prima. §. tulisse. & sequen. suprà eod. plenius per Bal. & alios in dicto. c. primo. quib. modis feud. amitt. colla. decima. Et finem huius legis inducit Bart. in argumentum ad vniuersitatem delinquentem, qualiter puniatur: quia hoc satis, longè est à nostro text. dic vt per Barto. in. l. aut facta. ff. de pœnis. hic allegata per eum: quia non est hic locus opportunus. 5

PAPINIANVS.

Hæres qui veneni causam persequitur: res hæreditarias vrgentes ordinare, saluis probationum indicijs, non prohibetur.

In Legis præcedentis Lectionem subsequentem Summarium.

1 Hæres an ante hæreditatis aditionem possit hæreditarias res perituras alienare. & nume. seq.

3 Ecclesiastica bona si res vrgeat, ne scilicet pereant, distrahi possunt solennitate iuris dissimulata.

4 Vendens rem litigiosam necessitate coactus, etiam sine iudicis authoritate, in litigiosi non incidit vitium.

5 Minorum & ecclesiæ bona non possunt absq; debita iuris solennitate alienari.

6 Hæres non potest rem hæreditatis perituram ante aditionem vendere, nisi de eadem iudici saltẽ summariè constet.

7 Iudex de necessitate vendẽdi rem hæreditariam, minoris, aut ecclesiasticam cognoscere debet.

8 Maior de hæreditate adeunda deliberãs, deliberatione pendente nil hæreditatis potest alienare.

Curator

9 Curator bonis datus ad votum eorum qui hæreditarij sunt creditores, pendente conditione aditioni adiecta nil absq; prætoris iussu, potest alienare.

10 Tutores, prælati, administratores publici, curatores bonis dati necessitate cogente possunt minorum, ecclesiæ, ciuitatis, & hæreditatis iacentis res alienare.

11 Alienationi rei litigiosæ possunt ij, quorũ interest, absq; authoritate iudicis consentire.

12 Serui hæreditarij, etsi necessitate vrgente, vendi nequeunt ante de eisdem habitam quæstionem.


GLOSSA PRIMA LEGIT
tripliciter hãc legem. Primò dum
dicit, potuisse hæredem hæredita-
rias res vrgentes seu perituras ven
dere, eo quod à familia non esset
dominus venenatus, sed ab extra-
neo, qui ignorabatur iuxta. l. sororem. C. eodem
l. primã. §. quid ergo. suprà eodem. hæc interpre
tatio nullum habet dubium per casum. l. sequen
tis. in princip. quoniam hoc facere potest hæres,
licet perituræ non essent, aut aliter vrgens non
esset earum alienatio: cum per legem sequentem
adire posit, & omnia, quæ hæredis officio incũ-
bunt, facere: vbi non adiret, & adeundi tempus
laberetur, excludi posset: vt in. l. sequẽti dicetur.
1 † Secundò ab Accursio legitur, quòd hæres hic
nondum adierat, sed deliberabat: causam tamẽ
veneni prosequebatur. & dum prosequeretur
res perituras vendidit. Iure hoc fecit. neque per
hoc adijsse censebitur. l. Aristo. §. primo. ff. de iu
re deliber. Et secundum hanc interpretationem
iste text. esset singularis, & vtiliter limitans di-
ctam. l. Aristo. vt si talis ac tanta esset necessitas
alienandi res hæreditarias, vt si iudicis authori-
tas expectaretur, maximum fortè hæredi damnũ
contingere posset: quare iudicis authoritatẽ ex-
pectare necesse nõ est. l. si filiusfamilias. ff. de iu-
di. l. prima. §. dies. ff quando appel. sit.
Tertiò legit Accursius vt intelligatur de fami
lia, quæ dominum toxicauit, & ob id aditio dif-
ferri debeat donec sumptum sit de familia sup-
2 plicium: vt in. l. sequenti. versicu. aliud. † sed in-
terim si res vrgeant vt distrahantur quia peritu-
ræ sunt, poterit interim hæres etiam sine iudice
vendere. induci potest. l. lex quæ tutores. C. de
administra. tut. & huiusmodi interpretatio satis
priori conformis esset. vtraq; bona. prima non
multum quadraret, vt dixi.
Ex istis duabus interpretationibus dico opi-
nionem Cardinalis Florent. in clementina pri-
ma. columna septima. quæstione vigesimanona,
de rebus ecclesiæ non alienã. rectè probari dum
3 ait, † quanquam res ecclesiæ non posint aliena
ri, nisi seruata iuris solennitate, si tamen tantam
desiderant celeritatem, quæ nisi vendantur forsi
tan peribunt, poterunt sine solennitate distrahi,
argumen. l. diuus. ff. de petitio. hæredita. l. tutor
qui repertorium. ff. de administratio. tutorum.
Adde. l. causam. vbi per Bened. de Plumb. ff. de
manumissio. glo. in. c. placuit. duodecima. quæ-
stione secunda. & Florianum in. l. alienationes.
4 ff. fami. ercisc. dicentem per illum text. † venden
tem rem litigiosam propter necessitatem, etiam
sine iudicis authoritate, in vitium litigiosi nõ in-
cidere. Et respondet ad dictam. l. diuus. ff. de pe-
ti. hære. vt intelligatur de vrbanitate, non autem
de necessitate. Pro quo adde tex. in. l. si pupillo-
rum. in princ. ff. de reb. eorum qui sub tutela vel
cura sunt. l. peto. §. prædium. ff. de le. ij. Cui con-
cordat. l. cùm fidei. ff. de fideicom. liber. allegata
per Florianum. Ego autẽ non puto hoc Floria.
dictum verum esse. fieri enim debet cum autho-
ritate iudicis: cui saltem summariè de huiusmodi
necessitate cõstare debet. d. l. diuus. ff. de pet. hæ
red. d. l. Aristo. hic allegata in glo. Et ratio colli-
gitur ex. l. lex quæ tutores. C. de admini. tuto. ne
fraus fiat, vt probat ille tex. in his verbis, vt frau
di locus nõ sit. Nec obstat. l. vnum ex familia §.
quod si talia. & d. l. peto. §. j. ff. de lega. ij. & d. l.
cùm fidei. quia lata est differentia inter rẽ adven
dendum seu restituẽdum ordinatam & eam quæ
propter iuris resistentiam vel testatoris prohibi
tionem alienari nõ potest. l. rogo. ff. de fideicõ.
liber. in his verbis, & si non volũtaria alienatio.
& ideo res prohibitæ alienari si alienantur retra
ctantur. l. cùm pater. §. libertis. ff. de le. ij. l. liber-
tis. ff. de condi. & demon. dixi in. l. dudum. C. de
5 contrahen. empt. † & in rebus ecclesiæ & mino
rum, quæ sine solennitate prohibentur alienari,
licet necessitas vrgeat, nisi cũ solennitate de qua
loquitur titulus de rebus eorum qui sub tutela
vel cura sunt. & de reb. ecc. non alie. non alienet
de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt, nisi
necessitaa impellat, de qua constet iudici, vt dixi
per. d. l. diuus. & d. l. Aristo. sed in re ordinata
ad vendendũ vt est quando testator iussit aliena
ri tunc vendens propter iussum testatoris excu-
satur, quia coacta est necessitas. secus in necessi-
tate causata vt in quæstione nostra. Ob id absq;
aliquali causæ cognitione alienari non poterũt.
Non obstat. l. si pupillorum. quæ loquitur in eo,
cui de iure licet vendere. Adhuc tamen dicit ille
text. vrbanius fiet si cum prætore vendat. idem
notatur in. l. creditores. C. de pig. argu. est. l. j. §.
coget autem. ff. si ventris no. mulier in poss. mis-
sa sit. Et ad. l. alienationes. dic quòd cum iudice
debet vendere: vt in authen. de litigio. §. ad hoc.
collatio. octaua. & l. fin. C. de litigio. & ita intel-
6 ligatur hæc lex per text. dictæ. l. Aristo. vt † iudi
ci saltem summarie de vrgenti illa necessitate
constet: ne, vt dixi, fraus fiat per hæredem, nec
sit in sua causa iudex. l. vnica. C. ne quis in sua
causa iudicet. lege, omnibus. C. de testibus. Ad-
de gloss. & Barto. in lege secunda. C. de iure em-
phyteu. & idem dico ad decisionem Cardin. de
zaba. in dicta Clementina prima. de rebus eccle
siæ non alie. per tex. ab eo allegatos, videlicet. l.
diuus. ff. de peti. hæred. l. tutor qui repertorium.

§.primo.ibi,non quidem præcipiti festinatione,
sed nec moratoria cunctatione.sed quis interpre
tabitur an festinanter,an verò cunctanter egerit
tutor: certum est iudicem solũ debere hoc arbi-
trari,dicta.l.diuus.& dicta.l.lex quæ tutores.&
dicta.l. Aristo. verum est autem quòd vbi tam
exacta solennitas expectaretur,quæ damnum ec
clesiæ aut minori allatura esset, non puto hoc ne
cessarium esse,per rationem dictæ.l.tutor qui re
pertorium.in princip.& in.§.primo.ff.de admi-
7 nistratio.tutorum.† sed saltem cum authoritate
iudicis fiat:qui summarie de vrgente necessitate
cognoscet.l.ait prætor.ff. de iure deliber. quem
text.extendit ibi Bal.ad sequestrum,per.l. si ma
gistratus.ff.de priuilegijs cred.Bart.autem in di
cta.l.ait prætor. concordat illam.l. cum dicta.l.
Aristo.dum.l.Ait prætor. vult sine causæ cogni
tione alienationem posse fieri: & tamen dicta.l.
ait prætor. contrarium sentiat. Sed dupliciter
Barto.respondet.primò quòd.l.Aristo. de hæ-
reditate magna loquatur.Lex verò, ait prætor.
de parua hæreditate intelligatur.sed hæc solutio
multum diuinat:licet glo.in verbo, permissum.
post Irne.tãq̃ nouissimam sequitur eam,& ideo
Bar.aliter & secundo post glo. respondet quod
in.l.ait prætor.de vescẽdo pupillo tractabatur.
secus autem in.l. Aristo.sed per hoc non satisfa-
cit hæc solutio.l.diuus.ff.de petitio.hæredi.quæ
etiam loquitur de causa vescendi in versic.sed &
propter familiæ cibaria, necessaria erit diminu-
tio.&.l.lex quæ tutores.C.de administratio. tu
torum.Et Barto.cogitans solutiones gloss. non
satisfacere dixit considerandum esse qualiter il-
8 læ leges procedãt:quoniam † si maior de adeun
da hæreditate deliberat,pendente deliberatione
deliberans alienare non poterit. Et ita intellige
l. Aristo. Secus autem in curatore bonis dato:
quia tunc ipse vel alius poterit sine decreto iudi
cis alienare.l.si quis instituatur.§.fina.cum.l. se-
quen.ff.de hæred.instituen.Si verò pupillus de-
liberat, non poterit curator bonis datus sine iu-
dicis decreto alienare.idem in qualibet alia per-
sona consilij sui infirma dicendum esse ait, per
dictam.l.si quis instituatur.§.fina.cum.l.sequen
ti.idem dixit Ange.extendens hæc omnia ad se-
questrum.allegat.l.si oleum.ff.de dolo.sed cum
benigna supportatione Bartoli, non puto hanc
suam distinctionem in aliqua legum per eum al-
legatarum probari.in primis.l.ait prætor. in nul
la sui parte de curatore bonis dato loquitur: &
tamen indistincte lex diminutionem rerum hæ-
reditariarum sine decreto prætoris & sine causæ
cognitione, qualis qualis sit causa, fieri vetat.
Hoc dicit in fine illius legis ibi, neq; enim sine
permissu eius debet diminutio fieri.Nõ inficior
legem illam de diminutione rerum hæreditaria-
rum pendente dilatione ad deliberandum peti-
ta,loqui:sed non sine prætore. Et minus probat
lex,si quis instituatur.§. item si conditioni.&.§.
fina.cum.l.sequenti.ff. de hæredibus instituen.
quæ omnino probant oppositum. in primis di-
ctus.§.item si conditioni.versic.& interim. quæ
vrgebant per curatores distrahi,iussurum.quod
verbum ad ea, quæ in capite.§.posita sunt, re-
9 fertur.ibi,constituet prætor.& † sic curator bo-
nis datus ad instantiam creditorum hæreditario
rum pendente conditione aditioni hæreditatis
adiecta absq; prætoris iussu distrahere non po-
test. Et sic dici nõ potest in illa.l.de tempore ad
deliberandum petito mentionem factam esse.
Pendente enim conditione hæres non poterat
hæreditatem adire:vt dicit ille text. Et quod dici
tur in versicu.sed si sub conditione.vt ad tollen-
dum æs alienum & liberandum pupillum possit
curator bonis datus alienare:verum est, res quæ
minoris erunt dispendij, de quibus cognoscit
prætor, dicta.l. lex quæ tutores. & dicta.l. ait
prætor.§.in causæ cognitione.& dicta.l.Aristo.
in fi.&.l.igitur.ff.de iure deliberan.&.§.fina. di
ctæ.l. si quis instituatur. expresse prohibet sine
causæ cognitione prædicta fieri. Et iureconsul-
tus illum.§. sic exorditur: & ideo,ait,causæ co-
gnitionem adiectã.quæ dictiones, & ideo. illa-
tiuæ sunt, & relatiuæ ad præcedentes cum iuris
conclusione. quare mihi plus placet in hoc Bal-
di opinio in dicta.l.Aristo. qui vult tales perso-
10 nas,quales sunt † tutores,prælati,publici admi-
nistratores,sequestri,curatores bonis dati, & si-
miles,vrgente necessitate posse res minorum,ec
clesiæ, ciuitatis, aut hæreditatis adhuc iacentis
alienare, dum cum decreto prætoris seu iudicis
cum causæ cognitione, saltem summaria, inter-
posito fiãt.Cõsentio tamen huiusmodi causæ co
gnitionem non tam exactam desiderari: ne fortè
dum Romæ consulitur,interim res pereant.l.se-
cunda.§.si propter aduersam. circa finem.ff. si
quis cautio.l. prima. in principio.ff. de exerci.
actione.l.si mihi & tibi.§.si quis seruos.ff.de le-
ga.primo.l.edicto.§.extat.ff.de iure fisci.cũ alijs
nota.per glo.in.d.§. si quis seruos. & bene facit
pro Baldo illa lex,si magistratus.ff. de priuileg.
credit.per eum allegata. Nec obstat.l. si oleum.
ff.de dolo.quæ nihil omnino probat: quoniam
de re sequestrata loquitur, apud sequestrum de
partium consensu deposita, vt ab eo vẽderetur,
& pecunia pretij rei sequestratæ, nõ autem ipsa
res deposita remaneret vsq; ad finem litis. Vnde
11 † non est qui dubitet quin partes, quarum in-
tersit, possint alienationi rei litigiosæ consenti-
re,etiam sine iudice.Secus autem vbi partes sunt
omnino discordes. Et ita loquuntur iura præ-
dicta.idem si cum consensu vel iussu eius,cui res
solida competebat,vt puta testatoris, qui voluit
rem suam alienari.clarum est tutorem posse sine
iudice vendere, duntamen rite & recte vendat,
id est plane vendat,argu.l.non intelligitur.ff.de
iure fisci.l.non existimo.ff. de admini.tutorum.
& hæreditas non inuenitur ære alieno grauata.
Ita lo

Ita loquitur lex fina. ff. de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt, dicta.l. vnum ex familia.§. quod si talia. ff. de legatis secundo. &.l. peto.§. primo. eodem titulo.l. cùm fidei. ff. de fideicom. libert. sed vbi ære alieno grauata erit hæreditas: tunc non poterunt res alienari, nisi cum causæ cognitione, & creditoribus vocatis, dicta.l. igitur. ff. de iure deliberan. ibi, aut iudicem prouocent. & in.l. ait prætor. quæ sequitur versi. si qua pecunia sub pœna debetur, vt restituatur ne pignora distrahantur.l. in venditione.§. fina. ff. de bonis authori. iudi. possiden.l. finali. & authen. ei qui iurat. C. de bonis authorita. iudicis possiden. ne fraus fiat, vt dicit illa lex fina. & idem dicit dicta lex, lex quæ tutores. suprà allegata. & ita tene.

In versiculo, Saluis probationum indicijs. no
12 ta pulchrum text. quòd † quantuncunque res vrgeat, serui, quorum testimonio veritas erui debet, vendi non debent, neque possunt donec torti fuerint. Dixi in lege, senatusconsulto. suprà eodem. per legem tertiam. vbi gloss. & omnes notant. C. ad legem Iuliam de adulterijs. &.l. si postulauerit. in principio. &.§. penultimo. ff. ad legem Iuliam de adulterijs.l. fina. C. de quæstionibus. Adde pulchrum text. in lege, liberalis causa. ff. de libera. causa. qui loquitur de seruis donatis libertate in testamento; qui fiducia libertatis datæ, vti sæpius contingere solet, res hæreditarias secum asportant, contra quos iudex, qui de libertate debet cognoscere, pariter & de furto prius cognoscet. lege, statuliberi à cæteris. in principio. ff. de statuliber. & in.l. sequenti. in principio. versiculo, aliud. ibi, quorum libertatem quæstionis habendæ gratia negligi necesse est.

PAPINIANVS.

Propter veneni quæstionem tempus petendæ possessionis non profertur: quum eo quoque suspenso crimine rectè petatur. Aliud senatui placuit cum à familia dominus necatus dicitur: seruorum videlicet causa, quorum libertatem, quæstionis habendæ gratia negligi necesse est.

Argumentum in Legis præcedentis Lectionem sequentem.

1 Hæreditas palàm interfecti morte inulta adiri haudquaquam potest: secus autem si clàm.

2 Pœna hæredis vltionem necis defuncti negligentis differtur, donec occisores conuincantur admissi delicti.

3 Quæstione facilius interrogatur seruus vel statuliber seu libertus, quàm extraneus.

4 Mors testatoris occultè ab extraneo illata, nō impedit hæredē quo minus adire possit hæreditatē ante vltā mortē.

5 Statutum dictans maleficium non post annum puniri, qualiter intelligendum.

6 Tempus ignorandi currere non potest, nec delictum absorbet.

7 Actionibus tempore præscribi posse, qualiter intelligendum.

8 Neglectui haberi id dicitur, quod cum statim fieri possit, differtur.



EGITVR DVPLICIter hæc lex. primò per glo. pri- 1
mam & gloss. in verbo, videlicet. post Azonem, vt hic meminit Barto. adde gloss. in.l. Marcellus.§, finali. in verbo, non defenderit. ff. ad Trebellianū. Vide quæ scripsi in lege prima.§. quod si quis
2 puta veneno, versicu. & adiri. suprà eodem. Alexand. in lege, cum fratrem. infra eodem. Gloss. enim non intellexit hunc textum in clandestina domini morte: sed de morte ab extraneo aut à familia illata, vt prima pars intelligatur de morte ab extraneo illata, quæ non facit cessare hæredem ab aditione. Et sic intelligatur.l. cùm fratrē. C. eo. Secunda pars huius legis, quæ est in versi. aliud. intelligatur de morte à seruo seu familia illata, quæ impedit hæredem adire.

Secundò legitur per gloss. in dicta.l. cùm fratrem. C. eodem. secundum Bartol. vt facienda sit differentia an clam vel palam sit occisus dominus. Similiter gloss. meminit, in dicta lege, Marcellus.§. finali. in verbo, non defenderet.
1 † si palam sit occisus, adiri non poterit. lege, si ideo. &.l. cùm fratrem. C. eodem. si clàm, potest adiri, per hunc text. Et hanc sequitur hic Barto. & Roma. & ideo casum ponunt in clandestina morte domini cum modificatione huius literæ, si clàm ab extraneo: & adiri poterit: secus si

palàm:& non poterit, dicta.l.cùm fratrem.si à familia:& non poterit adiri siue clàm siue palam à familia delictum commissum sit. Hanc sequitur hic Romanus dicēs vltimam partem huius principij legis colligi ex.l.tertia.§.si alius.supra eodem. Prius hoc dicit hic gloss. probatur hæc interpretatio in verbo, veneni quæstionem. quia venenum clàm,& non palàm dari solet.l.prima.§.occisorum.versicu. quod si quis.supra eodem. Nec venit regulariter in consideratione huius senatusconsulti si aliquando venenum per vim sit illatum, licet de eo tanquam de delicto palàm facto sit iudicandum, dicto.§.occisorum. versi. cæterum. & versiculo, plane. in versiculo, aliud. ibi, seruorum videlicet causa. gloss. in verbo, neglígit. dicit hanc rationem iureconsulti non esse bonam: cum eodem modo concludat si extraneus dominum occiderit, vt differri deberet aditio, donec constaret de occisore. Hæc ratio glo. probatur in.l.in cognitione.suprà eodem.secundum lecturam gloss.& Barto. dum dicunt ex il-
2 lo text. † pœnam hæredum negligentium vindicare necem testatoris differri, donec occisores conuicti sint: quibus cōuictis pœna hæredibus imponitur. Ponderātes.l.primam.C. vbi causæ fisca.quoniam si non habita vindicta de occisoribus adierint, punientur, vt hic dicatur libertatem differri: quanto magis aditionem debere differri: quoniam statuliber iura libertatis in hac parte retinet.l.statuliber.ff.de quæstionibus. & notatur in.l.prima.§.idem erit.suprà eodem. vbi dictum est, dum de libertate per fideicōmissum relicta loquitur,& alijs locis hic allegatis in glo. in aditione nihil deperit hæredi, si metu pœnæ huius senatuscōsulti hæreditatem adire differat: vt in.l.tertia.§.fin. vbi dixi suprà eodem. Secunda ratio gloss. est, quia etiam si libertas deberet ex testamento competere, adhuc tōr querentur. l.tertia.§.de his. suprà eodem. Sed istæ duæ rationes necessariò nō concludunt. In primis dum dicit idem esse in extraneo: hoc non est verum.
3 † nam facilius contra seruum seu statuliberum, vel eum cui à testatore data est libertas testamento ad torturam & pœnam proceditur, quàm contra extraneum.l.prima.§.serui.& dicto.§.idēq. &.l.tertia.§.de his. suprà eodem. per rationem dictæ.l. primæ,§. serui quoties. &.§. vltimum itaq. suprà eodem.&.l.finali.C.eodem. seuerius etiam lex eos punit quàm extraneos. Et duos differentiæ casus ponit.l.in cognitione.suprà eodem. Primò, in pœna, secundo in pœnæ persecutione, quæ est longioris vitæ in eos, quàm in extraneos. tertiò in statuliberis, vel his quibus per fideicommissum relicta est hæreditas: & id in memoriam prioris dominij.l.seruos.C. de quæstionibus. tamen in hoc senatuscōsulto torquentur & puniūtur.l.edicto.§.statuliber.ff. de quæstionibus. quæ lex loquitur in adulterio. Secunda ratio adhuc minus concludens, quia adhuc cum moderatione procedendum est ad quæstionem contra tales, vt dicta.l.prima.§.idemq. versicu. sed in eo. suprà eodem.

Ex vtraque lectura huius legis, nota primo
4 † mortem ab extraneo illatam, si occulta est, & detegi non possit, hæredem non impedire quo minus adeat.l.cùm fratrem. &.l.si ideo.C.eodē titulo. Nec refert an veneno vel gladio occidatur: sed solum si palàm aut clàm occisus sit, vt cognoscatur an huic senatuscōsulto locus esse possit. Verum est autem veneficium pro clandestino maleficio accipi, vt dixi suprà, per.l.primam.§.quod si quis.suprà eodem. Et ita Bald. not. in dicta.l.cùm fratrem. & Alexander post eum. Ex his Bald. infert, in dicta.l. si ideo.C.eod. quemadmodum hæredes in occultis delictis excusantur, sic & syndici, quibus ex debito officij necessitas accusandi malefactores imponitur. Ponderans ad id.l.primam.§.occisorum. vbi Bar. idem notat suprà eodem. Aduerte circa hoc dubium tres leges esse, quæ videntur contra prædicta pugnare. Prima est.l.prima.§. quid tamen. cum.§. sequenti. ibi, modicum interuallum. ff. si quis testa. liber esse iussus fuerit. quæ lex dat annū pro furto commisso ab eo cui in testamento libertas concessa est: & si viuo domino commisit, post mortem actio ex illo edicto non competet, nisi post modicum interuallum.l. si paulo antequā. illo eodem titulo. in casu illius edicti dicit aliud esse dicendum quàm in pluribus alijs casibus, in quibus ignorantia excusat.l.fina. eiusdem tituli, distinguit an paulo ante vel statim post delictū commissum conditio, sub qua liber fieri debet seruus, eueniat. Et Bart. in dicta.l. fina.ff. si quis testa. liber esse iussus fuer. ad vnam & alteram partem arguit. Et Alexander in apostillis Bart. super illa lege plura refert, dum Barto. quærit,
5 † si statutum est quod Potestas possit de maleficijs retro commissis per annum contra malefactorem procedere, & contingat delictum clàm fuisse commissum: vt si falsum instrumentum secretè factum est, cuius notitia nisi post annum habita est: an post annum per eum procedi possit? & Barto. postquam ad vtrāq; partem aliqua retulit, hoc dubium cogitandum reliquit. Adde Iasonem in.l.si ideo.C.eodem. Alexan. in.l. damni infecti.§.Sabini. in apostil. Barto. in verbo, quero.ff. de damno infecto. Roma. in.l. prima.§.occisorum. suprà eodem. vbi post Bartol. multas quæstiones huic similes disputat: pariter & Iason in.l. more. quarta, & quinta columna. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Bald. in.l. cum ancillis.C. de incestis nuptijs. Quibus adde.l. fiscus.§.finali. ibi, ad sui temporis administrationem pertinere. vbi per glo.ff. de iure fisci de qua dicam in.l.penulti. in fin. infra eodem titulo. Et hanc quæstionem plurimum iuuant ea quæ dicta sunt in.l.in cognitione. suprà eodē. post glo. per.l.querela.C. ad legem Corneliam de fal. vbi plerique

pleriſque diſputant. Quibus adde Felinum in.c.
vigilanti. in.iiij.limitatione. extra de præſcript.
poſt Angelum in dicta.l.ſi paulo antequam.ff.ſi
quis teſtamen.lib.eſſe iuſſus fuer. Roma. in.l.j.
§.occiſorum.ſuprà eod.Bal.in.c.fin.in fin.ſuper
verbo,ſi potuerit.de feudo ſine culpa non amit-
tendo. Alexãder in.l.ſi ideo.ſuprà allegata. Sed
pro deciſione præcedentis quæſtionis pondera
hunc text. forte meliorem quocunque altero, vt
6 † nullo modo tempus ignoranti currat, ſed nec
tempus delictum abſorbet, ſed in ſuſpenſo ma-
net. Et pondera hunc text.in iſtis verbis,cum co
quoq; ſuſpenſo crimine recte petatur. Et ſic qua
liter delictum in ſuſpẽſo eſt, ſeu eius proſecutio
donec delinquens abſens eſt, vel quandiu reperi
ri ſeu delictum detegi non poteſt,nec tẽpus cur-
rit,donec delictum apertum ſit per inuentionem
delinquentis vel detectionem criminis, quemad
modum tempore hoſtilitatis dicitur præſcriptio
nem dormire.c.ex tranſmiſſa.extra de præſcrip.
Accedit his tex.in.l.fin.§.donec. C.de iure deli-
be.Secundò tex.in.l.annus.ff.de calumnia.dicit
tempus præſcriptionis ex tempore,quo cogno-
uit incipere.& per illum text.probatur quod cõ
cluſimus in dicta.l.in cognitione. vt licet dicatur
7 † actiones poſſe tempore præſcribi:conſiderari
debere,quando tẽpus præſcriptionis talis actio-
nis incipiat: quoniam per illum text. à tempore
ſcientiæ & notitiæ tantum incipiet, & non aliàs.

Et hæc lex in ſuſpenſo dicit eſſe crimen, donec
detegatur. Iuuatur etiam authoritate. l.ſicut. §.
quid ergo.ibi,ex quo competere iure cœperint.
&.l.cùm notiſsimi.§.j.ibi,ex quo competere cœ
pit. C.de præſcript.triginta annorum. aduerſus
autem hæredes actio non competit, vbi mors de
tegi non poteſt,neq; occiſores inueniri.l.ſi ideo.
C.eodem. Probatur alio fundamẽto ex hoc tex.
faciente differentiam inter homicidium ab extra
neo & à familia factum,contra quam iure ſpecia
li propter fauorẽ dominorum ſiue clàm ſiue pa-
làm factum ſit proceditur vt puniatur: vt dixi ſu-
prà, & ob id nõ aditur hæreditas, donec quæſtio
& ſupplicium de ea ſumptum ſit. In contrarium
igitur eſt ius commune. Et hoc dicit hic gloſ. in
verbo, videlicet cauſa. Adde quod ſcripſi in.l.
Caius.circa finem eius.ſuprà eod.In text.ibi,ne-
gligi neceſſe.iuncta interpretatione gloſ.in ver-
8 bo,negligi. † nota id negligi quod differtur. l.j.
in fine. C.de deſerto.& occultato.lib.xij.l.ij. C.
de commer.& mercat.quod facit pro his quæ di
cta ſunt in dicta.l.in cognitione. de hærede diffe
rente proſequi vltionem defuncti quamprimum
poteſt, vt dicatur negligere. l.quis ſit fugitiuus.
§.Cælius.verſi.idem ait.ff.de ædili.edicto.Idem
in.l.Caius.in verbo,neglexit.infrà eo.non enim
beneficiũ facere dicitur qui in tã lõgum tp̃s differt
vt vix à viuo accipi poſsit.l.cũ hæres.§.j.in prin.
ff.de ſtatulib.in.§.ſequẽti aliquid tractabimus.

Neptis quæ poſſeſsionem auiæ petierat, mortem eius, interfectam eſſe ſciens, non defenderat. Fideicommiſſum quod auia ex alio teſtamento nepti debuit, in reſtituendis fiſco bonis non eſſe deducendum placuit. dolus enim hæredis punitus eſt. Si autem negligentia mulier emolumentum bonorum amiſerit; fideicommiſſum eſſe retinendum integrato iure debiti, rationis eſt.

Argumentum in præcedentis §. Lectionem ſequentem.

1 Delicto quod in committendo perpetratur, pœna meritò commenſuratur.
2 Libertatis fauore ſi quid tractum ſit, ad coniuncta libertati extra veram iuris determinationem extendi non debet.
3 Fiſcus nulla expectata ſententia poteſt ſibi delatam hæreditatem indigno ablatam adire.
Poſſeſsionis bonorum & aditionis idem iudicium.
4 Sciens factum, tametſi ius ignorat, in dolo eſſe præſumitur, præſertim ſi de quæſtu agatur.
5 Pœna innouanda eſt, & fortè minuenda ſi error iuris interceſſerit.
6 Error iuris prodeſt in retinẽdo iure iam quæſito, ſed non in acquirendo.
7 Hæres ante vltam defuncti necem adiens omnes actiones ſibi in defunctum competentes confundit.
8 Officium pietatis, odium negligentis, Reipublicæ & fiſci fauor Senatuſconſulto Sillaniano cauſam dederunt.
9 Ignorantia iuris in acquirendo nil confert, in retinendo verò prodeſſe poteſt.
10 Dolus in hærede præſumitur vltionem mortis defuncti negligente.
Actio quæuis ea eſt natura, vt in ea primùm quæratur quod principaliter ex ipſius intrinſeca venit conditione.
11 Adiens ab inteſtato & repudians ex teſtamento non dicitur teſtatoris impugnare voluntatem.
12 Culpa ne in pœnalibus quidem quanquam ciuilibus aut pecuniarijs ad dolum extendi debet.
13 Actio non poteſt redintegrari, quæ propter dolum confuſa eſt: redintegratur autem ea quæ per culpam.
14 Pœna nõnunquam ratione doli extenditur, quæ propter culpam minime extenderetur.



IC §. PATITVR IN caſu ſuo dubium ſatis difficile, & quod aperuit gloſ. vt dicetur infra: vult enim omnes actiones, quæ contra auiam nepti ex alio teſtamento cõpetebant, non facta differẽtia ex cuius teſtamento deberẽtur, quia indigna facta eſt propter nõ vltam auiæ necem, quam ſciebat fuiſſe interfectam cum ſucceſsione

auiæ confusas esse: licet de bonis auiæ non prodirent, tametsi dolus in omittedo sit, non autem in committendo. Circa quod vide text. & Bald. in.l. Papinianus. ff. de seruitutibus. l. eum bonis. in princ. &. §. pupillus. ff. de acquir. hæredi. multa tamen obstant. Clarum est enim de iure propter hanc hæredis indignitatem nihil fisco acquiri, nisi quatenus hæres percepturus est ex illius hæreditate cuius indignus factus est. l. Marcel-
1 lus. §. fina. ff. ad Trebellia. l. j. C. eod. † Secundò in delicto in committendo pœna delicto cōmensuratur, & imponitur in ea parte solum, in qua peccauit & propter quam indignus effectus est. l. Papinianus. ibi, legatum non auferri ei à cohærede relictum, quem non inquietauit. &. l. hæredi. l. rescriptum. l. hæres qui tacitam. ibi, in ea parte in qua fraudem adhibuit. ff. de his quibus vt indign. aufer. hæred. quod solet allegari in vasallo aut emphyteuta feudum seu partē feudi vel partem rei emphyteuticæ alienante, vt in ea parte, quam alienauit, tantùm puniatur: vt in. c. vnico. de vasal. qui contra constitu. Lotha. feud. aliena. colla. x. & in. l. fin. vbi per Moder. C. de iure emphy. præsertim Iason in. xiij. q. colum. clij. Idem in. l. ex facto. §. Iulius Longinus. ff. de vulg. substitu. vbiq; dicit Raphael Cuma. in. l. quidam in iure. §. fi. ff. de donat. se plura scartapacia legisse, & non inuenisse decisam in tex. sed non cōperio hoc Raphaelē dixisse. In scriptis autem suis legi eum allegare dictum ca. vnicum. de vasallo qui contra constitu. Lotha. feud. aliena. & c. imperialem. §. præterea. de prohib. feud. alie. per Frider. coll. x. Quibus adde Bal. in. l. cum eiusdē. §. fi. ff. de ædil. edic. eundē Bald. in. l. iij. §. quod ad causam. versi. si quis non totū. suprà eo. Bal. & alios in. d. c. j. de vasal. qui cōtra constit. Lotha. de quo per Floria. in. l. cōmuni diuidūdo. ff. cōmuni diui. Guliel. de Cun. in. l. pe. C. eo. tit. Tertio adde quod diximus in. l. si sequens. §. fin. suprà eo. per l. si ita scriptum fuerit. post Bart. ff. de manumiss.
2 testa. dū ille text. ait † quod fauore libertatis tractum est extra propriā & veram determinationē iuris non debere ad coniuncta libertati extendi. Sic etiam idem in casu huius. §. dicēdum esset: vt si is qui fauore fisci indignus dicitur, hæreditate priuetur: non debeat ad coniunctum trahi: quia extra hæreditatē est. Dicam infrà. Sed ad casum huius. l. dic intelligēdam esse de actionibus propter aditam hæreditatē cōfusis: vt tales actiones adeo confusæ censeantur & omnino extinctæ, vt reintegrari non possint. Hoc dicit principiū huius legis & finis in verbo, integrato. Idē in. l. hæredē. l. eum qui. §. bonis vniuersis. &. l. indigno. ff. de his quibus vt indignis. l. eius qui delatorē, §. fin. ff. de iure fisci. Secundò intelligitur hæc regula, si dolose adierit hæres ante vindicatam testatoris mortē. secus si in culpa tantùm sit, etiam lata, vt dicit hic text. in vltimo responso huius. §. quod declarabitur cum glos. in verbo, dolus. & cum glos. in verbo, integrato. & Bald. in. l. prima. in tertio notabili. C. eodem. dicit in hoc text.
3 probari † fiscum hæreditatem sibi propter indignitatem hæredis negligentis vlcisci necem defuncti delatam, posse hæreditatem adire non expectata sententia. Et addit ad id. l. recusare. §. si fisco. ff. ad Trebellian. l. secundam. §. si fidei. infrà titu. proximo. Sed quia leges per Bald. allegatæ hoc non probant, dic vt scripsi in. l. necessarios. §. non aliàs. post Angelum suprà eodem.

In text. ibi, possessionem. nota idem esse iudicium de bonorum possessione, quod & de aditione. l. iij. §. non tantùm. l. necessarios. in principio. coniuncta. l. ex inofficioso. & princip. huius legis. suprà eodem.

In textu, interfectam esse sciens. adde, & interfectores sciat aut faciliter scire potest facta diligenti inquisitione, vt dictum est in capite huius legis, & in. l. in cognitione. suprà eodem. per legem, si ideo. l. sororem. l. cùm fratrem. C. eodem titulo. non enim, vt illic dictum est, sufficit scire testatorem fuisse interfectum, si homicidæ cognosci aut reperiri non possunt, per illas leges. & hoc dicetur cum glossa in verbo, dolus.

4 Ex hoc textu tamen notat hic Barto. † probari scientem factum, licet ius ignoret, esse in dolo: & maximè cùm de acquirendo agatur. Allegat. l. si duo. ff. de acquirenda hæredita. sed contra hoc dictum ponderat optimè. l. tertiā. §. quod ad causam. versicu. si quis ignorans. ibi, si fortè per imperitiam vel rusticitatem ignarus edicti prætoris vel Senatusconsulti aperuerit. suprà eodem. sed contra hanc doctrinam Bartoli est tex. in. l. sed si lege. §. scire autem. ff. de petitione hæreditatis. ibi, & non puto hunc esse prædonem qui dolo caret, quanuis in iure errauerit: & tamen ille error erat in acquirendo. Sed vt suprà dixi, necessaria est aditio ad hunc textum, & dictā. l. si ideo. C. eodem. sed circa hunc articulum an error iuris inducat dolum seu latam culpam in acquirente, dic nō bene probari in hoc. §. qui debet regulari secūdum principium huius legis, de occulta morte loquens, cuius occisores detegi non possunt. & ipsemet Barto. per dictam. l. si ideo. in princip. huius legis ita declarauit illum textum. Secundò alia ratione: quoniam hic pro excusatione iuris error ab hærede qui defuncti necē vindicare neglexerat, non allegabatur: imò magis dicitur allegari ignorātiam facti quàm iuris. l. hæredem. ibi, ignorantia facti. ff. de his quibus vt indignis. sed non erat probabilis, sed crassa, vt dicam infra per. l. regula. ff. de iuris & facti ignorantia. l. sed si pupillus. §. certe. ff. de instito. actio. l. secunda. §. si propter aduersam. &. §. fin. ff. si quis cautio. Cui adde. l. edicto. §. fin. ff. de iu-
5 re fisci. † præsertim in pœnalibus, vbi ratione erroris iuris pœna innouāda est. de quo in. l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iudi. Et dic vt in. l. Celsus. per Bart. & omes, & in. l. nunquā. in prin. ff. de vsusc

de vsuscapioni.in.l.si adulterium cum incestu.in
princ.ff.ad legem Iuliam de adulte.l.ij.§.si à pu-
pillo.ff.de vsuscapio.pro emptore.Bar.& Ang.
in.d.l.sed & si lege.§.scire.ff.de petit.hære.Feli.
in.c.cum causa.in tribus vltimis columnis,extra
de re iudic. ex quorum doctrinis semel decisum
est Rothomagi in frequente senatu, in quo ple-
riq; alij Regis consiliarij parlamentorum Parisij
6 & Tholosæ regis mandato vocati sunt, † in reti-
nendo iure iam quæsito errorem iuris prodesse:
sed non in acquirendo de nouo. Et hoc dictum
est:licet is qui in iure dicebatur errasse, aliquan-
do viuens regius extitisset aduocatus in eodem
senatu. Et id secundum doctrinam Ange.in.d.§.
scire.tunc iudicãdo allegaui,& maxime quia pe-
cuniæ datæ abbati Flisçanensi, cuius causa tunc
agebatur aduersus regium aduocatum, cõuersæ
erant in solutione annatæ solutæ papæ renuẽtis
confirmare electionem abbatis electi in eodem
monasterio,nisi soluta annata. In quibus termi-
nis loquitur decisio Feli.in.d.c.cum causæ.col.
antepe.extra de re iudic. In tex.ibi,ex alio testa-
mento nepti debuit.& sic per neptem adeundo,
seu possessionẽ bonorum auiæ interfectæ peten
do,quã interfectam fuisse sciebat, faciliterq; oc-
cisores reperiri posse,non ducta iuris errore ne-
glexit defuncti necem defendere. Sed hic tex.no
ster nõ aperit an acquisiuerat sibi bona auiæ per
aditionẽ,de qua in.l.ex facto.§.Iulius.ff.de vul-
7 ga.substitu. † Cæterum hæres adeundo, omnes
actiones, quæ sibi in defunctum cõpetebant con
fundit,d.l.hæredem. ff.de his quibus vt indign.
quæ postea non reintegrabunt bonis auiæ fisco
traditis,vel à fisco acceptis: quoniam actio semel
extincta non potest amplius reintegrari. Et Bal.
in.l.in cognitione.in fine.suprà eo. ponderat ad
id hunc tex.dicens propter delictum huius sena-
tusconsulti perdi verum debitũ:& hoc in odium
ingratitudinis:vt dicetur in.l.sequẽti.quæ ingra
titudo prouenit in non exequendo pietatis offi-
cium.l.j.C.codẽ. Dic vt tribus obiectis in capite
huius.§. satisfaciam in hoc senatusconsulto qua-
8 tuor concurrere. Primum est † pietatis officium,
vt dixi. Secundum odium negligentis, propter
quam negligẽtiam ingratitudinem contrahit, vt
dixi.l.Caius.infrà eod. Tertium fauor reipubli-
cæ, qui in coërcendis est delictis.l.j. §. vltimum
itaq;.& dixi in.l.si sequens.§.fin.post Bal.suprà
eodẽ. In quo lex præsumit hæredes criminis esse
participes qui occisores accusare negligunt, vt
dictum est in.l.excipiuntur.in verbo,participes.
suprà.l.nisi igitur.ff.ad legem Iuli.de adulterijs.
Quartum fauor fisci.l.j. ff.de iure fisci. l.j. C.de
his quibus vt indig.l.j.C.vbi causæ fisca. Quin-
tum dolus hæredis, qui consideratur ex scientia
eius de morte testatoris,& notitia occisorum, vt
dixi per hunc tex.in his verbis,dolus enim hære-
dis punitus est. & sic pœna ademptionis ingeri-
tur hæredi negligenti & notam habenti testato-
ris mortẽ,& cognoscenti occisores,propter do-
lum eius,qui ex illa scientia prouenit. Cui adde
l.dolus.ff.mãdati. Et hoc dicit glo.nostra in ver-
bo,dolus.cùm sciat & non vindicat. Secus si per
ignorantiam:intelligas supinam,per quam con-
stituitur in maxima negligentia. Allegat.l.hære-
dem.versic.deceptum autem ignorantia facti.ff.
de his quibus vt indign. Idem in.l.sed si lege.§.
quod ait senatus.versi.sed & culpa.ff.de petitio.
hæred. Et ob id non restituitur integra actio,sed
solum ad fideicõmissum quod ex alio testamen-
to sibi cõpetebat,vt hic. Cui adde.l.sed si pupil-
lus.§.certe.ff.de instito.actio.l.in bonorum.vbi
per glos.& Barto.ff.de bono.possess.l.regula.ff.
9 de iuris & facti ignoran. † Secundò quoad fru-
ctus perceptos,cùm,vt dixi, prodest in retinen-
do,non autem in acquirendo de nouo. Ita loqui
tur.l.hæredem. ff.de his quibus vt indig. l.sed si
lege.§.scire.ff.de petitio.hæredi. l.si fur.§.j.ff.de
vsuscapio.hoc verum,nisi aduersus hæredem de
negligentia lis mota fuerit: tunc statim per litem
motam,licet lis non sit contestata,constituitur in
mora & in euidente negligentia,dicta.l.hæredẽ.
ibi,ante motam scilicet cõtrouersiam. Adde tex.
cum glo.in.l.fiscus. ff.de iure fisci.vbi glos.alle-
gat istos tex.& melius in.d.l.sed si lege. §.de eo.
versic.quod si ab initio.&.§.si ante litem.versic.
tamen post motam. & versicu.cœpit. Et hoc est
quod dicit tex.in.l.si maritus.§.si ante.ibi,si non
ante negligentiam præuentus est.ff.ad legem Iu
liam de adulte. sed actio directa non restituetur,
quia aditione hæreditatis confusa est: sed vtilis
tantum,propter excusationem.l.minor.in prin-
ci.iũcta glo.in verbo,restitui.in fi. ff.de euictio.
l.deferre.§.fin. cum duabus legibus sequẽtibus.
ff.de iure fisci. quoniam non ex verbis senatuscõ
sulti datur,sed ex sententia.vt dicit glos.per illum
text.in.l.si quis id quod.in verbo,sententiam.ff.
de iurisd.omnium iudic. sed vbi non esset dolus
nec culpa:tũc excusatur. Quod melius declarat
Bart. in dicta.l.hæredem. per dictã.l.si ideo.hic
allegatam in glo.quia non potuit hæres certifica
ri habita diligenti inquisitione. Glo.opponit de
l.duo.suprà titulo proximo. quæ oppositio con
uenit cũ his, quæ in capite huius.§.meminimus.
dicit nostra glo.hic esse delictum in adeundo:vn
de habetur pro facto:et sic pro adita hæreditate.
quare remanet cõfusa actio. in dicta.l.duo.non
fuit dolus in adeundo, sed in omittendo ex testa
mento:& habetur pro adita ex testamento,& ha
bet falcidiam. Ista solutio nõ videtur satisfacere,
10 vt dictum est suprà. nam † dolus qui attẽditur in
hoc senatusconsulto est propter omissionem hæ
redis,qui neglexit defuncti necem vindicare: vt
patet in omnibus fere legibus huius tituli: quia
omisit hæres vindicare necem antequam adiret
hæreditatẽ.l.Caius. in verbo,neglexit. infrà eo.
l.j.C.eo.in.§.sequenti.& hic in verbo,nõ defen-
derat.in.l.si sequens.§.fina.in verbo,cessauerat.

l.excipiuntur. ibi,nec postea cædem eius prodiderat.l.cum fisco propter inultam. suprà eod.& l.j.ff.de iure fisci. vnde in quacunq; actione primum quærẽdum est quod ex natura ipsius principaliter venit:licet ex interpretatione possit extendi,dicta.l.si quis id quod.versi.Pomponius. ff. de iurisdi.omnium iudi.l.miles.§.quidam.ver sicu.respondi.ff.ad legem Iuliam de adult. Hoc idem notat Bart.in rubrica.ff.si quis omissa causa testa.l.mater. §.j.& fin.eodem titulo. Bart.in l.j.§.j.ff.si quis testa.liber esse iussus fuer. Secun
11 dò † omittendo ex testamento & adeundo ab intestato non dicuntur testatoris voluntatem impugnare.l.de libertatibus.§.fin.suprà titulo proximo.ibi,magis est enim rei persecutionẽ,quàm pœnam continere.Nec enim priuatur beneficio legis Falcidiæ is, qui omittit ex testamento, & adit ab intestato, dicta.l.duo.§.fi.l.quia autem. in princi.eodem titulo.ibi,dummodo quadrans non tangatur. & in versiculo,habere enim integrum quadrãtem legitimum hæredem oportet. l.fin.C.si quis omissa causa testa.de quo in.l.j.§. ad eos.ff.ad legem Falcidi. sed in hoc edicto est pœna quæ fisco applicatur,dicta.l.j.ff.de iure fisci.& dictum est in.l.si sequens.in princip.suprà eodem.per illum text.vnde quanuis hæres nomine remaneat,sicut dicitur in hoc Senatusconsulto,& in.l. ex facto. §.Iulius Longinus. suprà de vulga.substitu.sed non effectu:quia fiscus succedit,dicta.l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inofficioso testa.l.hæredem. ff.de his quibus vt indig. l.dicitur.cum.l.j.ff.de iure fisci.& in pœnã,quia fisco acquiritur. l.iij. ff.de sepulc. violato. quod secus est in edicto,si quis omissa causa testamen.
12 Ideo tene quod dixi suprà. † Ex his nota culpã nõ debere extẽdi ad dolum in pœnalibus,etiam ciuilibus seu pecuniarijs. Idem in.l.lex Cornelia. ff.ad legẽ Corneliam de sicarijs. dicam aliàs. Sed hic text.hoc bene probat,cùm distinguit dolum à culpa dupliciter: cùm propter dolum non tantùm hæreditas,sed aliud verum debitum, quod ex hæreditate nõ prouenit,tollitur: vt dicit principium huius legis, quod ad id ponderat Bal.in dicta.l.in cognitione. vt dixi suprà.secus in culpa,vt dicit versicu.si autem negligentia.

13 Secundò † actio propter dolum confusa non reintegratur:vt in princ.huius legis:sed per culpam confusa reintegratur. Hoc probat finis huius. §. in verbo, integrato iure. Idem in dicta.l. hæredem.ff.de his quibus vt indig. & alijs notatis in vltima glos.huius.§. Et Bald.hic singulariter notat hunc text.vt quando pœna est pœna respectu bonorum, & sic pecuniaria,non requiritur dolus:sed sufficit culpa. Quòd autem sit pecuniaria,est tex.in.l.Caius.infrà eodem.ibi,cùm sit pecuniaria. Et pondera hunc textum,qualiter Bald.ita induxit.nam quod fisco bona applicantur hæreditaria,est pœna,vt dixi: & tamen propter solam culpam,non autem propter aliud exterius debitum confiscantur: aliter non esset verum dictum Baldi. sed trahitur ratione doli ex
14 quadã consequentia in odium dolosi: † propter dolum tamen extenditur pœna, quæ aliàs non extenderetur propter culpam: vt in vltimo responso huius.§.& dictæ.l.hæredem.mox remittit se ad ea quæ Bart.notat in.l.j.§.j. ff.si quis testa.liber esse iussus fuer. quia intendo materiam doli perfectius examinare,propter ea quæ disputauimus in.l.contractus.ff.de regulis iuris.nunc copiosius non aperiam.

§. Præsidis iniquitate reis illatæ cædis absolutis:hæredibus qui non defunctoriè debitum officium impleuerant, quanuis non prouocassent, hæreditatem auferri non oportere visum est.

In §. præcedentis sequentem lectionem Argumentum.

1 Iudicis in iudicando iniquitas hæredi non debet imputari.
2 Error aut ignorantia iudicis venditori nequit imputari, sicut nec hæredi.
3 Sententia contra eum,qui iudicium subire non debet, lata,in ius vocari debet principalis.
4 Sententia iudicis iniquitate lata quando emptori & quando venditori noceat.
5 Casus fortuitus fideiussori non nocet, si suo denuntiauit authori.
Emptor quo differat à fideiussore.
6 Damnum accipere non debet qui commodum minime sensit.
7 Emptor de euictione condemnatus quando contra venditorem regressum habeat.
8 Iudicis imprudentia inter casus fortuitos numeratur.
9 Emptori quando contra venditorem de euictione pateat regressus.
10 Emptor à sententia euictionis venditore absente lata tenetur appellare.& nume.sequenti.
11 Venditor de euictione conuentus à sententia rectè lata appellare debet.
13 Sententia errore lata per iudicem ad quem confirmata, desinit esse erronea.
14 Venditor de euictione tenetur, cui per emptorem euictio remissa non inuenitur.
15 Emptor de euictione conuentus quando venditori denuntiare teneatur.& nume.20.
16 Effectus causæ cuiuslibet meritò attendendus.
17 Emptor de euictione damnatus etiam in causa appellationis venditori suo denuntiare potest.
18 Conuentus rei vendicatione vsque ad conclusionem causæ authorem suum potest nominare, & eidem denuntiare.

19 Venditor contentus in causa appellationis tantum, si succumbat coram iudice ad quem, non tenetur ad sumptus factos coram iudice à quo.
21 Venditor ad expensas non tenetur emptori, cui res euicta est, nisi à die quo vocatus fuit.
22 Casus fortuiti circa rem venditam post contractum contingentes, emptoris periculo accedunt.
23 Sententia iniusta contra emptorem lata, non nocet venditori aut eius hæredi.
24 Sententia illa humano more iusta dicitur, quæ secundum allegata & probata profertur.
25 Emptoris sunt casus fortuiti, qui venditione perfecta circa rem emptam contingunt.
Sententia per imprudentiam iudicis inique lata, inter casus fortuitos est annumeranda.
26 Sententia venalis, ipso iure nulla est
Sententia per iuris manifestum errorem lata, nulla appellatione eget.
27 Sententia præsumitur æqua, nisi de eiusdem constet iniquitate.
Casus attendi minime consueuerunt qui verisimiliter cogitari non possunt.
28 Iniuria emptori facta qua ratione venditorem grauare nõ debeat.
29 Sententia quocunq; modo contra fideiussorem lata, non ipsi, sed debitori nocet.
30 Hæres non tenetur appellare à sententia absolutoria interfectoris, licet sit iniusta. & nume. 36.
31 Hæres inops ab appellando excusatur à sententia occisorum absolutoria.
32 Sententia in rei fauorem lata, præsumitur iusta.
33 Hæres interfecti quando appellare teneatur à sententia in fauorem interfectorum lata.
34 Hæres quando debitum pietatis officium impleuisse circa defunctum dicatur.
35 Hæres si appellauerit à sentẽtia absolutoria occisorum appellationem prosequi tenetur.
37 Edicto abunde satisfactum dicitur cum eius finali causæ obtemperatum est.
38 Agere lusorie, & non agere paria sunt.
39 Paupertas excusat hæredem à prosequutione appellationis.
40 Tutoris causa quo differat à causa hæredis.
41 Hæres accusans aliquem homicidij defuncti, excusatur si non probauerit.
42 Appellare qui non tenentur, appellantes prosequi appellationem tenentur.
43 Obligatio fideiussoris extinguitur mutatione tribunalis.
44 Fideiussor si à sententia appelletur, à iudicato soluendo liberatur.
45 Appellationis causa quo differat à prima instantia.
46 Instantia expirat quandoque iudicis mutatione.
47 Fideiussoris datio dicitur dilatoria exceptio.
48 Debitor seu quiuis reus in sua non habet potestate, vt se & suos liberet fideiussores.
49 Criminalis causa per procuratorem agitari non potest.
50 Fideiussor qui promisiese pro alio soluturum quicquid per vnum certum iudicem dictum, non tenetur de iudicato per alium soluendo.
51 Promittens se soluturum ad certi iudicis arbitrium, non cogetur ad alterius soluere voluntatem.
Stipulationes stricti iuris vltra suos terminos non sunt extendendæ.
52 Successor quando sit idoneus iudex causæ in præcessorem compromissæ.
53 Satisdatio iudicatum solui differt à satisdatione de iudicio sistendo.
54 Fideiussores olim reos principales iudicio sistentes, liberabantur.
55 Appellatio non tollit iudicatum, sed suspendit.
56 Fideiussor de iudicio sisti de iudicato soluendo tenebitur, nisi reum in iudicio stare fecerit.
57 Condemnatus non appellans dicitur sententiam approbare.
58 Satisdatio de iudicio sistendo non parum differt à satisdatione de iudicato soluendo.
59 Appellationis instantia quàm à prima sit diuersa.
60 Appellatio non variat processus conditionem.
61 Appellatio iniquitatis iudicum & imperitiæ corrigendæ gratia fuit introducta.
62 Appellationis causa non censetur alia à prima, in qua nullum proponitur nouum capitulum.
63 Appellatio non variat litem vel causam.
64 Salarium aduocati, in causa appellationis debet augeri.
65 Debitor condemnatus appellando suos reddit fideiussores liberos.
66 Galli ea sunt animi pietate præditi vt neminẽ indefensum ob paupertatem obrui patiantur.
67 Maritus non valens pro dote vxoris satisdare, non ob id eadem priuari debet.
68 Obligatio fideiussoris extinguitur appellatione interposita debitoris.
69 Fideiussores quando reorum appellatione liberentur.
70 Iudicis imperitia vel iniquitas non debet actori nocere.
Sententia nulla & sententia iniqua non differunt.
71 Iudicis appellationis partes quæ sint.
72 Appellatio deserta habenda est ac si non fuisset interiecta.
73 Sententiæ effectu per appellationem suspenso, factum nõ factum esse fingitur.
74 Appellare qui non tenetur, quando appellationem interpositam prosequi cogatur.
75 Appellans de viribus sententiæ præsumitur dubitare.
76 Iudex male iudicans, parti ad interesse tenetur.
77 Iudex qui male iudicauit excusatur, si pars læsa iudicium acceptauerit.



HIC §. AMPLECTItur pulchram & solennem materiam & varietate plenam, quæ ex sequentibus palpabitur. Circa quam vide. l. sed si vnius. §. seruus. ff. de iniurijs. dum de seruo accusato per iniuriam iudicis cõdemnato loquitur, an accusator teneatur de damno. Adde. l. primam. §. pari modo. ff. de liberis exhibendis. capitu. vnicum. in verbo, iniuste vel fortuito. vbi per Baldum, de noua forma fidelitatis. collatione decima. Bartol. in. l. falsus. columna antepenulti. C. de furtis. Adde text. in. l. statuliberi. §. fina. ff. de statuliber. ibi, nam si iniuria iudicia victus est hæres scriptus. l. si iudex. vbi per Bartol. & Alexandr. ff. de varijs & extraordina. cognitionibus. Et continet hic text. duo dicta connexa. Primum est, † iniquitatem iudicis in iudicando hæredi nõ imputari, dummodo non affecta-

uerit eam hæres, aut aliàs dolose eam non procurauerit. Et in hoc amplectitur materiam. l. si per imprudentiam. ff. de euictionibus. l. cum non iusto. ff. de collusione detegenda. l. primæ. §. quod si in lite. ff. si quid in fraudem patron. aliena. fuerit. l. si suspecta. ff. de inofficio. testamen. clemen. constitutionem. de electione.

Secundum dictum est, non appellantem, si aliter non constet, quãquam non appellauerit, non censeri in dolo esse, sed à dolo præsumpto excusari. In quo duæ pulchræ disputationes aperiuntur. Prima quæ ponitur in. l. Herennius. hic in glos. allegata. ff. de euictionibus. Ex qua sequitur alia consequutiua, si appellatum sit ab eo qui non tenetur appellare, an appellationem prosequi teneatur, præsertim in procuratore primæ instantiæ, vt in. l. inuitus. C. de procurato. & hæc secunda quæstio frequens est in palatijs.

Tertia quæstio est de qua vidi optimè disputari si is qui fideiussit de iudicato soluendo teneatur de eo quod iudicatum erit in prima instantia tantùm, an etiam de eo quod pronuntiatum erit in causa appellationis: de qua in. l. cum Sempronianum. ff. iudicatum solui. per Bartol. & Paulum de Castro. vide Dinum in consilio xxiij. In text. super verbo, defunctoriè. vide quæ scripsi post Roman. in. l. prima. §. excusantur. suprà eodem. l. secunda. §. si mater. §. non solum. ff. ad Tertullianum. Budæum in l. emptorem. ff. de actio. empt. dixi in. l. prima. §. si conditioni. suprà eodem. & dum hic tex. de debito pietatis officio loquitur, vide. l. primam. C. eodem. capitu. tanta. & glos. illic. j. q. vij. l. aut qui aliter. §. j. in verbo, persunctoriè. ff. quod vi aut clam. Ad ea quæ præmisimus reuertamur.

Circa primum dic vt in. l. seruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebellianum. & per Bartol. in. l. exceptione. ff. de fideiussoribus. Cinum in. l. emptor. C. de euictionibus. † quemadmodum non
2 potest iudicis error aut ignorantia venditori imputari, sic nec hæredi, per illa iura, præsertim dicta. l. si per imprudentiam. Nec facio vim an sententia contra venditorem vel emptorẽ post perfectam venditionem lata sit, dum tamen per imprudẽtiam iudicis lata fuerit. Primò per dictam l. si per imprudentiam. quando lata est cõtra emptorem. Idem in. l. emptor. versic. sed & si. C. de euictionibus. Secundò quando contra venditorem. l. secunda. §. solet. ff. de hæredita. & actione vendita. & ratio ex dicta. l. si per imprudentiam. colligitur, quia cum imprudẽtia iudicis illic pro casu fortuito ponatur, vt superius dictum est, & casus fortuiti emptori, non autem venditori imputantur. l. j. C. de pericu. & commo. rei vendi. dummodo venditor in mora tradendæ rei non fuerit. l. illud. & l. necessariò. ff. de peric. & commodo rei vendi. dixi in. l. contractus. ff. de regu. iur. Idem in fideiussore dicitur in. l. exceptione. ff. de fideiussorib. vbi enim per iniuriam iudicis

condemnatus est fideiussor, actio mandati contra debitorem, pro quo fideiussit, non conceditur. Et quia in hoc articulo per Barto. & doctores post eum propter duas glo. variatum est: prima est in dicta. l. si per imprudentiam. in glos. magna, & glo. in. d. l. exceptione. ideo de ea varietate videamus. nõ enim comperio hunc articulum clarè declaratum, licet ab omnibus tractatus fuerit, præsertim per Raphaelem Fulgos. in dicta. l. si per imprudentiam. post Bart. in dictis locis, & Paulum de Castro post Angel. in. d. l. exceptione. Dico igitur ex mente omnium prædictarum
3 legum † quòd sententia cõtra eum lata qui principaliter iudicium subire non tenetur, sed potest & debet authorẽ suum principalem in ius vocare vt iudicium subeat, qualis est emptor qui regressum habet de euictione, atque ob id denuntiare debet venditori. l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio. l. emptor. C. de euictio. & l. venditor. ff. de iudicijs. pariter & fideiussor qui suum authorem videlicet debitorem pro quo fideiussit: cui fortè exceptiones quæ fideiussori ignotæ sunt competunt. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand. & d. l. exceptione. ff. de fideiusso. in ius vocare debet, vt defendat, aut idoneas defensiones administret, per supradictas leges. Idem in detẽtore rei conuento rei vendicatione, de quo in. l. fin. C. vbi in rem actio. & similibus. qui si agant non vocatis suis authoribus, tunc periculum sententiæ etiam iniuste latæ erit eorum periculo, nõ autem suorum authorum. In emptore clarè probat illa. l. emptor. in fine. C. de euictio. & melius probatur in. l. j. in fi. C. de pericu. & cõmodo rei vendi. ibi, & ita si ei denuntiatum est vt causæ agendæ adesset, & non absente emptore contra eum pronuntiatum est. c. fin. extra de emptio. & vend. In fideiussore est tex. in. d. l. exceptione. ff. de fideiusso. ibi, scilicet si culpa sua iniustæ dãnationis causam præbuisti. quicquid dixerit Ioan. glossator antiquus, & glos. post eum, vt dicam infra, & d. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mandati. Et in hoc casu non facio inter emptorẽ & fideiussorem differẽtiam. Idem dico quando culpa aut emptoris aut fideiussoris contra suos authores lata est iniuste, per. d. l. exceptiõe. ff. de fideiuf. ibi, scilicet si culpa sua &c. Cui cõcordat l. etiam. C. mand. ibi, si tamẽ nihil culpa sua. d. §. si ignorantes. in verbo, scientes & prudentes. In emptore est. l. Herẽnius. in fi. ibi, vitio suo. ff. de euictio. Si verò vtrique denũtiatum est ab emptore aut fideiussore: & facio inter emptorẽ & fide-
4 iussorem differẽtiam. † In primis in emptore dic aut sentẽtia per imprudentiam, errorẽ aut ambitionẽ iudicis lata est, vel etiã contra venditorem, dum tamẽ venditor causam nõ dederit iniustitiæ seu in culpa nõ fuerit. Cum iniustitia quæ per iudicẽ fit, cẽseatur casus esse fortuitus aut casui fortuito æquiparetur, vt dixi. c. j. de noua forma fidel. coll. x. sentẽtia illa periculo erit emptoris & non ven

non venditoris, per rationem dictæ. l. primæ. C. de peri. & commo. rei vend. l. Lucius. ff. de euictionibus. ibi, futuros casus euictionis. & l. qui alienam. ff. de euictio. Quos casus Fulgo. notat in dicta. l. si per imprudentiam. quem text. ad id dicit non reperiri alibi ita distincte positum. Cui adde dictam. l. secundam. §. solet. ff. de hæred. & actio. vend. ibi, hoc solum heredi sufficit esse condemnatum sine dolo malo suo. Et vlterius ille text. probat quando sententia lata est iniuste contra venditorem seu eius hæredem, vt non noceat venditori seu eius heredi condemnato. Sed in fideiussore aliud est: licet Bald. dicat ibi idem in fideiussore: nam non sufficit an præsente vel absente venditore condemnatio secuta sit quantum ad hunc effectũ, sed solum dum quæritur. de appellatione à lata sententia interponenda. Secundo contra emptorem considerari debet an præsente vel absente emptore, vel an præsente vel absente venditore, vt dicam infra. Ratio autem

5 differentiæ in fideiussore est, † quoniam casus fortuitus fideiussori post denũtiationem suo authori factam imputari nõ debet, nisi culpa sua casum præcedat. Ita probat dicta. l. exceptione. ibi, scilicet si culpa sua. &. §. si ignorantes. in his verbis, scientes & prudentes. & in versic. igitur. & in versic. cæterum. Sic tantum dolus & culpa fideiussori imputatur, nõ autem casus. Alia ratio differentiæ inter emptorem & fideiussorem colligitur ex dicta. l. prima. C. de peric. & commodo rei vend. quoniam statim perfecto contractu cõmodum & periculum rei emptæ in emptorẽ transit. §. cùm autem. instit. de emptione & venditione: nisi culpa ipsius venditoris cõtingat: vt dixi suprà per illos text. & dictam. l. necessario. ff. de peric. & commodo rei venditæ. At in fideiussore secus: quoniam omnia debitoris pericula cedunt, nisi fideiussor in culpa fuerit, vt dixi: nihil etiam contingit commodo fideiussoris. Et

6 succedit regula cõmunis, vt † qui non succedit in cõmodo non debet ex dãno participare: sed econuerso, qui in vno patitur, releuari debet in alio. l. eum qui. in prin. ff. de iureiurando. l. secundum naturam. ff. de regul. iur. Similis ratio datur à iurecõsulto in dicta. l. secunda. §. solet. ff. de hæred. & actio. vend. ibi, nam hoc seruari &c. Qualiter autem dolus & culpa dicatur facto fideiussoris contingere, dicetur infrà. Si verò aliter res euincatur, quàm per imprudentiam aut errorem iudicis: & tũc sumus in casu. l. Herẽnius. §. Caia. ff. de euictio. & in fideiussore in casu dicti. §. si ignorantes. in discussione quarũ legũ disputãdi sunt alij tres articuli primò annotati: videlicet an emptor teneatur appellare, & si non appellauerit sit in dolo aut culpa. Similiter in fideiussore, an sit in dolo vel in culpa si non appellauerit. Eodẽ modo hic quæritur in hac lege nostra de hærede, si nõ appellauerit à sententia absolutionis pro homicidis lata an à dolo excusetur. Secũda quæstio est, Si per eos sit appellatũ & appellationẽ non prosequantur, an sint in dolo & culpa. Tertia est de procuratore. Quarta an fideiubens de iudicato soluendo tenebitur tam de eo quod pronuntiatum est in primo iudicio, quàm in iudicio appellationis. Circa primum videtur iura aliquantum obscura & inuoluta. In primis dicta. l. prima. C. de peric. & commodo rei vẽd. quæ tria considerat. Primum quòd venditor de his quæ rem concernunt ab emptore conueniatur, & quæstio de actis sit aut causis venditionẽ præcedentibus, vt probat ille tex. in his verbis, quæ ex præcedẽte tẽpore causam euictionis parant. Secundum vt venditori ex illis causis denũtiatum sit, vt causæ agendæ interesset. l. si rem. ff. de euictio. Tertium vt non absente emptore cõtra eum pronuntiatum sit, id est quod per contumaciam emptoris sentẽtia secuta non sit: vt glo. illic aut per. l. si ideo. ff. de euictio. Cui concordat. l. si suspecta. ff. de inofficio. testa. l. prima. §. quod si in lite. ff. si quid in fraudem patro. vt dixi suprà. Secus si iuste contradixerit & omnes exceptiones legitimas proposuerit, vt dicitur in pupillo in. l. contra minores. C. si aduer. rem iudi. tũc dubium secundũ est an isto nouissimo casu appellare teneatur. De quo paulo inferius tractabimus. Prædictis adde dictã. l. emptor. in

7 fi. C. de euictio. vbi tex. in † emptore æquale facit iudicium de his an per contumaciam, an verò per iniuriã iudicis sit condemnatus: & vtroque casu non dat ei regressum contra venditorẽ. Ille tamen tex. in istis duobus casibus an absente vẽditore vel præsente seu eius fideiussore id factũ est, differentiam facere videtur: quod videtur directe contra ea quæ per me supra dicta sunt per casum dictæ. l. secundæ. §. solet. ff. de periculo & cõmodo rei vend. sed dic hoc non obstare, quia absentia aut præsentia venditoris propter id nõ consideratur quia illata iniuria per iudicẽ venditori licet præsenti non nocebit. Quid igitur operantur illa verba, absente authore vel fideiussore? glo. illic in verbo, absente. optimè declarat: vt si est præsens venditor, non teneatur appellare. si autem sit absens, teneatur appellare. d. l. Herẽnius. ff. de euictio. ista sunt de mente Petri in. d. l. emptor. C. de euictio. sed cuius effectus erit huius modi appellatio? Dic istius effe: quoniam si tam iniusta sentẽtia sine correctione

8 remaneret, emptoris esset periculo, eo † quòd inter fortuitos casus iudicis imprudentia enumeratur. Sed si appellet, & durante causa appellationis denũtiare velit venditori vt causæ & liti assistat, & cassationẽ illius tã iniustæ sentẽtiæ prosequatur, vel iudicio cũ ipso emptore assistat ad prosequẽdã appellatiõis vel nullitatis causam, si causa nullitatis subest, dum tamẽ secundũ Cinũ & Ioan. Fabrũ in. d. l. emptor. defensio vẽditori integra sit, vt admitti possit ad oẽs perẽptorias exceptioẽs proponẽdas in causa appellationis.

Allegant.l. ita demum. C. de procuratoribus.
& secundùm Petrum facit authen. si appellatio-
ne.&.l. per hanc.C. de tempo. appella. secus au-
tem si ita esset læsa defensio venditoris.l. si rem.
§.fina.ff. de euictio. ibi, dũ tamen non prope con
demnationem id fiat. Et ita declarat dicta.l. He-
rennius.§. Caia.ff. de euictio. quem tex. declara-
bo per partes, vt intelligatur. Primò pódero il-
lum tex. in his verbis, authorẽ laudauerat, id est
denuntiauerat.l. authore laudato.C. de euictio.
qualiter emptor mota sibi de euictione fisci no-
mine quæstione authorẽ suum denuntiando lau
dauerat: sed non minus præsente venditore fun
dus venditus per fiscum euictus est & ablatus.
quærebatur an de euictione emptori contra ven
ditorem competeret regressus. Respondit He-
9 rẽnius, † siue quod alienus sit cùm venisset, siue
obligatus cum veniret, vel euictus est compete-
re contra venditorem de euictione regressum:
quia ab initio venditori denuntiauerat. Mox
quæstio fit in eadem lege, an emptor ab illa iniu
sta euictionis sententia appellare teneatur. Re-
spondet nõ esse emptori necesse appellare: quia
præsente ipso venditore, cui denuntiatũ erat, la
ta est euictionis sententia. Igitur imputet sibi ven
ditor si non appellat condemnato emptore, qui
sibi tempore debito denuntiauerat. Secus igitur
10 à contrario sensu, † si absente venditore lata est
euictionis sententia, quia tenebitur emptor ap-
pellare, licet ei tempore debito denũtiauerit. In
versi.fin. eiusdem legis quæritur, si emptor qui
venditorem in appellando negligentem cogno-
uit, cùm tempore latæ sentẽtiæ præsens esset, vo
luerit appellare, cùm bonam & iustam causam
foueret, si causam appellationis non eẽt prosecu
tus, & propter lapsa fatalia tempora à causa ap-
pellationis euictus est, an regressus ei aduersus
venditorem competeret. Respondet cum suo vi
tio ex præscriptione bonam causam perdiderit,
non reuerti ad venditorem. Ex quo tex. tria col-
11 liguntur. Primum est, † emptorem, qui iniquam
esse sententiam cognoscit, non tamen per erro-
rem aut imprudentiam latam, vt quia forte arti-
culus, qui iudicatus est, in iure dubius comperi-
tur, vt Bart. scribit in.l. cum prolatis.ff. de re iu-
dicata. in.l. si expressim.ff. de appellatio.l.ij.C.
quando prouocare non est necesse. & venditor
tempore latæ sententiæ præsens nõ fuit, empto-
rem teneri prouocare. Coniunge ex illo tex. illa
verba, vẽditore præsente cum illis, cùm emptrix
non prouocauerat. per quæ probatum esse vide
tur, vt si non fuisset venditor præsens, debuerat
emptor prouocare. Dicam infra. Simile dicitur
de fideiussore in dicta.l. procuratorem.§. si igno
rantes.ff. mandati. ibi, si sciuerunt, incumbebat
eis necessitas prouocandi. Cæterum dolo versa-
ti sunt, si non prouocauerunt. Simile in.l. inui-
tus.C. de procur. qui de procuratore loquitur.
12 Dicam infra. † Secundum est, quando est cõtra
emptorem præsente venditore, cui denuntiatum
est, sententia lata est, licet sentẽtia rectè lata non
sit, nõ tamen, vt dixi, per imprudentiam: tunc de
euictione cõuentus si præsens est in iudicio ap-
pellare tenebitur, si velit, non autem emptor.
Hoc probat ille tex. in his verbis, nihil proponi
cum emptori aduersus venditorẽ actio nõ com-
petat. Idem in dicta.l.j.C. de peric. & commod.
rei vend. Tertium est, si emptor nõ contentatur
suo regressu euictionis sibi competente contra
venditorem in casu præmisso, sed velit ipse ap-
pellare, tenebitur appellationem prosequi: ali-
ter autem non erit sibi regressus de euictione cõ
tra authorem. Ita probat ille tex. in fi. ibi, si em-
ptor appellauit & bonam causam vitio suo ex
præscriptione perdidit &c. Et ratio est, quia de-
bet ei imputari qui non fuit contentus suo reme
dio ordinario, sed vltra se obtulit quã deberet.l.
cui necessitas.ff. de libe. causa.l. circa.ff. de pro-
ba. imputandum enim illi est, qui se in necessita-
te appetit cõstituere.l.ij.§. si propter aduersam.
in fi. vbi idem notat Bald.ff. si quis cautio. Sed
ista nõ videntur satisfacere. d.l. si per impruden
13 tiam. Tu dic satisfacere: quoniã † si appellatum
extiterit, & sententia per iudicem ad quem ap-
pellatum est, confirmata fuerit, iam cessare vide-
tur causa imprudentiæ & erroris iuris præsum-
ptione, tametsi iudex appellans potuerit forsi-
tan deterius priore iudice iudicare, vt inquit lex
prima in prin.ff. de appel. ibi, neq; enim vtiq; me
lius pronũtiat, qui nouissimus sententiã laturus
est. Hoc intelligas dum tamen illa sententia non
sit aut venalis aut sine causæ cognitiõe lata, vel
taliter nulla vt appellatione opus nõ sit, sicut o-
ptime declarat gl. in dicta.l. exceptione.ff. de fi
deiussoribus. & ita sibi proderit. Hoc autẽ bre-
uius paulo inferius cum glos. si. absoluetur.

Tu igitur ex mẽte omniũ habeas plures iuris
conclusiones, per quas hic varius articulus cla-
14 rus videbitur. Prima est, † venditor de euictio-
ne tenetur, si euictio sibi remissa non est.l.j.ff. de
euictio.l. emptor.C. eo. Hoc verum si ex causa
præcedente contractum venditionis euincatur,
& non ex causa subsequente.l. cum in venditio-
ne.ff. de euictionibus.l.j.C. de peric. & cõmod.
rei vend. Adde & causa ante conclusionem litis
superueniat.l. si rem.§. fi.ff. de euictio. quam ad
id notat Bart. & Alexand. post eum in.l. si ma-
ter.§. eandem.ff. de excep. rei iudic. Bald. in.l. co
gi.C. de peti. hæred. Aretinus in.l. hæres quan-
doque.ff. de acquir. hæred. Secundo dummodo
debito tempore ei denuntiatum fuerit. dicta.l.j.
ibi, & ita si ei. Sed quæstio est, quando dicatur
debito tempore denuntiatum esse. disputauit Ci
nus in.l. emptor.C. de euictio. referens varieta-
tem opinionum ex quadam legũ diuersitate pro
cedentem. Primo ex dicta.l.j.C. de peric. & cõ-
15 mod. rei vend. † quæ videtur velle in initio cau
sæ denuntiandũ esse, in his verbis, vt causæ agen
dæ

dæ adesset. Idē in dicta. l. emptor. & . l. qui cōcubinā. §. si hæres. ff. de legat. iij. Sed hoc amplius ait, debere te priusquā iudicium accipiatur, denuntiare hæredi. Alij vsq; ad sententiam. l. si rem §. fi. ff. de euictio. ibi, quia non præfigitur certū tempus in ea stipulatione, dum tamen ne prope ipsam condemnationem id fiat: quam extendit Bart. in dicta. l. si mater. §. eandē. in fine. ff. de exceptio. rei iud. Alij autem causam lucratiuam à causa onerosa distinguunt, vt. §. si hæres. intelligatur de causa non lucratiua, lex, si rem. de lucratiua causa. Hanc approbauit glo. in. l. hæres seruum. ff. de euictio. quam sequitur Cinus in dicta. l. emptor. Aliter autem Ioā. Faber distinxit vt supra dictum est. Secūdam autem opinionem approbat Petrus in. l. si cùm quæstio. C. de euictio. per dictam. l. si rem. Bal. verò in dicta. l. emptor dicit tantum ante sententiam seu litis cōtestationem verum, etiam ante litem motā, per illum tex. Iacob. Butrig. in dicta. l. emptor. dicit

16 † effectum cuiuslibet causæ considerādum esse. l. ita tamen. ff. de administra. tuto. Igitur secundum eum tunc fieri debet vt possit venditor de euictione vocatus defendere: & sic saluum sit vēditori ius defensionis. quod esse non potest quādo in causa cōclusum est. Et sic concordat. l. qui cōcubinam. §. si hæres. ff. de legatis tertio. &. l. si rem. ff. de euictionibus.

Ex his non videtur posse denuntiari in causa appellationis: quoniam si antequam in causa cōclusum sit denūtiari debet, quomodo potest hoc post sententiam admitti, & sic in causa appellationis. Cinus & Ioan. Fab. in dicta. l. emptor. te-

17 nent † posse denuntiari etiam in causa appellationis si adhuc saluum sit venditori ius defensionis. Ponderantes illam. l. si rem. quam in fi. existimo illos glo. illius. l. voluisse inducere quæ hoc tenet. Dicit enim posse in causa appellationis authori denūtiari, si quidē omnia sint illi integra: vt quia testes habet, & nihil deperit. Allegat. l. mācipiorū. in fi. ff. de optio. lega. ibi, ergo toties actio deneganda non est, si omnia integra sint. Idē in. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minor. d. l. ita demū. in fi. C. de procur. l. filij. ff. ad Tertullia. Aduerte illam. l. mancipiorū. faciliter euitari posse ex ratione. d. l. si rem. quæ tempus præfigit, & declarat rē desinere integram esse, post-

18 quā in causa conclusum est. † Igitur vsq; ad causæ cōclusionē lex tempus ad denuntiandum nō præfigit. sed secuta conclusione tempus denuntiandi à lege præfixum cēset lapsum esse: postea vero audiri non debere ait. Et ita etiam intellexerunt omnes qui primas opiniones amplexi sunt: & de iure veriores esse puto: quoniam & leges ita tempus denuntiationis moderatæ sunt. Primo, vt dixi, dicta. l. si rem. in his verbis, duntamen ne prope cōdemnationē id fiat. in qua duæ dictiões taxatiuæ inueniūtur, videlicet dūtamē, cum dictione illa negatiua ne. Apertius dicta. l. emptor. in fin. C. de euictio. ibi, absente authore vel fideiussore regressum aduersus eum non habet. quæ lex loquitur de primo iudicio tantum, & non de causa appellationis, vt definito primo iudicio absente authore, amplius regressum nō habeat. Idem in. l. prima. C. de peri. & commodo rei vend. ibi, & ita si denuntiatum est vt causæ agēdæ adesset, non potest amplius dici posse causæ iam agitatæ adesse. l. Græce. §. primo. ff. de fideiussoribus. difficile enim est quod ex primo iudicio paratum non sit authori præiudicium. Et hoc illa lex considerauit, vt videri potest ex prædictis. Et propter hanc difficultatem lex terminum præfixit. Cæterum doctrinam gloss. & Parisijs & Rothomagi obseruare vidi: clarissime autem iudici constare debet venditori ex primo iudicio nullum præiudicium paratum esse, omneq; defensionis genus venditori in ius vocato ad tuendam appellationis causam pateat ta literq; ius integrum & illæsum maneat, vt nulla exceptione ex primo iudicio perimi vel euacuari possit alioquin ius omnino integrum nō erit, quemadmodum illa. l. mācipiorum. desiderat dū dicit illa. l. mācipiorum. omnia integra. Idem in c. quoniam. de concessio. præben. in sexto. Huic

19 doctrinæ † adde venditorem in causa appellationis tantum conuentum si in eo succumbat, & euincatur res per iudicem ad quem ad sumptus litis primi iudicis. Non tenebitur, sed erunt periculo & damno emptoris, qui neglexit venditori denuntiare. l. si cùm quæstio. l. si status. l. si parentes. C. de euictio. l. Herennius. ff. de euictioni.

Opinio Cini & Ioan. Fab. post glos. in dicta l. si rem quam. ff. de euictio. in foro communiter

20 obseruatur. in qualibet enim iudicij parte etiam post primam sententiam in causa appellationis, duntamen nulla defensio vocato in ius de euictione auferatur, sed integra illi sint omnia defensionis iura, agi posse de euictione, dicta l. mancipiorum. aliàs non, dicta. l. si rem. ff. de euictionibus. Et ita declarat Antonius de Butrio in. c. fina. extra de emptione & venditione. post Hostien. & Ioan. Andream.

21 Secunda, si † euincatur res in damnis & interesse non veniant expensæ, nisi à die quo vocatus est venditor. & id propter negligentiam emptoris. l. cùm quæstio. &. l. prima. C. de euictionibus. l. venditores. ff. de verborum obligationibus. l. si rem quam. ff. de euictionibus.

22 Secunda principalis regula est. † Casus fortuitos post contractum superuenientes non esse venditoris sed emptoris periculo, dicta. l. prima. C. de peric. & commo. rei vend. Et ideo sententia iudicis per imprudentiam lata erit periculo emptoris. l. si per imprudētiam. ff. de euictioni. & quia variatum est circa hanc regulam, attentius igitur de ea videndum est, quod clarius ex legibus nostris perpēdi potest, si tamē veritati legis inniti desideramus. q̄q; bi qui soli praxi

inſudant, durum eſſe quod hoc primo articulo
dicetur, arbitrabuntur: nihilominus quicquid in
l. ſcriptum comperiã, dicã. Primò enim ex men-
te & verbis. l. ij. §. ſolet. ff. de hæred. vel acti. ven-
23 di. dic verum eſſe † de iure ſententiã per iniuſti-
tiam aut iniuriam ſeu iudicis imprudentiam la-
tam venditori ſeu eius hæredi non nocere: ſiue
ſententia contra venditorem de euictione con-
uentum lata ſit, ſiue conuentus venditor iudi-
ciũ euictiõis ſuſceperit, ac ſolus cauſam ſit pro-
ſecutus, vel in iudicio pro ſuo intereſſe tantum
cõparere voluerit, vel ſimul cũ emptore iudiciũ
proſequi, dummodo per dolum aut culpam ven
ditoris iniuſtè ſententia lata non ſit, de euictio-
ne non tenebitur. argu. eſt. c. vnic. de controuer.
inter vaſallum & aliũ. eoll. j. Tolle exemplum
ſecundum gloſ. in dicta. l. exceptione. ff. de fide-
iuſſoribus. communiter approbatam ab Hoſti-
enſi, Ioanne Andrea, & Anto. de Butr. poſt In-
nocen. in dicto. c. fi. de emptio. & vendi. vt ſi ven
ditor emptori probationes non adminiſtrauerit
in quibus debet eſſe ſolicitus. & licet Bart. in di-
cta. l. exceptione. dicat hoc exemplum non con-
24 cludere in caſu illius. l. exceptione: cùm † reſpe-
ctu iuſtitiæ humanæ ſententia iuſta eſſe cenſea-
tur, quæ ex productis facta eſt. Sed dic bene di-
ce. e gloſ. quæ vult exemplum tãtum dare in eo
caſu, quo iniuſtitia non ex facto iudicis, ſed ex
dolo aut culpa venditoris procedit: quia ſi pro-
bationes conuenientes emptori adminiſtraſſet,
in quibus debet eſſe ſolicitus, in culpa eſt, ſi
idoneas non adminiſtrauerit emptori, vt pro-
ducat vel producere iudici poſsit: ideo ſibi,
non emptori debet venditor imputare. In dolo
eſt quando colludens cùm aduerſario negligit
ſua producere. l. ſi fideiuſſor. ff. mand. l. j. §. quod
ſi in lite. ff. ſi quid in fraudem patro. l. ſi procura-
torem. in princ. ff. mãdati. l. cũ nõ iuſto. ff. de col
luſio. deteg. cum alijs aliquando per me notatis
in. l. in cognitione. ſuprà eodem. ſecus vbi non
erit in dolo aut culpa. Et ratio ſecundum Bald.
eſt poſt Bar. & Cinum in. l. diem functo. ff. loca.
& conduc. Iacob. de Arena, Bart. Ange. & Pau.
25 in. l. exceptiõe. ff. de fideiuſſo. cũ † de iure caſus
fortuiti qui poſt perfectam venditionem contin
gunt periculo emptoris ſint, dicta. l. prima. C. de
peric. & commo. rei vend. §. eum autem. inſtitu.
de empt. & vend. ſententia autem iniuſta ſeu per
imprudentiam iudicis lata inter fortuitos caſus
enumeretur, ſitq́ caſus fortuitus, dicta. l. ſi per
imprudentiam. ff. de euictio. quam vult emptori
ſolum, & non venditori imputari. Idem in. l. em
ptor fundi. C. de euictio. c. fi. extra de emptio. &
vend. Ratio eſt in illo text. quia iniuria emptori
facta eſt, & non venditori, non mirum ſi illi tan-
tum noceat. Adde alias rationes vltra illum te-
xtum: quoniam ſi ſententia contra manifeſtũ iu-
ris errorem lata eſt, nulla eſt ipſo iure, neq; opus
eſt condemnato appellare. l. ſi expreſsim. ff. de
appellatio. l. ſecunda. C. quando prouoc. non
26 eſt neceſſe. idem † cum venalis eſt ſententia. l. ve
nales. C. quãdo prouoca. non eſt neceſſe. Quos
duos caſus æquiparat dicta. l. per imprudẽtiam.
ibi, at q̃d refert ſordibus iudicis an ſtultitia per-
ierit. Vnde cenſeri nõ poteſt res euicta quæ per
ſententiam iudicis imprudenter aut per errorem
ſeu pretium latam euicta eſt: cũ nulla ſit: ad quã
infirmandam appellatione non eſt opus, maxi-
me quãdo nullitas ſententiæ ex actis cõſtare po
teſt, per iura prædicta. Et in hoc caſu ordinatio-
nes regiæ ab omnibus curijs receptæ has nullita
tis cauſas admittunt etiã ſine appellationis reme
dio. ſecus autem ſi contra ius partis tantum lata
eſt ſententia in quibus caſibus ſi à ſententia non
fuerit appellatum, trãſit in iudicatum, & exequi
tur. Hoc idem dicit glo. & Bart. poſt eam in di-
cta. l. exceptione. & Ant. de Butrio in. c. fin. ex-
tra de emptio. & venditio. & idem notat dicta
l. venales. & l. prima. & ſecunda. C. quãdo pro-
uoca. non eſt neceſſe. & dicta. l. ſi expreſsim. Et
in hoc caſu non loquitur illa. l. ſi per impruden-
tiã. ſed remanet ſolida illa iuris authoritas à pra-
27 cticis frequentata. † pro ſententia enim præſum
ptionem eſſe. l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio-
nibus. Hoc tetigit Barto. hic & in dicta. l. exce-
ptione. in fine. dicens aduocatum debere cautũ
eſſe ad id obijciendum. Et ideo in dubio donec
de tali nullitate ſententiæ conſtiterit, paſsim re-
greſſus de euictione emptori contra venditorẽ
datur: ſed detecta nullitate, procedit. l. ſi per im-
prudentiam. ff. de euictio. & ſic vtrunque cõcor
dabis, videlicet ius ſcriptum cum praxi commu-
ni. Addatur & alia ratio: quia caſus qui veriſimi
liter cogitari non poſſunt, non veniunt in conſi
deratione. l. inter ſtipulãtem. §. ſacram. ff. de ver-
bo. oblig. Sed cum veriſimile nõ ſit iudicem ſuæ
ſalutis immemorẽ eſſe, ideo caſus ille non venit
venditori imputandus: quia verè rem ſuam ven
didit, & non alienam. Similis ratio ponitur in. l.
fin. C. ad legem Iuliam repetunda. Hoc etiã ſen-
28 tit dicta. l. ſi per imprudentiã. in his verbis, † in-
iuria enim quæ emptori fit, authorem nõ debet
contingere: quia non amplius res venditoris
æſtimatur, ſed emptoris, cùm dicat, iniuria quæ
ſit emptori quia re vera ſoli emptori fit: cùm
in eum actualiter tranſlatum ſit dominium. Et
ita. l. prima. C. de peric. & commo. rei vend. hoc
cõſiderauit quia trãſlatum eſt, inquit, dominiũ.
29 Tertia concluſio eſt, † Sententia contra fide-
iuſſorem quocunq; modo lata, etiam ſi imprudẽ
tiam iudicis lata ſit, fideiuſſori nõ nocet, ſed de-
bitori tãtum, niſi in dolo aut culpa fideiuſſor ſit,
dicta. l. exceptione. ff. de fideiuſſo. l. ſi procura-
torem. §. ſi ignorantes. ff. mãdati. Et ratio eſt ſe-
cundum Baldum in. l. ſi pro ea. in fi. C. manda.
quoniam damnum rei caſu fortuito contingens,
periculo domini eſt, dicta. l. ſecũda. §. ſolet. ff. de
hæred. vel actio. vend. Idem & ſi non caſu for-
tuito

tuito, dummodo sine dolo aut culpa fideiussoris contingat. l. si mandato meo. §. si fideiussor. ff. mand. ibi, multiplicauerit summam. & l. post solutionem. C. mādati. Secus, vt dictū est, si in culpa aut dolo sit fideiussor. d. l. si procuratorē. §. si ignorantes. & l. si fideiussor. ff. mād. & d. l. exceptione. vbi plene per Bart. Ang. Paulū & Alexand. ff. de fideiusso. Ant. in dicto. c. si. extra de empt. & vend. Quarta quæ ex lege nostra su-
30 mitur, in qua vis huius nostri. §. cōsistit, est, † hæredem ab absolutoria occisorum sententia non teneri appellare licet sententia iniusta & iniqua sit. probatur in hoc tex. in his verbis; præsidis iniquitate reis illatæ cædis absolutos. Sed aduerte ad verbū, non defunctoriè. à paucis hic animaduersum, dum dicitur, hæredibus, qui non defunctoriè debitum officium impleuerant. vt non intelligas simpliciter sicuti glo. hic intelligit, dū ait, non malitiose: quia casus esset de indubitabili. l. si seruus plurium. §. primo. ff. de lega. primo. ibi, vel lusorie agentem. sed intelligas de eo qui segnius quàm alius diligens paterfamilias impleßet. Et ita etiam declarat dicta. l. si seruus plurium. §. si quis ante. allegata hic in glo. ibi, vel minus plene defendit. & l. aut qui aliter. §. primo. versi. neq. ff. quod vi aut clam. ibi, neq; quidem perfunctoriè aut obstare dicere aut denūtiare. Idem in. l. iij. ff. ad legē Iul. de adult. ibi, quem ex animo accusare. l. si perlusorio. in prin. ff. de appellatio. ibi, si suspicatur non ex fide causam agere. Idem in dicta. l. si seruus pluriū. §. primo. vbi per Bar. Aret. Alexand. & omnes. ff. de leg. primo. Sed huic. §. multùm obstat. l. minoribus. in fi. C. eod. hic allegata pro contraria per glo. quæ necessitatem appellandi imponit hæredi instituto, & appellationē prosequendi. Propter hoc argumentum glo. in verbo, non prouocassent: dat
31 tres solutiones. Prima est, quòd hic † hæres propter suam inopiam excusatur: vt in. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mandati. Cui adde l. ij. §. fi. ff. de iure fisci. quæ etiam rusticitatem & sexum excusat. l. ij. in fin. ff. de custo. reo. sicut & illa. l. minoribus. excusat minores vigintiquinq; annis. Et hæc fuit solutio Ioan. & Azonis. Similem solutionem dedit glo. in dicta. l. minoribus. Hanc solutionem simpliciter sequitur Iacobus Butrigari. Cinus & Ioannes Faber. Tamen reprobant eam Petrus, Barto. Paulus de castro & Alexand. dicunt enim præsertim Bartol. Paul. & Alexander, continere diuinationem, licet dictum in se verum sit. Secundò alia ratione: quoniam hæc lex hæredem excusat, non quia pauper sit, sed quia non defunctoriè, sed diligenter & ex animo seu bona fide vltionem defuncti in iudicio prosecutus est, licet per iudicis iniquitatem rei accusati absoluti sint. Tertio. l. minoribus. nullo modo paupertatem considerat: vnde contrariū non absolueret. Secūda glo. solutio est, q in. d. l. minoribus. hæres appellationi victi respondet, & ideo tenetur prosequi: hic verò victus est hæres iudicis iniquitate, & ideo non appellat. Hæc solutio videtur plenè contrario satisfacere. Probatur primo in hoc text. dum ait, præsidis iniquitate reis illatæ cædis absolutis. & sic incumbat hæredi onus appellationis, si appellare voluisset: quoniam rei accusati absoluti erant. Sed si non appellauerint, ob id tamen indigni non fiunt, neque ab eis hæreditas auferetur: quia non defunctoriè domini mortem defenderunt. Circa quod vide quæ scripsimus in. l. tertia. §. si ex stipulatu. suprà eodem. At in illa. l. minoribus. rei accusati condemnati erant, & appellauerant: quare cogebantur hæredes victores reis appellantibus respondere. Probatur primò in versiculo, cum autem. ibi, licet is qui mandasse cædem dicitur, prouocauerit. & in versiculo, conuenit. ibi, respondere causam appellationis reddenti. & in versiculo finali. ibi, prouocationis certamen implere deberetis. quod verbum, implere. denotat prouocationis iudicium inchoatum esse, quod vult impleri per hæredem, id est prosequi & finiri ad prosecutionem hæredis. Et hanc approbauerunt Bart. Paulus & Alexander in dicta. l. minoribus. & Angelus hic, licet sub alijs terminis. Et differentiæ rationem inter vtrun-
32 que casum dicunt esse, † quia quando reus absolutus est, & habet pro se sententiam, lata sententia iusta præsumitur. l. Herennius. §. Caia. ff. de euictionibus. cum alijs hic notatis per Romanum. Sed quando succubuit reus, & appellat, tenetur hæres appellanti respondere, & appellationem prosequi: quoniam præsumitur hæredem iustam causam fouere, eo quòd sententiam pro se habeat, pro qua præsumitur, vt nunc dictum est. Sed Bartolus quem hic Romanus sequitur huic primæ distinctioni aliud mem-
33 brum addit. dicit enim, Aut † certum est sententiam pro reis absolutis esse rectè latam: & non tenetur appellare. aut est certum male esse latam: & tenetur appellare. aut est dubium & non tenetur appellare: quia pro sententia præsumitur, dicto. §. Caia. & ita hunc textum intelligit & respondet ad verbum, iniquitate. quia supplet, non apparente. Et ad id ponderat verbum, defunctoriè. quod interpretatur post glossam, id est non malitiose. Et huic distinctioni Bartoli addit Romanus, si tamen appellauerit hæres, tenebitur prosequi. dicto. §. si ignorantes. & l. inuitus. C. de procuratorib. de quo dicto Romani qualiter procedat dicam infra.

Sed hæc secunda Bartoli distinctio, quam super interpretatione huius. §. assignant, non videtur mihi vera. Primò quia quicquid suppleat ad hunc tex. nō potest sine diuinatione transire,

sicut dixit de prima glossæ solutione. Tex. enim huius. §. adeo clarus est, vt non sine maxima violentia hãc Bar. interpretationem admittat, dum ait præsidis iniquitate absolutis reis, vt de iniquitate non velit iureconsultus dubium facere, & hoc verbum, defunctoriè. iunctum relatiuo, qui. satis demõstrauit. Et hoc declaro. nam ratio Sillaniani senatusconsulti pœnam hæredi imponẽtis negligẽti necem defuncti vlcisci est, quia officium pietatis non exercet, seu vindictam necis nõ prosequit. l. prima. C. eo. Et hoc est quod dicit hic tex. in his verbis. debitum officium implẽuerant non defunctoriè, sed diligenter, & ex animo, vt dixi supra. Et idem dicit. l. si seruus plurium. §. primo & secundo. ff. de leg. primo. hic allegata in glo. quam ad id Alexand. & Aret. notauerunt & bene. Si igitur plene & non defunctoriè defenderit, si pietatis officiũ impleuit, per

34 hunc tex. † sed cum dubium esset an hæres satis pietatis officium impleuisse dici deberet, qui cũ sciuit sentẽtiam iniquitate iudicis latam fuisse & reos inique à præside absolutos fuisse, non appellauerit, non videbatur debitum pietatis officium impleuisse, donec beneficio appellationis procurasset absolutoriam sententia iudicis iniquitate pronuntiatam reuocari. hic autem noster tex. secus sentit, dũmodo causam rectè egerit, & non defunctoriè. Nec obstat. l. si bonam causam. C. de administra. tuto. hic allegata per Roma. ex hoc quod hæc. l. hæredem ab appellatione interponenda excusat, si in primo iudicio debitum officium exercuerit, licet iudex iniquam sententiam tulerit. Et ratio est, ne sæpius contingat hæredi litigare, qui forsitã lites execratur. l. item si res. §. non tamen. ff. de alien. iudic. mutã. causa facta. & quod in dubio propter sententiam contra ipsum latam præsumitur seruos seu homicidas rectè fuisse absolutos: vt dixit gl. in dicta. l. si bonam. in hoc autem forte cũ Bart. sentirem, quando clare constaret sententiam nõ solum dixerim iniquam, sed nullam esse, per ea quæ supra dicta sunt. Aliud enim est nullã esse sentẽtiam, & aliud iniquã dicere sententiam. l. secunda. C. quando prouoc. non est necesse. Secũdo. l. minoribus. C. de his quibus vt indig. nõ loquitur in hærede condemnato, sed loquitur de reo criminis condẽnato & appellante, cuius appellationem tenetur hæres minor annis proiequi, vt dicam infra. Comperio autem Hostien. & Ioannem Andream in. c. non iuste. extra de procurato. dicere indistinctè hæredem & tutorem teneri appellare. allegantes hunc text. Sed nõ video quo modo posset eorum opinio in hoc text. probari. Et Paulus & Alex. in dicta. l. minoribus. sequitur distinctionem Bart. positam in dicta. l. minoribus. quæ est secunda nostræ glossæ solutio hic suprà relata. Tertia huius gloss. solu-

35 tio est, † quòd hæres non appellat seu appellare non tenetur, vt hic, sed si appellauerit prosequi tenebitur, dicta. l. minoribus. & dicta. l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio. Hæc solutio videtur aperte probari in dicta. l. minoribus. in his verbis, prouocationis certamen implere deberetis. iuncto versi. cum autem. Licet qui mandasse cædem dicitur, prouocauerit, ad quem versiculum refertur finis huius legis, vt tota lex intelligatur de hærede victore & reo victo & appellãte: quo casu prosequi tenetur, dicta. l. Herẽnius. §. Caia. ff. de euictio. Et ita intelligatur dicta. l. minoribus. vt dixi supra in secunda solutione glossæ.

Aliam solutionem tradit Petrus in dicta. l. minoribus. vt intelligatur hic noster. §. in eo qui propter ignorantiam non appellauerit, dicta. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mãdati. licet dictum in se sit bonũ, tamen non potest sine diuinatione conuenire dictæ. l. minoribus. neque huic. §. vt suprà dictum est. Ego verò puto alі-

36 ter dicẽdum, † aut enim hæres institutus defuncti mortem corã iudice plene defendit, nihil ex debito pietatis officio circa delicti verificationẽ omittendo, sed quod in se erat fecerit, si per iniuriam iudicis iniquè contra eum iudicatum est, non tenetur appellare, & si non appellauerit nõ erit successione priuandus. tex. est hic in verbo, iniquitate. & in verbo, defunctoriè. & in his verbis, quis non prouocassent. quem tex. induxi supra. & facit. l. statuliberi. §. fi. ff. de statuliber. Et ratio est, quia propter diligentiam hæredis circa delicti verificationem factam tam constat hæredem satis huic senatusconsulto fecisse, quod debitum pietatis officium tantum impleri desiderat, quod impletum plus satis esse dicit, si in primo iudicio non defunctoriè mortem defendit:

37 † vnde cum causa finalis edicti impleta sit, iam satisfecisse dicitur edicto. l. secunda. ff. de donat. Et facit communis omnium decisio in dicta. l. minoribus. dum post glo. quæstionem faciũt de minore maiore facto intra annum an sit excusatus perpetuò, eo quod minor succedens & non accusans non tenetur pœna huius senatusconsulti, an verò minor in pœnam senatusconsulti incidat si maior factus vindicare necẽ defuncti negligat. Ad institutum redeamus.

Si verò non plene defendit, vt in dicta. l. si seruus plurium. §. si ante. &. §. primo. hic allegato. licet non colluserit hæres prosequendo: quia ta-

38 men ille tex. † vtrunq; casum æquiparat, videlicet non agere & lusoriè agere: & tũc tenetur appellare per hũc tex. Et ratio est, quia appellatio quandoq; interponitur, non quia grauamen sit per iudicem factum, sed vt possit pars omissum in primo iudicio in causa appellationis de nouo allegare & probare. l. per hãc. C. de temp. appel. & ne per culpã hæredis mors defuncti inulta remaneat tenetur appellare: vt quod hæres in prima instantia omiserit, in causa appellationis supplere possit. Ita in simili dicunt Moderni Papiẽ. in dicta. l. minoribus. secus autem vbi plene defuncti

functi mortem defendit, per hunc text. Vbi verò sententia in fauorem hæredis lata est, & per reum condẽnatum appellatum est, hæres qui minor est annis. xxv. non tenetur appellare, nec appellationem prosequi, nisi ex vrbanitate. d. l. minoribus. versi. conuenit. C. de his quibus vt indignis. Si verò hæres sit maior annis. xxv. tenebitur appellanti non tantũ respõdere, sed & appellationẽ prosequi. Ita loquitur in his terminis. d. l. minoribus. in fi. vt supra induxi. Si verò hæres appellauit, non autẽ reus accusatus: & tunc tenetur appellationẽ suam prosequi. Hoc videt̃ probare. §. fi. d. l. minoribus. in his verbis, implere deberetis. quæ verba siue de hærede appellante intelligere velis siue de reo cõndemnato appellante. Et in hoc Barto. interpretationem sequi iuxta glo. in. ij. solutione supra recitatã erit probatus hic articulus nostræ distinctionis, vt erit sensus, hæres teneatur implere, id est appellationem à se vel reo interpositam prosequi: alter in pœnam huius senatusconsulti incidat excusabi-
39 tur † tamen à prosecutione, si forte propter paupertatẽ prosequi nõ potest: quia facultates eius non suppetant, vt dictum est post glos. nostram hic, & in dicta. l. minoribus. per dictũ. §. si ignorantes. &. l. ij. §. fin. ff. de iure fisci. quemadmodũ propter sexum, rusticitatem & ætatem excusantur, per. d. l. ij. §. fin. ff. de iure fisci. Adde alios casus per Hostien. notatos in dicto. c. non iniuste. extra de procu. videlicet infirmitatem. c. tua. extra qui mat. accus. poss. Cui adde. l. iij. in prin. suprà eo. &. l. ij. §. si ꝓpter aduersam. ff. si quis cautio. vel metũ. c. si iustus. extra quod met. causa. l. fin. C. de eo qui propter metum iudicis non appel. l. vnica. C. si quacunq; præd. pot. &. l. vnica. C. si rector ꝓuinciæ. l. nouissime. C. quod falso tuto. autho. vel ignorantiam: vt in. d. §. si ignorã-
40 tes. Quinta regula † est in tutore, aliam esse causam tutoris & aliam hæredis. tutor enim antequam agat seu appellet, debet negotium pupilli consulere an bonam seu malã causam foueat, tametsi pro vtilitate pupilli quandoq; cogẽdus sit agere. &. l. prima. in princ. ff. de administra. tutorum. l. si tutor. ff. de autho. tuto. l. tertia. C. de procurat. vbi Bartol. Ita notat idem Barto. in. l. inuitus. C. eodem. de procur. imo si pupillus bonam causam habeat, tenet̃ appellare & appellationẽ prosequi. l. si bonã. suprà de admini. tutorum. nõ autem si malam foueat, sed debet honoraria aduocatis sui pupilli denegare si forte superuacuam litem pro pupillo agere consulãt. l. quoties. §. sicut. versi. tueri enim debet. ff. de administratione tuto. alioquin tamen expẽsis proprio nomine condemnandus erit. l. nõ est ignotum. C. de administra. tuto. Et rationem causæ appellationis ab eo interpositæ non ipse tantũ, verum etiam hæredes eius reddere tenebuntur. l. vnica. §. fin. ff. si penden. appel. mors inter. l. fi. iuncta glos. ff. si tutor appel. & ob id non prohibetur tutor, si forte pupillus malã causam haberet bonam fidem agnoscere. l. Quintus. ff. manda. l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. ij. & dicta. l. quoties. §. sicut. in fi. ff. de admi. tutor. alioquin proprio suo nomine in expensis condẽnandus est vt paulo ante diximus, dicta. l. non est ignotum. C. de admini. tuto. & dicta. l. fi. iuncta glos.
41 fi. ff. si tutor appella. In † hærede vero secus, qui excusatur, si aut fide seu exhortatione morientis inuitatus aliquem de homicidio suspectũ dixerit, & accusauerit. l. qui cũ maior. §. fi. &. l. Paulus. §. j. ff. de bonis liber. seu si legis authoritate accusauerit timens in pœnam huius senatusconsulti incidere, vt dictum est per. l. j. C. eod. vt cũ maiore libertate in defunctum piũ exerceat officium. Et ideo mirum non est si tutor in causa pupilli appellare tenetur, dum tamen causam pupilli dubiam non comperiat, vt dicit glos. in. d. l. si bonam. vbi autem temerarie aget, tenebitur, vt suprà dictũ est. de quo plenius vide quæ per Bart. Alexan. & omnes tractant̃ in. l. j. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtemper. eundem in. l. edita. in fin. C. de edendo. & in dicta. l. qui solidum. §. etiã. ff. de leg. secundo. Idem in fideiussore dicas. l. si procuratorem. §. si ignorãtes. ff. mãda. Idem no. Hostiẽ. & Ioã. Andreas in dicto. c. non iniuste. extra de procurato. l. si ea. §. fi. vbi per glos. Bal. & omnes. C. mand. excusabitur autem fideiussor, si denuntiet debitori vt appellet si putauerit sua interesse dicto. §. si ignorãtes. de procurat. dic vt in. l. inuitus. C. de procu. l. liberto. §. fin. ff. de nego. gest. & per Bartol. in l. iij. C. de procurato. Canon. in. d. c. nõ iniuste.
42 Sexta regula, † Personæ quæ non tenẽtur appellare, si appellauerint, appellationẽ prosequi tenebuntur. tex. est in dicta. l. Herennius. §. fi. ff. de euictio. dicta. l. minoribus. in fi. ibi, implere deberetis. Imputet enim sibi qui se in necessitate constituit. l. cui necessitas. ff. de liber. causa. l. circa. ff. de probatio. c. licet causam. iuncta glos. in verbo, astrinxit. extra de probatio. vbi per Feli. xviij. colum. eundem in. c. cùm ordinem. in princip. extra de rescript. Prius autem quàm hanc regulam absoluam visum est mihi prius quandam quæstionem referre, quæ plerũq; in palatijs versatur, cuius meminit Bald. in. l. qui crimen. ij. colum. versi. tertio quæro. C. qui accusare possunt. de fideiussore, qui de soluendo iudicato fideiussit, an teneatur soluere quod in primo iudicio erit pronũtiatum tantum, an etiam quod in causa appellationis erit decisum, an vero per appellationem fideiussoris obligatio extincta erit.

Hæc quæstio cùm frequens sit, & in qua pluries vidi iudicium ferri, intendo parumper aperire, cum iuris doctores in ea varia senserint. In primis glos. in. l. ij. C. de procuratorib. quã illic Cinus, Bartolus, Paul. Angel. Alexand. & moderni Papiens. approbant, & in. l. cum apud Sẽpronianum. propter illum textum. ff. iudi. solui.

& in.l.Iulianus.ff.qui satisda.cogantur. dicunt
enim fideiussorem de iudicato soluēdo liberari
43 si à prima sententia fuerit appellatum. † per mu
tationem enim tribunalis vel instantiæ censetur
esse extincta fideiussoris obligatio: quicquid in
cōtrarium dixerint Martinus Silima.& Guliel.
de cu.pro fundamento suarum opinionum. Pri
mo ponderant dictā.l.secūdā.C.de procu. quæ
secundum Barto.simpliciter hoc probat in ver-
bo appellationi. Et ideo qui vult fideiussorem
manere obligatum, debet renouare fideiussio-
nem.per illum tex.Secūdo allegant.§.si vero ali
quis.in fi.inst.de satisd.qui tex.videtur plus vr-
gere pro opinione glos.Cini Barto.& aliorum,
quàm alius tex.cùm effectum satisdationis iudi-
cio sisti & iudicatum solui interpretari videatur
qui est de repræsentāda actoris persona:& si nō
repræsentetur, dabit fideiussor quæ in condēna
44 tione erunt,nisi fuerit prouocatum. Et † sic vbi
erit appellatum, fideiussor à iudicato soluendo
absoluendus est ob id, nisi in appellatione fide-
iussor obligationem renouet, prima obligatio
per appellationem extincta erit. qui tex. videtur
multum vrgere. Tertio dicta. l. cum apud Sem-
pronianū.ff.iudi.solui.quæ videt indubia esse.
Nec obstát si dicatur in casu dictæ legis in stipu
latione adiectum esse nomen iudicis: quia secun
dum Iacob.de Rauenneyo, Cinū & Iacob.Bu-
trig. in dicta.l.ij.C.de procura.hoc non iuris mi
nisterium,sed facti contingentiam demonstrat:
quare perinde est ac si iudicis nomen dictum
non fuisset, videlicet vt quod Sempronianus
iudex iudicasset,per.l. secundam & tertiam.in
principio.ff.iudicatum solui. Quas post eos no
tauit Barolus in dicta.l.cùm apud. Quarto ad-
debant Bartol.& Angel. text. in.§.primo.iun-
26 Hæres cõgitur damnum passo à defuncto iuxta vires hæreditatis satisfacere.

27 Actio ex quasi delicto mensoris oritur, quæ contra eundem ex suo dolo conceditur.

28 Dominium rerum suarum ei qui læsæ maiestatis reus est, ipso iure aufertur.

Pœna pecuniaria quanquam fisco applicetur, non tamen criminalis est dicenda.

29 Bannitus post annos quinquaginta reuersus an possit puniri.

30 Tempus quod datur ad appellandum, an debeat computari à die sententiæ sub conditione latæ.

Bannitus ob causam pecuniariam an possit post viginti annos accusari.

31 Ius quodlibet & priuatũ & publicum annis triginta præscribi potest.



MATERIA HVIVS legis plenè expedita est in l. in cognitione. suprà eod. quæ igitur ad illius expositionẽ tantũ necessaria erũt explicabimus. Et vt facilius suppleant, prius glo. secundæ argu in verbo, decimũ. recensebimus q̃d facit de. d. l. in cõgnitiõe. ꝓpter q̃d glo. plures dat solutiones & intellectus ad hanc legẽ. Prima est ꝙ hæc lex in casu alio à lege, in cognitiõe. loquat, quoniã dicta lex, in cognitiõe. de hærede intelligitur, qui tabulas aperuit, & hæreditatem adiuit ante habitã quæstionẽ et sumptum à familia suppliciũ: hæc verò lex de hærede loquit, qui defuncti necẽ non vindicauit, & ob id hæreditatẽ amittit. Hic intellectus quantũ ad. l. in cognitiõe. nõ est verus. Primò vt dixi in illa. l. suppletionẽ gl. nostræ hic & in. d. l. in cognitione. nõ admittit, cum ad illum tex. dicentem, in cognitione aperti testamenti. suppleat illic glo. & aditæ hæreditatis quæ suppletio est contra casum. l. lege §. fin. infrà eo. l. iij. §. quod ad causam. et. l. necessarios. §. non aliàs. suprà eo. vt in eadẽ. l. declarauimus.

Secũdò alia ratione: quia. l. in cognitiõe. quæ causam aperti testamẽti aduersus extraneos hæredes ad quinquẽniũ [illegible] extẽdit, cõtra eos verò qui lege Põpeia de parricidijs accusari possunt, qualis est soror. l. j. ff. ad legẽ Põpeiã de parrici. in verbo, sororẽ. de qua loquitur hæc lex vult vt possit semper ꝓcedi & accusari. Sed in causa nõ vindicatæ necis. l. in cognitione. accusationẽ ad quinquẽniũ nõ coarctauit: quare cũ illa lex hoc non declarauit, debet ad alias leges circa ipsum casum disponẽtes remitti vt dictum est in. d. l. in cognitiõe. & iterũ dicemus in. d. l. lege. §. fi. infrà eo. Et propter id glo. nostra nouũ dat intellectũ & nouã solutionẽ, vt hæc lex secũdum finẽ. d. l. in cognitione. intelligat: cũ hic tex. de sorore loquat, quæ pœna legis Põpeiæ de parricidijs puniri põt: principiũ autẽ illius. l. in cognitione: de extraneo hærede intelligit. Sed hic intellectus ꝑ p̃cedentẽ absorbet cũ dixerit illã l. in cognitione. in casu aperti testamenti & aditæ hæreditatis intelligẽdã esse. hæc autẽ lex in casu necis nõ vindicatæ. q̃ duo lõge diuersa sunt. d. l. lege. in fi. §. fi. infrà eo. & d. l. necessarios §. nõ al's. suprà eo. Secũdò in casu huius legis actio cõtra eũ qui neglexit nõ intentat, sed cõtra hæredẽ negligentis defuncti necẽ vindicare. quæ nõ videbat posse ꝓcedere ꝑ casum. l. vnicæ. C. ex del. defun. ex eo q̃d actio cõtra hæredẽ viuo eo, ꝗ delictũ cõmiserat, nõ erat p̃parata, vt trãsmitteret in eũ. l. in hæredẽ. ff. de calũ. l. pen. & per totũ pene titulũ. C. si reus vel accus. mor. fue. l. vnica. C. vt act. ab hære. & cõtra hære. inci. l. j. C. si pend. app. mors interue. At in. d. l. in cognitione. quæstio erat de actione cõtra ipsummet hæredẽ, qui deliquerat

tabulas testamenti aperiendo ante habitam de familia quæstionem sumptumq; de ea supplicium, & id intra quinquennium, & sic decennium expectandum non erat, prout hic dicitur: gloss. igitur alium dat intellectum, ponderatis verbis huius legis ibi, post annum decimum decessit: quia hic hæres qui vindicare necem defuncti neglexerat, cum decessit iam decimus annus lapsus erat. non autem dicit hæc lex decimum annum à die aditæ hæreditatis lapsum fuisse. Allegat. l. iij. C. ne de statu defunct. Iste intellectus est minus verus cæteris: † quia minoribus quinque & viginti annis hæredibus nõ obesse crimen inultæ mortis placuit, inquit. l. minoribus. C. eodem. Quod autem in casu huius legis accusatio quæ contra hæredem sororis hæredis sui fratris fit, propter non vitam necem fratris fit, clarè demonstrant hæc verba, questus est se veneno occidi à seruo suo. & in his verbis, & mortem eius exequi neglexit. Vnde nec hic intellectus glo. sustineri potest: quia si minor fuisset sicut ipsa soror si fuisset minor, non potuisset accusari: multo minus eius hæres. Barto. & Ange. primam nostræ glos. solutionem hic reprobant, quanquam secundum Barto. hæc prima glos. solutio communis sit. Et licet Bartol. hic dicat in. l. in cognitione. ab hac prima glos. solutione discessisse, tamen comperio Barto. in dicta. l. in cognitione. in prima oppositione, hanc glos. secutum fuisse post Hugo. & sequitur glos. in. l. si ea. C. eodem. similiter in fin. secundæ oppositionis in dicta. l. in cognitione. Et Bartol. hic ambas nouissimas glossæ nostræ solutiones tenet, quæ, vt suprà dixi, veræ esse non possunt. Et dicam infrà clarius hanc. l. & dictam. l. in cognitione. declarando. Aduerte tamen quòd Ange. in dicta. l. in cognitione. secutus est primam huius glos. solutionem. Bald. hic secundam solutionem glos. nostræ sequitur, vt hæc lex de sorore intelligatur, quæ lege Põpeia de parricidijs puniri potest. At. l. in cognitione. de extraneo hærede intelligatur. Et hic dicit, & post Dinũ qui re vera ita intelligit. cæteras duas glossæ solutiones dicit Bald. absque diuinatione non esse. Romanus verò hic inhæret opinioni Bart. in hac lege: licet hæsitare super ea videatur: nouissimè verò Barto. aliam dat solutionẽ, quam amplexus est in dicta. l. in cognitione. sequitur eam Angelus hic, & Romanus ab ea non videtur discedere. dicit enim. l. in cognitione. debere intelligi, quando † occisores intra quinquennium condemnantur, & hæres post condemnatos homicidas decẽnio vixit: tunc extraneus hæres propter apertas tabulas & aditam hæreditatem solum ante habitam quæstionem de familia, & sumptũ de ea supplicium, successione non priuabitur. Sed vbi agitur de neglecta nece testatoris occisi, vt in casu huius legis, etiam post decennium nomine fisci ad auferenda testatoris occisi bona ab hærede indigno agi poterit, si hæres sit de personis quæ de parricidio conueniri possent, qualis est soror, vt hic. Si autem non sit de personis quæ de parricidio accusari possent: tũc intra quinquennium solum, vt in. l. contraria.

Ego verò non puto. l. in cognitione. contrariari huic legi nostræ. & dicam clarius quàm dixerim in dicta. l. in cognitione. Et vt cognoscas nostram legem concordare cum omnibus alijs legibus, quas glos. & doctores nostri signant cõtrarias, hac ratione putaui aliqua ad intellectum totius tituli & materiam senatusconsulti Sillaniani necessaria præmittere. In primis hæres antequam tabulas testamenti aperiat, in quo hæres est institutus, vel † etiã codicillos, qui pars sunt testamẽti, vt dixi plene in dicta. l. in cognitione. familiam de nece domini suspectam accusare debet vt torqueatur, & de ea, si particeps delicti inueniatur, supplicium sumatur: aliàs si ante habitam quæstionem & supplicium de familia sumptum aperiat, punitur centum aureis tantùm. Et iste est casus. l. tertiæ. §. quod ad causam. suprà eodem. & l. lege. §. fin. infra eodem titulo.

Secundò præmitte accusationem aperti testamenti ante habitam quæstionem & sumptum de familia supplicium contra hæredem extraneum quinquennio tantum durare. post lapsum verò quinquennium extinctam esse, nisi fuerit præparata. l. prima. §. fin. ff. de iure fisci. Sed contra hæredem non extraneum, sed qui de parricidio accusari posset si testatorẽ occidisset, vel particeps homicidij seu necis testatoris fuisset, accusatio aperti testamenti antequã quæstio & supplicium habitum sit à familia de morte testatoris suspecta est, quinquennio non expirabitur, sed durabit semper, id est viginti annis, secundum glo. in dicta. l. in cognitione. Tu addas pulchrum text. in. l. ij. ibi, sed & si per viginti annos, bona fiscus non occupauerit, postea præscriptione vel ab ipso reo vel ab hæredibus eius summouebitur. & in. l. iij. quæ ait, quancunq; enim quæstionem apud fiscum si non alia sit propria præscriptio viginti annorum silentio præscribi, diui principes voluerunt. & in. l. annus. declaratur quãdo præscriptio illa contra fiscum incipere debeat ibi, ergo & viginti annorum tempus exinde fisco numeratur ex quo annotatio publicè innotuit. ff. de requirendis reis.

Tertiò præmitte † hæredem siue suum siue extraneum non debere testatoris occisi hæreditatem adire antequam quæstio & supplicium de familia de morte testatoris occisi suspecta sumptum sit: aliàs si hæreditatem adeat, bona hæreditatis publicantur, & fisco acquiruntur. Et est casus legis, necessarios. §. non aliàs. suprà eodẽ. licet glos. in dicta. l. in cognitione. suprà eodem. & in dicta. l. lege. §. fin. infrà eodem. aliter dicat, & simpliciter contrarium teneat, videlicet quòd hæres aperiendo tabulas tantùm publicet bona hæreditatis, licet hæreditatem non adierit. Mouetur

uetur per illam.l.in cognitione.sed glos.non est vera per dictum.§.non aliàs.in quo ponderaverba,non aliàs.cum verbo,adijsse.quæ copulatiuè duo ante publicationem hæreditatis desiderat: vt plenè dixi in dicto.§.non aliàs.& in dicta.l.in cognitione.

5 Quartò præmitte † hæredem tam suum quàm extraneum adeūtem hæreditatem ante habitam de familia occisi quæstionem & sumptum de ea supplicium, postquam cōstiterit fuisse occisum, poterit quandocunq; accusari vsq; ad annos viginti.l.j.§.fin.versic.præscriptio.ff.de iure fisci. l.in omnibus.ff.de diuer.& tempo.præscrip.Casus est hic, & est verus casus huius legis,quæ nō tantùm actionem dat aduersus hæredem qui deliquit negligendo mortem testatoris exequi,sed etiam hæredem hæredis, qui in nullo peccauit. Hoc probat iste tex.in his verbis,& ipsa post decimum annum decessit: extitit qui annos nuntiaret Caij Seij.& in versiculo, quæro &c.vsque in finem legis.& clarius probatur in dicta.l.secunda,tertia & quarta. ff.de requirendis reis. Adde in simili textum in.l.secunda.C.ad legem Iuliam repetundarum.licet ibi glossa suppleat ad illum textum, lite tamen cōtestata contra defunctum. Et ratio in hoc tex.est, quoniam ista actio licet à crimine oriatur,pecuniaria tamē est.Nec mouet me iste text.in verbo,soror.quia text. noster hic de sorore locutus non est,vt ad sororem & similes personas se arctaret, nec in eam ab omnino extraneo hærede instituto voluit diuersum facere iudicium.Et ad id pondero tex.in dicta.l.j.in princ.iuncto dicto.§.præscriptio.ff.de iure fisci. primò in his verbis, vel quòd mors ab hæredibus vindicetur, vel quòd indignus quis hæres nuntietur. qui pariter de omnibus hæredibus iudicat.& in.§.præscriptio.qui ponitur relatiuè ad omnes casus in capite illius legis primæ positos dicit, Præscriptio autem viginti annorum, quæ etiam circa requirendorū annotatorū bona &c. Sed hoc de iure Digestorum quo nō erat cogni-
6 ta præscriptio triginta annorum: † de iure verò Codicis,quo minor triginta annorū præscriptio contra fiscum in istis pecuniarijs actionibus nō currit.l.comperit. &.l.sicut. C.de præscript.triginta anno.contra vtrunque non minus triginta annis cōtra fiscū præscribetur. Et in hoc ius Digestorum erit correctū. Quintò præmitte quòd in hac.l.non agitur contra hæredem de crimine suo,sed sui authoris,nec contra sororem hæredē de crimine per seruum commisso actum fuisset si vixisset, sed de causa pecuniaria ex crimine hæredis prouenientė. quem text.nota,quia non inuenies in hoc casu meliorem.

His sic præmissis lege plane hanc legem,similiter & dictam.l.in cognitione.Caius Seius moriens dixit se à seruo suo veneno occidi: & sororem Luciam Titiam hæredem instituit: quæ hæreditatem adijt, & post aditam hæreditatem decennio vixit: post elapsum decennium mortem obijt. Ea mortua fisco delatum est Luciam Titiam sororem neglexisse fratris necem vindica-
7 re: † quæsitum est an hæres Luciæ teneretur iudicium inultæ necis Caij Seij subire. Quatuor erant quæ mouere hæredem Luciæ debebant non teneri fisco respondere,nec hæreditatē Caij Seij posse fisco deferri. Primum est,quia de veneficio Caij Seij non constabat,nisi per illius testimonium, quod concludens non erat, vt dicit hic glossa prima,& bene, per.l.tertiam.§.si quis moriens.suprà eodem.Secundum,quia post aditam hæreditatem Lucia Titia soror & hæres decennio vixerat à fisco aut quouis alio non molestata:& cum hæc actio popularis sit. l.lege.§.fina.infrà eodem.iuncta opinione glos.quæ anno expirasse videbatur, vt dictum est in.l.in cognitione.& ad summum quinquennio præscriptum esse,dicta.l.in cognitione. hic pro contraria alle-
8 gata in glos.secunda. Tertium,cùm † huius edicti actio à delicto originē trahat,naturam actionis criminalis quasi appendix criminis sapere videbatur: vt in dicta.l.in cognitione. docuimus. Et ad id facit. l.si quis ex argētarijs. §.rationem. in fine.ff.de edendo. ibi,nam & hoc ex argentaria venit. l.si seruus. in fine. ff. iudicatum solui. ibi,item fructuum nomine rem iudicari.& cætera. Adde capitu.super his.in fine. extra de accusat. talis enim censenda est, qualis à materia demonstratur.l.emptione.§.qui autem. ff.de actionibus empti. per Baldum in capitu.conuenticulas.tertia colum. de pace iuramen.firman. collatio.x.per Baldum & Alexand. in apostil. Bald. in.l.finali.C.de iurisdi.omnium iudic. in verbo,
9 iudice. Quartum est, sicut † morte extinguitur crimen, sic omnis actio quæ occasione ipsius oritur. l.secunda.& penulti. C. si reus vel accusator mortuus fuerit. Quintum vbi hæres ex delicto defuncti seu dolo conuenitur, non nisi quatenus ex dolo ad hæredem peruenit conueniendus est.l.in hæredem. ff.de calumniatoribus. ex delicto autem nihil peruenit, sed ex causa institutionis à testatore factæ:quare licet hæres in omittendo delictum commiserit, hæres autem eius in nullo peccauit: Paulus tamen Iureconsultus dixit hæredem Luciæ Titiæ ex negligentia ipsius Luciæ ea mortua accusari & hæreditatem
10 fisco deferri posse. Verum † est autem solum morientis testimonium non sufficere, dicto.§.si quis moriens. impellit tamen hæredem ad accusandum.l.finali.ff.de publicis iudicijs.l.qui cum maior. §.ratione. &.l.finali. ff. de bonis libertorum.l.ij.in fin.&.l.calumniæ. C.de calumniatoribus.sed vbi non cōstaret aliter veneficio fuisse interēptum: nihil obesset. dicta.l.necessarios.§. non aliàs.suprà eo. Pondera verbum,non aliàs. nam ibi dicitur, Non aliàs bona publicātur &c. Secundò lapsus decennij non excusat: quia durat hæc prosequutio nomine fisci viginti annis:

& contra hanc actionem minori tempore viginti annorum non præscribitur. dicta.l.j.in princ. &.§.præscriptio.ff.de iure fisci.l.in omnibus.ff. de diuer.& tempo.præscrip. Nec obstat.l.in cognitione.vt dixi: quia non loquitur in casu non vindicatæ necis, sed tantùm in casu aperti testamenti ante habitam quæstionem et sumptum de familia supplicium. quod longe diuersum est à casu huius legis,vt dixi suprà.

Ad tertium respondet hanc actionem non criminalē,sed pecuniariam esse,licet à crimine originem habeat: quia ad pœnam ciuilem est. quē 11 text. nota † vt actiones quantuncunque in pœnam applicandam fisco producantur,non faciūt actionem censeri mere criminalem.l.j.in fine.& l.ij.C.vbi causæ fisca.l.iij. C.ne de statu defunc. de quo in.l.qui sepulchra. C.de sepulc.violato. l.iij.ff.de sepulch.viol.dicam aliquid infrà. Adde Iasonem in.iiij.colum.principij tituli. Instit. de actioni. Adde.l.ij.C.vbi causæ fisca.text. vbi Ioan.Andre.in.c.tuæ.in verbo,criminalem.extra de procurato.& Anto.de Butrio in dicto.c. super his. extra de accusation. & ibi Felinus in iij.colum. versic. in fine glos. Ad quartum licet ex dolo seu delicto hæredis non publicētur, tamen cum pecuniaria sit, & aliquem non infamat, contra hæredem intentari potest. De quo dicetur in declaratione secundæ oppositionis recitatæ hic per Bartolum.

12 Nota igitur text. † morienti solo non credi, quantum ad pœnam,sed ad constituendum hæredem in mora, licet non plene, tamen aliqualiter dictum morientis ex hoc text. clare perpenditur. non enim hic constabat occisum esse dominum veneno: sed quia soror hæres instituta tanto tempore steterit quòd seruum de veneficio domini suspectū non accusauerit: quia questus est dominus,compellitur hæres hæredis defensionem de delatione contra eam facta assumere, tametsi crimen aliter probari non posset, quàm per morientis testimonium,quod hæredē à calumnia semper excusat. l. qui eum maior. §. si patris mortem.ff.de bonis liberto.ibi,& puto succurrendum, si affectione & periculi paternæ substantiæ ducente necesse habuerit accusationem vel calumniosam instituere. & in.§.si pater. eadem lege.&.l.Paulus.ij.eodem titu. Et ob id iste text. hæredem non dicit ex negligentia damnandum esse,ad hoc vt dicatur de negligentia conuictus, sed solum aut teneri hæredem hæredis iudicium suscipere: quia morte ingratæ hæredis extincta non est. Dixi in dicto.§.si moriēs.

13 l.iij.suprà eodem. † Certum est autem morientis testimonium ad inquirēdum, sed non ad condemnandum sufficere. Et in hoc videtur cōmunis stilus & obseruantia Italiæ consistere,vt illic dixi. Secundò nota hunc text.in verbo,post annum decimum.hanc actionem inultæ necis non esse præscriptibilem anno quāuis popularis sit, vt dictum est in dicta.l.in cognitione.non repeto. Quod autem sit popularis, clarè probat iste tex.in his verbis, extitit qui bona nuntiaret Caij Seij. Adde.l.j.ff.de iure fisci.text.cum glos.in.l. prima.ff.de his quibus vt indignis.in fin.secundæ glos.&.l.lege.§.fina.infrà eodem.

Tertiò in versicu. quæro. nota hic pulchrum & notandum tex.vt licet hæc actio quandam ex delicto dependentiam habeat, transitoria tamē est contra hæredes, quāquam actio contra actorem delicti intentata non sit. Adde.l.fin.versic. nobis enim. C.ad legem Iuliam de adulterijs. l.

14 vtique.ff.de libe.causa. Secundò † actiones pro quibus pœna applicanda fisco per eorum exitum imponitur: si tamen sit pecuniaria,licet à crimine originem habeat, tamen ciuilis & non criminalis censenda est. Adde ad hanc.l.pulchrum dictum Romani in notabili cccxxvj.incipiente, accipiens pecuniam.dum quærit de eo, qui pecuniam accepit vt delictum committat: cui pecunia acquiratur,an fisco,an verò parti. Et dicit applicari parti.l. generaliter.§.istud.&.l.si quis ab alio.§.si vt filio.ff.de calumniato.de vtroque videndum est.

Circa primum reperi varias distinctiones à nostris doctoribus relatas. In primis à Cino & Iacobo Butriga.in.l.vnica. C.ex delict.defuncto. Bartol.in.l.j.ff.de priuat.delict.ab eodem & omnibus Modernis in.l.iij.§. quod autem ait. ff. quod quisque iuris. Barto. Ange.& Alexan.in l.defuncto.ff.de public.iudic.Bald.& Ange.in l.j. C.si penden.appella.mors interue.& in.l.fina.C.si reus vel accusa.mortuus fuer. Pro cuius expeditione notandum esse puto in hoc tex.pro

15 bari † morte delictum non extingui vbi pœna pecuniaria tantum ex delicto venit imponenda. Ad hunc text.do tibi similes. In primis.l.j.ff.de his quibus vt indig.aufer.hæred.ibi,cùm patronum suum post mortem eius quasi illicitæ mercis negotiatorem detulerat. l.eius qui delatorē. §.plane.&.l.Lucius.in fin.ff.de iure fisci. l.commissa.ff.de public.& vectiga.l.j.ff.de priua.delict.In ea comperio Barto. ad hanc.l.hunc intellectum dare, vt intelligatur quando pœna ipso iure est imposita, vt tunc contra hæredem agi posset ad exigendam pœnam à iure impositam. Et ob id Bartol.hic, & in dicta.l.in cognitione. suprà eodem. voluit ad hanc & illam.l.supplere, condemnatis occisoribus statim bona fisco acquisita esse: & ideo per fiscum ad bona agi posse, per.l.j. C.eodem.de his quibus vt indig. & de senatuscon.Sillania. Cui concordat.l.j.C. vbi causæ fisca. Et licet Decius in.l.pupillum.§. in hæredes.ff.de regu.iur.hanc Bart.doctrinam sequatur per hunc text.non puto tamen, vt dixi in dicta.l.in cognitione.esse veram, sed plenam non tantùm diuinatione, sed deuiatione à vero huius legis intellectu. Plus Bartol. hic dixit, pœnam,quā hic fiscus exquirebat,pecuniariam & ciuilem

& eiusdem esse. Secus autẽ si pœna fuisset criminalis, quamuis pecuniaria. l. ex iudiciorum. ff. de accusationibus. Sed quod hæc Barto. distinctio sit omnino huic legi contraria & aduersans, & ex consequente falsa Decij limitatio in dicto. §. in hæredes. ostẽdo. Clarum enim est nullam pœnam posse dici à lege vel homine. contra hanc sororem fratris sui hæredẽ impositam fuisse. quoniam adhuc non constabat fratrem veneficio fuisse occisum: quod est necessarium, dicta. l. necessarios. §. non aliàs. ibi, quàm si constabit. & l. prima. §. item illud. suprà eodem. idem in. l. eius qui delatorem. §. cæterum. ff. de iure fisci. ibi, verum oportet constare prius, & de crimine pronuntiare. quem tex. ibi, magni facit Barto. & post eum moderni Papien. in dicta. l. tertia. §. quod autẽ. ff. quod quisque iur. Quod autem in casu huius legis non constaret apertè, principium huius legis probat. non enim aliter constabat fuisse veneno occisum, nisi quòd questus erat Caius Seius dum languesceret. Sed id non erat sufficiens testimonium: quia illi soli nõ creditur, vt inquit hic glos. prima. & bene dicto. §. si moriens. Secundò, vt dixi, debet prius de eo pronuntiari: vt plenius scripsimus in dicto. §. non aliàs. Et hoc tenent Moder. Papiens. in dicta l. tertia. §. quod autem. ff. quod quisque iuris. per cap. cum secundum. de hæretic. lib. vj. & alia multa per eos relata, & plura alia addidimus in dicto. §. nõ aliàs. Secundò pondera hunc text. ibi, extitit qui bona nuntiaret. Causa denuntiationis erat sororis & hæredis negligẽtia in vindicando, quæ adhuc detecta non erat: quare antequam in vim illius denuntiationis petitione hæreditatis agi potuisset, debebat de crimine cognosci, id est de negligentia hæredis, qui negligendo deliquerat. l. prima. C. eodem. Et vt videas non fuisse petitione hæreditatis in casu huius legis actum, probat versiculus, quæro an morte Titiæ extinctum sit crimen. scilicet propter Titiæ hæredis negligẽtiam commissum seu contractum. sic ad conuincendũ criminaliter agebatur, non autem petitione hæreditatis, nisi incidenter sequuta conuictione criminis per Titiam sororem commissi: in cuius cognitione versabatur quæstio, an Caius Seius veneno occisus esset, iuxta. l. j. C. vbi causæ fiscal. Ratio autem decidendi legis est, vt quamuis de
16 causa ingratæ hæredis, & † sic de crimine commisso per ingratitudinem ageretur, effectus tamen ipsius criminis cum sit pecuniarius tantùm, non autem ad pœnam corporalem, morte non extinguitur. dicta. l. j. &. ij. C. vbi causæ fiscal. sic causa criminalis est, id est ex crimine descendẽs: si pecuniaria est, propriè criminalis dici non potest. Pondera verbum, crimen. & verbum, ingratæ. Nec obstaret si diceretur conuictum fuisse postea seruum: quia iudicium illius non præiudicaret hæredi: cui possent plures excusationes cõpetere, quarum meminimus in dicta. l. in cognitione. Illas non repeto. Facit. §. causas. in authenti. vt cùm de appell. cognos. colla. viij. l. fin. C. de reuocan. dona. l. iij. §. fin. cum. l. sequen. ff. de adimen. lega. §. sed non est alia. quæ fuit prima causa benefi. amitt. colla. x. l. ij. C. de liber. & eorum liber. Melius facit. l. ij. C. vbi causæ fisca. ibi, iam de crimine aut pœna mortui, sed de bonis quærendum est. Tu etiam pondera hunc text. in verbo, ingratæ hæredis. quem hic pulchrè notauit Bald. & in dicta. l. in cognitione. suprà eod. titu. Secundò tenendo etiam doctrinam Bart. & Angeli hic, & in dicta. l. in cognitione. vt istæ duæ leges intelligantur condemnatis reis, & secuta cõtra eos condẽnationis sententia iuxta. l. j. C. vbi causæ fisca. secundùm Barto. interpretationem, quo modo in casu huius legis posset petitiõe hæreditatis agi, cùm seruus, qui à domino fuerat de veneficio accusatus, aut verius de quo dominus questus erat, conuictus non erat nec condemnatus. & tamen supplent ad illam. l. in cognitione. & hanc legem conuictis & condemnatis.

Tertiò. §. fin. d. l. j. C. vbi causæ fisc. vult quod
17 licet † crimen reorum veneficorum seu homicidarum morte extinctum sit cum antequam conuincerentur mortui sint, ob id tamen causam inultæ mortis extinctam non esse, sed de ea contra hæredes, qui in vlciscenda defuncti nece negligentes fuerunt, coram procuratore Cæsaris agi posse ait. vnde nec Barto. & Ange. suppletio ad l. in cognitione. videtur posse cõuenire. Obstat enim instantia. l. j. C. vbi causæ fisc. l. ij. C. si reus vel accus. mort. fue. Quid enim si paulò ante vel post accusationem rei mortui sint, & sic propter mortem eorum de crimine conuinci non potuerunt: cum crimẽ homicidij morte sit extinctum: vt hic, & in dictis legibus? Quid proderit decisio Bartoli & Angeli si non nisi conuictis & condẽnatis reis et occisoribus agi poteſt, hæres tunc impunitus erit, contra casum huius legis & d. l. j. C. vbi causæ fisca. & propter hunc text. glo. in dicta. l. j. C. vbi causæ fisc. pro solutione huius contrarij remittit se ad ea quæ dixit in dicta. l. in cognitione. cuius solutionem Barto. hic reprobat, vt dixi in capite huius legis. quare non videtur mihi in hac lege probata Bart. & aliorum intentio, dum dicunt eam debere de pœna iam à lege imposita intelligi: quia verum est secuta contra authorem criminis sententia. Secundò si hæc ratio locum haberet, generaliter in omnibus deli-
18 ctis concluderet. Clarum † est enim propter homicidium de iure locum esse bonorum publicationi. l. iij. §. fin. ff. ad legem Cornel. de sicar. Igitur statim videbatur sentẽtia legis bona propter veneficium aut homicidium adempta esse, & tamen nisi secuta sententia rei condemnati non impediuntur hæreditatem ad successores transmittere. l. secunda, penul. & fina. C. si reus vel accusator mortuus fuer. & dicta. l. prima. C. vbi causæ fisca. l. defuncto. ff. de publicis iudicijs. Dico

igitur inter crimina aliter distinguendum esse. quædã enim sunt crimina atrocia, in quibus per legem imposita est ipso iure & ipso solo crimine bonorum ademptio, licet adhuc sententia sequuta non sit, & de quibus post mortem inquiri potest: vt in. l. ex iudiciorum. secundo responso. ff. de accusatio. cum alijs casibus positis in glos. magna illius legis, quos repetit, & alios addit Petrus in dicta. l. vnica. C. ex delic. defuncto. Et de his nullum est dubium. Quædam enim sunt delicta, in quibus lex bonorum ademptionem seu publicationem imponit: sed fisco non acquiruntur, nisi reis de crimine conuictis & condemnatis: vt est in homicidio, & regulariter in omnibus criminibus quanuis atrocibus, in quibus lex vult conuictionem præcedere: vt nisi sequuta sit contra eos de crimine condemnatio legis sententia de bonorum publicatione euanelcit, etiam quantuncunque accusati sint, sed non condemnati. dicta. l. secunda & penul. C. si reus vel accusator mortuus fuerit. necesse enim est ad hoc vt hæredes conueniantur vt sententia ademptionis contra reum accusatum eo adhuc viuo pronuntiata sit, per illa iura. Idem tenet Petrus in dicta l. vnica. C. ex delictis defuncto. facit. l. ex iudiciorum publicorum. ff. de accusatio. Idem in dicta l. pupillum. §. fin. ff. de regul. iur. & l. vnica. C. ex delictis defuncto. quod etiam procedit in priuatis delictis, dicta. l. prima. ff. de priuatis delict. & l. Lucius. §. fina. ff. de iure fisci. Licet super declaratione eius fuerit per Modernos hæsitatum in dicta. l. tertia. §. quod autem. ff. quod quisque iuris. Facit. l. fina. C. si reus vel accusator mort. fuerit. l. prima. C. si penden. appella. mors interuen. l. vnica. ff. si penden. appella. l. furti. ff. de his qui notan. infamia. l. qui à latronibus. ff. de testamẽ. l. secunda. C. qui testamẽ. facere possunt. vbi per Alexan. & Moder. Secuta autem sententia contra reum, per quam & bona adempta sunt, licet crimen morte extinctum sit: tamen quoad bona per sententiam adempta fisco licita erit prosecutio, per illa iura, & dictã. l. ex iudiciorum. Quæ-
19 dam enim sunt † delicta popularia, in quibus licet corporalis pœna infligi non possit à lege, tamen bonorum ademptio in pœnam inuenta est. Tolle exemplum in casu huius Senatusconsulti Sillaniani: quia pœna corporalis contra hæredẽ de crimine nõ suspectum induci non potest: sed quia negligentia sonat in delictum. l. prima. C. eodem titu. & alijs legibus per me notatis in dicto. §. non aliàs. & in dicta. l. in cognitione. pœna inuenta est à lege commensurata delicto: vt quemadmodum lex vel testator eos hæredes instituendo bonorauit, sic in memoriam accepti beneficij ad accipiendam de nece defuncti defensionem obligauit. alioquin tanquam in immemores accepti à testatore beneficij pœnam veluti ab ingratis exigere vult adimendo ab eis bona, & ea fisco applicando, lata tamen sententia: vt dicit Angelus in dicto. §. non aliàs. & ibi notaui. pariter & Moderni in dicta. l. tertia. §. quod autem. ff. quod quisque iuris. Similem rationem dat. l. Marcellus. §. fina. ff. ad Trebellianum. ibi, quare commodum quartæ & cætera. §. sed non est alia. quæ fuit prima causa benefi. amitten. col latio. x. l. prima. C. de reuocan. donatio. eo quod pietatis officium neglexerunt. l. prima. C. eodẽ. Idem in. l. commissa. ff. de publica. & vectigal. & in dicta. l. tertia. §. quod autem. ff. quod quisque iuris. & quemadmodum delinquens non potest
20 pœnam legis euitare si cõuincatur, † sic nec lex voluit hæredes ex eorum negligentia lucrũ consequi, ne in commodum eorum cedat quod debet in pœnam eorum retorqueri. l. si sequens. supra eodem. cap. & si necesse. extra de donation. inter virum & vxorem. Quædam enim sunt delicta publica, & alia priuata notam infamiæ irrogantia. Et dic aut agitur ad pœnam infamiam irrogantem, aut pœnam non irrogantem infamiam, sed solum ad euitandum damnum, id est rei vendicationem seu restitutionem rei ablatæ. Primò casu delicta siue publica siue priuata sint, contra hæredes non competunt, nisi secuta contra defunctum sententia, à qua non sit appellatum: vel si sit appellatum, appellatio deserta sit: & sic sententia prima in rem transierit iudicatã. Tolle exemplum in actione furti seu vi bonorum raptorum vel actione iniuriarum criminaliter intentata, seu in crimine concussionis, & similibus quæ infament. l. infamem. in fine. ff. de publicis iudicijs. l. athletas. in fine. ff. de his qui notantur infamia. morte enim crimen extinguitur. l. furti. in principio. ff. de his qui notantur infamia. l. prima. §. finali. ff. ad Turpilianum. l. qui à latronibus. §. finalis. ff. de testamen. Idem notatur in. l. si vero plures. §. fina. ff. de his qui deiecerunt vel effuder. vbi Florianus de sancto Petro quærit de præconio facto vt vnusquisque disponat se ad bellum sub pœna decem librarum. Aliquis non obediens præconio antequam viuens accusaretur, decessit: an ab hæredibus pœna peti possit? Dicit peti non posse. l. in. de Neratius. §. hanc actionem. ff. ad legem Aquiliam. Adde pulchrum textum in. l. de libertatibus. §. finali. ff. si quis omissa causa testamen. ibi, magis est enim rei persequutionem, quam pœnam continere: & ideo perpetuum esse. l. hæc a-
21 ctio. ff. de seruo corrupto. † Sed vbi non infamant, licet à crimine originem habeant & ad restitutionem rei tantum agitur: vti est in conditione furtiua vel actione in factum loco illius actionis famosæ succedente: tunc transit ad hæredes actiuè & passiuè. l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiurando. l. tertia. C. ne de statu defunctorum. l. prima & secunda. C. vbi causæ fiscales. l. si pro fure. §. finali. ff. de cõdictione furtiua. De quo in. l. si quis vxori. §. finali. versiculo, si quis iurauerit se furtũ nõ fecisse &c. ff. de furt. &

furt. & notatur in.l.vnica. C.ex delict.defunct.
& habes text.ita diſtinguentẽ in tribus ſuis par-
tibus in dicta.l.prima. ff.de priua.delict.In pri-
mis in capite legis ibi,pœnalibus actionibus. &
verſic.ſed quanuis.& verſic.hæredem.cum ver-
ſicu.ſed iniuriarum.&.§.fina.ibi,non tantũ &c.
qui text.dat generalem regulam ciuilis conſtitu
tionis.ſecus autem vbi ad rei reſtitutionem non
ageretur, ſed ad pœnam ſeu vindictam tantum,
vt dictum eſt in.l.prima.ff.de priuatis delictis.l.
iniuriarum.ff.de iniur.l.penulti. ff.de in ius vo-
cando.& dicta.l.pupillum.§.fina.ff.de regu.iu-
ris.§.non autem omnes.in fin.Inſtitu.de perpe.
& tempor.actio.Idem notat Petrus in dicta.l.j.
C.ex delict.defuncto. Limitatur in actione iniu
riarum,in qua niſi cum defuncto fuerit lis conte
ſtata non tranſit ad hæredes actiue vel paſsiue,
dicta.l.vnica.C.ex delict.defuncto.&.l.iniuria-
rum actio.ff.de iniur.& dicta.l.prima.ff.de pri-
uatis delict.vel ſententia ſequuta dicta.l.prima.
ff.ſi penden.appel.mors interue.&.l.prima. C.
eodem. ſi penden.appell. l.ex iudiciorum. ff.de
accuſat.l.defuncto.ff.de publ.iudi.prædicta di-
cas procedere in actione doli infamante,de qua
loquitur.l.athletas.§.fin. ff.de his qui notan.in-
fa.& facit.d.l.pupillum.§.fina.ff.de regu.iur.&
dictus.§.non autẽ omnes.verſ.aliquãdo. Inſtit.
22 de perpet.& tempo.actio. † Si verò ad pœnam
pecuniariã tantũ agitur : & trãſit in hæredem,vt
hic,& dicta.l.prima. C.vbi cauſ.fiſc. dummodo
ex ea ſtatus hominis non lædatur , vt dixi ſuprà
dicta.l.defuncto.ff. de public.iudic. &.l.ſi duo
patroni.§.idem Iulianus.ff.de iureiurãdo.& ma
xime ſi accuſatio ſit contra eum qui deliquit in-
ſtituta,dicta.l.ex iudiciorum.verſi.ſi. ibi,ſi viuo
reo accuſatio mota eſt.& id cum ad pœnam agi-
tur:vt glo.illic dat exemplum in verbo,pœna.
quando hæres ex furto per defunctum commiſ-
ſo conuenitur & agitur ad duplum.Tu vero ali-
ter dic quando ius fiſco vel parti ex ipſo delicto
acquiritur, ſic vt ad conſecutionem pœnæ non
exigatur niſi facti declaratio:vt eſt in caſu huius
ſenatuſconſulti:& verum eſt ſecuta facti declara
tione trahi retro : & tunc illa quæ pœnam pecu-
niariam tantum exigit poſt mortem intentari po
teſt vt omne turpe lucrũ quod poſſet hæres con
ſequi,ab eo extorqueatur,ne delictum illud ma
neat inultũ,cuius pœna à lege eſt declarata, po-
teſtq; ab hærede extorqueri:vt loquitur hæc lex
&.l.commiſſa. ff.de public.& vectigal. vbi ſta-
tim deſinit eius eſſe qui crimẽ commiſit.l.tertia.
§.quod autem.ff.quod quiſque iuris.l.vnica.in
ratione ſui.C.ex delict.defunct.nec in hoc con-
ſideratur an accuſatio viuo hærede fuerit intro-
ducta vel non.Idem in.l.tertia.C.ne de ſtatu de-
functo.& dicta.l.j.in fi.&.l.ſecunda.C.vbi cau.
23 fiſca. † Quando autem lex non tantum declara-
tionem facti criminis deſiderat,verum etiam ad-
emptionis bonorum vel alterius pœnæ ſenten-
tiam:& tunc requiritur ſententia, dicta.l.ex iudi
ciorum.in princ.l.ij.& penult.C.ſi reus vel accu
ſat.mor.fuer.l.j.C.ſi penden.appel.Et conueni-
tem in iſtis odioſis cum Petro non ſufficere pro-
nuntiari à iudice talẽ eſſe criminis reum vel mor
te damnatum,niſi confiſcatio ſimul fuerit à iudi-
ce pronuntiata, per.l.iij. verſic.nam multum in-
tereſt. C.ſi pendente appell.mors interue. l.Lu-
cius.§.fin.cum.l.ſequen. ff.de iure fiſci. tam et ſi
Regij aduocati fiſcales contrarium velint obſer
uari,argumentum ſumentes ex quadam genera-
li cõſuetudine quam dicunt in hoc regno obſer-
uari,vt publicato corpore ſint & bona eius pu-
blicata . quoniam aperte dicit contrarium dicta
l.iij.C.ſi penden.appella.mors interue.& de iu-
re vera eſt Petri opinio.oportet enim prius pro-
nuntiari corpus cum bonis eſſe publicatum : &
id de iure ſcripto verum eſſe dico. Vbi verò lex
indẽnitatem partis tantum & nõ vindictam con-
ſiderat, ſufficit litem eſſe cum defuncto conteſta
tam,vel contra eum propoſitam.Et ita loquitur
dicta.l.ex iudiciorum publicorum. verſic.ex cæ
teris.gloſ.eſt in.§.pœnales.in verbo,conteſtatæ.
Inſtitu.de perpe.& tempo.actio.& per hoc non
videretur mihi bonum exemplum dictæ gloſ. in
pœna dupli aut quadrupli, quæ pro furto aut a-
ctione vi bonorum raptorũ imponitur,eo quòd
tales pœnæ infamant : quæ,vt dixi ſuprà, morte
extinguuntur,dicta.l.furti.in princ.ff.de his qui
not.infa.& dicta.l.pupillum.§.fin.ff.de regu.iu-
ris.l.j.ff.de priua.delict.l.ij.§.fin.ff.vi bonorum
raptor. vbi clarius loquitur ille tex. quàm alius:
ſed intelligerem de ſimplo vti intellexit Petrus
in dicta.l.vnica. C.ex delict.defunct. Adde Flo
rianum idem notantẽ in.l.inde Neratius.§.hanc
actionem. ff.ad legem Aquiliam. per.l.in hære-
dem.&.l.hæc actio.ff.de calumniato.Allegat.l.
item Mela.§.ſi plures. ff.ad legẽ Aquiliam.quo
niam actio iſta in factum quæ pro furto compe-
teret loco cõdictionis furtiuæ eſſet:vt in.l.ſi pro
fure.§.fin.ff.de condict.furti.vel petitionis hære
ditatis , in qua veniunt omnia quæ in actione fi-
24 unt. Vel † melius dic pœnam pecuniariam quæ
in actione famoſa venit.l.& tantum. in princ.ff.
de ſeruo corrupto. non dependere à crimine in-
famiam non irrogante.aliter autem actiones pœ
nales ex maleficio deſcendentes in hæredes non
tranſeunt dicta.l.pupillum.§.in hæredes.ff.de re
gu.iur.& dicta.l.j.ff.de priuatis delictis.dicto.§.
non autem omnes.Inſtit.de perpetuis & tempo.
act.cum alijs ſuprà notatis.Si verò actio cauſam
à contractu habeat,licet ex contractu non ſit:tol
le exemplum in.l.illud.§.fin.ff.de tributo.l.quæ
ſitum.§.fin.ff.de precario.dicto.§.non autem o-
mnes.l.ſi hominem.ff.depoſiti.dicunt hæredem
perpetuò ex dolo defuncti conueniri poſſe,etiã
ſi lis non ſit cum defuncto conteſtata . Ratio eſt
duplex,ne ex turpi lucro defuncti locupletetur
hæres.Secunda quia hæc actio quæ contra hære

dem intentatur, nō infamat, sed magis dicitur cal culi petitio. l. itaque. §. fina. cum. l. sequenti. vbi idem notat glos. ff. de dolo. Idem in dicta. l. vnica. in fine. C. ex delictis defunct. §. non autem omnes. sed vbi esset contestata, insolidum aduersus omnes hæredes competeret. de hoc nullum dubium esse potest. l. in hæredē. ff. de calumniato. dicta. l. vnica. C. ex deli. defuncto. Dico hanc rationem in casu senatusconsulti Sillaniani procedere, videlicet quia non infamat. Secundò ne hæres turpe lucrum cōsequatur quo author eius indignus inuentus est, cum ingratus sit beneficij accepti, vt dixi. vnde puto hanc rationem magis decisioni huius legis & dictæ. l. commissa. ff. de publica. conuenire, quàm alia ratio per nos memorata. Addit illa. l. commissa. aliam rationem, quia statim sequuta sententia facti declaratoria desinit eius esse, qui crimen commisit, vt dixi. Et in versic. eapropter commissi persequutio: vult vt quod iniuste publicanus consecutus erat turpiter extorqueatur, sicut inquit ille tex. aduersus quemlibet possessorē, sic & aduersus hæredem competit. idem in dicta. l. si duo patroni. §. idem

25 Iulianus. ff. de iureiurando. † & sic non ad pœnam agitur, sed ad turpe lucrū ab hærede extorquendum quod ex delicto defuncti consequeretur: & id à iureconsulto pœna esse dicitur in dicta. l. tertia. §. quod autem. cū. §. sequēti. ff. quod quisq iur. in verbo, pœna. & in verbo, pœnam. tametsi proprie loquendo pœna non sit, sed turpis lucri persecutio & ademptio. tex. in. l. in hæredem. in princi. ff. de calumniat. ibi, nam est constitutum turpia lucra. & ibi, datū hæredi extorquebit. l. vnica. C. ex delict. defunct. ibi, ne alieno scelere ditentur. l. in hæredem. cum duabus sequentibus. & in. l. Sabinus. cum. l. sequen. ff. de dolo. dum ait, Sabinus putat calculi ratione potius quàm maleficij hæredem conueniri, denique famosum, non fieri: ideoq in perpetuū teneri oportere. & in. l. sequenti dicitur, Neq causæ cognitio in hæredis persona erit necessaria.

Et quia dubitatur an ius canonicum in hoc à iure ciuili differat, propter. c. in literis. extra de raptoribus. c. fi. de sepultur. non puto in aliquo differre. nam lex ciuilis quemadmodum & canonica vult omne turpe lucrū ab hæredibus extorqueri, & quicquid in hæreditate est, vel ex hæreditate percipitur, eius delicto obnoxium esse & obligatum. l. in hæredem. in princ. ff. de calumniatorib. ibi, & si quid aliud scelere quæsitum est. idem in. l. prima. versiculo, de eo. & . l. fin. ibi, nam cum ex omnibus bonæ fidei iudicijs, & cætera. ff. de fideiusso. tutorū. & illa aduersus hæredem perpetuò competet. l. itaq. §. fin. & dicta. l. Sabinus. ff. de dolo. Nec obst. §. nō autē omnes. versic. aliquando. institu. de perpet. & tempo. actio. l. ex contractu. ff. de actio. & obligatio. illi enim tex. intelliguntur quando delictum in contractu vel circa contractum commissum est. & c. fi. de sepult. & . c. in literis. extra de rapto. non de crimine circa contractum vel in contractu cōmisso loquuntur, sed de delicto re ipsa cōmisso, videlicet homicidio, incēdio, violenta manuum in personas ecclesiasticas iniectione, in quo differūt. l. ex maleficijs. in princ. ff. de actio. & obli-

26 gat. præterea. c. in liberis. dicit † iuxta facultates defuncti, qui talia perpetrauit satisfaciendum esse dānū passis & quatenus facultates suppetunt. idē de iure ciuili est vbi hæres inuētariū fecerit. Si verò inuentarium non fecerit: & tunc vltra facultates obligatur. l. sancimus. & . l. fi. §. licentiā. & . §. fi. C. de iure deliberandi. Sed in hoc solum ius ciuile à iure canonico differt: quoniam ius canonicum vsque ad concurrentiam facultatum defuncti tantum in foro conscientiæ vult hæredem obligari: vt plenius per Henricum Bohic in dicto. c. fin. extra de sepult. in fine suæ distinct. sed vbi actione ex contractu tantum ageretur: & tunc in solidum tenebitur, dicta. l. si hominem. ff. depositi. l. ex depositi. & . l. contractu. ff. de actio. & obligatio. vel ex quasi contractu l. fin. ff. de fideiussori. & nominato. & de hæredi. tuto. l. curatorem. & . l. curatoris. C. de negotijs gestis. Et quod dixi supra de actionibus ex delicto prouenientibus, idem dico in actionibus ex quasi maleficio procedētibus. l. si filiusfamilias. cum. l. sequenti. ff. de iudic. nec puto. l. tertiam. §. fin. ff. si mēsor fals. mod. dixer. in aliquo fallere, vt dicit glossa in dicta. l. si hominem. quoniam illa actio ex contractu non est, nec dolus in ea circa contractum commissum esse dicitur. l. prima. versiculo, ideo autem. ff. si mens. falsum modū dixe. ibi, quia non crediderunt veteres inter tales personas locationem & conductionem esse, sed magis operam beneficij loco præberi: & quod datur ei, ad remunerandum dari, & inde

27 honorarium appellari. ideo † dico actionem cōtra mensorem ex suo dolo competētem ex quasi delicto nasci: sicut de iudice dicitur in dicta. l. si filiusfamilias. ff. de iudicijs. §. primo. Institutio. de obligat. quæ ex quasi delicto nascuntur. & ob id dicta. l. tertia. §. fina. ff. si mensor fal. mod. dixerit. ait illam actionem contra hæredem denegandam esse. & quòd sit illius naturæ, probat versiculo, serui. eadem. l. in verbo, noxale. Et idē tenet gloss. in. l. hæc actio. in verbo, sed à suscepto. quæ dicit illam. l. tertiā. §. fin. non limitare. l. si hominem. ff. depositi. & similes. Et idē tenuit Petrus in dicta. l. vnica. C. ex delict. defuncto. non faciens de gloss. mentionem in dicta. l. hæc actio. idem dico in actiōe tributoria per dictam l. illud. §. fi. ff. de tributor. idē in actiōe de precario. l. quæsitū. §. fi. ff. de preca. nō enim ex cōtractu, vt inquit illa glo. nascit, sed ꝑpter cōtractū. quæ longe inter se differunt. l. vnica. C. si seruus extraneo emendū se mād. l. prima. §. primo. ff. de incē. ruina & naufra. & propter cōtractū scilicet serui vel eius qui precariū accepit: qm̄ circa rem sit, vt dicit illic Petrus, & bene. Nec me mouet dictum Baldi hic doctrinam Barto. reprehēdētis,

dum

dum dicit fisco actionem nõ competere, nisi ius
reale fisco sit acquisitum. Tu dic non sufficere
ius, sed oportere persequutionem iuris fisco ac-
quiri: vt dicit dicta.l.commissa. versiculo, eapro
pter. ff.de publi.& vectiga. ibi, commissi perse-
quutio.l.prima.ff.de iure fisci. quæ facit declara
re ius retro fisco competijsse.l.eius qui delatorẽ.
§.cæterum. ff.de iure fisci.ibi, verũ oportet con-
stare prius, & de crimine pronuntiare. & idem
vult dicta.l.commissa.vt licet dicat fisco domi-
nium statim acquiri quo crimen admisit, rei per-
secutio, & sic rei possessio non auocatur, donec
de crimine iudicatum sit. De quo dic vt per Fe-
linum in capitulo, canonum statuta. vndecima
columna.in fin.princ.& sequen.extra de consti-
tutionibus. Similiter in hoc senatusconsulto di-
citur in hac.l.& dicta.l.necessarios.§.non aliàs.
ibi, quam si constabit esse occisum patremfami-
liàs.hoc probat dicta.l.ex iudiciorum.ff.de pu-
blicis iudicijs.ibi, cum quibus nihil actum est ad
huc exerceri placuit vt bona eorum fisco ven-
28 dicentur. † Et sic licet in crimine læsæ maiesta-
tis, secundum aliquos, ipso iure dominium aufe-
ratur, prius autem quam à fisco vendicentur iu-
dicium de crimine agi debet: sic idem in casu no-
stro. Moder.& bene in dicta.l.tertia.§.quod au
tem.ff.quod quisq; iuris. Idem in.l.prima.C.vbi
causæ fisc. ibi, nec bona à fisco peti posse prius-
quam de crimine constet &c.

Circa vnũ quod suprà ex hac lege collegimus
in his verbis, cùm sit pecuniaria. nota hic proba-
ri pœnam pecuniariam licet fisco applicandam
non esse criminalem, tametsi ex crimine descen-
dat, sed vim ciuilis tantũ habere, licet fisco appli-
canda sit. Hoc probat iste text. dum ait, cum sit
pecuniaria. Hoc idem probat.l.prima.in fin.C.
vbi causæ fisca. vbi causa huius Senatusconsulti
coram procuratore Cæsaris mortuis reis agi po
test: illis autem viuis non nisi conuictis & conde
mnatis ab eo iudice qui eos condemnare possit.
Idem in.l.ij.eod.titu.ibi, iam non de crimine aut
pœna mortui, sed de bonis quærendum est.l.iij.
C.ne de sta.defuncto. In quo articulo glo. variæ
comperiuntur. vna est in.l.qui sepulchra. C.de
sepulc.viol.in glo.fin. Altera in.l.iij.in princi.in
verbo, aureorum.ff.de sepulc.viola.vbi pulchrè
per Bar.& Alexan. De veritate illarum duarum
gloss. vide illic Barto. qui opinioni glos. in dicta
l.iij.in verbo, aureorum.& in.l.agraria. ff.de ter
mino amoto.inhæret. Bal.in.l.data opera.xv.co
lum.C.qui accus.pos. duas quæstiones disputa-
uit, quarum alteram per rationem huius.l.diffini
uit. Prima est, per sententiam iudicis reus accusa
tus de crimine bannitus est, & per iudicis senten
tiam dictum est, si deinceps contingat bannitum
in fortiam cõmunis, id est carcerem deuenire, de
29 capitabitur: † post quinquaginta annos qui ban
nitus fuerat reuersus est, & in fortiã cõmunis po
situs & detẽtus, an decapitari debeat? Tuebatur
se bãnitus beneficio præscriptionis quinquagin
ta annorũ: imò fortius sufficiebant viginti anni.
l.querela. C.ad legẽ Corn.de fals.l.in cognitio-
ne.vbi post glo.aliquid scripsimus suprà eod.&
in.l.propter veneni.circa princi.suprà eo. Bald.
autẽ cõtrariũ affirmauit eo quòd sentẽtia aduer-
sus eum lata cõditionalis erat, quæ impleri neq;
incipere poterat, nisi postquã in fortiam commu
nis peruenisset: & ob id tẽpus nõ currere, argu.
l.j.in fin.C.de anna.except.l.cùm notissimi.§.in
his.C.de præscrip.triginta anno. Ista ratio Baldi
non est bona, & cõtradicit illi l.j.§.biduũ.ff.quã
30 do appel.sit.dũ ille tex.quærit † de sententia sub
cõditione lata, an ex tẽpore latæ sententiæ tẽpus
ad appellãdum cõputabimus.in fi.§.dicitur. Et
est vtile statim tẽpora ad appellandum cõputari
debere: igitur tẽpore præscribit̃, non tantũ quin
quaginta annis, sed viginti annis iuxta.d.l.que-
rela. Bal.autẽ decisionẽ putoveram vbi facto rei
non potuit iudicis sentẽtia executioni mandari,
quia cõtinuò absens fuit, vt dixi in.d.l.in cogni-
tiõe. suprà eo. Secũda Bal.quæstio est in bãnito
ex causa pecuniaria, an post viginti annos accusa
ri poterit. & illic plurium opiniones recenset: &
ꝓpter istũ tex. distinguit, aut dominiũ rei est cõ-
fiscatũ: & transit ad hæredes etiam post viginti
annos, per hũc tex. &.§.j.in authẽt. vt oẽs obed.
iudi.prouin. secus autẽ si causa bãni tantũ dedu-
citur, que non est transitoria ad hæredes, nisi lite
cõtestata. Nouissimè autẽ forũ iudiciale à pœni
tentiali distinguit. Sed hæc disputatio nõ potest
esse vera, per ea quæ dicta sunt in.l.in cognitio-
ne. suprà eod. dũ illa lex de parricidijs seu de his
qui parricidio accusari possunt, loquit̃. Præter-
31 ea † omẽ ius tam publicũ quàm priuatũ triginta
annis præscribit̃.l.sicut.&.l.oẽs.C.de præscrip.
triginta an.l.si cohortalis.C.de coborta.lib.xij.

METIANVS.

Si antè, quàm patefieret testatorem occisum, tabulæ testamenti apertæ essent: dein-
de innotuisset id admissum esse: causa cognita puto compellendum institutum adire
hæreditatem quam suspectam diceret, & ex Trebelliano Senatusconsulto restituere.

VLPIANVS.

Si quis quasi suspectam hæreditatem coactus adijt, non tenetur edicto prætoris.

In Legum præcedentium lectionem sequentem Argumentum.

1 Hæres institutus, per fideicommissum grauatus de hæreditate fideicommissario vniuersali restituenda, quan tam sibi portionem retinere possit.

2 Hæres grauatus per fideicommissum restituere hæreditatem, non tenetur eam adire quam suspectam habet.

3 Hæres adiens ante vitam defuncti necem, non incidit in Senatusconsultum Sillanianum, si mors occisi nullo pacto queat detegi.

4 Hæres statim morte testatoris cognita, rerum hæreditariarum persequutionem differre debet, donec eius necem vltus fuerit.

5 Hæreditas cum suo onere in fideicommissarium transmittitur.

6 Fideicommissarius mortem testatoris vlcisci tenetur, quẽadmodum & hæres.

7 Fideicommissarius volens vindicare mortem defuncti, cogere potest hæredem adire vlcisci eam nolentem.

8 Fisco debitam hæredi quartam consequuto ob non vltã defuncti necem, dodrans fideicommissario competens nõ subiacet vltioni defuncti.

Quasi, hæc dictio improprietatem designat.

9 Fiscus prouinciam malis hominibus purgare debet.

10 Fiscus hærede negligente vindicans necem defuncti an teneatur fideicommissario hæreditatem restituere. & numero sequenti.

Fiscus succedens in bonis ab hærede indigno ablatis non tenetur mortem interfecti vindicare.

11 Hæreditas ab indigno ablata, cum suis oneribus fisco quæritur.

13 Pœna affici non debet qui legi obtemperat.

14 Lex non dicitur rationabilis quæ sine ratione aliquem illaqueat.



RÆMITTAM AD intellectũ huius legis & sequentis, primò † hæredem 1
institutum grauatum per fideicommissum hæreditatem fideicommissario vniuersali restituere; quadrãtẽ hæreditatis ex beneficio senatusconsulti Trebelliani retinere, dodrantem verò ad fideicommissarium cum onere hæreditario pro rata portionis ab vtroq; subeundo trãsmitti. l. quia poterat. l. prima. §. si is qui. l. Marcellus. in princip. ff. ad Trebellia. §. sed quia. Institu. de fideicõmissa. hæredi. l. & sine scriptura. C. ad Trebellia. hæres autẽ grauatus per fideicommissum restituere; si adire non vult, à fideicõmissario cogi poterit, & mox aditam hæreditatem illi restituere, etiam absq; retẽtione quartæ. Restituẽdo autem vniuersam hæreditatem ab omni onere hæreditario liberabitur. dicta. l. quia poterat. ff. ad Trebell. §. restituta. & dicto. §. sed quia. vltimo responso. Institut. de fideicommissa. hæreditati. Tertiò, † hæ-
2 res institutus grauatus per fideicommissum restituere hæreditatem non cogitur hæreditatẽ adire si suspectam eam habeat, id est damnosam, aut ære alieno grauatã, aut aliàs quouis modo circa eam dubitet: neq; rationem dubitationis exprimere tenebitur, dicta. l. quia poterat. & dicto. §. sed quia. Et ratio est, ne adeundo damno afficiatur. Sed si fideicommissarius vult periculum hæreditatis subire compelletur hæres periculo fideicommissarij adire. per hoc autẽ nullo modo hæres propter aditam hæreditatem vexari poterit: quia inuitus adiuit, dicta. l. quia poterat. & l. cogi. ff. ad Trebel. quoniã legis seu prætoris authoritate coactus est adire sub cuius colore aut authoritate nullus circũueniri aut circũduci debet. l. senatuscõsulto. & l. iij. §. fi. suprà eo. vbiq; dictũ est. Et iste est casus istarũ duarũ legũ, præsertim. l. si quis quasi. cum ratione decidendi. l. si antequã. ibi, causa cognita puto compellendũ.

3 Quartò, vbi † mors testatoris clandestina est, seu tam occulta vt detegi nõ possit, vel licet clandestina non sit, occisores tamen reperiri non possunt, hæres adeundo nõ contrauenit senatuscõsulto: vt dictũ est plenius in. l. propter veneni. in princ. suprà eo. facit. l. si ideo. C. eodẽ. & minus si tabulas aperiat. l. tertia. §. quod ad causam. in verbo, sciens. & §. si quis ignorãs. suprà eodem.

Quintò, præmitte, & istud nota, quoniam ex isto tex. colligitur, & in eo probatur interpretatio quam dedi ad. l. in cognitione. suprà eodem.
4 † quam primum hæres cognoscit detectum esse delictũ, statim differre debet persecutionẽ rerũ hæreditariarũ & possessionẽ earũ apprehendere donec vindictã de occisoribus habuerit, nisi res tẽpore perituræ essent, vt dictũ est in. l. hæres veneni. suprà eo. Et hoc vult principiũ istius legis, si antequã. ibi, deinde innotuisset admissum esse.

Sextò, hæres institutus, quamuis suspectam arguat hæreditatem, inuitus illam adire compelli poterit, periculo tamen fideicommissarij. Cæterum fideicommissarius possessionem rerum hæreditariarum apprehendere non poterit, nisi vindicata testatoris morte. Et licet fortè noster text. non tam clarè aperiat: tamen si rectè consideretur quod de fideicõmissario prius diximus,
5 abunde satis probabit. † Clarum est autem in fideicommissarium hæreditatem cum onere suo transire. quoniam in hoc personam hæredis re-
6 præsentat dicto. §. restituta. in fine. Institut. de fideicommissarijs hæreditatibus. Et quemadmodum hæres adire non debet nisi vindicata nece defuncti, sic nec fideicommissarius vniuersalis. l. necessarios. suprà eod. fideicommissarius enim loco hæredis succedit: vt suprà diximus. non debet igitur possessionem apprehendere nisi vindicata testatoris nece. aliàs sicut hæres fit indignus adeundo, sic fideicommissarius accipiendo possessionẽ rerum hæreditariarum nõ vindicata defũcti nece. Et ratio quæ in hærede cõcludit, pariter & in fideicõmissario: vt hic sentit Barto. & bene, vt dicã infrà. Et post eũ Ang. dũ declarant hũc tex. in his verbis, causa cognita. Et quærunt,

quid

quid in hac causæ cognitione versabitur? dicunt
hoc versari, vt si hæres propter negligentiã non
vindicatæ necis accusaretur, & cõuincerẽ, por-
tio hæredis, quæ est quarta hæreditatis ex sena-
tusconsulto Trebelliano quæ per restitutionem
volũtariã ab eo factam illi acquireretur, ꝓpter
eius negligentiã fisco acquireretur. d.l. Marcel-
lus. §. fi. ff. ad Trebel. & si fideicõmissarius hære
dem cogat hæreditatẽ adire, antequam de negli-
gentia accusari potuerit, & paratus est fideicom
missarius necem defuncti testatoris vindicare, fi
deicommissarius integram hæreditatem conse-
6 quatur, nec fiscus portionem in ea habebit. † Ec
ce quomodo sentiũt fideicõmissariũ posse, imò
teneri testatoris mortem vindicare. Et hac ratio-
ne si hæres institutus antequã in negligentia con
stitutus esset fideicõmissarius, qui statim hære-
dem coegit hæreditatem adire & restituere, illã
apprehendat defuncti morte non vindicata, in
pœnã huius senatusconsulti incidet, sicut & hæ-
res. Vlterius Bart. hoc declarat dũ quærit, quo-
modo põt hæres cogi adire: cùm si sponte adit,
in pœnam huius senatusconsulti incidat? quid in
causæ cognitione versabitur? nã dato quòd nõ
adiret, & necem non vindicaret testatoris, fiscus
cum onere fideicõmissi acquireret, dicta. l. Mar-
cellus. Sed dicit Bartol. hoc in causæ cognitio-
7 ne versari: † quia hæres non vult vindicare, fi-
deicommissarius autem vult. Expedit igitur fi-
deicommissario hæredem cogi statim adire, vt
quartam lucretur, quam fiscus esset habiturus, si
negligentia hæredis instituti expectaretur. l. se-
cunda. §. fin. infra titulo proximo. Adde vlterius
ad Barto. rationem; quoniam restituta fideicom
missario hæreditate per coactionẽ prætoriã sta-
tim ad fideicõmissariũ hæreditas cum onere suo
& omnibus qualitatibus suis trãsit, dicta. l. quia
poterat. & dicto. §. restituta. l. apud. §. primo. ff.
ad Trebellia. vnde sicut hæres tenetur ex debito
hæreditatis vindicare necẽ defuncti, sic & fidei-
commissarius, ne ingratus comperiatur, vt dictũ
est in. l. præcedente. Vnũ addit hic Angel. & be-
8 ne per dictam. l. Marcellus. §. fi. † si fiscus quar-
tam debitam hæredi cõsequatur ꝓpter nõ vindi
catam necem defuncti, dodrans qui fideicõmis-
sario competit non subiacebit vltioni defuncti:
quia fiscus in pœnã hæredis negligẽtis cõsequu
tus est quartam hæredi debitam: quare non põt
neq; debet fiscus duplex præmiũ cõseq. Sed ad-
uerte nõ videri fiscum teneri necẽ defuncti vin-
dicare, & nihilominus hæreditatem eius acqui-
rit secundũ glo. in. l. recusare. §. si fisco. ff. ad Tre
bellia. per illum tex. in verbo, quasi vindicaue-
rit. quod verbũ denotatiuũ est improprietatis.
l. hoc colore, vñ idẽ not. Bar. ff. de inoff. test. sed
fortiter obstat. d. l. Marcellus. §. fi. ff. ad Trebel.
ibi, fiscus cũ suis onrribus acquirit hæreditatẽ: si
cũ suis oneribus sicut hæres teneť ad onus vindi
candæ necis, sic & fiscus; quia hæreditatis onus
9 est: vt in. l. præcedẽte † fiscus etiã ꝓcurare debet
prouinciam malis hominibus purgari ne inulta
maneãt delicta. l. ita vulneratus. ff. ad legẽ Aqui
liã. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public. alioq;
delictũ semp̃ remaneret inultũ. quod indecens,
& à iure alienũ esset. Nec obstat. §. si fisco. in. d.
l. recusare. q nullo modo glossæ intẽtionẽ ꝓbat,
nec probare posset: cùm fiscus in illo tex. hæredi
tatẽ sibi delatã nõ agnouerit: nõ posset igiť ex il
lo capite teneri necẽ defũcti, cuius bona nõ agno
uit, vindicare, sed magis oppositũ sẽtire videť in
his verbis, q̃si vindicauerit. sic fiscũ restitutionẽ
facere. siue illa verba ad fiscũ referas, siue ad hæ-
redem institutũ propter cuius negligentiã bona
fisco acquisita erũt, licet ea fiscus agnoscere no-
luerit, & fideicõmissum restituere siue ad fidei-
cõmissariũ glo. interpretatio sustineri seu defen
di nõ põt. nã si ad fiscum referas erit sensus fiscũ
ad similitudinẽ hæredis in cuius locũ successis-
set, si voluisset, posse cõpelli bona agnoscere: q-
bus agnitis restitutionẽ fideicõmissario tenebiť
facere, quasi fiscus vindicauerit, & officiũ hære-
dis impleuerit: tametsi fiscus re vera nõ vindica-
uerit, bona etiã non agnouerit. vbi igitur bona
agnouisset fiscus vindicare debuisset. Si ad hære
dem negligẽtem, quia neglexit hæres defuncti
necẽ vindicare, bona fisco delata sunt, quæ non
agnouit fiscus nec restituere voluit fideicõmissa
10 rio, quasi vindicauerit. & erit illic punctũ. † Et
sensus erit, vt fiscus non teneatur illa restituere,
quasi vindicauerit. Et sic vbi fiscus vindicaret,
posset pro præmio retinere & fideicommissario
non restituere: quia vindicauerit. Ex hoc capite
contendebat fiscus lucrũ hæreditatis facere abs-
que vllo alio onere quàm necis vindicandæ, quã
vindicasse dicebat, quia bona ab hærede insti-
tuto sustulerat: & sic propter vindicatam hoc
modo necem volebat lucrum facere totius hære
ditatis absque eo quòd vlterius compelli pos-
set adire & fideicommissario restituere: sed licet
vindicauerit tamen quia hæreditatem non agno
uit, adire tenebitur eo quòd loco hæredis est in-
stituti & aditam fideicommissario restituere per
illum textum, si ad fideicommissarium. & hic in-
tellectus qui verior esse videtur secũdum quod
Accursius legit, æquissimum erit quasi vindi-
cauerit sic restitutionem facere fideicõmissario:
quo casu si fideicõmissarius necem defuncti vin
dicat integrã hæreditatem consequi debet, sicut
dictũ est suprà post Bar. hic eo quod hæreditatẽ
fiscus nõ agnouit. In nouissimis voluminibus
nõ sic legiť prout Accursius legit. In nouis sic le
giť, Si fisco vacantia bona deferantur, nec velit
bona agnoscere & fideicommissario restituere
æquissimum erit quasi vindicauerit sic fiscum
restitutionem facere. Et hanc lectionem puto
veriorem. Ille enim textus nullo pacto huic se-
natusconsulto Sillaniano accommodari potest:
quoniam in illo text. de bonis vacantibus tantũ

loquitur, non de his quæ propter negligentiam hæredis ob neglectam defuncti mortē fisco acquisita sunt: quare de vindicāda testatoris mor-
11 te frustra disputatur. Et hæc lectio clara est † eò quòd fiscus bona vacantia sibi delata non agnouit, tenebitur ea fideicōmissario restituere, quasi ea vendicauerit, & sic illa occupauerit, ne defuncti intentio defraudetur. l. fina. ff. communia de seruituti. neque ad fiscum transire possunt, nisi cum onere fideicommissi, vt supra dictum est. Et si lecturæ Accursij velis adhærere, dic nō obstare. l. fina. ff. quod quisq; iuris. per quam dixit glo. in dicto. §. si fisco. vbi hæreditas in pœnā ab hærede aufertur, fiscus succedens in locum eius non tenetur vindicare. Et hoc quia in pœnam. Sed ille text. hoc non dicit. Præterea hoc argumentum dicunt esse cōtra dictam. l. Marcellus. §. fina. ff. ad Trebellia. ibi, fiscus cum suis oneribus hæreditatem acquirit. l. cum fisco. suprà eodem. idē in. l. ex facto. §. si. ff. de vulgari substitu. fiscus enim hæreditatem quam consecutus erat propter delictum eius qui fidem in fraudem fisci accommodauerat, tenebitur hereditatem restituere etiam ei, qui fraudem commiserat cùm institutus esset, & idem substitutus per hæc verba, quisquis mihi erit. Idem in authen. hoc amplius. C. de fideicomiss. per quam Ioā. de Imola in dicto. §. si fisco. non potuit euitare quo minus concluderet contra illud notabile glos. nisi per miserorum refugium, vt diceretur speciale esse in fisco: sed specialitatem lege probare non potuit. Vnde nō puto glossam illam in hoc veram
12 esse per supra dicta, præsertim, vt dixi, † cùm hæreditas fisco cum oneribus suis acquiratur. l. cum fisco. suprà eodem. Secundò, quia fiscus sollicitus esse debet vindictæ publicæ, etiam vbi pars remittit. l. qui cœtu. §. qui vacātem. ff. ad legem Iuliam de vi publica. dictum est post glos. in. l. diuus. supra eodem. nam & ex publico redimuntur delinquentes vt puniantur. l. mulier in opus. ff. de re militari. dicetur in. l. sequenti post Baldum.

Ex prædictis infero. l. si sequens. in fideicommissario aut alio hærede volente necem defuncti vindicare, locum non obtinere, dummodo fisco ius p negligentiā hæredis adhuc acquisitū non sit: quoniam in mora vindicandæ necis adhuc constitutus non erat, per hunc tex. secundū Barto. interpretationem hic, & in dicta. l. si sequens. quam sequitur Ioannes de Imola in dicto. §. si fisco.

Glos. prima quærit an idem sit si notum fuisset hæredi, testatorem fuisse occisum. respondet, non. Dictum est in. l. propter veneni. in princi. & l. senatusconsulto. supra codē. l. si ideo. C. eodem. si enim sciuisset, fisco acquisita fuisset, dicta l. Marcellus. §. si. ff. ad Trebel. & hoc modo successisset fiscus cum oneribus. Dictum est suprà, & non tantum oneribus legatorum & fideicommissorum, sed etiam vindicandæ necis: vt dixi suprà. Licet glos. in dicto. §. si fisco. aliter teneat, & videatur communis opinio esse cum ea Glossæ in verbo, causa cognita. Adde. l. nam quod. §. si. cum. l. sequenti, & l. cogi. in principio. ff. ad Trebellia. l. non iustam. C. ad Trebellia. Glossa fin.
13 Ex ea nota non mereri pœnam qui legi obtemperat. l. fin. ff. quod quisque iuris. ibi, ne scilicet magistratus. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædilitio edicto. Adde ad hūc textum cum glos. l. quia poterat. l. sed & si alio loco. l. apud Iulianum. in principio. ff. ad Trebellianū. Hic Romanus inducebat hūc tex. cum hac glo. post Barto. in. l. apud Iulianum. in princip. ff. ad Trebellia. si ex forma statuti posit quis ad suscipiendum compromissum compelli: & vbi compelli poterit, an cautionem à compromittentibus de indemnitate petere poterit. Et dicit posse. Adde Alexand. in dicta. l. apud. tex. in. l. licet. vbi per Barto. ff. de arbi. & facit dicta. l. quia poterat. Adde rationē, quoniam statutū illud am-
14 bitiosum & captiosum est: & † vbi lex vel statutum aliquem sine ratione illaqueat aut vt quoquo modo illi pareatur illigat, iusta seu rationabilis non est: argumento eit. l. & quia. §. fin. ff. de interrogator. actio. de quo per Barto. in. l. fina. colum. penul. ff. de his qui. vt indignis. quoniam vtrum illorum præceptorum legis vel statuti faciat parendo legi vel non parendo, illaqueatur: quod indecēs est: cum nemo ad id compelli debeat. argumento est. l. senatuscōsulto. suprà eodem. etiam cum periculo cautionis. l. cogi. §. idē quærit. & l. qui ita. §. primo. ff. ad Trebellia. c. ex transmissa. extra de restitut. spolia. c. accedēs. iuncta glos. extra vt lite non contestata.

CAIVS.

Lege Cornelia cauetur de præmio accusatoris qui requisiuit & renūtiauit eos seruos qui ex ea familia ante quæstionē fugerint: vt in singulos seruos quos conuicerit, quinque aureos ex bonis occisi, aut, si inde redigi ea quantitas non posit, ex publico accipiat. Sed præmium non in omnes eos seruos qui sub eodem lecto locóve fuerint, sed in eos solos qui cædem admisissent, accusatori attribuitur. Præterea cautur, vt de ijs, qui ante quæstionem habitam fugerint, si aperto testamento liberi scripti inueniantur, lege de sicarijs iudicium fiat: ita vt ex vinculis causam dicant, & con

uicti perinde àc serui puniantur: & ei qui conuicerit, deni aurei præmij nomine dentur ex bonis damnati.

Argumentum in præcedentis Legis lectionem sequentem.

1 Serui à liberis sunt discernendi, & liberi delinquentes in parentes, priuilegium perdunt liberorum.
2 Canonici Rothomagenses possunt annis singulis vinctum vnum ex carceribus regijs eripere.
3 Principis beneficiũ latissimam admittit interpretationem.
4 Præmium promissum ei qui maleficium detexerit, ex cuius bonis persolui debeat. & nu. 5.
6 Fiscus necem defuncti vindicare tenetur, quam hæres ingratus neglexit.
7 Socius in crimine socium accusans non obtinet præmium crimina detegentibus promissum.
8 Præmium petere aut accipere non licet pro criminibus detegendis.
9 Præmium qua ratione crimen deferenti tribuatur.
10 Irenarchæ paci componendæ conseruandæq; viribus totis debent incumbere.
11 Fuga sola non conuincit quenquam criminis.
12 Bona mortem sibi consciscentis non publicantur, si hæres ipsius innocentiam probauerit.
13 Hæredes innocentiam eius qui mortem sibi consciuit probare volentes audiri debent.
14 Fuga reddit fugientem de furto suspectum, si quid è domo subtractum sit.
Indicia alia cum fuga requiruntur, ante quam sententia in refugam ferri possit.
15 Fuga ante accusationẽ suspectũ reum facit aufugientem. Fugiens se criminis suspectum efficit, ac si in reatu constitutus fuisset.
16 Receptantes seu celantes perfugas, seu fugitiuos eadem pœna plectuntur qua & fugitiui ipsi.
17 Fuga an grauet fugientem.
18 Absens non debet condemnari inaudita ipsius causa.
19 Incarceratus à iudice relaxatus an teneatur pœna fugitiui, si iniustitiam iudicis veritus non fuerit reuersus.
Iurans se ad carceres rediturum, non peccat si non redeat: cum modis omnibus ad libertatẽ aspirare quisq; teneatur.
20 Incarceratus pro crimine si aufugerit, an censeat cõuictus. Carceres effringens captus, si innocens alioquin inueniatur, ob carceres effractos tamen punitur.
21 Miles pro deserta militia incarceratus, non punitur vt desertor si erumpens è carcere fugerit.
Magistratum procurans quo scelera sua occulat, fugitiuorum numero habendus est.
22 Confessus iudicatur qui dilationibus iudiciũ subterfugit.
23 Fugiens à facie iudicis suspectus præsumitur criminis de quo impactus fuerat.
24 Violator pacis à facie iudicis fugiens, bonorum publicatione punitur.
25 Fuga sola accusati non conuincit eum de crimine.
26 Iudices prætextu sui officij aliquid indebite exigentes, tenentur damnum resarcire læsis.
27 Fructus possessionum inter bona mobilia computantur.
28 Reus fugitiuus intra annũ reuersus qualiter puniendus.
29 Accusatus de crimine, si fugerit, infamia notatur, eiusq; bona annotantur.
30 Fugitiuus post annum reuersus bona annotata non recuperat quantumcunq; innocens.
31 Fuga non aliter fugientẽ culpat quàm quòd eum de crimine suspectum reddit.
32 Reus, propter fugã nõ debet vltra relegationem puniri.
33 Fuga non semper culpanda, modò vt furor seu seruor iudicis euitetur, ineatur.
34 Absentem inauditum damnare, indecens & iniquum est.
35 Accusatores iniusti ad damna & interesse tenentur accusatis aut eorundem hæredibus.
36 Accusator in accusationis probatione deficiens, damna & expensas accusato resarcire tenetur.
37 Monachus & seruus accusationẽ instituere possunt quandoque.
38 Debitores pœna corporali per creditores ob debita affecti, ab eisdem ipso facto sunt liberi.
39 Reus sanguinem suum redimens in expensis damnari nõ debet.
40 Fugiens iudicium, in damnis, expensis & interesse damnari potest.
Iuramentũ à reis exigi solitum est quòd dilationes malitiose non postulent.
41 Iudex bonus & æquus malitijs hominum obuiare debet.
42 Fuga sola non sufficit ad condemnationem, nisi conuincatur qui aufugit.
43 Bannitos plures apprehendẽs an capiat pro singulis præmium à statuto concessum.
44 Testes falsos mille producẽs, non punitur pro singulis, sed pro vno falso.
45 Delictum vnum dicitur, & nõ plura, si villa vel oppidum plures malefactores in suo territorio non apprehenderit, statuto stante &c. & nu. 49.
46 Interpretatio in ambiguis in partẽ inclinari debet mitiorẽ.
47 Producens multos testes falsos quando pro singulis puniatur, & quando de falso simplici.
48 Summa vna fieri nequit perfecta ex duabus imperfectis.
50 Participes criminis & fraudis differenti ordine habẽdi sunt ab his qui criminis perpetrati sunt conuicti.
51 Accusatus de crimine fugiens, si apprehensus fuerit causam dicet in vinculis, neq; fideiussoribus relaxabitur. & nume. sequenti.
Carcerato nunquàm aufugere licet.
52 Carceratus si sine vi & effractione effugerit, non est admodum dure puniendus.
53 Periculum seu carcerem euadere valens, meritò perit si non euaserit.
54 Vincula quæ dentur ei qui carceres effregit, arbitrio iudicis committitur.
55 Fugitiuus non dicitur qui ad hoc tantum latet, vt furorem domini vel iudicis euitet.
56 Carceres effringens vel aliàs effugiens in suspicionem venit admissi criminis.
57 Eripiens se ex vinculis peccare dicitur, quoquo id modo faciat.
58 Cautionis iuratoriæ beneficio priuatur merito, qui nõ id præstiterit quod iurauit.
59 Fuga sola non probat crimen admisisse eum qui fugit.
60 Iudices non vsqueadeo inquisitoribus fidere debent, vt non deintegro de criminibus inquisitis cognoscant.
61 Fugitiui pro crimine si capiantur, nouo processu non egent, sed sententia statim percellendi.

62 Contumax reuersus ob solam contumaciam non est damnandus.
63 Confessio coram iudice facta non conuincit confitentem, nisi apud acta recognoscatur.
64 Consuetudo non potest excusare iudicem male iudicātē.
65 Iudex seu officialis officio finito totos quadraginta dies in loco administrati officij residere tenetur.
66 Contumacia non poena corporali, sed bonorum annotatione potest puniri.
67 Statutum dictans quempiam ad vnius testis dictum damnari, impium est, & nullum.
68 Testi rationem dicti sui non reddenti non creditur. Praesumptionibus non iudicatur in criminalibus, sed veris & lucidis probationibus.
69 Commētariensis & iudex si sub laxiori custodia tenuerūt eū de quo verisimiliter nō fuit dubitādū, excusandi sunt.
70 Accusare aliquem non sufficit ad condemnationem nisi etiam conuincatur.
71 Verba legis cum potentiori effectu in similibus accipienda sunt.
72 Perinde, haec dictio, etiam in odiosis omnem importat similitudinem.



PLVRA DE FVGA & reis fugitiuis dicta sunt in. l. tertia. §. subuenitur. & l. prima. §. si sibi. suprà eodem. quae huic legi & scriptis doctorū seu huius legis interpretum rectè conuenirent: quae transcribere non curamus. Nonnulla etiā Felinus scripsit in. c. nullus. &. c. afferte. extra de praesumptio. Barto. Bald. Angel. Alex. & fere omnes recentiores, & praesertim modernus Papiensis, qui multa à Felino mutuatus est in dicto. c. nullus. &. c. afferte. cumulauerūt in. l. admonendi. ff. de iureiurando. Anto. de Butrio & Abbas in. c. veritatis. extra de dolo & contuma. & in. c. fin. extra de iureiuran. Bald. in. l. vnica. colum. xviij. C. de cōfess. Cinus in. l. vnica. C. de rapto. virg. Lucas de Penna in. l. si coloni. C. de agric. & censi. libro vndecimo. igitur quae ne cessaria erūt, vltra quàm in illo. §. subuenitur. & §. si sibi. dictum sit, tractare intendimus.

Haec lex tametsi duo tātum principalia dicta contineat, cōperio tamen quatuor in ea singularia deduci, quae singula declarabimus. Primum
1 huius legis dictum est, † Seruos à liberis seu qui inter liberos sunt distingui: quanquam qui liberi sunt aut pro liberis habentur, in odium cōmissi per eos criminis priuilegium liberorum hominum amittant, seu quantum ad id non retineant. Hoc dicitur in capite legis. Secūdum dictum est in versi. quod praemium. ex quo solet hoc axioma colligi, Vbi lex vel statutum seu consuetudo praemium accusantibus dat, etiamsi pro singulo delicto commisso praemium concedat, nō tamen ad eos extēdi potest qui criminis participes tantum sunt per assistentiam, auxilium aut fauorem in committendo crimine praestitum, crimē tamē ipsum actualiter non cōmiserunt: sed de his tantum intelligendum est qui actualiter suis manibus occiderunt, seu quodcunque aliud crimen admiserūt. Argumēto est cū hac lege tex. in. l. itē si obstetrix. in princi. ff. ad legem Aquiliam. ibi, vt si quidē suis manibus supposuit, videatur occidisse. l. si publicani. ff. de publi. & vectig. l. prima. ff. de eo per quem fac. est. de quo paulopost dicturi sumus. Interea infero ex hoc textu rectè
2 ꝓbari † priuilegium quod à retroactis regibus ecclesiae Rothomagēsi in memoriam beati Romani olim Rothomagensis archiepiscopi concessum est, vt clerici seu canonici in eadem ecclesia Deo seruientes è regijs carceribus vinctum vnum morti etiam addictum quotannis die festo sanctissimae dominicae Ascensionis liberare possint, atque si remissionem criminis seu plenariam à principe restitutionē obtinuissent: vt per illius rei accusati vel etiā non accusati liberationem reliqui oēs criminis participes liberati non cēseant, sed hi tātum qui caporales sunt, seu qui suis manibus aut aliàs percutiendo aut occidendo aut aliter per se delinquendo commiserunt. Caeterum illi ad complices regium priuilegium
3 extendendū esse contendunt: † cum omne principis beneficiū latissimè interpretandum sit. l. fi. ff. de consti. princi. de quo in regula, decet. de regulis iuris. in sexto. Pro eis etiā induci potest. l. aeris alieni. ibi, prodītae mortis vel electae coniurationis reorum. ff. ad legem falcidiam. & quod illic Alexād. in primo notabili ex illo textu colligit. Tertium axioma est in versic. praeterea. seruos in criminalibus à liberis hominibus seu qui liberorum hominum loco habentur, plurimum differre. Aliqua dicta sunt in. l. prima. §. serui. & in. l. tertia. §. de his. suprà eodem titulo. In versicu. & ei qui. secundum glossae intellectum per Bar. hic approbatum, & Alexan. in dicta. l. aeris alieni. ff. ad legem falcid. cum quo Ange. & Roma. transeunt, declaratur ex cuius bonis praemiū accusatori dari debeat. Similiter glos. in dicta. l.
4 aeris alieni. † quaerit an ex bonis damnati, an verò ex bonis occisi, an etiā de bonis fisci. In quo huius legis caput à fine eiusdem differre videtur. Quoniam in principio legis dicere videtur Iureconsultus ex bonis occisi praemium dari debere. & idem post glos. in dicta. l. aeris alieni. velle videtur illic Alexander de Imola. Angelus vero in. l. lex Cornelia. §. fina. ff. de iniur. per illum textum aliter sentit. dicit enim ex bonis malefactoris dādum esse accusatori praemiū: dū ille textus ait, & ei qui indicasset, siue liber, siue seruus sit, pro modo substātiae accusatae ꝑsonae aestimatiōe iudicis pretium, aut melius legas praemium constituitur: nisi expresse per statutum de cōmuni pecunia seu fisci solui debeat: vt meminit Paulus de castro in. l. prima. in princi. super verbo, praemiorum exhortatione. ff. de iustitia & iure. Pauca dixi in. l. senatusconsulto. in princi. per illum textum

textũ. & in.l.domino.suprà eod. Plura dicentur inferius. Quare Dinus & Bartol. hic dicunt huius legis principium in his verbis, ex bonis occisi.cum finalibus verbis nostræ legis, ibi, ex bonis damnati. debere coniungi. & huius legis sensus talis erit, vt satisfactio præmij ex bonis dãnati, si qua habeat, fieri debeat. Si autem damnatus nulla bona habeat, ex bonis occisi, in cuius fauorem suæ iniuriæ ꝓsecutio fit seu facta est. Et nouissimo loco si in hæreditate occisi nulla bona inueniãtur, de publico præmiũ concedi debeat. Et istud rectè probatum esse videtur in dicta.l. æris alieni.ff.ad legem falcid. vbi glos. in verbo, donauit. ita est interpretata, & bene, per illũ tex. qui ait, æris alieni loco deducuntur non solum pretia eorum, quibus libertas data est & eorum qui supplicio sunt affecti, sed etiã eius quẽ prætor propter iudicium proditæ mortis vel detectæ coniurationis reorum libertate donauit. Et Accursius mox inquit, hoc tamen casu soluit fiscus pretium domino: vt argumento est titulus C. pro quibus causis serui pro præmio libertatẽ accipiant. Et subiũgit, vel soluit de propria bursa fiscus. Sed postea detrahit de hæreditate &c. In capite legis seruos libertate donatos per causam proditæ mortis vel detectæ cõiurationis ab hæreditate. Illa occasione fisco delata vult detrahi pariter eos qui supplicio sunt affecti. At in fine legis de his loquitur quibus à prætore data est libertas. dixi in.l.tertia.§.si ex stipulatu. suprà eodem. Et hãc nostram inductionem Alex. de Imo. approbat. & addit glo. in.l.domino. suprà eodem titulo. Aduerte tamen ad glo. nostram hic in verbo, præmio. & in verbo, cædem. & in verbo, damnati. quæ aliter sentire videtur. vult enim inter primum & vltimum huius legis casum qui est in versiculo, præterea. differentiã facere: vt in prima legis specie Iureconsultus de domino à seruis suis seu à sua familia occiso loquatur, eo quòd offendentium bona domini occisi sunt: hac ratione de bonis suis præmium accusatori cõcedendum esse ait, quia sua causa seu suo nomine eiúsve contemplatione à seruis suis seu familia pœna seu vindicta exigitur. Et hanc glossæ interpretationem admittit Alexander in dicta.l. æris alieni.ff.ad legem falcidiam. Allegat ad id.l.primam.C.de his quib. vt indignis.

At in versi. præterea. vbi est secũda principalis species huius legis serui ex testamento liberi fiunt, & aliquibus respectibus liberorum hominum iura ex testamento consequũtur, vt dictum est in.l.& si certus.§.si appetitus.& lege sequen. & in.d.l.iij.§.de his. & in.l.j.§.serui. suprà eo. in hoc tamẽ casu pro seruis habentur: vt iste tex. ait
5 in versi. perinde ac serui puniant̃. † Sed cum plerunq; serui peculiũ habeant seu habere possint, & domino peculiũ acquiritur ex bonis damnati præmiũ accusatori statui debet. Sin minus ex publico, & (vt Accursij verbis vtar in.d.l.æris alieni.) de propria fisci bursa. Cæterum Iacobus de Arena hic aliter verbũ, dãnati. interpretatur scilicet hæredis. Sed hæc interpretatio subsistere non potest: cùm bona iam fisci ipso iure effecta sint.l.j.§.j.ff.de iure fisci. & dictũ est in.l.Caius. suprà eo. non possunt igit̃ bona dãnati hæredis dici, sed fisci, dum tamẽ soluendo sint.d.l.j.§.an bona.ff.de iure fisci. Et ideo verbum, dãnati. intellige de crimine. tam etsi glo. nouissima huius principij in verbo, damnati. satis interpretationi Iacobi de Arena cõuenire videat̃. dicetur in ea.

Ex his videtur duo elici posse, quæ prima facie sibi aduersari videbunt̃. Primũ est, in quo vo lo aliquid præmitti vt intelligatur si alicui in suo territorio ex priuilegio iurisdictio simplex competat, cuius virtute reis vsq; ad certam summam pro crimine pœnã seu mulctã statuere potest. Si delictũ in suo territorio commissum inueniatur, propter quod iuris dispositiõe vel ex cõsuetudine vel statuto ꝓuinciarũ bona publicari debeãt: vt in.l.iij.ff.ad legẽ Corneliam de sicar. Et alijs pluribus criminibus, quæ Bald. cõmemorat in l.data opera.C.qui accus.pos.authẽ.bona dãnatorum.C.de bonis dãnat.l.fi.ff. de bonis dãnato.&.§.fin.in authẽ. vt nulli iudic. liceat habere loci conserua.coll.ix. ille inferior Iustitiarius ex bonis publicatis tantundẽ accipit, quantũ mulctam indicere potest. Argumento est.l.liberto octoginta.ff.de bonis libert. ibi, respondi posse patronũ partem debitã vendicare, reliquũ accipiet fiscus, & quilibet pro quota contribuet secundũ Guliel. de Cuno in.l.j.C.de sum.trini. & fide cato. & in.d.l.lex Cornelia.§.fi.ff.de iniur. quã post Angel. illic suprà annotauimus, vbi allegat.l.mulier in opus salinarum.ff. de capti. & postli.reuers. Secundum est, quod ex hac lege elici potest, cuius etiã in.l.præcedente memi-
6 nimus, † fiscum ad vindicandam defuncti necẽ obligari, si fiscus defuncti bona propter neglectam ab hærede vindictã accipit. Imo plus etiã si nulla defunctus bona habeat, vel etiã nulla restitutioni subiecta defunctus habuerit: si tamẽ occisores cõuincantur, præmiũ statuere debet, ꝑ hõc tex. &.l. recusare.§.si fisco.ff.ad Treb. secundũ glo. expositionẽ. &.l.j.§.an bona.ff.de iure fisci. facit quod Bal. not. in.l.serui.in.ij.nota.C.ꝑ quibus caus. serui pro præmio liber. accipi. reliqua aũt quæ huic legi cõueniũt cũ glo. Accurs. explicabimus. In tex. de præmio accusatoris, qui requisiuit & renũtiauit &c. Iurecõsultus more veri legislatoris præmio ad expledã in re publica bñficia inuitat facinorosis hominibus pro reipublicæ bñficio seu vtilitate terror esse possit, vt inquit.l.j.in princ.ff. de iustitia & iure. ibi, verũ quoq; præmiorũ exhortatiõe efficere. Huic iunge glo. illic in verbo, metu pœnarũ.l.fi.C.de collusio. detegẽ.l.iij.§.fi.C de malefi. & mathe. ibi, nõ delatorẽ esse sed dignũ magis præmio arbitramur. d.l.lex Cornelia.§.fi.ff.de iniur.no. Luc. de Pen. in.l.fi.col.j. ibi, itẽ qui crimẽ alterius manifestat.C.de delato.lib.x. idem Lucas in.l.j.§. si

quis autē.C.de deserto.& occulta.lib.xij. Qui-
bus addo.l. edicto.§, extat. &.l. senatus. ff. de
iure fisci.l.quisquis.C.ad.l.Iuliam maiesta.l.pri
mam.C.de fals.mone. dictum est in.l, domino.
suprà eodem. hanc legem extendi non tãtum ad
eos, qui criminis authores detegunt, verum etiã
qui cõiurationis socios manifestãt vel accusant.
l.prima.C.pro quibus causis serui pro præmio
libert.accipiunt.dicit tamen Bart.in.l.idem si.§.
si tibi.in fin.ff.de condictio.ob turpem causam.
quã Bal.sequitur in.l.j.colum.prima.C.de con
dic.ob turpem causam.locum non habere hunc
textum in eo, qui criminis consocium accusauit:
7 sicut in capite huius legis annotauimus. † Quo-
niã licet hic socium accuset, ob id tamen præmiũ
consequi non debet: quia non ex proposito seu
sponte, sed coacte hoc facit: vt in.l. tertia.§. vtrũ.
suprà eodem.l.nulla.C.de delato.libro decimo.
Quare licet socius per eum accusetur, aut inter-
rogatus socios & participes detegat, pœnam ta-
men non euitat, dicta.l.& si certus. in princip.&
l.prius.vbique dictum est.supra eodem. Simili-
ter notatur in.l.qui vltimo.ff.de pœnis.secus for
te si sponte accusaret. tametsi hoc crimen de ex-
ceptis in gloss.in.l.fi.C.de accusat.non inuenia-
tur, quos Ioannes de Platea in.l.j.C. de deserto.
libro duodecimo.Modet.in dicta.l. idē si.§. si
tibi.ff.de condi.ob turpem causam.quibus con-
uenit dicta.l.edicto.§.extat.&.l.senatus.ff.de iu
re fisci.l. prima.ff. de his quibus vt indig.ibi, &
quanuis libertatis præmium meruerit.

8 Vnum tamen circa prædicta nõ omitto, † nõ
esse licitum præmium petere, & minus accipere
licet, nisi à lege expresse cautũ sit: & vbi petit̃ &
accipitur, turpiter accipit̃.l. falsus, §. qui alienũ.
ff.de furtis.ibi, & si nõ probè petat aliquid. Hac
ratione Bartolus & Angelus illic dicunt datum
posse per condictionem ob turpem causam repe
ti, dicto.§.si tibi.de quo in.l.metum.§.sed licet.
ff.quod metus causa.& in.l.si per impressionē.
C.de his quæ vi metúsve cau.fiunt.in authē.no-
uo iure.C.de pœna iudic.qui male iudica.

Comperio autem Ioan. Andre.in.c.dudum.
quinta & nona colum.extra de electio. dicere li
citũ esse in similibus præmiũ accipere, per dictũ
§.qui alienum. &.c.quidã.quinta. quæstio.pri-
ma.c.si quid inuenisti.xiiij.quæstio quinta.qui
tex.non probant vt vidisti.In primis.§.qui alie-
num.propter verbum, probè.in eo positum.Se-
cundò prædicti canones per Ioan. Andr.allega
ti nullã de constituendo seu dando præmio men
tionem faciunt, sed potius aduersari videntur, vt
ex eorũ lectione quisq; videre potest. nam &.§.
qui alienum.expresse ait, quid ergo si ea quæ di-
cunt Græci μήνυτρα .id est denũtiatiõis præmia
petat. Nec hic videtur furtũ facere, & si nõ pro-
bè petat aliquid.

In tex.ibi, requisiuit & renuntiauit. ex his ver
9 bis recte colligitur † præmiũ nõ tam dari accu-
satori quia accusauerit quàm quod requisiuit. Po-
tuit enim in requirendo diu laborare & multa
expendere. Hoc dico propter Bart.doctrinam
in dicto.§.qui alienum.& in dicto.§.si tibi.dum
ait pro detegenda re furata seu furtiua non lice-
re præmium petere: si tamen in ea inuestiganda
seu requirēda aliquid impenderit, hoc gratis cõ
ferre non debet, sed pro labore suo vel si quic-
quam exposuerit petere potest, dicta.l.metum.
§.sed licet.ff.quod metus causa. Et ratio vltra
quam dictũ sit colligi potest ex.l. qui vas. circa
princip.ff.de furt.ibi, qui furem nouit siue indi-
cet eum siue non indicet, fur non est: cùm mul-
tum intersit furem quis celet, an non indicet. qui
nouit, furti non tenetur: qui celat, hoc ipso tene-
tur. si pro indicanda re aliquid petat vel accipiat
operæ potius suæ mercedē accipere videtur, in-
quit dicta.l.metum.§.sed licet.ff.quod met.cau
sa.&.l.cum duobus.§.si in coeũda.ff.pro socio.
ait, pretium operæ artis est velamentum. Simili-
ter in his dicendum est qui ex necessitate subue
nire cogendi nõ sunt. secus autem in his qui gra
tis suũ officium impartiri tenentur. de quibus
10 in.l.diuus.secũda.ff.de custod.reo. † Irenarchæ
eñ ad pacis & quietis publicæ cõseruationē to
to nixu laborare debent.l.vnica.C.de Irenarch.
libro decimo.nulla expectata mercede etiam à
volentibus dare.l.deuotũ.in fine.C.de meta.&
epidemet. libro duodecimo.c.primo.§.procu-
rationes. de censibus.libro.vj.l. eadem lege.ff.
ad legem Iuliam repetundarum. Si tamen ex suo
quicquã erogauerint, repetent saltem à fisco aut
à publico.l.fin.C.de cupressis.libro vndecimo.
melius in.l.fin.vbi hoc Nicolaus Spinellus no-
tat.C.de erogatio.mili.anno.libro duodecimo.
in argumentum facit.c.statutum.§.insuper.de re
script.libro sexto.l.quoniã.C. de testibus.dum
de testibus loquitur, quibus expensæ tradi de-
bent, vt ad perhibendum veritatis testimonium
coram iudice compareãt.l.idemq;.§.idē Labeo.
ff.mandati.l.diem functo.ff.de assesso. Quibus
adde Angelum in.l.sed sciendum.ff.ad Trebel.
Bartol.in.l.quod si dominus.ff. locati & condu
cti. In tex.ante quæstionem fugerint.hic tex.
11 innuere videtur † fugam solam vim conuictio-
nis non habere, neque fugitiuos pro cõfessis aut
conuictis habendos esse. Hoc clare probat iste
text.dum primò ait, Lege Cornelia cauetur de
præmio accusatoris qui requisiuit & renuntia-
uit eos seruos qui ex ea familia ante quæstionē
fugerint, vt in singulos seruos quos conuicerit,
quinq; aureos &c. Et sic sola fuga familiæ quæ
de morte domini suspecta erat ob id quod fugit
conuicta esse non censetur, sed alio probatio-
nis genere quàm fugæ conuinci debet. Et Ang.
hic ponderat versic.præterea.in verbo, cõuicti.
inquit Angel.aliter quàm per fugã. Et hunc tex.
Bart.ad id notat in.l.prima.ff.de bonis eorum
qui ante senten.mortem sibi consciuer. Et cum

eo rec

eo recte conuenit.l.fin.§.fi.ff.eod. de bonis eo-
rum qui ante senten.&c.vbi ille text.in fortiori-
12 bus terminis loquitur de eo † qui in reatu cōsti-
tutus erat & mortē sibi consciuerat, ob id tamen
bona eius non publicari ait, vbi hæres de inno-
centia eius docere voluit.l.Pantonius.§.rei per-
duellionis.ff.de acqui.hæred. Pro his recte facit
l.res quæ. in princip.ff.de iure fisci. &.l. quis sit
fugitiuus.§.j.versi.si autem.in hoc latuisset.ff.de
ædili.edic.dixi in.d.l.iij.§.subuenitur. suprà eo.
Addo tex.in.l.iij.§.de his.ij.suprà eod. Illic etiã
dictum est. Et ratione fugæ eorum bona tantum
annotari solent.l.j.C.de requir.reis.l.absentem.
ff.de pœnis.l.j.& fin.ff.de requir.reis.& text.in
c.si quis violator.de pace tenen. & eius violato.
l.quãuis prouisum.C.de decurio.lib.x. Bart.no
tat in.l.defensionis.C.de iure fisc.lib.x. maxime
vbi reus faciem iudicis formidat, diffisus de in-
nocentia.c.si iudex.de pace tenen. & eius viola-
to.colla.x.ibi, qui si de sua fuerit diffisus innocē
tia, & ante conspectum iudicis venire formida-
uerit. Cum quo recte induci potest dicta.l.fin.§.
fin.ff.de bonis eo.qui mort.sibi consciue.& hac
13 ratione † hæredes de innocētia defuncti audiun
tur, volentes de ea docere, d.l. Pantonius.§.rei
perduellionis.ff.de acqui.hæred. In dubio verò
aduersus fugitiuos suspicio esse videtur.§.si ve-
rò etiam.versi.illum.in authen. de exhibend.re.
colla.v.l.locorũ.vbi glos.hoc notat.C. de omni
agro deserto.lib.xj.l.si tutor.C.de interdic. ma-
trimo.inter pupil.& tutorē.l. si apparitor.C.de
cohorta.lib.xij.c.nullus.extra de præsump.Cir-
ca quod vide quod elegãter scribit Luc.de pen-
na in.l.si coloni.colum.ij.& seq.C.de agrico. &
censit.lib.xij.vbi hunc articulum copiose exami
nat Feli.in.d.c.nullus.&.c.afferte.extra de præ-
sumpt. Andre.de Iser.in.c.vnico.in verbo,con-
trahētium incestas nuptias.versic. possit excipi.
quæ sint regaliæ.colla.x.Areti.& alij in.l.si fugi
tiui.C.de seruis fugiti. Romanus hic Bartoli do
ctrinã in duobus casibus limitat, quos etiã com-
memorauit Alex.in apostil. Barto.in.d.l.j.ff.de
bonis eorũ qui ante senten.sibi mortē consciue.
Primus est in casu huius legis, quando reus accu
satus priusquam fugiat in reatu per accusationē
constitutus est: quia fortè libellus aduersus eum
iudici datus est.l. miles.§.socer.ff. ad legem Iul.
de adult. Cui adde.§.si verò quis comprehenso-
rum.&.§.si quis verò accusatus.versic.sed & eũ.
in authen.vt nulli iudi.liceat habere loci conser
ua.colla.ix. Allegatur per nonnullos.l.fin.ff.de
custod.reo.sed volunt allegare.l.in eos. illo titu
lo.quæ tamē recte intellecta nō probat, vt dixi-
mus in.d.l.iij.§.subuenitur.suprà eo. Hoc idem
sentit Feli.in.d.c. nullus.in.ij. fallentia. extra de
præsumptio.& in.iiij.fallentia, in qua hunc pri-
mũ casum Felin.tractat, & melius probat.d.c. si
iudex.de pace tenen.& eius violato.colla.x.ibi,
qui si de sua diffisus sit innocētia.& in dicto.c. si
quis violator.eo.titu.ibi, à facie iudicis fugerit.
&.l.fin.§.fraudis.in his verbis, metu imminentis
accusatoris.ff.de bonis dãna.&.d.§.si verò etiã.
versi.pene sui accusatorē per fugã factum.in au-
then.de exhiben.reis.collatio.v. Modernus Pa
pieñ.notauit post Angel.in.d.l.admonēdi.ff.de
iureiuran. Secundus casus est secundùm Roma.
quando aliàs sinistra suspicio aduersus fugientē
nasci incœpit.l.fin.C.qui numero tutel.glos. est
in.d.§.si verò etiam.in authen. de exhiben. reis.
Et Romanus allegat glos.in.§. si verò quidã.in
14 verbo, familia.eod.titu. † Sed quid illa suspicio
operari potest? dicit Romanus quia si quid fur-
to ex domo subtractum erit, præsumptio aduer-
sus eum erit abstulisse vel subtraxisse. Et hac ra-
tione Roma.quærit an ex statuto fieri possit, vt
fuga in delictis plenam probationē faciat. Quã-
tum est ad hunc secundum casum oporteret alia
indicia concurrere, vt haud multò post aperie-
mus. Cæterum hic casus nouissimus Ludo. Ro-
ma.non potest dici probatus in.l.fin.C. qui nu-
mero tutel. se excusant. tametsi Iason in repeti-
tione.l.admonendi.lxxiiij.colũ.ff.de iureiuran.
istorum duorum casuum meminerit, & Roma-
num hic alleget, & sequatur: quoniã in illo titu-
lo vnica tantum lex inueniatur, quæ nihil istorũ
omnium cōmemorauit. hac ratione existimaui
succincte aliqua dicere, licet in.l.iij.§. subueniť.
suprà eod. multa scripserimus: perfunctorie au-
tem aliquid recensebimus. & mihi placet ordo
Lucæ de Penna in.d.l.si coloni.ij.&.iij. colũ.C.
de agrico.& censit.lib.xj. cuius sententiam mo-
der.amplectuntur in.d.l.admonēdi. tametsi ver
bum de Luca de Penna nō faciant, dum tria tem
pora distinguit, videlicet tempus ante accusatio
nem, tempus post accusationem, & tempus post
missionem in carcerem.
15 Ad primum de eo qui † ante accusationē au-
fugit dico fugam suspectum reum facere, tamet-
si nondum accusatus sit, sed forte præparatoria
accusationis tantum fieri intelligit sicuti Iurecō-
sultus meminit in.l.ij.§.fi.ff.ad legē Iul.de adul-
te.ibi, sed accusationem parante & probationi-
bus insistente atque imminente vt facilius iudican
tibus de adulterio probetur. & pondero.l. edi-
cto.§.extat.ff.de iure fisc.ibi, si tamen, inquit, li-
quebit defunctũ eius animi fuisse vt se vellet de-
ferre. Et hic fugiens adeo se criminis suspectum
reddit, atque si in reatu constitutus esset, nomenque
eius inter reos receptũ.d.l.fi.§.fraudis.ff. de bo.
dãna.ibi, sed in desperatione rerũ per cōscientiã
metu imminentis accusatoris adoptet. Lucas de
Pēna in.d.l.si coloni.C.de agric. & cēsit. lib.xj.
allegat.l.si libertinũ.ff.de bo.liber.ibi, eademque
sequētur in bonis eorum qui metu accusationis
mortē sibi cōsciuerint aut fugerint quæ in dãna-
torũ bonis cōstituta sunt. Sed id in bonis tãtum
recipi potest per illũ tex.nō autē vt ad pœnã cor
poris afflictiuã extēdatur, per hunc tex. qui non

obstante fuga eos vult cõuinci: vt suprà diximus
in his verbis, quos conuicerat. & versic. præter-
ea. in verbo, conuicti. Idem in. l. vnica. §. j. C. de
rapt. virg. notat Felin. in. c. nullus. extra de præ-
sumpt. & Bart. in. l. j. ff. de bo. eo. qui ante sentẽ.
mor. sibi cõsciuer. &. d. c. si quis violator. &. c. si
iudex. de pace tenẽ. & eius viola. collatio. x. §. si
quis verò accusatus. versic. sed & eum. in authẽ.
vt nulli iudic. colla. ix. dum ait, sed & eũ qui hoc
delinquere præsumpserit, & si prius perfugit at-
tamen damus licentiã iudici & cõprehẽdere eũ.
Similiter in. d. §. si quis verò cõprehensorũ. eod.
titu. dum ait, si quis verò cõprehensorũ criminũ
latuerit, aut reliquerit prouinciã illã in qua cri-
mina deliquit, iubemus legitimis edictis à iudice
vocari eũ &c. In quo satis cõuenit. §. si verò etiã
quidam. in authen. de exhib. reis. colla. v. ibi, iu-
bere omnimodo exhibere reum tanquam periu
rum, & pene sui accusatorẽ per fugã factum. l. si
apparitor. C. de cohorta. lib. xij. l. locorũ. C. de
omni agro deserto. l. si coloni. C. de agric. & cen
sit. lib. xj. l. si fugitiui. C. de seruis fugit. Et in hac
parte comprehensos esse puto eos qui ex officij
administrati necessitate in prouincia certo tẽpo-
pore residere debent suos accusatores expecta-
turos, qui si ante tẽpus à lege vel statuto seu con
suetudine præfinito aufugerint vel sui præsentiã
latendo nõ fecerint, veluti pene sui accusatores
per fugas factos puniẽdos. quorũ meminit. l. cõ
siliarios. C. de assessoribus. §. necessitatem. in au-
then. vt iudi. sine quoquo suffrag. colla. ij. §. fin.
versi. super hoc sancimus. in authen. de collato.
colla. ix. d. l. si apparitor. C. de cohortal. lib. xij.
16 quos tex. paulopost plenius explicabimus. † Si-
mili poena puniũtur hi qui huiusmodi fugitiuos
cælant vel occultant. d. l. cõsiliarios. §. pro cõfes-
so. in verbo, subiexerit. C. de assesso. nõ tñ quod
pro confessis habeãtur, sed eorum fuga & absen
tia operabitur vt ad annotationẽ bonorũ proce
datur: vt in. l. si libertinũ. in fi. ff. de bonis libert.
cuius suprà meminimus, & probatione criminis
postea facta grauior pœna imponatur. l. quãuis
prouisum. C. de decurio. lib. x. l. j. & fin. ff. de re-
quir. reis. l. j. C. de requi. reis. l. absentẽ. ff. de pœ-
nis. de ea scribit Barto. in. l. defensionis facultas.
C. de iure fisci. lib. x. Ita intelligatur. d. l. vnica. §.
si autẽ. C. de raptu virgi. hic repeti posset mate
ria. l. post cõtractũ. ff. de dona. quã in repetitio-
ne. §. nõ aliàs. l. necessarios. suprà e. tractauimus.
Secundum tempus post accusationẽ. Luc. de
Pẽna in prædicta. l. si coloni. C. de agrico. & cen
17 sit. lib. xj. in ea fuit opinione † vt fuga illa fugien
tem ob id plus nõ grauet quàm si nõ fugisset: vt
si forte iudicis faciẽ vel seueritatẽ perhorrescat.
& ad id induci recte potest dicta. l. quis sit fugiti
uus. §. idẽ ait interrogatus. versic. si autẽ in hoc.
ff. de ædili. edic. & Bart. notat in. d. l. j. ff. de bo-
nis eo: qui ante sentẽ. mort. sibi cõsciue. neq; ob
fugã pro cõfesso haberi poterit secundùm Lucã
de Pen. in loco prædicto intellige quãtũ ad pœ-
nam corporis afflictiuã per rationẽ. l. j. ff. de re-
18 quir. reis. † quia inaudita causa nõ licet absentẽ
reum condẽnare. l. absentẽ. ff. de pœnis. l. j. C. de
requir. reis. l. inauditũ. ff. ad legẽ Iuliã de adult.
Hoc idem tenet Feli. in. d. c. nullus. in. iij. limita
tione. extra de præsumpt. & Modern. Papieñ. in
l. admonẽdi. lxxij. colũ. ff. de iureiur. Secus autẽ
erit quantũ ad bona quæ annotari poterũt: vt in
præcedẽti articulo diximus per dictã. l. si liberti-
num. ff. de bo. libert. l. j. & fi. ff. de requir. reis. &
l. j. C. eod. de requir. reis. & Luc. de Pẽna in. d. l.
si coloni. iij. colũ. cõmemorat diuũ Hieronymũ
in epistola cõtra Vigilantiũ, Si fugero, gladium
deuitaui: si stetero, aut vincendũ mihi est, aut ca-
dendũ. nõ sic est in epistola diui Hieronymi: sed
inquit, si fugero, gladium dimittã: si stetero, aut
vincendũ mihi est, aut cadendũ. et prius dixerat,
Nolo spe pugnare victoriæ, ne perdã aliquando
victoriam. sed haud multo post diuus Hierony-
mus ait vnũ quod huic nostræ sententiæ melius
cõuenit, Ego cùm fugero nõ vincar in eo quod
fugio: sed ideo fugio, ne vincar. ad similitudinẽ
Alcibiadis, cuius meminimus in. l. iij. §. subueni-
tur. suprà eo. Hic plura quæ illic per me scripta
sunt, & in. l. j. §. si sibi manus. suprà eo. repeti pos
sent, quæ huic articulo conuenirent. Addo quæ
Ioan. de Imol. scribit in clemen. pastoralis. in. x.
colum. super glos. in verbo, violentam. de re iu-
19 dicata. dum quærit † de incarcerato à iudice rela
xato cuius iniustitiam reus timet, si non reuerta-
tur an pœnam fugitiui euitabit. In qua dixit in il
lo tex. probari non teneri pœna fugitiui, si mors
iniuriosa inde sequeretur. alioquin redire tene-
retur, argumento illius decretalis. vbi glos. hoc
notat in verbo, violentam. Et dicit Ioan. de Imo
la etiam si iurasset redire, cùm per fas & nefas li-
ceat se ab huiusmodi pœna liberare. l. j. ff. de bo
nis eorum qui mortem sibi consciuer. Secundò
inquit, quia plus sibi quàm proximo vnusquisq;
debet. §. si illi. versicu. quicquid. xxij. quæstione
iiij. Hoc idem notat Bar. in. l. vis eius. C. de pro-
batio. cuius doctrinam copiose Felinus exami-
nat in. c. j. in. xj. colum. versicu. limitatur quarto.
extra de constitut. & illius doctrinam pariter &
Ioan. de Imola declaraui in. l. tertia. §. subueni-
tur. suprà eodem. Quibus adde Alexan. de Imo
la in. l. iij. §. item si quis. post Baldum in. l. prima.
§. Offilius. ff. ne quis eũ, qui in ius vocatus est, vi
eximat. Ex quorum doctrina tertius casus eo-
20 dẽ iudicio decisus est, videlicet de eo, qui † post
quam pro crimine incarceratus est, aufugit. licet
Ioannes de Imola per legem, in eos. & l. fina. ff.
de custod. reorum. dixerit eum qui aufugit, pro-
pter fugam præsumi de crimine, quo impactus
erat, cõuictum esse. Sed vt plenius docuimus in
d. l. iij. §. subuenitur. suprà eo. illa. l. in eos. omni-
no cõtradicit in his verbis, & quis innocẽtes ex
eo crimine inueniãtur ꝓpter quod impacti sunt
in car

in carcerem,tamen puniẽdi sunt: & sic non pro
crimine quo impacti erant puniũtur,quia inno-
centes inuenti sunt: sed propter effractum carce
rem puniuntur scilicet extraordinarie: vt in.l.j.
ff.de effracto.dixi plenius in dicta.l.iij.§.subue-
nitur.suprà eodẽ. hoc idem dicit.l.milites agrũ.
§.eius fugam.ff.de re militari.in duabus suis par
tibus.Prima ibi, quia custodiæ refuga nõ deser-
tor est militiæ. Secunda dum ait,eum tamen qui
carcere effracto fugit, etiam si ante non deserue
21 rit capite puniendum †,& incarceratus pro de-
serta militia qua accusatus erat qui carcere eru-
pto fugerit,vt desertor nõ punitur:quia,inquit,
militiæ desertor non est: nec Menandrum in nu
mero desertorum computãdum esse voluit: sed
quia carcere effracto aufugit, etiamsi non dese-
ruerit,capite puniendum esse voluit. quæ effra-
ctorum pœna posita est in dicta.l.j.ff. de effra-
ctoribus. Sed pro prima opinione recte induci
posset dicta.l. locorum.C. de omni agro desert.
libro.xj.ibi,sinvero impares esse earum tributis
propria confiterẽtur absentia,nec adesse volue-
rint &c. Et prius in capite legis dixerat, locorũ
domini intra sex menses edictis vocati reuertan
tur. quæ singulariter notanda esse puto pro his
quæ paulopost explicabuntur.Simili locutione
vtitur.l.si apparitor.C. de cohort.lib.xij. In pri
mis dum ait, Si apparitor defugerit criminosus
edictum quo reuocari possit adtecta conditione
legibus subsequatur.Inquit Accursius & bene,
nisi ad talem diem venerit.& sequitur in tex.me-
rito in latitantem à iudice pro qualitate peccati
sententia proferatur. veniam enim talibus non
permittimus, nec indulgentijs crimina subleua-
22 mus,& in.c.nullus.extra de præsumptio. † con-
fitetur enim de omnibus quisquis se subterfuge
re iudiciũ dilationibus putat.l.si tutor.C. de in-
terdict.matrimo.inter pupil.& tutor.ibi,manet
infamia contra eum veluti confessum de tutela:
quia huiusmodi coniunctione fraudem admini-
strationis tegere laborauit.Simili elocutione vti
videtur.l.ad splendidioris.C.de diuersis offic.li
bro.xij. In eos qui vt scelera sua occultent offi-
cium seu magistratũ aliquem habere procurant,
hi fugitiuorum numero iungi possunt, maxime
si dato aliquo suffragio sunt cõsecuti.facit.l.eius
qui delatorem.in princip.ff.de iure fis.de eo qui
delatorem corrupit, vt pro victo habeatur.l. in
fisci causis. illo eodem titulo.ibi,pro cõfessis ha
bentur si modo pretium vel modicũ dederint.l.
consiliarios.ff.de assessoribus. Pro confesso au-
tem tenebitur qui accusatus huiusmodi personã
subtexerit. Et hac ratiõe existimaui aliter quàm
suprà dictum fuerit fugæ materiam explicare.
23 In primis dico de eo † qui in reatu cõstitutus
est aut timet cõstitui & ob id à facie iudicis fugit
fugam eum de crimine suspectum facere.l.fin.§.
fraudis.ff.de bo.damnato.ibi,etiam si nõ in rea-
tu,sed in desperatione terũ per conscientiã metu

imminentis accusatoris quis adoptet.l. qui pœ-
næ.§.diuus.ff.de manumissio.ibi, vel cum futu-
rum prospiceret vt dãnaretur seruis datas liber-
tates non competere.& in versic.sequen.sed nec
quidem illos ad iustam libertatem peruenire di-
uus Adrianus rescripsit, q̃ ideo manumissi sunt
vt crimini subtraherentur.& in hoc puto secun-
dam glossæ interpretationẽ ad illum tex. in ver-
bo,crimini. veriorẽ per dictum.§.fraudis. quasi
in fraudem fisci manumissio facta sit.l.j.C. de iu
re fisci.lib.x.notat Barto.in.l.post contractum.
ff.de donationibus. & superius hac nostra lege
annotauimus.& Bal.in rubri.C.de reuocan. his
quæ in fraudem cred.fiunt.Moder.Papicñ.in.l.
non dubium.C.de legibus.
Confirmantur prædicta ex his quæ suprà scri
psimus videlicet.c.primum. versic.si vero viola-
tor.&.c.si iudex.de pace tenenda & eius violat.
colla.x.in dicto versic. si verò violator. dicitur,
24 † Si verò violator pacis à facie iudicis fugerit,
res eius mobiles à iudice in populo publicentur
& dispensentur:hæredes autem sui hæreditatem
quam ipse tenebat recipiant &c.in.§.si iudex. di
citur qui de sua diffisus innocentia, & ante con-
spectum iudicis venire formidauerit, si mansio-
nem in castro habuit,dominus eios omnia bona
mobilia sub sacramẽto iudici repræsentet, & eũ
de cætero in domo sua tanquam proscriptũ non
recipiat &c.Sed quantũcunq; iudicis conspectũ
fugiat,criminis reus iudicari non debet,nisi alijs
indicijs cõuincatur.l.vnica.§.sin autem post.cõ-
missum.C.de rapto.virgi.ibi, simile studium cũ
magna solicitudine adhibeãt vt eos possint com
prehendere,& comprehẽsos in tali crimine post
legitimas & iuri cognitas sine fori præscriptio-
ne durissimis pœnis afficiant, & mortis conde-
25 mnent supplicio. † Non igitur sola fuga rei etiã
de crimine accusati potẽs est ad eum conuincen-
dum,seu ad habendum eum pro confesso & con
uicto, sed legitimæ & iuri cognitæ probationes
necessariæ sunt.Idem in.§.necessitatẽ. in authen
ti.vt iudices sine quoquo suffrag. colla.ij. ibi, si
tamen antequã compleantur quinquaginta dies
fugiens capiatur,velut aliquod inhonestissimo-
rum mancipiorum damus licẽtiam collatoribus
detinere eũ in prouincia. & haud multo pòst se-
quitur, Et causam ex non scripto examinãte,do
nec reddat omne quidquid furatus ostẽditur. vt
in fine eiusdem.§.ibi,omne verò quod inuentus
fuerit accepisse, restituat in quadruplum. Ecce
quomodo cũ fuga probatio exigi debet omniũ
per iudicem exactorum.probant illa verba,exa-
minante.&,furatus ostenditur.&, inuentus fue-
rit accepisse.Similis text.in.§. & hoc quoque. in
authen.vt litigan. iurẽt in exordio litis.colla.ix.
ibi,sed si quidem inuenerint aliquid amplius exi
gentem.& in fine eiusdẽ.§. in verbo, si cognoue
rint &c. expressius in.§. ad hoc iubemus. in au-
26 then. de collat.colla.ix.qui tex. contra † iudices

ſeu collatores & alios publicos officiales q ſub
officij ſui velamine aliquid iniuſte vel indebite
exegerint, ſi ſui præſentiā non faciant, abſentes
vel fugitiui appareant, in eorum odium læſis ſeu
ab eis damnū paſsis iuramētum defertur, & pro
damnis illatis eis iurantibus ſecūdùm geſtorum
virtutem omne damnū reddi iubet publicatis ta
men edictis in abſentem. §. ſi verò. in authen. de
exhiben. reis. ſed melius probatur in. d. l. ſi appa
ritor. C. de cohorta. lib. xij. & d. l. locorū. in prin
ci. C. de omni agro deſer. lib. xj. l. quāuis proui
ſum. verſic. itaq; ſi vocati edictis. C. de decurio.
lib. x. l. j. & fi. ff. de requiren. reis. & clarius in. l.
j. & ij. C. de requir. reis. declarant. In primis di
cta. l. j. vult eum qui aufugit contra quē propter
grauis crimina quibus accuſatus fuerat per edi
cta proceſſum eſt, ad rei accuſati requiſitionē &
bonorū eius annotationē, nō ſtatim ad condēna
tionē feſtinādū eſſe, ſed annū ei ad ſe purgandū
cōcedendū eſſe: qui ſi ſe purgauerit res ſuas an
notatas fiſcus reſtituet: vt in. l. fi. ff. de requir. re.
27 † quæ etiā fructus inter mouentia bona haberi
vult. Si verò priuſquā ſe purgaret decedere cōti
gerit, hæredes res eius prius annotatas recipiēt.
l. j. §. fi. ff. de requi. reis. niſi q defunctus eſt de eo
crimine impactus ſeu accuſatus fuerat, quod de
iure ſeu iuris diſpoſitiōe ad hæredes trāſire poſ
ſit, iuxta. l. ex iudiciorū. ff. de accuſatio. hæredes
enim hoc caſu de innocētia docere debēt, per il
lū tex. & l. fi. ff. ad leg. Iul. pecul. l. ij. C. ſi pēden.
appel. mora interue. l. Pātonius. §. rei perduellio
nis. ff. de acquir. hære. in. l. ij. eo. tit. C. de requir.
28 reis. † Dicit ſi reus an annū reuerſus nō ſit, etiā
ſi argumētis & dilucida probatione innocētiam
ſuam purgauerit, nihilominus facultates eius pe
nes fiſcum remanebunt: ſed de crimine propter
fugam non punietur. Si verò nocens inueniatur
ſeueriori ſententiæ ſubiugetur. Sed quare ſeue
riori, gloſ. declarat in verbo, ſeueriori. Dicit eñ
Accurſius ſeueriori quàm ſi intra annum veniſ
ſet. Sed hoc nihil eſt: quia de ea ille text. non lo
quitur: vt ex verſi. ſequēti probatur, ſed de pœ
na corporis afflictiua tātum loquitur. Aliter &
ſecundo exponit Accurſius: quia bona nō recu
perat. pariter nec interpretatio iſta conuenit. nā
ſi crimen quo accuſatus erat publicationem bo
norum de iure admittebat, non conſideratur an
reus fugitiuus fuerit vel non fuerit: quoniam bo
norum publicatio in cōdemnatione erit, per ſu
pradicta. Tertiò dicit Accurſius, fit infamia. ſed
29 hæc interpretatio minus cōuenit. † nam verum
eſt eum qui aufugit adeo ſe ſuſpectum reddere,
vt nō tantum à nota infamiæ liberetur. l. fina. C.
eo. de requir. reis. ſcilicet infamia facti, ſecūdùm
gloſ. illic in verbo, ſed famæ, videlicet apud bo
nos & graues. l. licet. & l. honori. ff. de obſeq. pa
tro. præſtand. verū etiā bona annotantur. l. fi. C.
eo. Quartò inquit Accur. in probando vt in. l. j.
illius tituli. C. de requi. reis. ſed nec iſta eſt vera.

nam illa. l. ij. vult eum omnino de crimine puniri
ſecundùm quod crimen exigit, ſi de crimine con
uincatur ſeu nocens reperiatur. Quare dic aliter
ad illa verba, ſeueriori ſententiæ ſubiugetur. ſe
cundùm quod crimen exigit. & quia aufugit, ſe
uerius puniatur propter fugam: quia etiā ſi inno
cens impacti ſibi criminis inuentus ſit, nihilomi
nus quia fugit punitur. l. in eos. in fi. ff. de cuſto.
reo. & in. l. fi. eiuſdē titu. C. de requir. reis. Nam
30 † reus reuerſus poſt annum quantūcunq; de cri
mine quo accuſatus erat innocens inuentus ſit,
bona tamē annotata amittit & fiſco applicātur,
per illum text. Ecce in quo reus fugitiuus, qui iu
dicis faciem propter crimē formidauerit, nolue
ritq; in iudicio cōparere, propter fugam puniri
debet. Similiter notatur in dicta. l. quāuis proui
ſum. C. de decurionibus. lib. x. non aūt quòd de
crimine quo accuſabatur propter fugam ſolam
ſeuerius puniri debeat, ſicuti pleriq; ſentire vo
luerunt, per dictam. l. in eos. ff. de cuſtod. reo. &
male, vt ſuprà docuimus. & in. l. iij. §. ſubuenit.
ſuprà eod. niſi cū fuga nocens repertus ſit, dicta
31 l. ij. C. de requiren. reis. Et iſta eſt veritas. † Rei
enim propter fugā non vlterius culpātur, quàm
quod de crimine ſuſpecti redduntur. §. ſi verò
etiā. verſic. illum. in authen. de exhiben. reis. ibi,
& pene ſui accuſatorē per fugam factum. nam et
tex. in. d. c. ſi iudex. & c. ſi verò violator. de pace
tenenda & eius viola. colla. x. in hoc ſatis conuē
nit cum. l. fina. ff. de requir. reis. Non ergo ex eo
quòd quis iudicis præſentiā euitat, donec iuſti
tiæ furor ſeu iudicis feruor durat, vt iudicē reli
gioſiorē ſeu fauorabiliorē inueniat: vt inquit. l.
denūtiaſſe. §. ſi. ad le. Iul. de adul. ob id de crimi
ne infamari nō debet. Cuius ſentētiæ fuit Bar. in
l. j. ff. de bo. eo. qui ante ſent. mor. ſibi cōſci. Pro
quo eſt. d. l. quis ſit fugitiuus. §. j. verſi. ſinautē in
hoc latuiſſet. ff. de ædili. edic. Plus Vlpianus Iu
reconſultus voluit in. l. abſentē. §. j. ff. de pœnis.
32 † Reum propter fugā ſeu rei abſentiā nō debe
re niſi vſq; ad relegationē cōdēnari, etiā ſi ratio
ne criminis abſens vel fugitiuus ſit: tametſi vſq;
ad deportationē aut dānationē in metallū rectè
potuiſſet auditus à iudice cōdemnari. Cuius au
thoritate non vtimur, ſed paſsim abſentes furcis
cōdēnant effigie hominis cōficta, cōburūtur aut
alijs pœnis imaginarie tñ affligūtur ad ſimilitudi
nē Alcibiadis cuius mentionē fecimus in. l. iij. §.
ſubuenit. ſuprà eo. q nihilominus Athenieſibus
ſignificauit ſe adhuc viuere. Sīe de Demoſthe
nis fuga ſcribit Plutarchus, qui cū ab Archia ar
gueretur quod aufugiſſet & in interiorē templi
partē conceſsiſſet, ac veluti timidus & vecors ab
Archiæ ſatellitibus irrideretur, atq; pro ignauo
& timido accuſaretur, quòd in propria cauſa di
cturus prius aufugiſſet quàm in iudiciū ad tuen
dum ſuam cauſam deueniſſet, probra iniecta nō
veritus eſt. Nam cū ab exilio p Athenieſes reuo
catus fuiſſet, magiſtratus & ſacerdotes cūctoſq;

ciues obuios habuisse eodem loco scribit Plutarchus, manusque ob id sæpius ad cælum tetendisse, quod præclarior quàm Alcibiadi sibi reditus in patriam fuisset, persuasis ciuibus nō coactis.
33 † Sic fuga plerunque iuuat vt post aliquod tempus feruor ille iudicum maturari & mãsuefieri contingat. Quibus conuenit dicta. l. prima. §. j. versic. si autem grauius. ff. de requirend. reis. Et si forte exules vel extorres moriatur nō prohibentur hæredes, seu prohiberi non debent defuncti innocentiam defendere. l. fin. versic. si neque redierint, neque qui se defenderit, habuerint. ff. de requiren. reis. & in dicta. l. ij. versic. & si postea. C. de requiren. reis. etiamsi rei criminis læsæ maiestatis facti fuissent, dicta. l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquiren. hæredita. l. fina. in fi. ff. de bonis eorum qui mortem sibi cōsciue. l. res quæ. in princip. versicu. & defuncto.
34 ff. de iure fisci. Alioqui indecens † & à ratione alienum esset absentem & inauditum condemnare, dicta. l. absentem. ff. de pœnis. &. l. j. in princ. ff. de reis. &. l. inauditum. ff. ad legem Iuliam de adult. quod vtique fieret si absens tametsi contumax condemnaretur. & ob id per Clementem quintum in Clementina, pastoralis. de re iudic. improbata est extrauagans Henrici Imperatoris, ad reprimenda, & qui sint rebelles. per quas Henricus Imperator Robertum Siciliæ regem absentem & inauditū, reum criminis læsæ maiestatis fecerat, illoque iudicio cōdemnauerat, sicuti aliquādo diximus in. l. necessarios. §. non aliàs.
35 in repetitione suprà eodem. † Et si forte ad instātiam hæredum comperiatur defunctum iniuste accusatum fuisse, eosque absolutoriam sententiam in accusatores obtinere: accusatores ad resarciēda omnia damna passa & interesse cum expensis per eos passis à iudice cōdemnandos esse. l. patre. ff. de quæstio. l. verba. C. ad legem Iuliam de adult. l. si postulauerit. in princ. &. §. fin. ff. ad legē Iul. de adult. l. iij. C. qui accusare possunt. cuius materia hic repeti posset, pariter &. c. fin. extra quod metus causa. quā consulto omittimus cum ab hoc instituto nostro longe sit. Vide circa id quod scribitur in. l. properandum. §. sin autem alterutra. &. l. sancimus. C. de iudicijs. §. oportet. in authen. de iudicibus. colla. sexta. & in. l. si iudex. ff. de varijs & extraord. cogni. l. seueriter. C. de excusatio. tuto. Et licet Bald. plurimum dubitauerit, & ob id cuicunque bono iudici seu lectori commiserit vtrum velit ex vna & altera opinione eligere, dixeritque mox speciale esse in adulterio & aliquibus casibus per eum memoratis, in quibus accusatores si in accusatione sua deficiāt ad expensas, damna & interesse condemnari debent: sed non potest in his speciale
36 esse: † Imo potius hoc regulare est, omnes accusatores, si in accusatione deficiant in omnibus damnis, expensis & interesse condemnandos esse. l. si procurator. ff. rem ratā haberi. l. secunda. C. de fruct. & litium expen. c. in nostra. extra de iniurijs. & dicta. l. tertia. C. qui accusare possunt. Quæ lex generaliter loquitur de eo qui de publico crimine aliquem accusat: qui si desistat, vel in accusatione deficiat: vltra inscriptionis pœnam vult illum ad sumptus litis, & quos circa ipsum iter ad litem vocati fecerunt, condemnari, dependereque cōpelli. §. quoniā vero contingit. in versicu. si enim. ibi, Iudex omne ex hoc accidens damnum læsis medebitur. & versic. officium. ibi, non solum damna læsis compelluntur restituere. in authenti. vt nulli iudicum liceat habere loci conserua. collatio. ix. §. ad hoc iubemus. versicu. si verò contigerit. ibi, & sub gestis monumentorum vnumquenque tangentem sancta Euangelia palàm facere illata dispendia, & ex illius substantia contra quem talia facta sunt monumenta omne damnum læsis restitui. & ibi, scientibus quia si hoc compellere neglexerint, ipsi de proprijs facultatibus omnia damna læsis restituere compellentur. in authenti. de collato. collatio. ix. dicto. §. necessitatem. in authen. vt iudices sine quoquo suffragio. Addit Cinus. c. calumniam. extra de pœnis. authen. generaliter. C. de episcop. & cleric. & ipse idem Bald. in. l. data opera. C. qui accusa. possunt. in ea fuit opinione glos. in. c. sicut dignum. §. eos. per illum text. extra de homicid. & in. c. peccatum. in verbo, restituatur. de regu. iur. in. vj. Neque obstat quædam leuia per eundem Bald. allegata in dicta. l.
37 tertia. C. qui accusare possunt. † Primò dum arguit de seruo & monacho, qui accusare possunt. l. hos accusare. §. primo. ff. de accusatio. qui si male accusant, luunt in corpus, cùm in bonis nihil habeant. l. fina. ff. de in ius vocando. l. si quis id quod. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. & ista corporalis afflictio loco damnorum est. l. sed et si. §. si ante iudicem. ff. de iniur. per eam enim luitionem is qui iniuste à seruo accusatus fuerat satisfactionem recipit. c. si res. xiiij. quæstione. vj. Notat Romanus in notabili. xxiiij. Et ob id ca-
38 ueant † creditores à debitoribus pœnam aliquā corporalem pro suis debitis exigere: quoniam debitores liberi erunt. Idem tenet glosa in. c. sicut dignum. §. eos. in verbo, si habent. extra de homicidio. Bald. in. l. quicunque. columna. v. in princip. C. de seruis fugiti. glos. in. c. peccatum. in glos. j. de regulis iur. in. vj. Et Felinus in. c. sicut dignum.

Prædictis Bal. in dicta. l. iij. colum. iiij. C. qui accusare possunt. quædā alia leuia addebat. Primò quia lex inter ciuilia et criminalia distinguit: quæ distinctio in alio esse non potest, quàm in expensis, damnis & interesse. l. non ignorat. C. de fructibus & litium expen. nam lex quæ in criminali pœnam exigit, non per id ab expensis & damnis eximit: vt in dicta. l. tertia. C. qui accusare possunt. l. prima. in princip. &. l. fina. ff. de his qui deiece. vel effude. similiter & multæ aliæ le-

ges, quarum Bald. ipse meminit in dicta. l. iij. colum. iiij. in princip. C. qui accusa. pos. alleg. l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. l. penulti. ff. de calumnia. cum multis alijs legibus, quarum mentionem suprà fecimus. Tertiò addebat glos. in proœmio Institutionū. in verbo, calumniātium, quæ hoc non dicit. Quartò inquit, non debet iudicium claudicare.

39 † Reus autem secūdùm eum qui sanguinem suum redimit, in expensis condemnari non debet: quia temere hoc fecisse non dicitur. l. prima. ff. de bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi consciuc. Illa lex ab expensis, damnis & interesse reum non releuat: quare remanet conclusio nostra vera, reum seu actorem ratione criminis vel calumniæ in expensis, dānis & interesse cōdemnandū esse. l. cum. C. de procura. l. sed et si per prætorem. §. sed si dum decreto. ff. quibus ex causis maior. §. si verò. primo. in authen. de exhibē. reis. collatio. v. per quos tex. ita notat Ange. in. l. vnica. colum. ij. ff. si quis ius dicenti non obtempe. de quo etiam in. §. fi. eiusdem legis. vbi per Angelum & Moder. nisi forte iudicantis religio aliud statuendum esse de iure comperiat, vt in eis venia dignus sit: argumento. l. et si seuerior. C. ex quibus causis infa. irrogatur. ibi, certis rationibus motus mitiorem sententiam dixerit. §. cum oportet. in authē. de iud. collatio. vj. glos. notat in dicta. l. non ignorat. in glos. fina. C. de fructibus & litium expen. vel nisi reus à principe priuilegium obtinuerit. l. fina. eodem titulo. C. de fruct. & litium expen. & hæres etiam condemnandus erit si reus viuens non soluerit. l. ij. C. eod. de fruct. & litium expen. dicto. c. sicut dignum. §. eos. extra de homici. glos. in. c. peccatum. de regu. iur. in. vj. in verbo, oblatum. Et ratio posita est in. l. eius qui delatorem. versic. plane. ff. de iure fisci. ibi, quia non pœnæ sed causæ restitutio est. l. ij. C. vbi causæ fisca. ob id ad hæredem transit, per illos text. & l. fina. ff. ad legē Iul. pecul.

40 † Idem dico in subterfugiente, qui in expēsis, damnis & interesse secundùm rei & causæ exigētiam condemnari potest, dicto c. nullus. extra de præsump. vbi hoc notat Ioan. Andre. post Innoc. & Hostien. addentes text. in l. sancimus. C. de iudic. Et hac ratiōe iudex quantum potest dilationes & subterfugia amputare debet. l. j. C. de dilat. l. ij. in prin. C. de temp. app. Et ob id iudices à reis iuramentū exigere solent se non malitiose dilationē postulare. quod iuramentum ad similitudinē iuramenti calumniæ inuentum est, iuxta. c. ij. in fi. extra de iuramen. calum. lib. vj. Melior text. quouis alio in. l. j. ff. de iure patrona. Adde quod not. Innocē. in. c. post electionē. extra de cōcessio. præben. Vide quæ post Accursium scribūt omnes in. l. j. C. de dilat. in verbo, flagitauerit. in. c. pastoralis. in verbo, malitiose. vbi plenius per Abba. post Inno. Hostien. & Anto. de Butrio extra de except. Alex. in. l. ij. & l. si se nō obtulit. §. si quis condēnatus. ff. de re iudi. Bart. in. l. vnica. ff. de glande legenda. & in. l. si priusq. vbi Modern. Papieñ. plura notauit. ff. de noui oper. nuntia.

41 † Nam boni recti iudicis est malitijs hominum obuiare. l. in fundo. ff. de rei vendi. c. finē litibus. extra de dolo & cōtuma. de quo etiam in. c. præterea. extra de dilatio. l. quicunq. in fi. C. de seruis fugiti. Et istud iudex ex debito sui officij ꝓcurare debet: quoniam, vt inquit tex. in. l. properandum. in fi. princip. C. de iudi. cùm nullus tam audax inueniatur, qui possit inuito iudice litem protelare. Cui adde. l. diffamari. C. de inge. manumis. clemen. dispendiosam. de iudi. Dinus in regula, indultum. de regulis iur. in. vj.

Reliqua in materia fugæ desiderabis ex his quæ Bar. Bal. Ange. Alex. & Papienses moderni scribunt in. l. admonendi. ff. de iureiur. Nicolaus Spinellus & Ioan. de plat. in. l. locorū. C. de omni agro deserto. lib. xj. Lucas de penna in. l. si coloni. C. de agrico. & censi. lib. xj. Felin. in dicto. c. nullus. & c. afferte. extra de præsump. Andreas de Isernia in. c. vnico. quæ sint rega. colla. x. in verbo, contrahentium incestas nuptias. colum. x. Aretinus in. l. si fugitiui. C. de seruis fugi. Cinus in. l. vnica. C. de rapto. virgi. Angel. Roma. & Ioan. de Imol. in. l. interesse puto. ff. de acquiren. possess. post Guliel. de cunio in. l. si olei. argumento illius legis. ff. de dolo. Bart. in. l. defensionis facultas. C. de iure fisci. libro. x. & in. l. quanuis prouisum. C. de decurio. eodem libro. Bal. in. l. bonæ fidei. C. de rebus credi. & alijs locis suprà relatis. Hæc pauca iungere poteris his quæ diximus in. l. iij. §. subuenitur. suprà eodem.

In tex. conuicerit. nota text. omni suspicione

42 carentem, vt suprà docuimus, & probantem † solam fugam ad condemnandum nō sufficere, sed conuictionem esse necessariā. Cui adde similem in dicta. l. si apparitor. C. de cohortalibus. libro xij. l. vnicam. §. sinautem post commissum. C. de rapto. virginū. in duabus partibus simul coniunctis, prout ille tex. coniungit. primo dum ait, aut fuga euadere potuerit. Secundò ibi, & comprehensus in tali crimine post legitimas & iuri cognitas probationes. & in. l. fina. C. de appar. præfecti vrbis. lib. xij. ibi, accusatus & conuictus. §. si verò contigerit. in authen. de collato. colla. ix. l. secunda. C. quor. appellatio. non recipiuntur. l. fi. in fi. in verbo, conuictus. C. ad legem Iul. repetund. l. edicto. in princ. ibi, & probasset. ff. de iure fisci. Et oportet conuictionem ex legitimis probationibus fieri. l. prima. C. pro quibus causis serui pro præmio libert. meruer. ibi, incorruptis probationibus ac strenuo nisu. & ibi, ex sententia præsidis. l. finali. C. de reuocand. donatio. versicu. ex his. ibi, si fuerint in iudicium dilucidis argumentis cognitionaliter approbatæ. l. diuus. & l. reos. C. de custodia reorum. l. secunda. C. de falsa mone. Plura suprà dicta sunt: alia hic non repeto.

In textu

In textu, in singulos seruos. adde huic similē in.l.pen.ff.de colleg.illic. Et Bal.hic ad quæstionem statuti præmium capienti bannitum concedentis,inducit, si † forte contingat aliquem plures bannitos capere, an pro singulis bannitis ex vi statuti præmium dari debeat. Hæc quæstio de indubitabili esse videtur per hunc tex.& dictam l.penulti.ff.de colleg.illic.ibi,in singulos homines aureorum centum.l.nemo ducum. in fin. C. de cursu publico. lib.xij.ibi,per singula animalia quibus vsus est. Adde text.& quod illic Barto.non ineleganter aperit in.l.iij.§.si ad plures. ff.de sepulchro viola. vbi tria dubia absoluere videtur. Primum est quando vnus delinquit in plures. Secundū, quando plures in vnum. Tertium, quando plures in plures delinquunt. De quibus etiam per Bald.in.l.cum rationibus.colum.ij.C. qui accusa.poss. & Ioan.de Imola in.l.fina.ff.de duobus reis. in versicu.tangit etiam secundo de pluribus pacem facientibus. Bal.in.l.qui fidem. ff.de transactio. Bart.in.l.capitis.ff.de fideiusso. Quibus adde.l.milites qui in re publica. in fine. C.de re milita.lib.xij.l.quicunq.versi.sin vero. C.de seruis fugi.ibi,vel prædictam æstimationē pro vnoquoq; repræsentet. Vbi Frācíscus Areti. post Bald. hanc regulam dicit non procedere in casu quo parti læsæ propter delicti reiterationem nouū interesse non resultat,seu melius non prouenit.l.eum qui. &.l.verum. ff.de furtis. l.j. C.de condict.furti. Quibus adde textum in.l.si mensor.ff.si mensor falsum mod.dixe. &.l.j.§.j. ff.de seruo corrup.l.j.§.fin.ff.de peric.& cōmodo rei vend. Ex his dicunt Bal.& Aretinus in lo

44 co prædicto, † si quis mille testes falsos produxerit in vna causa,pro singulis non punietur singularibus pœnis, sed totum æstimatur vnum falsum. Et idem dicunt de continuo Iudēte ad taxillos allegantes Bart.in.l.inficiādo.§.infans.ff.de furt.& in.l.nunq̄ plura.ff.de priua.delict.in.l.si gemina arbor.ff.arbo.fur.cæsa. Quibus adde.l. j.§.docere.ff.de eo per quem factum est. licet aliquando plura dixerim in sequēti quæstione post Roma.hic aliqua dicemus. Sed priusquam vlterius progrediar, volo aliam quæstionē attendi.

Tolle exēplū in statuto odioso pœnā imponēte villæ seu pago vel oppido malefactorē non capiēti in suo territorio vel districtu,q̄d statutū sub ditione Ianuæ & Ianuēsi agro inuenidi est obseruātia.si plures in territorio alicuius oppidi delinquere inuēti sunt,an p̄ q̄libet delinquēte non capto & iudici oblato,vt in.d.l.pe. ff.de colle.illi. totidē pœnæ exigi possint q̄t malefactores cōperiēt in illo oppido deliq̄sse.quā Roman.hic ad vnā & alterā partē pleno stilo disputat, & cuius dicta Ang.Are.trāsplātat in trac.malef.in verbo, fama publica præcedente.colū.xliij.& seq. Mox Roman.illā absoluit, & post multā disputationē nouissime tādē ait,in odiosis aliter q̄ in fauorabi

45 libus sentiēdū esse:vt † respectu villæ ex alterius delicto ad pœnā obligatæ vnicū sit delictum, & hac ratione vnicā pœnā tantū deberi:licet ex parte delinquētiū plura sint delicta. Et vltra ea quæ notat Roma.adde text.in.l.item Mela.§.si plures.&.l.illud.ibi,vt non in singulos.ff.ad legem Aquiliam.text.& glos. non negligenda in.l.penult.§.fina.in verbo,in singulos. ff.ne quis eum qui in ius voca.l.j.§.docere.ff.de eo per quem factum est.Sed doctrina Roma.forte intelligenda esset vbi vno impetu plures deliquerunt,vt in.l. si in rixa.ff.ad legem Corneliam de sicar.dicta.l. illud.§.fin.ff.ad legem Aquil. ibi, aliter atque si vno impetu &c.de quo in.c.sicut dignū.vbi per Abbatem & Felin.extra de homicid.& Bald.in authent.sed nouo iure.C.de seruis fugi.recte in vno casu per eum recitato cōsiderauit de eo qui plura delicta commisisse confitetur eodem loco & diuersis tēporibus:vt hæc confessio sufficiens non sit ad condemnandum eum quòd plura delicta commiserit:cùm intelligi possit & eius confessio saluari de diuersis temporibus scilicet continuatis.l.nunquam actiones.ff.de actio.& obligati. Melius probat lex,quod ait lex.§.quod ait lex. ff.ad legem Iuliam de adult. Et recte induci potest dicta.l.illud.§.fin.ff.ad legem Aquiliam. Moder.Papien.notat in.l.fructus.ij.col.ff.soluto matri.& maxime secūdum Bal.in odiosis seu

46 criminalibus recipienda est hæc declaratio: † cū in ambiguis in mitiorē partē interp̄tatio fieri debeat.l.si q̄s intētione. ff.de iudi.l.interp̄tatione. ff.de pœnis.c.cū dilecti.extra de accusat.de quo per Bar.in.l.nunquàm plura.ff.de priuat.delic. Flor.in dicta.l.item Mela.§. si plures.ff.ad legē Aquil.& in.l.j.§.fi.ff.de his qui deiece.vel effuder. Pro his bene facit ratio.l.si multi.ff.de publi.& vectigal.l.aufertur.§.fin.ff.de iure fisci. Secus igitur dicendum erit,si diuersis temporibus et interpollatis delicta fiāt, vt sic plures sint, non tantum numero, sed & specie delinquentes, dicta.l.illud.§.fin.ff.ad legem Aquiliā.nunquàm plura.vbi id notat Barto.ff.de priuat.delict. Et Bald.in dicta authen.sed nouo iure.col. secunda.in fine.C.de seruis fugit.& Bartol.in.l. agraria.ff.de termi.amot.vbi in quæstione paulo ante proposita post Baldum & Aretinum in l.quicunque.C.de seruis fugit.de eo qui plures falsos testes producit,an pro singulo puniri de-

47 beat:distinxit † aut super eodem facto produxit,aut super diuersis:vt primo casu vna pœna tantū puniatur. Secūdo verò casu duplici pœna, imò pro singulis falsis testibus puniatur:vt in.d. l.pe.in fi.ff.de colleg.illicit.l.nunquàm plures. ff.de actio.& oblig.& aliis legibus,quarū supra meminimus. Quibus addo rōnē legis, scire debemus.in princ.ff.de ver.obli.ibi,nā per singulos denarios singulas esse stipulationes absurdū est. Quibus adde Cinum & Ioan.Fabr.in.l.qui de crimine.C.de accusatio. Et hac ratione Alex. de Imola in dicta.l.scire. dixit, si ex vi statuti

bannitus ex summa ascēdente ad cētum aureos, impune occidi potest. Si ex duabus summis centum aureos excedētibus seu ascendentibus ad cētum aureos aliquis bānitus fuerit, videlicet qualibet summa quinquaginta aureos ascēdente: huiusmodi bannitus impune occidi aut aliter offen
48 di nō poterit. Ex † illis enim duabus summis imperfectis vna perfecta fieri non potest. l. vnica. C. qui numero tutel. quam Lancelo. Decius & Moder. Papi. notant in. l. pacta nouissima. C. de pactis. l. stipulatio ista. §. alteri. versicu. eum qui. vbi Alexan. plura repetit, & in. l. quoties in stipulationibus. ff. de verborum obliga. & Franciscus Are. in. l. si stipulatus essem. argu. illius. l. ff. eodem. de verbo. obliga. Flor. in dicta. l. illud. §. fin. per illum tex. ff. ad legem Aquil. Bart. Ioan. de Imo. Roma. & Ang. in. l. cum si exhibuissent. §. fin. per illum tex. ff. de public. & vectiga. Papi. Moder. in. l. si familia. ff. de iurisd. omnium iudi. qui ita declarat dictā. l. item Mela. §. si plures. ff. ad legem Aquiliam. vt respectu delinquentium plura delicta censenda sint, non autem pro inter esse tertij: & in hoc interesse partis læsæ diligenter spectandū est: vt suprà dixi post glos. in. l. pe. §. fin. in verbo, in singulos. ff. ne quis eum qui in ius voca. est. &. l. prima. §. docere. ff. de eo per quem factum est. l. prima. §. primo. ff. de seruo corrup. l. si mensor. ff. si mensor fals. mod. dixe. l. prima. ff. de pericu. & commo. rei vendi. & alijs legibus suprà cōmemoratis post Bald. & Frāci. Aret. in dicta. l. quicunq. C. de seruis fugitiuis. quæ lex ad id rectè facit. & Bart. in dicta. l. agraria. ff. de termino amoto. et in. l. nunquam plura. ff. de priuatis delic. Ita voluit totum titulum. ff. si famil. furtum fecisse dicatur. debere intelligi. Quibus adde Dinum in. l. prima. ff. de public. & vectiga. Bald. Pau. de Cast. & Alexan. in. l. minoribus. C. de his quibus vt indig. in. l. ex maleficijs. §. fina. ff. de actionibus & obligationibus.

Sed iste tex. prædictis omnibus plurimum obstat in his verbis, & ei qui conuicerit deni aurei præmij nomine darētur ex bonis damnati. Prius autem dixerat, qui suspecti reperiantur, ex vinculis causam dicant. Verbum deni est multiplicatiuum. l. lecta. in verbo, centenos. ff. de rebus creditis. Et sic pro quolibet conuicto velle videtur decem aureos conuincenti dari debere. l. si quis testamento. in princi. ff. de lega. j. glos. & Bart. in l. stipulatio ista. §. alteri. versicu. eumq. in verbo, Titio decem. ff. de verborum obligatio. Præterea in capite huius legis dicitur, vt in singulos seruos quos conuicerat, quinque aureos ex bonis occisi, aut si inde redigi ea quantitas non possit, ex publico accipiat. Ex quibus verbis improbata videtur distinctio Baldi & Aretini in dicta. l. quicunq. C. de seruis fugit. dum dicunt non esse eum puniendum, qui plures testes falsos in vna eademq; causa producit, nisi pro vnico crimine: & sic pro singulis testibus non esse puniendum. Et tamen iste text. omnes seruos qui dominum occiderunt vult puniri, & pro singulo seruo de nece domini conuicto quantuncunq; vnicus actus sit vult accusatori quinq; aureos dari. Idem in dicta. l. quicunque rei. ibi, vel prædictam æstimationem pro vnoquoque repræsentet. Hic repeti possent aliæ leges suprà commemoratæ: quibus conueniunt dicta. l. si gemina. in fin. ff. arbo. furt. cæsar. &. l. terminato. ff. de termino amoto. Et hac ratione Roma. hic dixit odiosa à fauora-
49 bilibus esse distinguēda. † Sed ista distinctio nō satisfacit legibus prædictis, quæ non dissimilem diffinitionem faciunt inter actus fauorabiles & odiosos. Quare dico verius esse quod in hac lege dicitur pro singulis præmium esse concedendum, & à singulis omnibus delinquentibus exigendam esse: & id pro Reipublicæ beneficio. In primis per rationem. l. penult. §. fina. &. l. fina. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est. quia vnusquisque pœnam suam soluit. Secūdò vt facilius ad detegenda huiusmodi crimina inuitantur qui illa detegant: vt nunc dicemus. &. l. secunda. §. fina. C. de calumniat. Tertiò, vt defunctus facilius suæ iniuriæ vltorem inueniat: vt in. l. j. in princi. suprà eodem. Et hac ratione præmium accusatori conceditur: vt in. l. prima. in princi. ff. de iustit. & iure. Quartò ne accusatoris officium damnosum sit ei, qui difficilius plures quàm vnum conuincere potest: vt in dicta. l. quicunque. §. fin vero. C. de seruis fugi. quia forte varij varia committerunt: vt in capi. sicut dignum. extra de homicī. nisi fortè calumniosa inueniretur accusatio. l. nostis. & duabus legibus sequentibus. C. de calumniatorib. nisi accusator ex personis sit quæ à iure etiam à calumniosa accusatione excusari solent. l. qui cum maior. §. si patris mortem. et. l. Paulus. ff. de bonis liberto. & maximè si iustam errandi causam accusator habuerit. l. in seruitutem. §. si petierit. ff. eodem. de bonis libertorum.

In versicu. quod præmium. Plura dicta sunt in. l. iij. §. si ex stipulatu. &. §. sequenti. suprà eod. Cæterum hic text. rectè probat præmium quod à lege vel statuto pro captione malorum seu perditorum hominum ordinatum est, pro reis principalibus cōuictis, non etiam pro eis qui cædem non admiserunt, concedendum esse: tametsi de eodem crimine accusati fuerint & condemnati. Hoc probatur in hac lege ibi, non in omnes seruos qui sub eodem tecto loco ve fuerunt, sed in eos solos qui cædem admisissent accusatori attribuitur. Et dum hic dicitur, qui sub eodem tecto loco ve fuerunt, intellige & audire potuerunt. l. fina. C. eodem. l. prima. §. eodem autem tecto. & l. iij. §. furdus. suprà eodem titulo. Adde ad hunc text. rationem positam in lege, si multi. ff. de pu-
50 blic. & vectiga. ibi, † nam inter criminis reos & fraudis participes multum interesse constituerunt. Hic repeti possent quē scripsimus in. l. prima. §. occisorum. versicu. quid ergo. & in capite huius

huius legis, suprà eod. Et hac ratione glos. hic in
verbo, cædem. ait grauius esse delictum quod
in committẽdo fit, quàm quod in omittendo. di
ximus in.l. propter venen. suprà eod. titu. Adde
quæ circa hoc notat Ange. Areti. in tractatu ma
leficiorum. in verbo, Andream auxiliatorẽ. Ad-
dit hic Romanus. l. apud Iulianum. in princi. ff.
de actio. empti. voluit allegare. l. Iulianus. illo ti-
tulo. l. diuus. suprà eo. & l. si mora. ff. solu. matri
mo. in vers. præterea. in his verbis, ita vt ex vincu
lis causam dicant. Hic tex. solet ad id allegari &
51 notari contra † reos de crimine accusatos, qui
post accusationem aduersus eos propositam &
institutam aufugiunt, si postea deprehendantur,
ratione fugæ, ius in vinculis dicere debeant, neq;
datis fideiussoribus relaxandos esse. Et Accurs.
hic in verbo, ex vinculis. allegat. l. ij. ff. de custo.
& exhib. reo. Sed illa. l. de reo accusato, qui aufu
git, non loquitur, sed de seruo capitali crimine
accusato: qui si non defendatur, in vinculis cau-
sam dicere debet. Sed vbi à domino vel ab exte-
ro defendatur vel pro eo de iudicio sisti caue-
tur, in vinculis non detinebitur. Et si ab initio
in carcerem coniectus erat, quia à domino fortè
absente non defendebatur. si reuersus dominus
illum defendere vult, ex vinculis liberari debet.
Idẽ dico in eo qui propter paupertatẽ ab initio
non defendebatur. argumẽto est. l. ij. §. fin. ff. de
iure fisci. vbi ex illo text. & glos. illic ad alios ca-
sus fit extensio. Idem in. l. cũ vero. §. apparet. ff.
de fideicõmissar. liber. l. si procuratorẽ. §. si igno
rantes. versi. cæterum. ff. manda. ibi, quid autẽ si
paupertas nõ permisit, excusata est eorũ inopia.
l. cum emancipati. §. fi. vers. si propter inopiã. ff.
de collatio. bono. Comperio autem Alexandrũ
de Imola in apostil. Bart. in. l. j. ff. de custod. reo.
& in apostillis Baldi in. l. nemo. C. de episco. au-
dien. hãc glos. inducere ad quæstionem quæ fie-
ri solet de eo qui à palatio seu alio loco vel car-
cere quo detinebatur aufugit, tametsi datis fide-
iussoribus vel cautionibus custodiæ alicuius cõ
mitti posset, quemadmodũ Iureconsultus ait in
l. j. ff. de custod. reo. propter fugã beneficium il-
lud amittet, & ex vinculis causam dicere tenebi-
tur, per doctrinam huius glossæ. Et quis hoc di
ctum in se verũ esse possit, & pene sit de indubi-
tabili: non tamẽ glos. hoc dixit, tametsi verũ sit,
52 † eũ qui post accusationẽ aufugit debere pro-
pter fugã in vinculis ius dicere, vt paulo ante di
ximus hoc argumẽto. l. locorũ. C. de omni agro
deserto. lib. xj. & l. si apparitor. C. de cohortali-
bus. lib. xij. §. si vero etiã. in authẽ. de exhibend.
reis. colla. v. quãto magis si effracto carcere seu
effractis vinculis accusatus aufugerit. Et ratio
est, quoniã nemini carcerato ex vinculis seu ex
carcere aufugere liceat, etiam si faciliter & absq;
effractiõe aufugere seu se à vinculis eripere pos-
sit, secundum Accurs. in. l. succurritur. in verbo,
putat. ff. ex quib. causis maiores. Allegat. l. si ca-
ptiuus. ff. de captiuis & postlimi. reuers. Sed illa
lex in captiuo iure belli capto loquitur: ideo tu
illi adde. l. milites agrum. §. eius fugam. in ver-
bo, discusserit, & in in verbis, quia custodiæ re-
fuga, non desertor militiæ est. ff. de re milit. dixi
plenius in. l. iij. §. subuenitur. suprà eod. illic di-
ctum Philippi Decij in. l. quod à quoq;. ff. de re-
gul. iur. examinaui. Quibus adde, licet crimen
ꝓpter quod reus accusatus detinebat̃, nõ adeo
graue erat, & maiorẽ pœnã q̃ carceris mereba-
tur, quẽadmodũ Iurecõsultus ait in. l. iij. in fi. ff.
de custo. reo. propter fugam tamen grauior cu-
stodia quàm carceris, videlicet cum vinculis as-
seruari custodiriq; debebit. Et extra ordinẽ pu-
niri: tametsi propter crimẽ quo detinebatur pœ
nam non merebatur: quia forte innocens impa-
cti criminis inuentus esset. l. in eos. ff. de custod.
reo. d. l. milites agrũ. §. eius fugã. ff. de re milit.
ibi, etiam si ante non deseruerit, capite punien-
dum. Sed hoc intellige si per vim carceri factam
53 aufugit, & sic cum fractura carceris. Secus † au
tem si sine vi, sed quia segniter à carceris custode
asseruabatur seu custodiebatur. l. j. in princ. ff. de
effracto. & expilato. in versi. quod si per negli-
gentiam. Quem tex. Baldus in. d. l. iij. C. de epi-
sco. audiẽ. inducebat in versic. his ergo. vt iudex
vel alius potestatem habens hominẽ à carcere li-
berandi nõ possit illum liberare qui semel à car-
cere aufugit; & maxime vbi graue crimen est: eo
quòd ex carcere aufugiens illo beneficio indi-
gnũ se facit. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ
in fraudem credit. §. necessitaten. in authen. vt iu
dic. sine quoquo suffragio. coll. ij. vbi hoc Bart.
notat. Sed melius iste tex. hoc dictum ꝓbat, dũ
ait illũ ex vinculis causam dicere debere, & hæc
vincula in pœnam fugæ tribuuntur. & hoc ver-
bum, vinculis. suapte natura demonstrat. l. verũ
est. ff. de verbo. signifi. quam Bar. ad id no. in. l.
prima. ff. de custod. reo. Similiter & glo. in. l. aut
damnũ. §. solent. in verbo, ad continendos. ff.
de pœnis. Cui addo. l. primã. versiculo, interea.
C. de custod. reorum.

Nec obstat. l. succurratur. ff. ex quibus causis
maio. quoniam quantum est ad illud edictum
vt illius beneficio quis vti possit in quo tantum
consideratur an is qui petit se restitui, taliter in
vinculis detineatur, quod suis rebus vacare ꝓ-
hibeatur seu impediatur, per illum text. & seq.
& l. secundam. §. si quis propter aduersam. ff. si
quis cautio. l. iij. §. subuenitur. suprà eodem. illic
dictum est. Et ratio differentiæ posita est in. l.
capitalium. §. in exulibus. ff. de pœnis. ibi, quid
enim habet cõmune delictũ cum venia ætatis. sic
etiã in illo edicto, ex quibus causis maiores. so-
la absentia seu impedimẽtũ, dũmodo aliàs iustũ
sit, ad excusandã aliquem sufficit, vt beneficio
illius legis succurratur & restituatur. Non sic in
eo qui ꝓpter crimẽ detinetur: quia facto suo vel
culpa detinetur. Alia & secunda ratio posita

53 est in dicta.l.iij. §.subuenitur. suprà eodẽ. † qui potest euadere & nõ euadit, in culpa est: & ideo si nõ euadat vel ex carcere quo detinetur se non eripiat, non excusatur, maxime à pœna huius senatusconsulti: vt illic declaratum est. Et ad illum text. addebamus.l.non omnes. §.qui captus.ff. de re militari.vbi glo. multas alias leges illi similes commemorat. Non ergo per hunc text. carcer ad detinendum eum, qui semel è carcere aufugit, carcer sufficiens est, sed vincula necessaria sunt, per hunc tex. & eá quæ suprà docuimus.

54 Sed † quæ vincula dabuntur illic dic hoc iudicis arbitrio committi secundum criminis qualitatem, delinquentis personam seu dignitatem: vt in.l.prima.ff. de custod.reo.dicta.l.prima.§. interea.C.de custo.reo.ibi, sed prolixiores catenas, si criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem postulauerit.l.tertia.&.l.nequis.ff.de custo.reo. vel si in fuga reus deprehensus est, iuxta l.desertorem.§.sed si ex improuiso.ff.de re militari.de quo per Aretinum in.l.si fugitiui.C.de seruis fugit.vel secundum quod reus detentus probabilẽ causam euadẽdi seu aufugiendi è carceribus habuerit secundum Barto.in.l.prima.ff. de bonis eo.qui sibi mortem consciuer. clemen. pastoralis.§.notorium.vbi post glos.illum text. illic notant Ioan.de Imol.& Cardina.de senten. & re iudic.dixi in dicto.§.subuenitur.talis enim verecundia pœnam non exigit. l.quis sit fugitiuus. §.idem ait interrogatus. ff.de ædili.edicto. Imò si hoc casu reus accusatus non pateretur se apprehẽdi sed omino resisteret, ob id tamẽ criminis reus iudicandus non esset, sed aliter conuincendus.l.fin.§.si autem propter multitudinem. in verbo, conuicti. & melius in.§.fin.eiusdem.l. C.de his qui latro. occulta. dum ille text.de multitudine rusticorum accusata loquitur, propter quam necesse fuit ad illos sic congregatos apprehendendos tribunos militum & prouinciarum præsides conuenire, propterea condẽnandi non erunt: sed si sic congregati de crimine quo accusabãtur, innocentes inueniãtur, illa lex ab omni pœna vult liberari, & eorum accusatores puniri.quæ lex mihi semper visa est singularis. ad id induci potest ratio.l.itẽ si rea.§. primo.ff.de alie na.iudi.mutan.causa facta.ibi, hæc enim verecũda cogitatio eius qui lites execratur, non est vituperanda.& dicta.l.quis sit fugitiuus.§.primo.& §.idẽ ait interrogatus. ff.de ædilitio edicto. ibi,

55 si autem † in hoc tantum latuisset quoad iracundiam dominorum efferuesceret, fugitiuum non esse.& in versicu.seq.ibi, sicuti nec eum quidem qui cum dominum animaduerteret verberibus se afficere velle præripuit se ad amicum, quem ad prædicandum perduceret. Et sequitur in eodem text. Nec eum quidem fugitiuum esse, qui in hoc progressus est vt se præcipitaret.quẽ tex. aliquãdo induxi pro quodam carcerato, qui ex carceribus curiæ Rothomagen.à superiore do-

mus seu custodiæ parte in vicum cum vinculis se præcipitauit vt à carceribus se liberaret: qui adiutus ad proximum templum confugit, liberꝙ euasit. Prædictis addo vnũ cuius paulo ante meminimus ex.l.prima.ff.de requir.reis. &.l. prima.C.de requir.reis.quæ reis accusatis annũ cõcedunt vt iudici se offerant, coramꝙ se repræsentent: nisi forte criminis immanitas non admittat etiam præsentem custodiæ committi, vel datis fideiussoribus seu cautionibus relaxari, iuxta dictam.l.j.&.l.iij. ff.de cust.reo.eo quòd reatus omnem honorem excludat.l.j. C.vbi senato.vel clariss. Et ita notanr hic Bar.Bald.& Roma.qui allegant glos. in.l.si pecuniam. ff.de condict.ob causam datorum. quæ non vult aliquem vinculis teneri seu grauibus vinculis custodiri, si de crimine absoluendus est. Sed illud glos.& Roma. dictum intellige vt suprà dictum est, nisi carceres effregerit, vel ex carcere aufugerit, vt hic, &

56 l.in eos.ff.de custod.reo. † quoniam propter fugam quædam iuris præsumptio aduersus effractorem seu transfugam nascitur. argumento est dicta.l.si pecuniam.§.fin.versicu.plane.ibi, propter fugam offensus. ff.de condictio.ob causam dato. Secundò Alexan.de Imola in eodem versicu.plane dictum glos.illic & Roma.hic intelligit procedere quando de rei absolutione tractaretur: alioquin ex diuersis arguendum non esse ait.l.Papinianus exuli.ff.de minor.l.inter stipulantem.§.sacram. versic.sed hic dissimilia.ff.de verbo.obligatio.& licet Modern.Papien.cum Alexand.sentiat, illis tamen obstare videtur dicta.l.in eos.ff.de custod.reo.ibi, amplius quàm causa ex qua recepti sunt.& ibi, & quãuis innocentes ex eo crimine inueniantur propter quod impacti sunt in carcerẽ: tamen puniendi sunt, scilicet de effracto carcere tantum, & de fuga. Et idem notat Felin.in.c.nullus.extra de præsum-

57 ptio. Et ratio, † quia delictum est se ex vinculis quoquo modo eripere per illam.l.in eos. Nam & edictũ de effractoribus de quocũꝙ effractore qui quoquo modo à vinculis aut carcere eripiatur, indistinctè loquitur: tametsi ad pœnam imponendam illud edictũ modum effractionis seu ereptionis considerari velit, pariter & causam detentionis rei accusati. Inducitur ad id.l.si à bonæ fidei. ff.de rei vendicatio. l.argentum.&.l.in rebus.in princip.&.l.si vt certo.§.custodiam.ff. commodati. Induci potest.l.cum duobus.§.damna.ff.pro socio. Sed melius omnibus his probatur in.l.qui cum vno.§.ad tempus. ibi, causa damnationis quærenda est. & dicta.l.milites agrum.§.cum qui.ff.de re milit. l.aut damnum.§. qui refugæ. &.l.capitalium. §.in exulibus. ff.de pœnis.ibi, qui deportatus euaserit.

Prædictis addo Alexan.in apostil.Baldi in dicta.l.iij. C.de episcopali audien. in verbo, fugisset. dum alleg.authen.ei qui. C.de bon.authori. iudic.possid.in verbo, iurat.& in verbo, fideiussorem.

58 forem. vbi Bald. ait, † qui iurat iudicio stare & non stat, sed aufugit, iuratoriæ cautionis beneficium amittere. Idem Bal. in. l. data opera. col. iij. in fine. vers. & ex hoc infero. C. qui accusa. pos.

Sed quæso ad dictã. l. in eos. aduertatur, quæ de eo loqui videt̃ noo qui actualiter aufugit, sed q̃ cũ effractione cõspirauit aufugere quẽ illa lex pro sola conspiratione fugæ vel vinculorũ effractione vult puniri amplius quàm causa ex qua receptus est reposcit: nisi forte conspirationẽ suam detexerit, inquit fiois illius legis: quamuis de crimine quo impactus erat reus innocens inueniat̃. At dicta. l. milites agrum. §. eum tamen. ff. de re mili. ibi, etiã si aote oõ deseruerit eũ tamẽ q̃ aufugit capite puniẽdũ esse ait. et. l. j. ff. de effracto. de effractore loquitur, in q̃bus potior militat ratio.

59 Ex his igitur plus satis constat † solam fugam non facere criminis probationem pro quo impactus est reus. Et iste text. hoc clare probat, vt supra diximus in verbis sequẽtibus huius versi. dũ ait, & cõuicti perinde ac si serui puniantur. & in l. raptores. C. de episc. & cleri. hic per Bal. alleg. & l. vnica. §. finaut ẽ post cõmissum. C. de raptu virg. cuius suprà meotionẽ fecimus. & Bal. glos. hic notauit. tametsi Roma. hic ab alio quàm ŝ se non fuisse notatum dicat. Illam etiam Alexan. & Moder. notant in. d. l. si pecuniã. §. fin. in declaratione glo. in verbo, carere. ff. de cõdi. ob cau. da.

Prædictis addo Bart. in. l. diuus. ij. col. ij. ff. de custo. reo. dum ait per illum text. annotatos non debere pro condẽnatis haberi, sed cõtra eos debere ex integro inquiri. Et per hoc ait Din. dicere solitum illũ text. alibi nõ reperiri, in quo probetur non debere exbannitos statim quo capiũtur, puniri, neq; pro confessis haberi, per illum tex. in his verbis, igitur qui cum eo elogio mittuntur, ex integro audiẽdi sunt, etiã si per literas missiuas fuerint vel etiam per Irenarchas perducti. Sed lex dictum Dini & Bar. nõ probat in eo qui ex carcere aufugit, quoniã de reo accusato non loquitur, qui effracto siue etiam non effracto, vel dissolutis seu non dissolutis vinculis aufugit, vel à sua custodia se eripuit: sed de reo accusato cõntra quẽ per Irenarcham inquisitũ est: vt quatũcũq; ex inquisitiõe per Irenarchã facta reus accusatus testibus videat̃ esse superatus, sicuti ait. l. ij. C. quo. appel. nõ recipiuntur. non tñ huiusmodi inquisitio tãtæ virtutis esse põt neq; debet, vt per eã iudex moueri debeat quin ex integro de crimine inq̃rat & cognoscat. † Et illũ

60 tex. sæpius allegaui, dũ de inq̃sitiõe reorũ ab regijs inq̃sitoribus facta tractaui est, nõ ẽm illis ordinarij iudices, quales sunt Bailliui alijve iudices quibus causæ meri imperij à principe aut regijs legibus, ordinationes vocant, cõmissæ sũnt tam cõsidere debeãt vt pro explorato babeant quod ab huiusmodi inquisitoribus actum est: sed ex debito sui officij ex integro cognoscere debent, vt intelligãt an recte illi inquisiuerint: & si probe illos inquisiuisse comperiant, laudent: sin minus, coerceant, secundũ doctrinam illius legis, diuus. ff. de custo. reo. Cæterũ eius qui ex carcere erupit & aufugit alia esse debet ratio. dictũ tñ Dini & Bart. puto verum esse per dictã. l. vnicã. §. finaũt post cõmissum. C. de rapt. virginũ. Primo dum ait, aut fuga euadere potuerit. & haud multo post dicitur, simile studiũ cum magna sollicitudine adhibeant vt eos possint cõprehendere, & cõprehensos in tali crimine post legitimas & iuris cognitas probationes sine fori præscriptione durissimis pœnis afficiant, & mortis condẽnent supplicio. Et hic tex. in hoc versi. quẽ supra annotauimus. Plures illis similes supra recẽsuimus, nõ repeto. Progrediamur igitur ad dicta Barto. in dicta. l. diuus. qui leges municipa-

61 les seu prouinciarum statuta excipit, in † quibus ab expresso pro confessis babẽtur, quo casu refugæ postq̃ capti erunt, nouo processu nõ indigent, sed statim in eos criminalis sentẽtia ferẽda est, vel potius secundũ eundẽ Bar. sola executio iudicij restat. Idq; sæpius practicasse ait adhibita hac practicandi forma, vt exbãnito ꝑducto iudex bannũ recognoscere faciat, illicq; cõfiteri faciat se eũ esse qui in banno positus est, & tali die seu tẽpore pro crimine coodẽnatus. mox iudex sentẽtiæ executioõẽ cum voluerit faciat. Quod dictum Bartol. si verum esset, vsus ille qui aliquãdo in Normania obseruabatur prætextu cõsuetudinis prouinciæ, cuius in capite. l. j. huius tituli meminimus recte Bar. authoritate cõprobatus esset: attamẽ Bar. praxis vera esse non videt̃, imò ab omni iure alienam esse ostendemus. de

62 † iure enim contumax propter solã contumaciã vel fugam de crimine, cuius forte innocens inuenietur si reuersus audiatur, cõdẽnari non debet, d. l. in eos. ff. de custod. reo. & l. iij. §. fi. ff. de bonis eo. qui mortem sibi cõsciuer. quæ in fortioribus terminis loquitur: vt supra docuimus, dum de capitali crimine accusato & detento qui seipsum ꝑcipitauit vel aliter mortẽ sibi cõsciuit crimẽ; crimini addẽdo: ꝑ hoc tñ lex nõ ꝑmittit eius bona publicari, neq; ꝑ cõuicto crimine cõdẽnari, vbi hæredes de eius innocẽtia docere voluerint: etiã si crimẽ quo accusatus erat, ex grauioribus esset, videlicet læsæ maiestatis. l. Pantonius. §. rei perduellioĩs. ff. de acqui. hære. l. res quæ. in prin. ff. de iure fisci. Idẽ in raptore virginũ q̃tũcunq; graue crimẽ sit, de eo tñ ex integro inq̃ri debet, d. l. vnica. §. finautẽ post cõmissum. C. de rapt. virg. & l. raptores. C. de episc. & cler. Sic ista lex q̃ de homicidio in dñm facto loqtur: q̃ omnia crimina grauissima sunt, & inter grauiora annumerant̃ à q̃cũq; iudice etiã eccl'iastico ꝑcessus factus sit. §. si verò crimẽ. in authẽ. de sanctiss. episco. coll. ix. cuius Bar. meminit in. l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iu. quẽ tex. aliq̃n examinaui ꝑpter. c. inq̃sitioĩs. de hæreti. li. vj. c. ad abolẽdã. & c. excõicamus. extra de hæreti. & Alex.

in apostil. Bart. in dicta. l. diuus. in verbo, quod exbanniti. ff. de custod. reo. plures commemorat, qui huius sunt sententiæ. Et aliquando praxim Barto. impugnaui post Cin. in. l. fina. C. de quæstio. & Bald. in. l. secunda. C. quo. appell. nõ recipiũ. & in. l. & si certus. suprà eod. titulo. Dixi etiam in. l. prima. §. si sibi manus. & in. l. tertia. §. subuenitur. & in. §. ignoscitur. suprà eod. Ego autem existimo incongruũ non esse cõtra Bart. praxim aliam imperatoris formam positam in. l. secunda. C. de custod. reo. repetere, quæ etiam in fortioribus terminis loquitur, videlicet de eo

63 † qui iam coram iudice crimen confessus erat, vt illa confessio non sufficiat, nisi apud acta recognoscatur. ille eñ tex. sic ait, auditus apud acta, cum de admisso constiterit pœnam carceris sustineat: atque ita postmodum eductus apud acta audiatur. Ita enim quasi sub publico testimonio commemoratio admissi criminis fiet, vt iudicibus immodice sæuientibus fræni quidem temperies adhibita videatur. Cesset igitur Bart. praxis: neque iudices qui rectè iudicaturi sunt in ea confidant: cum nulla vsquam de morte hominis cõtatio longa sit, vt inquit Satyricus, meliusq́ sit in tempore quàm in re peccare. Et ad id visum est mihi text. non communem, sed peregrinum referre in. §. primo. versic. & non fingant tabelliones. in authen. de tabel. colla. iiij. dum ille tex. ait, cum melius scit pauca caute agere quàm multis interesse periculose. neque rationem habeo dictorum per Alexan. in apostil. ad Bartol. in. l. iij. §. fin. in verbo, facit ad multa. ff. de adimen. lega. vbi allegat Bal. in suo peculio seu repertorio in verbo, bannitus. quoniam hoc iure fieri non

64 potest: † neque iudicem excusare potest consuetudo. l. prima. C. de curio. & statio. libro. xij. §. j. in authenti. vt nulli iudic. lic. habere loci conserua. colla. ix. de quo dic vt per Felin. in cap. ij. colum. iij. in princ. versi. limita tertio hanc conclusionem. & in eadem colum. versicu. limita tertio nisi statutum. extra de probatio. tametsi Specul. in titulo, de accusat. §. sequitur. sub titulo de contumacia accusati. in princ. dicat de consuetudine plurium locorum absentem contumaciter pro confesso haberi, illamq́ pluribus legibus adiuuari ait. In primis per. l. consiliarios. C. de asses. so. quæ non probat. Et declaraui in. l. iij. §. subuenitur. in septuagesima annotatione. suprà eodẽ. Verum est autẽ cõmunem doctorum opinionẽ

65 esse, vt illa lex intelligatur de † officiali qui post finitum officium per quinquaginta dies in loco administrati officij non resedit, vt propter eius absentiam pro cõfesso crimine habeatur: & ideo qui eum subtexerit, in quadruplum pro eo veluti confesso respondere teneatur. Sed vltra quàm dixerim in illo. §. subuenitur. illa. l. consiliarios. intelligenda est secundum declarationem. §. fin. in authen. de colla. coll. ix. vt sola fuga ad eum condemnandum capax non sit. Sed verum est in odium eius qui per quinquaginta dies post depositum officium residere debuit: si intra illos dies aufugerit, seu præsentiã sui nõ fecerit, eius fuga hõc effectum operabitur vt aduersus eum veluti furem iuretur in litem. Hoc dicit ille text. ibi, & sub gestis monumentorum vnumquenq; tangentem sancta euangelia palã facere illata dispendia &c. ratio est: quoniã veluti periurus & perfuga à lege æstimatur. §. si verò semel. vers. illum. ibi, iubere omnimodo exhibere reum tanquàm periurum, & penè sui accusatorem per fugam factum. Et secundum Accursium illic dictio, pene. aduerbialiter legenda est. & benè sentit: sed hæc non sine causæ suæ examine fieri debent. §. necessitatem. in authent. vt iudic. sine quoquo suffrag. colla. ij. ibi, damus licẽtiam collatoribus detinere eum in prouincia &c. & ibi, præsente tamen deo amabili episcopo, & causam ex non scripto examinante donec reddat omne quicquid furatus ostenditur. & in fin. eiusdem. §. ibi, omne vero quod inuentus fuerit accepisse, restituit in quadruplum. Et ita. l. consiliarios. intelligenda est. Addebat Specu. authenti. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oport. il-

66 la. l. non vult † pro contumacia corporalem pœnam posse infligi. Clarum est autem bona annotari posse: vt in. l. prima. ff. & C. de requirẽ. reis. l. absentem. ff. de pœnis. l. quanuis prouisum. C. de decurio. lib. x. non autem pœna corporis afflictiua. l. annus. in fi. ff. de requiren. reis. quæ lex est singularis, inquit ille tex. in summa sciendum est nulla temporis præscriptione à causæ defensione summoueri eum qui requirendus annotatus est. Et hoc etiam rectè declarat dicta. l. absentem. in princi. & versicu. verum si quid grauius. ff. de pœnis. Et hæc solutio satisfacit omnibus legibus per Specul. in loco prædicto allegatis. Et idem in eodem titulo, versicu. sed pone. tenet vt iudex per legitimas probationes de crimine accipiet, dicta. l. absentem. ff. de pœnis. & dicta. l. prima. ff. de requirend. reis. & l. j. C. de requir. reis. & idem not. Ioan. Andre. in apostil. Specu. in loco prædicto. in verbo, cognitas. licet Italica consuetudo aliter obseruet, & male secundum eum. Et rationem ex dictis Romani hic addere possu-

67 mus dum ait, † non posse per statutum fieri vt quis per vnum testem condemnari posse. Allegat doctrinam Frideric. de Senis in. xvij. consil. quam aliqui habent sub. xviij. secũdum eum. Et rectè facit. l. maritus. ff. de quæstio. Copiosius per Felin. in c. veniẽs. & in. c. licet vniuersis. extra de testibus. per Barto. in. l. Theopompus. ff. de dote præleg. multo minus fieri potest vt per fugam quis condemnetur: cum minus sit fuga rei, quàm vnius testis depositio: per ea quæ suprà dicta sunt: cùm ex eo solũ quædam præsumptio resultet. l. cum probatio, vbi glo. ff. de probatio. Addebat iterum Roma. dictum Baldi in l. solam. in fin. C. de testib. fieri non posse per statutum

68 tutum † vt dicto testis rationem non reddentis
stetur: quoniam contra ius gentiũ esset. l. vbi nu
merus. ff. de testibus. l. iurisiurandi. C. eo. c. rela.
tum. & c. cum esset. extra de testa. facit quod ple
nius scribitur in. l. fin. ff. de quæstio. quoniam so
læ præsumptiones in criminalibus nõ sufficiũt,
sed claræ debẽt esse probationes. l. fi. C. de pro-
batio. licet forte in ciuilibus toleraretur. l. nõ est
verisimile. in princ. ff. quod met. causa. c. afferte.
vbi per Felin. post Innoc. Abbatẽ & alios extra
de præsumpt. Secunda ratio est, quam ex dictis
Roma. elicio, cuius etiam supra mentionem feci
mus, non esse conueniens inauditũ aliquẽ & ab-
sentem de crimine condẽnari. l. absentem. ff. de
pœn. l. j. & l. annus. ff. de requiren. reis. & l. j. C.
eo. l. fin. & l. diuus. ff. de quæstionibus.

Circa prædicta nõ omitto vnũ, cuius aliquan
do memini post glos. & Ange. in. l. si pecuniã. §.
fin. in fi. ff. de condictio. ob causam dato. & in. l.
69 si à bonæ fidei. ff. de rei vend. † excusandos esse
iudices pariter & carceratorum custodes si fortẽ
nobilem de cuius fuga verisimiliter dubitari nõ
debebat, si sub laxioribus vinculis seu leuiori cu
stodia asseruatus est, iuxta dictã. l. j. ff. de custod.
reorum. per dictã. l. si à bonæ fidei. ibi, require-
mus an talis fuerit vt custodiri debuerit. l. si res
pupillaris. ff. de administ. tutorum. in his verbis,
cum fuisset celeberrimus. Ang. aũt in. d. l. si à bo
næ fidei. refert Gaufredum de prato tunc Pote-
statem Bononiẽsem in maximo vitæ periculo cõ
stitutum fuisse occasione fugæ vnius egregij mi-
litis, qui mandato antianorũ Bononiensium in
carcerem coniectus fuerat: qui cũ latiore custo-
dia detineretur, aufugit. de quo etiam per eundẽ
Angelum in. l. qui in carcerem. ff. quod met. cau
sa. Dictis autem illic per Angel. adde text. in. l. si
quis. C. de custo. reo. in his verbis, quod dignus
claustris carceris & custodiæ squallore videatur.
l. ij. C. de exactori. tributo. lib. x. & in argumen-
tum. l. iij. C. de episco. audien. & l. prouinciarum
præsides. C. de fer. sed cum aliàs plenius dixerim
hic plura non repetam.

In textu in verbo, conuicti. iunge hũc versicu-
lum cũ præcedente in verbo, conuicerat. vt pau-
70 lo ante annotauimus, † non sufficere aliquem ac
cusare nisi conuincatur. l. j. C. pro quib. cau. serui
pro præmio liberta. accip. & optime declaratur
in. l. j. §. incidit. ff. ad Turpil. dum ait, dando pro-
bationes, allegando accusationes, & quidẽ stre-
nuo nixu, inquit illa. l. j. C. pro quibus caus. serui
pro præmio libert. accip. & hoc modo reũ dicit̃
peragere, inq̃t Iurecõsultus in. l. ab accusatione.
in princ. versi. destitisse. ff. ad Turpil. & l. ij. §. fi.
ibi, & probationibus insistente atq; imminẽte vt
facilius iudicãtibus de adulterio probetur: alio-
qui à præuaricatione nõ excusatur. l. j. §. præuari
catorẽ. ff. eo. ad senatuscon. Turpil. ibi, eo quod
proprias quidẽ probationes dissimularet, falsas
vero excusationes admitteret. l. edicto. §. extat.
versi. si vero idcirco dissimulauerit. ff. de iure fi-
sci. l. iiij. ff. ad legẽ Iuliam de adult. ibi, aut doceat
colludere magis cũ vxore quàm ex animo accu-
71 sare. His triuialis iuris regula addi posset, † ver-
ba legis in similibus cum potentiore effectu acci
pienda esse. l. j. §. hæc verba. ff. quod quisq; iuris.
vbi Alex. & Moder. Papien. post eum multa ad
id congerunt. quibus adde. l. j. ff. de extraordin.
crimin. Bald. in. l. si quis non dicam rapere. C. de
episco. & cle. Aret. in. l. si fugitiui. C. de seruis fu
git. l. si Barsatorem latronem. C. de fideius. cuius
materiã Moder. omnes per amplos cõmẽtarios
dilatauerunt in. l. j. in prin. ff. de acquir. possess.

In textu, perinde ac si serui. ex hoc textu recte
72 † perpẽditur hãc dictionẽ, perinde. etiã in odio-
sis omnẽ similitudinẽ inducere. Similiter proba-
tur in. l. si exhæredatus. et in. l. iij. §. de his. & in. l.
j. §. seruus pignoratus. suprà eod. vbiq; diximus.
Adde. l. si finita. §. fin. & quod illic Roma. notat
ff. de dam. infecto. Idem Roma. & cæteri neote-
rici in. l. clam possidere. in princ. ff. de acqui. pos
sess. Moder. Papien. in. l. sed si hac lege. §. patro-
num. j. ff. de in ius vocã. Illis adde. l. si certarum.
ff. de testamen. milit. l. si filius. ff. de interrogato.
actio. l. secũdam. §. furiosus. ff. de iure codicillo.
ibi, per omnia & in omnibus. l. matrimonij. ff. de
ritu nuptia. l. postliminium. in princi. ff. de capti-
uis & postlimi. reuer. l. si statulibera. in princip.
ff. de statuliber. Et in hoc senatusconsulto in o-
dium criminis in dominum cõmissi per rationẽ
l. iij. C. de episco. audiẽ. ibi, reis etiam maiestatis,
de domino, aduersus quẽ talia molitus est, veniã
sperare non debet, d. l. iij. §. de his. vbi ampliore
stylo hunc articulũ examinauimus. tametsi An-
gelus hic in eo hæsitet. Hic multa cumulari pos
sent de his qui perfugas occultat, de quibus lo-
quitur. l. consiliarios. C. de assesso. §. necessitatẽ.
in authẽ. vt iudic. sine quoquo suffragio. quorũ
supra meminimus: pariter de his qui à familia vi
eximuntur. quæ tamẽ recte huic legi non conue
niunt: de quibus etiã tractauimus in. l. iij. §. sub-
uenitur. suprà eo. Bald. & alij scribũt in. l. j. & ij.
C. de his qui latro. occultauerunt. & in. l. fi. ff. de
recepta in. l. quoties. C. de exacto. tribut. lib. x.
& in toto pene titulo. ff. ne quis eũ qui in ius vo
ca. est vi eximat. in. l. iiij. §. fi. ff. ad legẽ Iuli. ma-
iesta. Papiẽ. moder. in. §. pœnales. col. xxiij. & se
quẽ. instit. de actio. quare quantũ est ad materiã
fugæ, plura nõ aperiemus: cùm quisq; diligẽs le
ctor ex his quæ in hac lege scribimus cãpos latos
inueniet. Procedamus ad. §. ex edicto.

Ex hoc edicto actio proficiscitur contra eum qui aduersus edictum prætoris tabu-
las testamenti aperuisse, vel quid aliud fecisse dicetur. Nam, vt ex supradictis apparet,

plura ſunt propter quæ pœna edicti conſtituta eſt. Palàm eſt autem popularem actionem eſſe, cuius pœna in centum aureos ex bonis damnati extenditur: & inde partem dimidiam ei cuius opera conuictus erit, præmij nomine ſe daturum Prætor pollicetur, partem in publicum redacturum.

Argumentum in. §. præmiſſi Lectionem ſubſequentem.

1 Actio ex ſenatuſconſulto Sillaniano durat quinquennio, nec breuiori poteſt tempore præſcribi.
2 Pœnæq; non aggrauandæ, ſed cum clementia & temperamento ſunt imponendæ.
3 Actio ex edicto Sillaniani ſenatuſconſulti, ſiue ciuiliter ſiue criminaliter agatur, popularis eſt. & nume. 22.
Actio ex ſenatuſconſulto Sillaniano quibus differat ab alijs popularibus actionibus.
4 Actio ex edicto Sillaniano competit aduerſus aperientem tabulas teſtamenti ante vltam defuncti mortem.
5 Extenſio legis in criminalibus fieri non debet.
6 Mulier eadem qua & vir pœna punitur, modo illi conueniens ſit, ſtatuto ſtante &c.
7 Vniuerſalis dictio omnes qualitatis cuiuſcunque comprehendit contractus.
8 Italici doctores legibus enucleãdis, vt & in rebus cæteris, vt plurimum ſunt impoſtores.
9 Similia dicuntur quorum qualitates ſunt ſimiles.
10 Culpa lata an ſemper ſit dolus.
Dolus quidam culpam latam includit, & alius non.
11 Negligẽtia in officio exercẽdo latæ culpæ annumeratur.
Depoſitum fauore depoſitarij vt plurimum fieri ſolet.
12 Depoſitarium minus idoneũ eligens, ſibi imputare debet.
Culpa lata merito dicitur, quæ tanta eſt vt luxuriæ aſſimilari poſſit.
13 Depoſitarius qualem diligentiam adhibere teneatur in re depoſita.
Diligentia talis in depoſitario requiritur, qualem in ſuis negotijs adhibere ſolet.
14 Culpa latior reputatur dolus.
Precariò poſſidens eam circa rem poſſeſſam adhibere debet diligẽtiam, quam in proprijs rebus habere ſolitus eſt.
15 Precario poſſidens ſi negligentior ſit circa rem poſſeſſam quàm circa ſuas eſſe ſolet, de dolo argui poteſt.
Reſtituere obligatus, integram prorſus rem ex qua commodum accepit, reſtituere tenetur.
16 Extenſio legis neque iuſta neque licita eſt in odioſis, extra caſum in lege comprehenſum.
17 Leges interpretationem non admittunt per coniecturas.
Collatio & ſi diuerſa res ſit ab inſtitutione, de vno tamen ad aliud ſit extenſio quandoque.
18 Extenſio quandoque facta fuit de collatione ad inſtitutionem.
19 Pluralitas beneficiorum prorſus eſt reprobanda.
Eccleſiaſticæ diſciplinæ neruus totus contra beneficiorũ pluralitatem eſt armatus.
20 Corrumpens filium aut ſeruum alienum, puniri debet.
21 Hæres tutoris ſiue ſuus ſiue extraneus pupillam vxorem ducere nequit.
23 Hæreditatem defuncti ante eius vltam necem non adiri reipublicæ intereſt.
Hæredem inſtitutionis de ſe factæ certiorem factum eſſe oportet, anteq̃ hæreditatem adeat.
24 Præmium accuſanti mortem defuncti ſoluitur ex bonis damnati.
Fiſcus indignorum bona nõ niſi cũ ſuis aufert oneribus.
25 Pœna aperientis teſtamentum ante necem vltam defuncti, diuiditur fiſco & accuſatori.
Pœna cẽtum aureorum aperienti tabulas teſtamenti ante vltionem necis defuncti impoſita, cui ſit applicanda.
26 Bona hæredis adeuntis vel tabulas teſtamenti aperientis inulta occiſi nece, cui applicentur.
27 Accuſans hæredem de aditione aut tabularum apertione ante vltionem necis defuncti, dimidiam obtinet mulctæ eidem impoſitæ.
28 Auxilia habens plura, ſi ſolerter in vno ſibi prouiderit, à reliquo non cenſetur ſe excludere.
29 Pœna impoſita à lege actionem introducente, parti applicari debet.
30 Accuſatio à lege introducta fiſco acquirit, & non parti.
31 Crimen publicum eſſe poteſt, etiã id pro quo corporalis pœna non imponitur.
32 Pœna delicti quando applicetur fiſco, & quando parti.
Pœna quæ ex edicto prætoris debetur, parti adiudicatur.
33 Actione in factũ exigitur pœna a corrumpẽte album prætoris, & vocãte in ius patrem aut patronum citra veniam.
34 Stellionatus accuſatio inter crimina publica non annumeratur.
35 Pœnam parti applicari lege actionem introducente an ſit vniuerſaliter verum.
36 Sepulchri violati pœna partim fiſco, & partim accuſanti eſt adiudicanda, parti læſæ pars reliqua.
37 Sepulchri violatores qua feriantur pœna.
38 Actionem a prætore dari, differt ab eo quod eſt iudicium ab eodem concedi.
39 Agere quis dicitur poſt litis cõteſtationem, ante verò, velle agere exiſtimatur.
40 Extraneus ſepulchri quem violati accuſans, centum aureorum præmio donatur.
41 Extranei ad agendum ſeu accuſandum non admittendi, vbi quorum intereſt poſſunt inueniri.
42 Actio à lege non tantum concedi dicitur vt pœna accuſanti applicetur, verum vt etiam ea exigatur quæ fiſco adiudicetur.
43 Princeps correctionis morum potius quàm fiſci ſui rationem habere debet.
44 Duplum quod à grauiori exactore legis authoritate extorquetur, non fiſco, ſed iniuriam paſſo applicatur.
45 Pœna quando parti læſæ adiudicatur, in ſolatium offenſę receptæ efficitur.
46 Præmium non ideo accuſatori datur quòd ſua referat delinquentem puniri, ſed diſciplinæ publicæ occaſione.
47 Accuſator ſuæ accuſationis præmium non aſſequetur, niſi prius reum peregerit & conuicerit.
48 Actiones etiam ante litis conteſtationem eſſe in bonis noſtris, qualiter intelligendum.
Actio non tranſit ad hæredes lite non conteſtata.
49 Agere quis non dicitur ante litis conteſtationem, ſed agere velle potius.
50 Conteſtatio litis non ſufficit accuſanti ad præmium conſequendum, niſi ſententia ſequatur.
51 Accuſator præmium non conſequitur, niſi prius accuſatũ

conuic

conuicerit.

52 Delicta priuata à publicis distinguuntur, etiam in pœna exigenda & parti vel fisco adiudicanda.

53 Actores duo seu accusatotes si concurrant, vter præferri debeat.

54 Agere licet ciuiliter & criminaliter pro quouis delicto.

55 Pœnæ maleficis in eorum quos læserunt solatium infligi solent.

Pœna pecuniaria in corporalem versa, eius naturam redolet in quam mutata est.

56 Creditores debita perdunt, qui à debitoribus pœnam corporalem exigunt.

57 Perire volens nunquam admittitur.

58 Pœna ob delictum in personam priuatam cõmissum imposita, non fisco, sed parti lucro cedit.

Furtum iure pœna corporali non debet puniri.

59 Pœna quadrupli tantum imponitur pro vi priuata.

60 Delicti cum publico causam habentis mixtam pœna dimidia læsæ parti & dimidia fisco debet tribui.

61 Seruus si domino sciente aliquid sepulchri violati attulerit in domum domini, ipsa publicata fisco applicabitur.

62 Statutum nullum est, quo remittitur aut minuitur homicidarum pœna.

Raptores virginum ideo morte plectendi sunt, quòd homicidij crimine non careant.

63 Iudex in pœnis statuendis statuta & consuetudines attendere debet.

64 Homicidium non debet pecuniaria pœna coerceri.

65 Adulterium quondam iure diuino & scripto morte coercebatur: hodie plane dissimulatur.

66 Pœna quæ à criminoso extorquetur, inter fiscum & accusatorem diuiditur.

Terminos agrorum amouens in aureos quinquaginta fisco damnatur.

67 Amouens agrorum fines qua olim, & qua hodie feriatur pœna.

68 Seruus terminum agri amouens, capitali supplicio deputatur.

69 Termini amoti pœna pro qualitate personæ & modo criminis exigitur.

Emens rem litigiosam punitur, cuius pœna fisco adiudicatur.

70 Vendens scienter rem litigiosam, pretio spoliatur quod fisco confertur.

71 Vitium litigiosi qua iure antiquo emendari solitum fuit pœna.

72 Pœna ab eo, qui rem litigiosam vendit vel emit, extorta, an parti læsæ, an fisco sit applicanda.

73 Fisco non quæruntur quæ ob morum correctionem citra delictum ab aliquo auferuntur.

74 Indigno si quid ob suum delictum auferatur, fisci iuribus infertur: secus si sine delicto.

75 Fisco acquiritur quicquid ab indigno iure aufertur.

76 Partu supposito ab hæreditate excluso, cõsanguineis proximioribus quæritur hæreditas, & non fisco.

77 Partus suppositi quæstio per fiscum referri potest, si desint liberi, vel referre negligant.

78 Fiscus & quiuis alius quæstionem suppositi partus referre potest.

79 Fiscus suppositi partus quæstionem referens, sibi quæret, si obtinuerit.

80 Fiscus pœnam à malefico extortam sibi & accusatori diuidere solet.

81 Publicani fisco sunt diligentiores.

82 Actiones pœnales & populares vt in pluribus in hæredes non transfunduntur.

Multæ soli fisco quæruntur quæ in vindictam publicam indicuntur.

83 Fiscus ex officio delicta punire tenetur.

84 Fisco acquiri potest pacto seu conuentione partium priuata.

85 Respublica pupillo æquiparatur.

Ius accrescendi in pœnis nullum sibi locum vendicare potest.

86 Arbiter non potest suæ sententiæ seu laudo pœnam adijcere, licet fisco applicandam.

87 Præmium accusatori per iudicem statui debet ex bonis damnati.

88 Accusator præmium suæ accusationis non obtinebit, nisi prius accusatum legitime conuicerit.

89 Apertio sola testamenti ante vindictam necis defuncti, nõ sufficit ad bonorum publicationem.

Pœnæ non sunt ampliandæ, sed restringendæ potius.

90 Legata conseruantur si turpi instituta persona frater prætereatur.

91 Legata quibus conseruari soleant rupto testamento, & numero.93.

92 Frater an obtineat legata sibi à testatore relicta, vbi testamentum in cæteris rumpitur.

94 Testamento, quod ad institutionem attinet, rupto, cætera in suo vigore permanent.

95 Legata rupto testamento parentibus & liberis, vxori & nurui conseruantur.

96 Frater quo ad quid filijs sit assimilandus.

97 Extensio de ascendentibus & descendentibus ad transuersales est illicita.

98 Extranei hodie etiam legata percipiunt infirmato testamento.

99 Fratres non eodem potiuntur fauore quo parentes & liberi.

100 Testamentum fratris fratrem exhæredantis, persona turpi instituta, quo ad quid annullari possit.

101 Institutionis necessitas parentibus, filijs & nepotibus imponitur.

102 Natura nedum in filijs & nepotibus, sed & in fratribus curanda est.

103 Ingratitudo non tantum in liberis aduersus parentes, verumetiam fratris in fratrem reprobatur.

104 Legatum fratri factum rupto testamento conseruatur necessariò.

105 Frater à fratre in testamento & cæteris honore affici debet & officijs.

106 Fratribus latissimè fauet lex, etiã plus quàm quibuslibet extraneis.



IC §. NECESSArius fuit ad declarationem secundi capitis huius Senatusconsulti Sillaniani, cuius mẽtio facta est in.l. tertia.§.quod ad causam. eod. titu. & huius meminimus in.l. in cognitione. & in.l. Caius. & in.l. necessarios.§.non aliàs. suprà eo. tam in priore quàm repetita lectione. alioquin circa illud in tenebris ambulatum fuisset. hic vero.§. illud declarat. Et tria sunt in hoc.§. capitula. Primũ est repetitiuũ

eorum quæ dicta sunt in prædicto.§.quod ad
causam. quo ꝓhibetur tabulas testamenti aperi-
ri,recitari , scribi priusq; de familia quæstio &
supplicium pariter,& de noxiis necis testatoris
sumptũ fuerit. Quæ eadẽ in primo capite huius
§.repetũtur,dũ dicitur,ex hoc edicto actionẽ ꝓ-
ficisci aduersus eos qui cõtra prætoris edictũ te-
stamenti tabulas aperiũt,vel quid aliud simile fa
ciunt.id est,recitãt vel describũt.repetit hic Iu-
recõsultus dũ ait,nam vt ex suprà dictis apparet
plura sunt ꝓpter quæ pœna edicti cõstituta est.

In secũda huius.§.parte declaratur quæ causa
sit illa edicti pœna,quæ hactenus posita non est
neq; declarata. Et hæc secũda pars est in versic.
palàm est autẽ.in qua duo dicit. Primũ qualitatẽ
actionis seu speciẽ dicit esse popularẽ propter
quæ verba Din. & sequaces quorũ meminimus
in.d.l.in cognitione. &.l.Caius.suprà eod.dixe
1 runt † illã anno præscribi.Sed aliter rei veritas
se habet.durat enim quinquẽnio,vt amplius in
d.l.in cognitione.dictũ est:quanuis regulariter
populares actiones anno præscribãtur.l.fi.ff.de
popula.actio. & paulo inferius nõnihil repete-
mus post glos.in.l.in omnibus.argumẽto illius
l.ff.de diuers.& tẽpo. præscriptionib. Secun-
dum ad centũ vsq; aureos pœnã ex bonis dãna-
ti vult extendi.in quo videtur hoc secundũ edi-
cti seu Senatuscõsulti caput à primo capite dif-
ferre:cùm in primo capite vult salariũ accusato-
ri ex bonis occisi dari:hoc aũt secundũ caput ex
bonis damnati solui,videlicet ex pœna quæ à cõ
dẽnato exigetur.mox declarabimus. Secundo
differt in alio:quoniã primũ caput vltimũ suppli
cium reo huius edicti imponit:hoc aũt caput cẽ-
tum aureorũ pœnam tantũ exigi voluit. Quod
Accurs.hic in verbo,dãnati.declarat. Ampliore
cõmẽtario tractauimus in.d.l.in cognitione. &
in.d.l.Caius.nõnulla inferius repetemus,quãtũ
pro huius text.interpretatione necessarium erit.

In tertia huius.§.parte Iurecõsultus præter so
litum morẽ ad accusandos huius edicti reos inui
tat præmio illis statuto ex pœna seu mulcta quæ
2 eorũ diligẽtia & opera exigetur. Quod † ab illa
Iurecõsultorũ prudentia & modestia alienũ esse
videtur,qui pœnarũ exactores esse nõ solẽt, ne-
que pœnas exasperare seu exacerbare cõsueue-
runt.nũq; enim aut raro,nisi cũ quadã benigni-
tatis aut clementiæ rõne & tẽperamẽto impone
re voluerũt.l.respiciendũ.in princ.l.hodie.l.aut
facta.§.fi.l.si pœna.l.interp̃tatiõe.ff.de pœn.l.
cõmodissimũ.ff.de lib.& posthu.l.puto.ff.de iu
re fisci.Sed hæc rõ faciliter in hoc edicto defen-
di põt:quia res mali exẽpli est,vt in simili dici-
tur in.l.si quis aliquid.ff.de pœnis.in.l.iij.§.ad-
iectio.ff.ad legẽ Cornel.de sicar.&.l. diuus.ff.
de re iudic.pariter & reipublicæ fauor,cuius in
princi.l.j.suprà eo.meminimus. Ex hoc text.eli
3 ci põt † actionẽ ex hoc edicto prouenientẽ, siue
ciuiliter aduersus hæredes agat̃ q ex fctõ defun
cti conueniri possunt,vt in.l.Caius.suprà eo.di-
ctum est,&.l.sororẽ.&.l.cũ fratris.C.eod.l.j.&
ij.C.vbi causæ fisca. siue criminaliter aduersus
ipsosmet reos agatur popularem esse. Sed ad-
uerte , vt paulo ante diximus, & in.l.in cogni-
tione.suprà eod.& mox inferius aliqd dicemus,
non esse eiusdẽ generis cuius sunt aliæ popula-
res actiones . in duobus enĩ præcipuè à cæteris
actionibus popularibus differt. Primò reliquiæ
populares actiones aduersus hæredes nõ trans-
eunt. Secundo expirãt anno.l.fin.ff.de popula.
actio.in vtroq; tamen differt. Primo nãq; aduer
sus hæredes transit, vt nunc ostendimus. Secun
dò post annum à fisco peti possunt, imò vsq; ad
quinquẽniũ.d.l.in cognitiõe.suprà eo.illic dixi
mus post glo.in.d.l.in oĩbus.ff.de diuer.& tẽ-
po.p̃script.l.j.§.fi.ff.de iure fisci.d.l.j.C.vbi cau
sæ fiscales. Verũ est autẽ hũc.§.de secũdo se-
natusconsulti capite tñ loqui,cuius verba in.l.
iij.§.quod ad causam.suprà eo.exp̃ssa sunt,quæ
eadẽ Iureconsultus hic vult repeti,dũ in duabus
4 partibus huius.§.ait,primo dũ dicitur, † ex hoc
edicto actio ꝓficisci cõtra eũ qui aduersus edi-
ctum p̃toris tabulas aperuisset. Et seqtur vel si
quid aliud fecisse dicet̃.Secũdo dũ dicitur,nã vt
ex p̃dictis apparet plura sunt ꝓpter quæ pœna
edicti cõstituta est.Sed quæ sunt hæc plura,di-
cit Accur.hic in verbo,plura.& bñ,recitare, de-
scribere:vt in.d.§.q̃d ad cãm.Simili elocutione
vsus est Iurecõsultus in.l.Paulus.§.fi.ff.ad legẽ
Corn.de fal.ibi,celauerint,surripuerint.deleue-
rint,subiecerint,resignauerint,eadem pœna affi
ci solere.Simile in cle.j.de vsur.circa prin.ibi,fa
cere scribere vel dictare.l.omnes. in princi. ibi,
& nemo vlterius cauetur quæ repererit profana
præcepta vel docere vel discere. & in.l.damna-
to.ibi,scriptos habere,aut legere,aut describere
audeat quisquàm . Et.l.quicũq;.§.fi.versi.nulli.
ibi,vel dictare,vel scribere,vel edere,atq; emit-
tere,aut aliorũ dicta vel scripta sup̃ eadẽ re pro-
ferre.C.de hæreticis.Plura his similia referri pos
sent: sed hæc exempli causa dicta sint,sicuti Iu-
reconsultus docet in.l.damni infecti.secunda.ff.
de dãno infecto. l.j.§.quod vulgo. ff.de vi & vi
5 arma. Ex quibus infero, † in criminalibus fa
ciendã non esse legis extẽsionẽ extra casus in le
ge cõprehensos: vel nisi in lege inueniãtur cõ-
prehensi.Probat clarè iste tex.dũ ait,vel si quid
aliud fecisse dicat̃.& mox sequitur, nã, vt ex su
pra dictis apparet,plura sunt &c. Ecce quomo-
do Iureconsultus ad ea se remittit quæ in edicto
expressa erant. Alioquin extendere non liceret.
l.prima.§.ad testamẽta.versi.inter filiũ.ff.ad le-
gem Corneliã.de fals.in his verbis , in extraneo
si specialiter subscriptio facta est , q̃d illi ducta-
ui & recognoui,pœna cessat.& iterũ , vel gene-
ralis subscriptio sufficit & ad pœnam euitãdam

& ad

& ad capiendum.& in.l.j.&.ij.C.de his qui sibi
ascrib.in testamento.de quo per Bald.in.l.iube
mus.secunda.in fi.C.de sacrosanct.eccles.Alex.
post Bartol.in.l.si quis obrepserit. ff.ad legem
Corne.de fal.§.quia vero verisimile.in authent.
de non alienā.reb.eccle.coll.secūda.Adde tex.
in.l.quicunq;.in verbo,pari.C.de seruis fugit.
quē text.Bart.ad id notat in.§.primo.in fi.prin
cipij.in authent.de incest.nupt.coll.tertia. dum
6 quærit † si statutum dicat masculum tale deli
ctum committentem pœna corporali seu exilij
puniendum esse,& eadem pœna fœmina punia
tur:intelligendum esse ait Bart.dummodo mu
lieri conueniat.Cui adde glos.in.l.si fugitiui.C.
de seruis fugit.quam aliquādo in publica dispu
tatione allegaui respondēdo argumētis domini
Philippi Decij dicta Petri de bella perti.in.l.vni
ca.C.de sentē.quæ pro eo quod interest profer.
reprehendētis & impugnātis,& aduersus Petrū
inducentis dictam.l.vnicā.C.de senten.quæ pro
eo quod interest proferū. in his verbis,veluti in
venditionibus & locationibus & in omnibus cō
tractibus hoc quod interest dupli quantitatem
minime excedere. Addebat ille ad text.dictæ.l.
verbū,alijs.quod in nullo volumine,quod lege
rim,scriptū inueni. Et illo vocabulo,alijs.addi
to ad illam.l.illū text.aduersus Petrū inducebat,
vt ille tex.probaret non tantum in contractibus
vltro citroq; obligatorijs intelligendā esse,qua
les sunt emptionis & venditionis,locationis, &
similes:verumetiam ad omnes contractus etiam
non obligatorios vltro citroq; extendi & intelli
gi debeat illa.l.vnica. Addebat & secundò De
cius præsupposita sua suppletione,quam subau
diendam esse seu verius illi legi addēdam esse vo
7 lebat,ex ea necessario inferri † dictionem vniuer
salem capacem esse omnes cōtractus cuiuscunq;
qualitatis existant amplecti:multomagis Decius
inquit, vbi duæ dictiones vniuersales geminatæ
erunt, sicuti in illa.l.dicit esse debere in his ver
bis,& in omnibus cōtractibus sic addere & lege
re vult,& in omnibus alijs cōtractibus.Sed vt in
publica disputatione aduersus Decium allegaui,
vt in respōsione nostra quæ publicata est & chal
cographis tūc exposita,quā Decius adhuc viuēs
vidit & legit,ille text.neq; imperator vnquā co
gitauit tam large suam constitutionē extendere,
neq; illius additio in nullo volumine scripta in
uenietur. Et Accursius illic huic subauditiōi oc
currens rectè cōmemorauit. dixit enim Accur
sius in verbo,cōtractibus. in omnibus cōtracti
bus similibus.alioquin,inquit,esset contra vers.
in alijs.qui haud multo post sequitur in eadem
l. Et similiter respondi,vt in responsione nostra
vnusquisq; legere & videre pōt: & re vera ab
surditatem & contrarietatem in eadem.l.induce
ret. Et dato & pro constante habito vt dictio,
alijs.in illo tex.recipienda esset,q̄d verū non est,
8 neque esse pōt, † sitq; Philippi Decij impostura
similis illi quam Bald. fecisse dicitur in.l. si cre
ditor.§.si. in verbo,nulla. ff.de distractio.pign.
quam pleriq; affirmatiue legēdam esse volebāt:
propter quod Barto. Pisas misit,vt Pisana litera
videretur,in qua sicuti Bart.asserebat cōpertum
est vt in eadē.l. Bart.meminit. & in.l.filiusfami
liās.§.diui.ff.de lega.j. Sic Philip.Decius vt faci
liore euētu Petri doctrinā impugnaret,bonā exi
stimauit illi.l.vnicæ.C.de senten.quæ pro eo q̄d
interest profer.dictionē,alijs.addere : vt in eadē
duæ dictiones vniuersales inuenirenē.cui Accur
sius contradixit,vt suprà diximus.Nam etiā si in
eadē.l.duæ illæ dictiones,omnibus.&,alijs.inuē
tæ essent, maioris seu potioris efficaciæ & virtu
tis essent:vna earū referretur necessariò ad omes
similes contractus vltro citroq; obligatorios qui
similis naturæ essent,quales sunt emptio & vēdi
tio,locatio & cōductio,& similes: nisi quatenus
in.l.expresse cautum inueniretur, sicuti dictū est
per hūc tex.in his verbis,vel si quid aliud scilicet
simile,sicuti Iurecōsultus ostendit,dum mox ait,
nam vt ex supra dictis apparet &c. Solet ad id al
legari glos.Accursij in.l.ob es. C.de prædi.mi.
sine decre.non alien. etiam si dictio taxatiua ad
iecta esset,sicuti per illam glos.notant Paul.de
castro,Aret.& coætaneus Philip.Decij Iason in
l.si mora.in.iiij.notabili.ff.solu.matrimo.Qui
bus addo.l.ij. in verbo,tantūmodo. C.de patri.
qui fil.distraxe.quā Bald.ad id not.in.l.nullus.
in fi.C.ad legem Iuliam maiest.cui addo text.&
glos.in.l.prima.C.quæ sit longa cōsuetudo.per
9 quam Bald.ait † illas esse similes quarum quali
tas est vna,seu quarum vna est substantia. Vbi
igitur diuersa erit qualitas vel substantia, ex ea
dissimilitudinē probari dicere necesse est:ad eas
igitur extensio minime fieri potest: vt Bart.no
tat quam illic Moder.sequuntur in.l.vnica.ff.si
quis ius dicen.nō obtēper.Sic idem in casu.d.l.
vnicæ.C.de senten.quæ ꝑ eo quod interest pro
fer.necessariò dicēdū est. Addo.l.serui nomine.
vbi hoc Bart.not.ff.de vsuscapio.l.j.§.per ser
uum corporaliter pignori. ff.de acquirē.posses.
quam Roma.& Areti.ad id illic notant. Dixi in
repet.l.cōtractus. ff.de reg.iur.dum de dolo tra
ctauimus an lata culpa dolus sit, & ad dolū extē
di debeat.Plura diximus in.l.iij.§.si quisquā.su
prà eo. Et circa illa quæ scripsimus, volo sedulū
lectorē attendere quod Iurecōsultus dixit in.l.is
cui.§.si hæres. ff.vt in poss. leg. cuius etiā memini
mus in prædicto.§.si quisquam. dum ille tex.ait,
10 † dolū accipere debemus etiā culpā latā, sed nō
omnē dolū, sed qui in nomine legatariorū & fi
deicōmissariorum factus est. Ex quo.§.puto me
lius quàm ex quouis alio colligi doli differētias:
vt vnus sit dolus,qui & latam culpā includat: vt
in exēplis per nos positis in.d.§.si quisquam. dū
similitudines cōmemorauimus,quas depositum
habet cum cōmodato,deposito,fideicōmisso,tu
tela, negotijs gestis,& alijs illic commemoratis.

Alius autem est dolus qui latam culpam nõ ad-
mittit: sicuti est in deposito, vt illic plenius dictũ
est. Non igitur extẽdere licet, nisi in casibus qui
in. l. inueniuntur expressi: vt glos. notat in. l. iij.
§. interdum. ff. de nego. gest. & vltra quàm dictũ
sit in dicto. §. si quisquã. ex. l. j. ff. si mensor fals.
mod. dixer, tametsi ea quæ in illo. §. dicta sunt
plus satis sufficiant, non tamen omittere existi-
maui vnũ quod ad multa alia referri põt, vt vbi-
cunq; lex propter officij necessitatẽ & fidẽ à pu-
11 blico approbatã † si fortè is qui sic suffectus est,
in cõmisso sibi officio negligenter peccat, negli-
gẽtia illa magnæ culpæ annumeraẽ. l. ij. ff. quod
quisq; iur. l. imperator. ff. ad municipa. glos. in. l.
j. in princ. in verbo, iniquitatẽ. ff. de appel. Non
enim lex tolerare non vult ne sub publica fide
quisq; lædatur. l. municipes. ff. ad municip. Quæ
in deposito conuenire non possunt, præsertim
quãdo depositum solius deponẽtis gratia & fa-
uore sit, cuius est propria natura: vt in. l. quod
Nerua. ff. depositi. de quo loquitur. l. contra-
ctus. ff. de reg. iur. & aliæ leges illi similes, qua-
rum meminimus in. d. §. si quisquã. in. l. iij. suprà
eod. & in. d. l. contractus. Et ita declarat Iurecõ
sultus in. l. j. §. fi. & duabus legibus sequẽt. ff. de
positi. Nihil em̃ in deposito publica fides offen-
12 ditur: † sed deponens habet, quid sibi imputet,
quare minus idoneũ depositariũ elegerit. In cul
pa enim est suæ electionis. §. præterea. instit. qui-
bus mod. re contrahi. oblig. l. j. §. is quoq;. ff. de
actio. & obliga. sicuti is qui ex pluribus etiã pu-
blica fide approbatis in electione peccat, qui po
tuit doctiorẽ aut idoneiorem eligere. l. vtiq;. §.
culpa. vbi glos. hoc not. ff. de rei vẽdicatione. l.
quod si nolit. §. culpã. ff. de ædili. edicto. l. si ab
hostibus. §. si vir. ff. solu. matri. induci potest. §.
quod autẽ. ibi, insignibus mechanicis. in authẽ.
de non alie. reb. eccle. colla. ij. non erit igitur ex-
tra casum in lege expressum licita extẽsio, secun
dum glos. in. l. contractus. ff. de regul. iur. in cu-
ius repet. plura diximus. Quibus addo. l. si for-
tuito. ff. de incend. ruina, naufra. dũ ille tex. ait,
nisi tam lata culpa fuit, vt luxuriæ aut dolo sit
proxima. Ecce in quo lex vult latam culpam do
lo comparari. vult enim vt tam lata sit vt luxu-
riæ vel dolo proxima sit, & in dicta. l. is cui. §. si
hæres. ff. vt in possess. legatorum. Nec absq; ad-
miratione est quod conciuis noster in illa. l. con
tractus. ff. de regulis iur. dicere visus est. l. quod
Nerua. ff. depositi. de lata & latiore culpa intel-
ligendam esse, dum in illa. l. dictũ esse vult quod
natura omnes homines faciunt. imposturã enim
illi. l. facit: quoniam hoc nõ dicit illa lex: sed istis
13 verbis vtitur Iureconsultus, † nam & si quis
non ad eum modum, quem hominũ natura de-
siderat, diligens est, nisi tamen ad suum modum
curam in deposito præstet fraude non caret. dif-
ferũt enim hæc, quod natura omnes homines fa
ciunt. quæ verba etiam eos homines comprehẽ-
dunt qui non solent ex diligentioribus homini-
bus esse. Cæterum aliàs diligentes sunt, & depo-
sitarius illis adhuc negligentior est. in quo dici
potest latæ culpæ satis cõuenire. l. latæ. ff. de ver
bo. signific. & l. cedere diem. §. latæ. eodem titu.
Sed adhuc Iurecõsultus non tantam diligentiã
in depositario requirit, sed eã quam solet ad mo
dum suum obseruare. c. ij. extra de deposito. in
quibus terminis loquitur dicta. l. quod Nerua.
dum dicit quod nunc transcripsimus & adhuc
repetimus, nã & si quis non ad eũ modum quẽ
hominum natura desiderat, diligens est, nisi ta-
men ad suũ modum curam in deposito præstet
fide non caret. Satis igitur est quod eam diligen
tiam circa rem depositã præstet qualẽ ad suum
modum circa res suas adhibet. Et si ad suum mo
dum circa rem depositam diligentiam nõ adhi-
bet, iam non tantum in lata culpa est, sed in do-
lo, inquit ille tex. fraude non caret: quæ fraus
dolus est, per illum textum, in capite legis, dum
14 in ea dicitur, † quod Nerua dicit latiorem cul-
pam dolum esse, Proculo displicebat, mihi veris
simum videtur. Idem in dicto. c. ij. extra de depo
sito. non igitur licita est extra casum suũ exten-
sio, vt prædiximus. quod & Decius in dicta. l.
cõtractus. ff. de regul. iur. meminisse videtur nõ
esse trahendam. l. j. ff. si mens. fal. modum dixer.
in consequẽtiam, eo quod lex vltro procedat di
sponendo. Et ratio ex illa. l. j. est, quia mensor in
officio deliquit, vt suprà ostẽdimus per. l. magi-
stratus. ff. de admini. rer. ad ciuita. perti. & alijs
legibus per nos commemoratis in. d. §. si quis-
quam. in. l. iij. suprà eodẽ. & in. d. l. cõtractus. ff.
de regulis iur. idẽ dico in precario per. l. quæsi-
tum. §. illud. ff. de precario. quoniam ea quæ in
deposito considerantur, quæ copiose explicaui
mus in. d. l. iij. §. si quisquam. eadem in precario
repetuntur in illa. l. quæsitum. §. illud. quem. §.
15 coniũgas cum. §. eũ qui. qm̃ † qui in re precario
possessa ad eum modũ vsus non est quo suis re-
bus vti solet, ad similitudinẽ depositi de dolo, la
ta culpa, imò latiore, & fortius de negligẽtia ar-
gueẽ. Quia quisq; sit qui rẽ restituere teneẽ, de-
bet integrã restituere quando ex re cõmodum
capit: qualis est is qui precario possidet. & si mo
ram faciat in ea re integraliter restituenda, de ca
su etiam tenebitur, dicta. l. quæsitum. §. plane. ff.
de preca. sicut in deposito dicitur in. l. prima. §.
si in Asia. ff. deposi. Hæc obiter dicta sint. Ad
16 institutum igitur redeamus, † non esse iustã ne-
que licitam legis extensionem in odiosis extra
casum suum, nisi expresse à lege extensum inue
niatur, vt hic & l. fi. C. de reuocã. dona. §. causas.
in authen. vt cũ de appel. cognosc. coll. viij. l. j. §.
fina. versicu. præter. ibi, ad similitudinem furti.
ff. si quis testa. liber esse iuss. fuer. de quo per Ro
ma. in. l. vectigalia. ff. de publi. & vectiga. Bal. in
d. l. ij. C. de patri. qui fil. distraxer. melior tex. in
l. iij. §. hoc autẽ. ff. de his qui deiecer. vel effude.

ibi, sed nec hæredi simílibusq́ personis datur: cùm sit pœnalis & popularis, & imperator vete
17 res interpretationes † corrigit, quæ ex coniectu ris legem interpretabantur, & extēdebant, in. l. apud antiquos. C. de furtis et seruo corrup. glos. in. l. si quis seruo. in verbo, extēdatur. & in glos. fi. C. eo. de fur. Vnū tamen existimaui non omit tendum esse anno 1523. Rothomagi in curia extensionē factam fuisse institutionis ad collationem, tametsi vt diuersa ponantur in. c. cùm in illis. §. fi. de præbend. in. vj. & hac potissima ratione, quoniā aliàs exorbitatio maxima cōtra legis & canonis rationē introduceretur. Species seu casus erat de decretali, ordinarij locorū. §. in cōferēdis. de officio ordina. lib. vj. quā in collatione, non in institutione intelligendā esse plerique opinabantur: sed in odium pluralis in beneficijs per rationē. c. non potest. quā illic Ioannes Andre. Domi. Petrus de Anchara. Archid. & alij diligenter considerauerūt. de præben. lib. vj. c. fi. de filijs presbyte. eodē lib. c. dudum. ij. extra de electio. & extrauag. execrabilis. extra de præbē.
18 & similes, † facta fuit extensio de collatione ad institutionē, & rectè, per rationē. l. impuberem. §. qui liberti. ibi, non verbis sed sententia senatusconsulti tenetur. &. l. diuus. j. versic. & quatenus. ibi, sententiam magis sequendam esse huius senatusconsulti quàm scripturā. ff. ad leg. Corneliam de fals. l. miles. §. quidam. ff. ad legē Iuliam de adult. ibi, respondi opinionē quidem tuam et verba legis & sententia adiuuant. l. sed sciēdum. in fi. ff. ad legem Pōpe. de parricid. ibi, sed & nouercæ & sponsæ personæ omissæ sunt, sententia tamen legis continentur. l. hos accusare. §. fin. ff. de accusatio. ibi, quæ in seruos, quantum ad hæc verba pertinēt, non cadunt. Sed cum natura cōmunis est, similiter & in eos animaduertitur. l. vnica. ff. quibus non cōpet. bono. possess. ibi, respondi hic casus verbis edicti non cōtinetur, sed æquum est &c. l. ij. §. si mater. versic. idoneos. ff. ad senatusconsultum Tertul. ibi, quid si decesserint quidem puto, licet verba deficiāt, sententiā cōstitutionis locum habere. Possent plures illis
19 similes recenseri. † alioquin si extensio facta nō fuisset contra iuris rationem & dispositionē liceret non tantum duo aut tria, sed & plura alia curata beneficia etiam parochiales ecclesias simul & semel obtinere & retinere: quia licet collatio tertij beneficij nulla esset per illam decreta. ordinarij locorum. §. in conferendis. de offi. ordina. lib. vj. ad tertium, quartū & quintū beneficium parochiale præsentari, & ad ea per ordinarium sine canonica dispensatione institui posset. & huiusmodi præsentatio & institutio nulla dici non posset in quo neruus totius ecclesiasticæ disciplinæ subuerteretur, qui aduersus plurales in beneficijs armatur: vt in illis capitulis, &. c. de multa. de præben. clemen. si plures. de præben. in. vj. & plerisq́ alijs, quæ laboriosum magis quàm necessarium esset recensere. Quibus addo tex. in. l. si quis seruo. C. de furt. in fin. legis. ibi, ne ex huiusmodi impunitate, & in alium seruū qui possit facilè corrumpi, hoc facere perueniet. & glos. fi.
20 in verbo, corrūpi. ait, † Et nota quod idem dico in filio: cùm eadē sit æquitas: vt suprà de iudic. l. placuit. & dixi. ff. de seruo corrup. l. & tantū. §. j. Cui addo. l. vnicam. C. si rector prouinciæ. ibi, vt non solum circa administrantes, sed etiam circa administrantiū filios, nepotes ac propinquos participes, id est, consiliarios domesticosq́ locū habeat. l. pen. & fi. C. de interdicto matrimo. inter tutor. & pupil. l. libertum. in princi. & primo respōso. ff. de ritu nupt. ibi, senatusconsulti quo prohibentur tutores & filij eorum pupillas suas
21 ducere. puto † hæredē quoq; tutoris extraneum sententia cōprehendi: cùm ideo prohibuerit huiusmodi nuptias, ne puellæ in re familiari circun scribantur ab his qui rationes eius gestæ tutelæ reddere cōpellantur. De his vide Ioan. de Imol. post Bar. in. d. l. serui nomine. ff. de vsuscap. eundem Imolam & Roma. in. l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimo. Hic iungi potest quod moder. Papiens. notat in. l. si quis id quod. in septima limitatione. ff. de iurisdict. om. iudic. & quod amplissimo cornu scribunt omnes tā antiqui quàm Neoterici in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. & istorum triuialium pleni sunt recentiorū codices: quare vlterius non insistam.

In tex. palam est autem popularem actionem.
22 hic versiculus tria dicta continet. Primū est, † actionē ex hoc edicto prouenientem, id est ex hac secūda edicti parte cuius in titulo huius senatusconsulti mentio facta est, quemadmodum testamenta aperiantur. & quæ declaratur in. l. tertia. §. quod ad causam. suprà eodem. & in capite huius. §. meminimus. popularem esse. In hoc differt hæc secunda pars ab illo edicto quod positum est sub titulo, quemadmodum testamenta aperian. quod prohibet pupillares tabulas aperiri, imo ipsum patris testamentum, in quo pupillariter filijs suis substituit, per rationem illius edicti in. l. secunda. §. si dubitetur. & per totam pene legem, &. l. cùm ab initio. & legibus sequentibus. &. l. pupillares. ff. illo titulo, quemadmodum testamenta aperiantur. in expeditione huius tituli plenius declarauimus. Illud edictū non est populare: hoc verò propter Reipublicæ beneficium populare est. Et ad id coniungo rationem. l. tertiæ. §. fina. &. l. nam Reipublicæ. ff. de noui operis nuntiatio. cum. l. prima. ff. de popula. actioni. Nam † publice interest non adiri hæ
23 reditatem, nisi prius de reis assumpta sit vindicta: vt dictum est in. l. prima. in principio. suprà eodem. ob id præambulum aditionis quod est apertio testamenti, pariter hoc edicto prohibitū est: quoniā anteq; adeat hæres debet suæ institutiōis certus esse: alioquin nihil acquirit, seu nihil agit. l. cum quidā. §. scientia. &. §. seq. &. l. hæres

institutus. ff. de acquir. hæredi. dixi in dicta. l. iij. §. quod ad causam. & in. §. aperire. suprà eodem. Sed non tam peccat qui tantum testamentũ aperit, quàm qui adit: quoniam qui tantum aperuit, nullum cōmodum ex ipsa apertione consecutus est. hac ratione minus hoc edicto punitur. Ex primo nãq; capite huius senatusconsulti hæres indignus fit hæreditatis testatoris occisi. Ex secundo verò capite in centum aureis tãtum punitur. Diximus in dicto. §. quod ad causam. & in. l. in cognitione. & in. l. Caius. suprà eo. & pauca repetemus, quæ huic legi erunt necessaria. Secũdum igitur dictum est ibi, cuius pœna in centum aureos ex bonis damnati extenditur. Et iste versic. posset in duas partes diuidi: vt prima contineat pœnam, quæ hoc edicto inuẽta est: quæ fuit necessaria duplici ratione. Prima, quia in declaratione huius secũdæ partis edicti Vlpianus in dicto. §. quod ad causam. nihil expresserat, neque tractauerat, neq; actionis naturam exposuerat: hic autem popularem esse dicit. Secundò pœnam eius non fuerat arbitratus: hic verò ad centum aureos tantum extendi posse ait: vt inter primum & secundum caput edicti differentiam esse ostendat. Secunda pars declarat dubium, quod ex capite huius legis proueniebat: in quo præmium quod accusatori concessit, quia reos mortis domini conuicerunt ex bonis occisi concedi censuit. Eadẽ videbatur ratio in hac secunda edi

24 cti parte: tamen † vt inter vtrũq; caput differentiam demonstrert, non ex bonis testatoris vult dari præmium, sed ex bonis damnati. Et differẽtiæ ratio esse potest: nam propter cõtractum ab hærede indignitatem, qui adeũdo hæreditatem acquisierat priusquam de familia occisi & de ipsis occisoribus quæstionem & supplicium assumere procuraret, potius ad censum quàm ad mores seu mortis defuncti defensionẽ prospexit: vt in dicta. l. Caius. suprà eo. ex illo tex. annotauimus in verbo, ingratæ hæredis. l. hæredem. ff. de his quib. vt indig. & l. j. C. eo. & l. iij. §. non tantum. suprà eo. fiscus bona aufert quæ cum suo onere in fiscum transeunt: vt in capite huius. l. diximus declarando. l. recusare. §. si fisco. & l. Marcellus. §. fina. ff. ad Trebel. ex bonis occisi vult præmiũ accusatoribus dari: & sic fiscus minus ex illis bonis percipit quantum est præmium quod accusatoribus concedendum est. Non sic est in hoc casu: quoniam nihil ex bonis defuncti fiscus percipit, sed ex pœna tantum quæ ab aperiente tabu-

25 las testamenti exigitur: † quã in duas partes vult diuidi: vnam accusatori, alteram verò fisco præbet: vt in sequente responso declarabitur. Simile est in. l. senatus. §. senatus. primo. ff. de iure fis. & l. vnica. C. de vendi. rer. fis. communium cum priua. lib. x. Plura de his inferius tractabimus. in eo igitur fiscum grauare nõ vult. Tertium dictum huius versiculi est ibi, & perinde partẽ dimidiam ei cuius opera cõuictus erit &c. In quo declaratur quod in priore dicto exposuimus, cui hæc centum aureorum pœna applicãda erit, an fisco, an verò accusatori in præmium suæ accusationis. Et dixit diuidendam esse vt dimidia huius pœnæ pars conuincenti præmij nomine à prætore concedatur: reliqua verò pars fisco applicetur. Simile est in dicta. l. senatus. §. senatus. ff. de iure fisci. & l. fin. C. de his qui à non domi. manumittũtur. Licet hic articulus vt Accursius hic meminit in verbo, damnati dubius inuictus sit. Nã Hugo antiquus glossator huius fuit opinionis, cui adhæsimus in dicta. l. in cognitione. & in. l. Caius. suprà eo. vt in hac edicti parte publicatio non interueniat. Hoc diximus post Iureconsultum in. l. necessarios. §. non aliàs. tam in ordinaria lectione, quàm in repetita lectione suprà eo. vbi responsum dedimus. l. fina. infrà eo.

26 & l. iij. C. eod. hic in glos. memorata. † Alia fuit secunda opinio dicentium publicari bona, & vlterius centũ aureos de bonis hæredis fisco præstari debere quod verum nõ est vt plenius in locis prædictis docuimus & communis omniũ doctorum schola ad id post Accursium in dicta. l. iij. C. eo. conuenit. non enim aliter bonorum publicationi locus esse potest quàm si adita sit hæreditas ante sumptum de familia supplicium. dicto. §. non aliàs. Neq; licitum est vbi lex expresse non declarat in odiosis & pœnalibus legẽ extendere vt in prima parte huius. §. explicuimus.

Ex hoc versic. habes decisam hanc actionem popularem esse. Secundò pœnam huius secũdæ partis edicti esse centum aureorum tantum. Tertiò ex bonis damnati, non autem occisi hanc pœnam exigi. Quartò in duas partes à prætore diuidendam esse, vnam conuincenti hæredẽ quod testamentum aperuerit, tradi: alteram verò fisco applicari seu in fiscũ redigi debere ait. quanquã hic text. de fisco mentionem nõ faciat, sed solum dicat in publicum redigi, sed id de fisco intelligas, vt mox declarabimus. In quo rectè conuenit dicta. l. senatus. §. senatus. primo. ff. de iure fisci. quam illic Bartol. inducit ad dissolutionem quæstionis per eum factæ in causa statuti conce-

27 dentis † accusatori medietatem bonorum banniti in præmium accusationis. quod sic intelligi debere ait vt totum Camerario cõmunis seu cõmunitatis detur, & Camerarius partem illam dimidiam accusatori tribuat: & sic de manibus Camerarij recipiat. Et praxim seu condemnationis formam tradit illic Bartol. dicit enim sic condemnandum esse reum in certa summa Camerario tradenda, cuius medietas sit communis, & altera medietas accusatoris. Et sic exactio illa pœnæ à solo Camerario faciẽda erit. Allegat dictam. l. vnicam. C. de vendi. rer. fisca. commu. cum priuat. lib. x. ibi, vt vniuersa à procuratoribus meis distrahantur, etiam si minima portio ad fiscum pertineat, sed pretium partis tãtum in fiscum redigatur, reliquum dominis partium restituatur.

Hoc

Hoc iste text. aperte docet, dum ait, Et perinde partem dimidiam ei cuius opera conuictus erit præmij nomine se daturũ prætor pollicetur par tem in publicum redacturũ. Et sic prætor ille est qui partes facit & cuiq; pariẽ tribuit. Hanc Bar. praxim cõmemorauit Mathaselanus in notabili lxx. incipiẽte, nota quod si statutum dicat. ex cuius dictis & glos. nostræ doctrina in verbo, popularem. dum allegat. l. iij. ij. responso. &. §. fi. ff. de sepulc. viola. Mathaselanus ait ex huiusmodi legibus, videlicet dicta. l. iij. primo responso. & §. finali & hac lege nostra duplicem oriri actionem seu agendi rationẽ: vnam ciuilem, & alterã criminalem, quæ tamen simul intentari non poterunt. l. vnica. C. quãdo ciuilis actio crimi. præiudic. &. l. secũda. §. j. ff. vi bono. rapto. secus autem vbi lex vel statutũ disponunt vt quis in centum condemnetur, quorũ dimidia pars fisco applicetur, reliqua verò dimidia accusatori. Isto casu secundùm eum iudicium in totum merè ciuile erit: & ob id cõdemnabitur reus ad soluendã totam & integrã pœnam fisco, & fiscus eam exiget: sed postea contra fiscũ accusator regressum habebit secundùm Barto. doctrinã in dicta. l. senatus. §. senatus. ff. de iure fisci. Iste tamẽ tex. oppositum probare videtur in versicu. & perinde. qui ad praetorẽ omnia refert. Cæterum dicta. l. vnica. C. de vendi. rer. fisc. cõmunium cum priuat. lib. x. satis Bart. praxim approbat. cuius etiã meminit Ange. Areti. in tracta. malefi. in verbo, dandis & soluendis. Et prius eis commemorat glos. in dicta. l. fi. in glos. fina. C. de his qui à non domino manumit. dum illic glos. ex illo tex. notat † si duo habeo auxilia, & in vno sum diligẽs, & in eo mihi prouideo, in altero videor etiã mihi prouidere. Sed quantũ est ad praxim Bart. ille tex. videtur à Bar. dissentire ibi, mancipia duo cogatur domino eius dare eiusmodi sexus, ætatis atq; artis, cuius constiterit esse manumissum: & alia tria fisco eadem ratione similia. &. l. j. C. quib. ex causis ser. pro præmio libertatẽ accip. ibi, sed aditione & sententia præsidis reportabis. l. ij. illius titu. conuenire videtur cum ait, vt eorũ domini pretium à fisco percipiant. sed diuersus est casus: quia non loquitur in casu quo diuisio fieri debet. Quare Bart. hic quem Bal. Ange. & Roma. sequũtur, & Flor. in. l. si plures. §. hæc autem. post glos. in verbo, pœnalis. ff. de his q deiecer. vel effud. & copiosius Bar. in. l. agraria. ff. de termino amo. propter legũ varietatẽ & multæ applicationem, studuit leges cõcordare, facta

28 (margin, beside "tat † si duo habeo auxilia")

29 aliqua distinctione. Dixit enim, † quandoq; lex pœnam imponens actionem introducit: & parti applicatur. l. si cui. ff. de verbo. signific. l. iij. ff. de sepulc. viola. hic in glos. allegata: nisi specialiter in lege dicatur, illã fisco applicãdam esse. c. vnico. quæ sint regal. colla. x. l. multarũ. C. de mod. multa. Quandoq; verò. l. simpliciter loquitur: & in dubio fisco applicatur. l. iubemus. §. his iudicibus. C. de sacrosanc. eccles. Sed aduertite ad hũc tex. qui omnino distinctioni Bart. contradicere videtur. Nam hæc lex in hoc versic. palàm. postquam hanc actionem popularẽ dixit, pœnã simpliciter imponit, neq; dixit cui applicari debeat. tametsi Iureconsultus postea edictum declarando dixerit à prætore dimidiam accusatori & con uincenti dandam esse, & dimidiã fisco, aut in publicum redigendã. Et sic vbi lex simpliciter pœnam imponit, non tamen fisco concedit, sed diuidit: vt nunc diximus. Secundò in eo quod Bart. dixit, vbi lex actionem simpliciter introduxit, & pœnam parti applicat, & tamen non parti, sed et fisco pœnam diuidit. & tamẽ actionem, quæ po
30 pularis est, simpliciter introducit. † Sed vbi lex accusationem introducit fisco acquirit. d. c. vnico. quæ sint regal. colla. x. imo plus dico hanc legem nihil parti applicare, sed solum partẽ accusatori in præmium cõcedit. In hoc tex. puto verba sequentia ponderanda esse, præmij nomine. & verbum, daturũ pollicetur prætor. & verbũ, redacturũ. & sic cum ministerio iudicis hoc sit, iuxta. l. vnicam. C. de his qui se defer. lib. x. &. l. edicto. in princip. ff. de iure fisci. & idem sentire videtur Barto. in dicta. l. senatus. §. senatus. ff. de iure fisc. Nam & Ioan. de Imola in. l. j. colum. fina. ff. de public. iudic. Barto. reprehendit in dicta. l. agraria. ff. de termi. amoto. dum voluit pœnam legis agrariæ per viam actionis, non autem accusationis imponi: cùm illa. l. agraria. contrarium sentiat, accusatio permittitur, nõ autẽ actio tantũ conceditur & pœna fisco applicatur. Præ
31 terea † inquit crimen esse publicum licet corporalis pœna non imponatur, sed pecuniaria tantũ parti applicanda. l. quod senatus. in fi. &. l. si prætor. § si dicatur. ff. de iniur. l. j. §. consequens. iuncto. §. fin. ff. de suspec. tuto. de hoc dicã inferius. Roma. hic transcribens dicta per Bart. in. d. l. senatus. §. senatus. ff. de iure fisci. dixit Bal. melius locutũ fuisse in. l. si ecclesiæ. C. de episc. & cler. in pœnis enim extraordinarijs Bal. dixit distinguẽdũ esse, Aut, inquit, iure actiõis venit imponẽda et parti applicat. Aut ratione delicti imponit: et fisco applicabit. d. l. agraria. Sed in dubio considerãdũ esse an factũ propter quod pœna imponitur, criminale sit in delictũ sonans: & pœna fisco applicabit. l. j. §. expilatores. ff. de effrac. & expi. Si in delictũ nõ sonat: & parti applicabit. l. fi. ff. de litigio. d. l. si ecclesiæ. C. de epis. & cleri. Ang. verò in. l. si quis id quod. ff. de iurisdic. om. iudi. in vno suæ distinctiõis articulo reprehẽdit Bar. in. d. l. agraria. dum Bart. asserebat, pœnam parti non autem fisco applicandam, quando lex simpliciter pro furto pœnam imponit. l. fi. ff. de popul. actio. &. l. multarum. C. de modo multa. Illi enim obstat lex, in eum. & lex, quanuis. ff. de in ius vocando. Quare circa hunc nouissimum Bartoli articulum aliter distinguendum esse
32 ait. † quandoque enim propter interesse partis

læsæ, aut iniuriam passæ pœna imponitur: & tūc soli parti applicatur, dicta. l. in eum. quandoque propter publicā offensam: & tunc fisco, non autem parti adiudicabitur. dicta. l. si quis id quod. ff. de iurisdictio. omnium iudicū. Et in facti contingentia dicit se cōsuluisse in casu statuti puniētis gabellarum fraudatores quæ fisco pertinent: cùm in eis fiscus, non autem publicanus seu emptor earum offendatur: ob id fisco, non autē publicano acquiri. Allegat ad id Cinū in. l. j. C. de actio. empti & vendi. Sed Alexā. & moder. Papien. Ange. distinctionem improbant, & ad dictam. l. in eum. respondent post Ioan. Andre. in additio. Specu. in titu. de dolo & contuma. §. restat. vbicunque pœna ex aliquo prætoris edicto debetur, parti applicatur. l. iij. in princi. ff. de sepulc. viol. l. si cui. ff. de verbo. significa. nisi contrarium lex expresse disponat. Et ita intelligatur secundùm eos dicta. l. in eum. ff. de in ius vocando. vel secundùm eundem Alexā. vbi lex vtitur his verbis, iudicium dabo. intelligitur de actione: tunc fisco nō applicabitur, dicta. l. in eum. Et ita dicit esse de mente Ioan. de Imola in rubri. ff. de publi. iudic. Sed hic text. contradicit, dum ait præmij nomine se daturum pollicetur prætor, & partem in publicum redacturum. Aliter igitur Ange. in dicta. l. in eum. distinxit: quāquam eadem esse videatur cum prima, cuius paulo ante meminimus. dixit enim, vbi lex non prouidet an actio vel accusatio detur & pœna parti applicabitur. aut iudicium quod datur est populare: & applicabitur fisco: vt in. l. si quis id quod. ff. de iurisdictio. om. iudic. sed hoc non videtur verum: quia in dicta. l. in eum. iudicium populare nō erat, sed patrono tantum actio datur: vt in. l. fina. ff. de in ius vocando. Iason in. §. pœnales. viij. colum. & in præfatione tituli de actionibus. super versi. actio est ius persequendi in iudicio. iiij. colum. Instit. de actionibus. omnino Bartoli distinctionem sequitur, quam posuit in dicta. l. agraria. ff. de termino amoto. reprehēdens Ange. & Alexā. in dicta. l. si quis id quod. & Ange. Aret. in dicto. §. pœnales. & respōdet ad dictam l. si quis id quod. & dictam. l. in eum. in quibus
33 † pœna quæ est quinquaginta aureo. quæ aduersus corrumpentem prætoris album seu vocantē in ius patrem aut patronum sine venia, per actionem in factum à prætore inuentam exigitur, dicto. §. pœnales. Institu. de actio. quare illæ leges contra Barto. signari non meruerunt.

Comperio autem Petrum de bella pertica in dicto. §. pœnales. lōge aliter distinxisse, & illius distinctionē examinata prius Bartoli distinctione recensebimus. Pro qua discutienda aduertendum esse puto, videri Barto. vim in verbis facere, videlicet in actione & accusatione, quāquam promiscue illis duobus vocabulis leges vtantur, sicuti aliquando meminimus post eundem Bar. & recentiores Papienses in. l. iij. §. j. in his verbis, sine pœnali actione. ff. de iureiurādo. & propter l. vnicam. C. quando ciuil. actio crimi. præiudi. & qui accusare volunt. C. de edendo. Et in plerisque titulis. ff. noui à titulo de priuatis delictis. vsque ad titulū de accusat. In primis inter eas leges citabo. l. j. & iij. ff. de crimine stelliona. Lex prima vtitur his verbis, actio stellionatus. l. iij. stellionatus accusatio. l. iij. C. de crimine stellio. aut
34 † stellionatus accusatio inter crimina publica non habetur. l. qui sepulchra. C. de sepulc. viola. vtitur verbo, accusauerit. et verbo, detulerit. l. fi. C. de iniur. primo vtiē his verbis, iniuriarū actio. mox vtitur alijs, videlicet, illustri accusatori. l. j. & iij. & pleræque aliæ leges tituli de sepulc. viola. ff. vtuntur verbo, actio. & verbo, agere. & glos. in. l. iij. in princ. in verbo, aureorum. dicit non solum ciuilem actionem ex illo edicto competere ei qui iniuriam passus est pro suo interesse, verū etiam criminalem in fisci fauorē ad pœnam quæ fisco applicatur. l. iij. §. diuus. eo. titu. & quādoque ad pœnam corporalem in violatores sepulchrorum. l. sepulchri violati. & l. penul. & fin. ff. de sepulc. viola. qui & pœna legis Iuliæ de vi publi. plecti possunt, & secūdùm vim illatam quandoque vltimo supplicio.

35 Secundo in alio Barto. distinctio in hoc vera esse non videtur dum ait, † quādo lex actionem introducit regulariter applicatur parti. d. l. iij. in prin. ff. de sepulc. viola. In quo etiam videtur sequi Accursium in verbo, aureorum. cuius suprà meminimus. Sed Barto. omnino contradicit dicta. l. iij. §. diuus. in prin. eo. titu. diuus Adrianus rescripsit & pœnam statuit quadraginta aureorum in eos qui in ciuitate sepulchrū faciunt: quā fisco inferri iussit. & in versic. sequenti, dum ait, & in magistratus eandē statuit pœnam qui passi sunt, & locū publicari iussit, & inde corpus trāsferri. & in. §. aduersus. versic. vt si armati. eadem lege. Et licet Iason in. d. §. pœnales. & in princi. tituli de actio. suprà relato sequendo Bar. distinctionem reprobet Ioan. de Imola in rubri. ff. de publi. iudic. & Alexā. in dicta. l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omnium iudic. per dictam. l. iij. ff. de sepulc. viola. quæ vtitur his verbis, iudiciū dabo. id est, inquit Iason, quod producit effectum prætoriæ actionis in factum, quæ ex illo edicto datur ad centum aureos: vt dicitur in dicta. l. iij. in princi. sed puto Iasonem non rectè illam. l. iij.
36 considerare: nam verū est principium legis concedere centū † aureos extraneo agēti illa actione in factum sepulchri violati in præmiū suæ accusationis, fisco autē quadraginta aureos in pœnam sepelientis cadauer in ciuitate contra prohibitionem rescripti diui Adriani vult applicari: parti verò cui iniuria facta est quatenus sua interest: vt in dicta. l. iij. §. qui de sepulchri. & §. sequen. & §. fin. & in princ. eiusdem. l. iij. dum ait, in eum in factum iudicium dabo, vt ei ad quem pertineat quanti ob eam rem æquum esse videbitur

bitur,condemnabitur. in versi.sequen. Si nemo
erit ad quem pertineat,siue agere nolet,quicũq;
agere volet ei cētum aureorum actionem dabo.
Et sic in præmiũ accusationis accusatori seu de-
latori,non autem parti conceditur : & sic pœna
parti non applicatur. Interesse autem parti adiu-
dicatur quãtum prætori videbitur æstimatione
iniuriæ facta quatenus intersit partis , vel etiam
æquum prætori seu iudici videbitur.
Secũdò addo tex.in.l.ij.iij.&.iiij.C.de sepulc.
37 viola.in.l.ij.dicitur,& si forte † aliquid de sepul
chro ad domũ eius villamq; prouectũ reperitur,
villa siue domus aut ædificium quodcunq; erit,
fisci iuribus vēdicetur,& vltra relegationem vel
in metallum cōdemnationē in eadem.l.positam
in sepulchrorum violatores in.l.iij.dicitur,loco
rum iudices si hoc vindicare neglexerint,nō mi-
nus nota quàm.xx.auri. Et sequitur in eadem.l.
in sepulchrorũ violatores statuta pœna multan-
tur , vt eam largitionibus nostris inferre cogan-
tur. In.l.iiij.dicitur,si quis igiť de sepulchro abs
tulerit saxa vel marmora vel columnas aliámve
quamcunq; materiam fabricãdi gratia,siue id fe
cerit vēditurus,decem pondo auri cogatur fisco
inferre. Nam & istæ pœnæ non ad rem familia-
rem,sed ad vltionē pertinent.l.sepulchri.prima.
ff.de sepulc.viol.quæ lex spe præmij ad accusan
dum inuitat:quemadmodũ & hoc senatuscōsul-
tum:vt in prin.huius legis dicitur,& in hoc.§.&
idem probatur in.d.l.iij.in prin.ff.de sepulc.vio
lato.ibi,quicunq; agere volet,ei centum aureo-
rum actionem dabo. Et in versicu. si quis.ibi, si
quis eo nomine agere volet,ducentorum aureo
rum iudicium dabo. Ex quibus duabus.l.iij.par
tibus melius impugnari posset dictum Ioan. de
Imola in rubri.ff.de publi.iudic.& Alexan.in.l.
si quis id quod.ff.de iurisdi. omnium iudi. dum
38 dicunt hæc differre † an dicatur iudicium dari à
prætore seu actionē à prætore dari: quoniã ex il
lis duabus partibus constat iureconsultum pro-
miscue illis vsum fuisse , videlicet iudiciũ dabo,
& actionē dabo.Nec mouere potest quod Bar.
hic in.l.in cognitione.suprà eo.& in.l.seq. infrà
eod.huic distinctioni inhærēs videlicet actionis
& accusationis propter.l.si cui.ff.de verbo.obli
ga. In qua dicitur ex populari causa ante litis cō
testationē recte dicetur creditoris loco nō esse:
quoniã nihil ad rem siue ante siue post litem cō-
testatam nascatur actio ad pœnã fisco applican-
dam:quoniã omnino pœna fisco applicatur,per
supradictas leges. Sed vlterius dico illam pœnã
à lege cōcedi ei qui accusare voluerit. Hoc clare
probat.d.l.iij.in prin.ibi,quicũq; agere volet,ei
centũ aureorũ actionē dabo. Et sic antequã lis cō-
testetur,imo priusquã lis inchoëtur lex agere vo-
lenti centũ aureorũ dat actionē. Et in versi.si qs.
ibi,si quis eo nomine agere volet, ducentorũ au
reorũ iudiciũ dabo. Vnde vana est hæc actionis
vel accusationis differētia:cũ leges in his popula
ribus actionibus istis duobus vocabulis promi-
scue vtãtur. Licet Bar.hic & in.l.seq.infrà eo.&
in.d.l.in cognitione.videatur hæsitare. Et si for-
te vellet quis ab hac impugnatiõe Bar.defende-
39 re,cùm in illa.l. † dicatur,agere volet,& intelli-
gere per litis contestationē:& ante agere non di
citur,sed velle tantũ agere.l.amplius.ff.rem ratã
habe. Tu dic hoc argumentũ sublatũ esse per iu-
reconsultũ in.d.l.iij.§.fi.in prin.ff.de sepul.vio-
lato.dum in eo dicitur,Si is cuius interest sepul-
chri violati agere nolet, potest pœnitentia acta,
antequã ab alio lis cōtestetur, dicere se velle age-
re:& audietur.Ecce quomodo verbũ, agere vo
let. non de litis cōtestatione intelligitur. Sed ad
vnum effectũ tantũ litis contestationē cōsidera-
ri vult , videlicet in præuentione vel prælatione
agēdi inter eum cuius interest sepulchrũ nō vio-
lari,seu nō esse vel fuisse violatũ, & extraneum,
qui de violato sepulchro agere vel accusare po-
test:vt in.d.l.iij.in prin.ff.de sepulc.viol. & alijs
40 legibus superius memoratis : vt † extraneus qui
accusare vult pro præmio centũ aureos ex bonis
dãnati percipiat,sicut in hoc.§. dicitur de eo qui
aperientē testamētum antequã quæstio de familia
sumatur,& suppliciũ accusat. Nam si extraneus
de violato sepulchro accusat,centũ aureos præ-
mij nomine consequetur. Et extraneo accusanti
quia in sepulchro aliquid ædificatum est, ducēti
aurei pro præmio accusationis cōceduntur. Si-
mili elocutione vti videtur.l.j.§.fi.ff.ad legē Iu-
liã.de adult.dũ de marito à patre præuēto loqui
tur , vbi maritus à prætore legitime impeditus
inuētus est quominus ageret:q si legitime occu-
patus & impeditus inuētus nō fuisset, pater vxo
rē ab accusando exclusisset,p illũ tex. Et hac ra-
tione dicit tex.in.l.pe.in fi.ff.de popul.actio. eũ
q has populares actiões habet , locupletiorē es-
se. Et glos.illic moderatur in verbo,locupletior
post litis cōtestationē.p.d.l.si cui.ff.de verb.sig.
verũ est extraneum nō pfecte dici locupletiorē:
quia primo loco hi quorũ interest ad agēdũ inui
41 tãtur: † extranei vero nō admittunť,nisi vbi ne-
mo est eorũ quorũ interesse pōt agere q agat seu
agere velit,d.l.iij.in prin.sed vbi hi quorũ inter-
est nō agũt aut agere nolũt,omibus parata & na
ta est actio seu agēdi vel accusandi potestas aper
ta & cōcessa,d.l.iij.in prin. versi.si nemo.ff.de se
pulc.vio.& idē notat.l.q sepulchra.C.de sepul.
viol.quæ nō tantũ de his loquiť q propria sepul
chra defendũt,verũ etiã de extraneo,q in accusa
tionē ,prũpit, vel crimē denũciat. pœnã eñ quæ
à priscis limitata est, exigi vult,dum ille text.ait,
quæ pœna priscæ seueritati accedit,id est ea quæ
in.d.l.iij.in princ. &.§.si quis.&.§.diuus Adria-
nus.ff.de sepul.viola.expressa est.pariter & aliæ
pœnæ scilicet corporalis & dãnatiõis in metallũ
& relegatiõis, q̃ in p̄dictis legibus positæ sunt,
videlicet in.l.iij.§.aduersus.l.pe.et fi.ff.de sepul.
vio.&.l.ij.iij.&.iiij.C.de sepul.vio. Ex his vides
42 & clare ppēdis,vbi † lex simplr actionē cōcedit,
sicut in hoc edicto & edicto de sepulc. viola. &

alijs actionibus popularibus criminalibus, non tantum ad id concedit vt pœna tantum quæ accusatori legis permissione vel authoritate dari debet, exigatur, sed & ea quæ fisco per suprà dicta. & clare iste textus hoc vult: quoniã per prætorem fieri debet, & per prætorem diuidi, vt accusatori medietas centum aureorum detur, & altera medietas fisco applicetur, seu in publicũ redigatur. Et praxis Bart. in dicta. l. senatus. §. senatus. ff. de iure fisci. satis cõuenit: quoniam totum vult fisco adiudicari. l. vnica. C. de vendi. rer. fis. commu. cum priuat. lib. x. quare vides Bart. regulam per eum hic affirmatam in hoc edicto locum nõ habere, & ratione singulari in hoc senatusconsulto statutum esse quod in alijs popularibus actionibus regulariter non conueniat: vt ex supradictis videri potest: quemadmodũ in pluribus alijs popularibus actionibus singulares pœnæ ab alijs actionibus imponuntur, vt glos. meminit in similibus in. l. in omnibus. ff. de diuers. & tẽpo. præscrip. Ex his secundum distinctionis Bart. membrũ non videtur etiam posse subsistere, dum ait, vbi lex accusationẽ dat, integra pœna fisco est applicãda. l. multarum. C. de modo multa. c. vnico. quæ sint regal. collat. x. Nam in hoc edicto accusatio permittitur, vt in prima parte huius legis dictũ est, quæ pro singulis seruis conuictis quinque aureos cõuincenti ex bonis occisi dari vult: & quod accusatio datur, patet in. l. sequen. & in hoc. §. similiter in sepulchro violato: quoniam & pœna quæ accusatori conceditur, diuiditur ab ea quæ fisco adiudicatur: vt ex prædictis legibus videri legiq; potest. illas nõ repeto. Quibus addo text. iuncta glos. interpretatione, in. l. vnusquisq;. in verbo, pensionibus. dum glos. ait, non cedat lucro fisci. & l. fin. in fine. in verbo, pœna quadrupli. inquit glos. ei ciuitati applicanda in qua honorem adipisci volebat. C. ad legem Iul. repet. & tamen text. illius legis si. dixerat, non modo aduersus accipientẽ, sed etiã aduersus dantem accusandi cunctis, tanquam crimen publicum cõcedimus facultatem, quadrupli pœna eo qui conuictus fuerit modis omnibus feriendo. l. j. C. de secund. nupt. ibi, ne
43 in his in quibus † correctionem morum induximus, fisci videamur habere rationem: & quãuis in ea accusatio permittatur, nihil tamẽ fisco concedit. His addi potest quod Ang. notat in. l. vnica. in princi. C. quando ciuil. actio crimina. praeiud. præcipue dum declarat. l. fin. & l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. & l. fi. ff. de popul. actio. Quibus addo. l. fin. C. de sponsa. dum de duplicatis arris loquitur, & quæ olim quadruplabantur aduersus eum qui acceptis arris prohibebat post sponsalia nuptias contrahi, quæ non fisco, sed parti applicantur. Præterea in actionibus criminalibus, in quibus pœna dupli aut tripli aut quadrupli imponitur, in quibus omnibus simplum, id est rei æstimatio comprehẽditur, parti, non fisco applicatur: quanuis illud quod est supra simplũ pœna sit. §. ex maleficijs. §. in duplũ. & §. tripli. & §. quadrupli. Instit. de actio. l. contra negãtẽ. C. de lege Aquilia. l. licitatio. §. quod illicite. Cui iunge. l. hoc edicto. §. fi. ff. de public.
44 & vectigal. † duplum enim quod ab illicito exactore legis authoritate in pœnã exigitur, id nõ fisco, sed iniuriam passo dari debet, per illũ text. quare non potest hic articulus distinctionis Barto. ita generaliter subsistere. Quibus addo. l. si cum exceptione. §. si quis nõ restituat. & §. quatenus. ff. quod metus causa. Nec iste tex. in consideratione esse potest, qui totũ fisco tribui vult, licet per prætorem medietas accusatori, altera verò medietas pœnæ æqualiter diuidi debeat.

Præterea disputatio Barto. in. l. agraria. ff. de termi. amoto. ad quam hic se remittit, neq; aliorum, quorum suprà mentionẽ fecimus, huic nostræ legi accommodari potest. lata enim est differentia an dicamus parti læsæ pœnam applicari, an verò accusatori in præmium suæ accusationis partẽ pœnæ dari. Et paulo antè docuimus dum deduximus. l. iij. in princ. & in. §. si quis. & §. fin. & §. diuus. ff. de sepul. viola. & alias leges illi si-
45 miles. † vbi enim parti pœna applicatur in solatium receptæ offensæ hoc recipit. Exemplum suprà dedimus in actiõe furti, vi bono. rapt. quod metus causa, & aliorum casuum expressorum in dicto. §. ex maleficijs. §. in duplum. §. tripli. & §. quadrupli. Institu. de actio. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public. & vectiga. l. j. C. de secun. nuptijs. & l. fin. C. de sponsa. & similibus. Illa enim pœna fisco applicari non potest. Et vltra quàm diximus, addo. l. fin. ff. de litigio. In accusatore seu delatore vel denuntiatore hæc ratio sua ces-
46 sat. Nam † ob id præmiũ non datur, quia sua interfit, sed ratio publicæ disciplinæ seu Reipublicæ fauor hoc induxit, vt facilius Respublica accusatores inueniat, & ad detegenda crimina faciliore & commodiore vsu detegantur, præmium statuit, dicta. l. iij. in princip. & §. fina. & §. diuus Adrianus. & §. si quis. ff. de sepulc. viola. & diximus in princ. huius legis. l. fi. C. ad legem Iuliã repetundarũ. l. diuus. secunda. ff. de custod. reo. lex etiam eam necessitatem accusatori imponit, vt reos accusatos conuincat. hoc dicit iste tex. in verbo, conuictus. & in capite istius legis in verbo, conuicerat. & in verbo, conuicti. Illic cõcordantes dedimus. Nec ob id in hac re mouere potest ratio legis, si cui. ff. de verbor. significa. nam
47 ad hoc † vt accusator præmium suæ accusatiõis assequatur, oportet eos peragere reos, vt inquit l. in senatusconsultum. in princi. ff. ad Turpilia. alioqui præmium non consequetur, vt diximus. & in hoc sola litis contestatio nihil commodi illis affert. quãtum est autem ad præoccupationẽ seu præuẽtionem eius, cuius principaliter interest, ad eum excludendum litis contestatio necessaria est, dicta. l. si cui. ff. de verborũ signific. nec sufficeret

ſufficeret non tantũ accuſaſſe & libellos accuſa-
tionis dediſſe, vt inquit. l. ij. §. fin. ff. ad legem Iu-
liam de adult. ibi, intantũ vt ſi pater etiam præ-
uenerit, & libellos inſcriptionũ depoſuerit, ſed
litis cõteſtatio expectatur & pœnitentia nolẽtis
accuſare vſq; ad litis cõteſtationẽ recipitur. d. l.
iij. §. fi. ff. de ſepulc. viola. Et ratio poſita eſt in di
cta. l. ij. §. fi. ff. ad legẽ Iul. de adult. quia lex præ-
ſumit eum qui offenſus eſt diligẽtius ſuã iniuriã
velle proſequi: igitur extraneũ excludit. Secun-
dò, quia ſuam iniuriã proſequitur. In quo lex fa
cilius ad accuſandũ illos admittit. l. coloni. in fi.
C. in quib. cau. colo. dominos accuſa. poſſ. libro
xj. l. nõ prohibentur. l. de crimine. & . l. neganda.
C. qui accuſa. poſſ. l. mulieri. ff. de popula. actio.
48 Et id eſt quod lex dicere vult † actiones eſſe in
bonis noſtris etiam ante litis cõteſtationẽ: quia
ſuo iure agunt, nõ autẽ in penitus extraneo, qui
nõ ſuo iure vtitur ſed publico. l. j. C. de popula.
actio. & in hoc ſuſtineri poſſet gloſ. in. l. pen. in
verbo, locupletior. ff. de popular. actio. per. l. ſi
cui. ff. de verbo. ſignifica. vt ſuã accuſator dicere
nõ poſsit donec lis conteſtata fuerit: quia vſque
ad litis conteſtationẽ accuſare prohiberi poteſt,
ſcilicet ab eo cuius intereſt. d. l. iij. §. fin. ff. de ſe-
pulc. viol. & hoc eſt quod dici ſolet, nõ niſi con
teſtata lite actionem ad hæredes tranſire: vt in. l.
vnica. C. vt actio. ab hæred. & contra hæred. in-
cip. & . l. vnica. C. ex delict. defuncto. de quo in
l. ſi vero plures. §. hæc autem. ff. de his qui deie-
cer. vel effuder. l. in hæredẽ. ff. de calumnia. & in
alijs pleriſq; legibus, in quarum allegatiõe plus
laborioſum ꝙ vtile aut neceſſarium eſſet. Cæte-
rũ axioma illud nõ omiſerim ad præparandã cri
minalẽ actionẽ & ad eã trãsferẽdam ad hæredes
in his caſibus in quibus trãsferri põt conſideran
dam, imo neceſſariã eſſe litis cõteſtationẽ. d. l. ſi
cui. ff. de verb. ſig. Ita gloſ. j. in. d. l. fi. ff. de popu.
actio. notat. Seu potius dicas non eſſe abſolute
ius agẽdi acquiſitũ ei qui popularẽ actionẽ intẽ-
dit, nõ aũt ſuũ intereſſe proſequitur ante litis cõ
teſtationẽ. d. l. iij. in prin. & . §. fi. de ſepulc. viola.
49 per rationẽ illius legis: † quoniã ante litis conte
ſtationẽ propriè nõ dicitur agere, ſed velle age-
re. l. litis cõteſtatæ. ff. de neg. geſt. l. non poteſt vi
deri. ff. de iudic. l. ſi cũ dotẽ. §. eo autẽ tẽpore. ff.
ſolu. matrimo. l. ante litẽ cõteſtatã. ff. de procur.
l. j. §. inter litẽ. C. de litis conteſta. Et hac ratione
lex vult locũ eſſe pœnitentiæ re integra. l. filij. ff.
ad Tertullia. l. mãcipiorũ. ff. de optio. lega. & in
hoc caſu res integra dicitur, vbi lis cõteſtata nõ
eſt, d. l. iij. §. fi. ff. de ſepul. viol. ibi, poteſt pœnitẽ
tia acta anteꝙ lis ab alio cõteſtetur, & vſq; ad li-
tem cõteſtatã ſi plures ad agendũ ſeu accuſandũ
ſe offerant, in optione eſt iudicis eligere, & ido-
neiorẽ ſecũdùm quod iudici bonũ videbiť præ-
ponere. l. ij. & . l. iij. ff. de popul. actio. l. fina. ff. de
colluſio. detegen. l. intereſt. ff. de liberali cau. l. ſi
plures. ff. de accuſa. de quo per Bar. in. l. ſi pluri-
bus. ff. de leg. j. Sed in hoc edicto hæc diſputatio
quantum eſt ad cõſecutionẽ præmij ex pœna ab
hoc ſenatuſcõſulto ſtatuta diuidẽdi ceſſat, quo-
niã nõ ſufficit litẽ fuiſſe cõteſtatã, niſi accuſator
reos cõuicerit, per hũc tex. in verbo, cõuictus. &
in capite huius legis in verbo, conuicerat. & in
verbo, cõuicti. & . l. j. C. pro quibus cauſis ſerui
pro præmio libert. accepe. Nec in hoc. d. l. ſi cui.
ff. de verbo. ſignifi. huic edicto cõuenire poſſet:
quia licet ad perpetuationẽ actionis in perſonã
accuſatoris excluſiue ad quaſcũque perſonas &
quarũ intererat agere vel accuſare ita in accuſa-
torẽ qui litẽ conteſtatus eſt radicata & perpetua
50 ta eſſe cenſetur vt quoſcũq; alios excludat, † ſed
nõ vt propter litis cõteſtationẽ præmium ex pœ
na quæ imponetur cõſequatur: quia oportet eũ
reum peragere, vt paulo ante diximus, id eſt litẽ
ſeu accuſationẽ ad finẽ vſq; perducere, ſic vt cõ-
dẽnatoria ſentẽtia inde ſequatur. d. l. in ſenatuſ-
conſultũ. in princ. ff. ad ſenatuſconſultũ Turpil.
& . l. ſi interueniẽte. eo. tit. ibi, nec intra dies præ-
ſtitutos reũ repetierit. Et hoc volũt verba prædi
cta poſita in hac lege, videlicet, cõuictus. In hoc
§. & , cõuicerat. & , cõuicti. in capite huius. l. quic
qd Ang. hic dicat poſt Azo. & Rofr. Et ſi dictã
l. ſi cui. vis huic noſtræ legi cõiungere, ſic dicere
debes, qui litẽ conteſtatus eſt, & reos conuicerit
pro ea parte pro qua à lege ſibi datur, vel æſtima
tur, habebit: vt in. d. l. iij. in princi. §. ſi quis. ff. de
ſepulc. violat. l. vnica. C. pœnis fiſcalib. credito.
præferri. lib. x. l. j. C. ſi ex public. ratioc. eo. lib. l.
hoc edicto. §. fi. iuncta gloſ. in verbo, reos. ff. de
public. & vectig. Et, vt ſuprà dictum eſt, directe
fiſco acquiritur ſiue per actionẽ ſiue per accuſa-
tionẽ popularẽ quis proſequitur, vt hic, & . l. ſe-
natus. §. ſenatus. j. ff. de iure fiſci. Secuta autẽ cõ-
dẽnatione diuidetur inter fiſcũ & accuſatorẽ: ſi-
cuti iſte tex. declarat, & ſuperius. & diceť accuſa
tori retro acquiſitũ fuiſſe à die litis cõteſtatæ. Et
ita intelligať. d. l. ſi cui. ff. de verb. ſigni. nõ autẽ
à die factæ accuſationis, vel etiã libelli dati. d. l.
ij. §. fi. verſic. intantũ. ff. ad legem Iul. de adul. cu-
ius ſuprà meminimus, quorũ forma expoſita eſt
in. l. libellorũ. in princ. ff. de accuſa. quid enim ſi
accuſatur lite nõ peracta? certe ad hæredem nõ
tranſiret. d. l. libellorũ. §. fi. ff. de accuſa. cùm hæc
pœnalis ſit. d. l. ſi vero plures. §. hæc autẽ. verſic.
quæ autem. ff. de his qui deiece. vel effude. & ita
gloſ. notat in. d. l. fina. ff. de popul. actio. & ratio
51 eſt quã ſæpius ſuprà diximus: quia † hoc edictũ
cõuictionẽ deſiderat ad hoc vt quis præmiũ cõſe
qui poſsit: dum hic tex. ait, cuius opera cõuictus
erit. Et id verũ eſſe puto. Quibus adde quod Pe
trus de bella pertica notat in. d. §. pœnales. Inſti.
de actio. vbi aliã diſtinctionẽ circa hũc articulũ
tradit. Dicit eñ in pœnis ꝑ crimine infligendis,
vbi per viã accuſationis ad pœnã corporalẽ agi-
tur, & illa fiſco applicať. l. ita vulneratus. ff. ad le
gẽ Aquil. ex ea eñ pœna nihil ad priuati vtilita-

tem contingere pôt, sed ad vtilitatē Reipublicæ tm̄. l. seruus. in fi. ff. de ser. expor. ibi, bn̄ficio hominē affici interesse hominis. Enimuero pœnæ nō irrogatæ indignatio, solā duritiā continet. l. si ab eo. ff. de fideicō. liber. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public. & vectig. l. q cœtu. §. q vacātē. ff. ad leg. Iuliā de vi publi. q̄nq; verò ex delicto ad
52 pœnā pecuniariā agiť: † & priuata delicta à publicis distinguit: in priuatis delictis pœnam dicit parti & nō fisco applicādā eē: vt in furto, in quo pœna aut dupli aut quadrupli secūdū furti qualitatē imponiť. d. §. ex maleficijs. §. in duplū. §. tripli. & §. quadrupli. Insti. de actio. et alijs legibus quarū suprà mētionē fecimus. In qbus casibus adicit intelligēdas esse. l. fi. ff. de fur. l. fi. ff. de priua. delict. Excipit casum. l. cōsiliarioa. C. de assessorib. in qua fiscus mediā partē, & alterā mediam partē accusator percipit. Sed nō videretur hic articulus in accusatione sepulchri violati cōclude
53 re, vt suprà diximus. Quādoq;, inqt † Petrus, publico iudicio ciuiliter tm̄ ad pœnā pecuniariā agiť, cuius tn̄ actio popularis est: cùm Reipublicæ intersit delicta puniri. d. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. et q primus in eo iudicio litē cōtestatur, ille præfert. d. l. si cui. ff. de verb. sig. Et si plures cōcurrāt, idonelor præferť, & illi soli pœna acqriť. l. ij. ff. de popu. actio. Secus autē si ad vindictā agať. Sed hæc Petri distinctio nō omnibus capitibus suprà dictis satisfacit: vt ex sequētibus videri poterit. Hac ratiōe existimaui per breues aliquas cōclusiōes hūc articulū expedire. Pri
54 ma erit, † p̄ priuato seu publico delicto licere et ciuiliter & criminaliter agere. d. l. fi. ff. de priuat. deli. & l. fi. ff. de furt. declarat. l. vnica. C. q̄n ciui. actio crimina. præiudi. vbi pulchrè Ange. Iunge illis. l. iniuriarū. ff. de iniur. de quo in. l. nūquam plura. ff. de priuat. delic. Secūda, vbi ad publicam vindictā & ad pœnā corporī inflictiuā agitur, & pœna soli fisco cōpetit: quia illius solius interest, quoniā Reipublicæ causam prosequiť, cuius interest. l. j. ff. de iusti. & iure. in proœ. Instit. in his verbis, vt calūniantiū iniquitates expellat. l. ita vulneratus. ff. ad legē Aquil. d. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public. & vectig. nisi forte quis suā aut suorū iniuriā prosequatur: vt suprà diximus. Quibus adde. l. j. ij. & iij. ff. de libe
55 rali causa. & † ob id dicitur in eorū solatiū pœna infligi. in. l. capitaliū. §. fi. ff. de pœnis. Tertia, vbi pecuniaria pœna in corporalē cōuertiť, sapit naturā eius in cuius locū subrogať. l. pe. & fi. ff. de in ius vocā. l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iud. §. pœnales. Instit. de actio. l. j. §. fin. ff. de pœnis. Illis addi potest materia. l. ictus fustiū. ff.
56 de his qui not. infa. Ex hia † creditoribus cōsiliū dať ne à suis debitoribus corporales pœnaa exigāt. per eas em̄ reus seu debitor absoluiť. l. sed si vnius. §. prætor ait. versic. si ante. ff. de iniur. ibi, qui em̄ accepit satisfactionē, iniuriā suā remisit. glos. est in. c. sicut. extra de homic. ita notat Roma. in notab. xxiiij. Et hac ratione Bal. in. l. quicūq; colō. v. in prin. C. de ser. fug. nō posse creditorē cōpelli ad cōsentiēdū vt loco debiti reus sustigeť, aut aliā pœnā subeat: nec etiā tolerādū esset reo dicere velle se à debito liberare pœnā corporalē sustinēdo. l. de pollicitatiōibus. ff. de pol
57 lici. † Nemo em̄ audiť perire volens. l. nō tm̄. ff. de appel. cū nemo suorū mēbrorū dn̄s sit. l. liber homo. ff. ad legē Aquil. Alia ratio, qa debitū in duriorē causam cōuerteref. l. hæ operæ. ff. de ope. lib. d. l. j. §. fi. & l. in seruorū. ff. de pœnis. si tn̄ iudici ita visum erit vt cōsensu debitoris simul & creditoris recipiať, huiusmodi luitio debitori p̄derit, vt dictū est. Et Aret. in. d. §. pœnales. Insti. de actio. hāc cautelā p̄ paupere debitore admittēdā esse, illiq; p̄desse ait. De quo dicvt in. c. iudices. de pace tenēd. & iura. fir. colla. x. Bar. in l. leuia. vers. sed cōtra hoc. ff. de accusa. A tali p̄desse liberet nos dn̄s. Adde quod glos. notat, & Aret. post eā in. §. j. Instit. q & ex quib. cauf. manumit. nō licet. glos. in. §. fi. & quod illic notatur sup glos. in verbo, ex integro. Instit. de actio. Et ad hāc cōclusionē adde quod Bal. scribit in. l. data opera. colū. vj. versi. itē notādum est q statuta terrarū. C. qui accusa. pos. l. si eū. §. qui iniuriarū. vbi moder. post glos. & Bar. hāc regulā amplio. re cōmētario dilatauerunt. ff. si qa cautio. cū hoc ab instituto nostro satis sit alienū, ob id fusiusnō
58 applicabimus. Quarta, vbi delictū cōmissum priuatā p̄sonā tm̄ offēdit, pœna q̄ illius occasiōe imponiť parti tm̄, nō aūt fisco debeť. Exēplū fuperius in furto positū est, quod de iure pœna corporali nō puniť: authē. sed nouo iure. C. de furt. et in lib. authē. vn̄ authētica illa sūpta ē in. §. fi. in authē. vt nulli iudi. lic. ha. loci cōser. colľ. ix. licet in plerisq; casibus pœna mortis imponať: vt in l. j. in prin. ff. de abige. & alijs varija pœnis. Ad de huic decisioni tex. cū glos. in. l. ij. in verbo, ordinatiā. ff. de furi. balne. p̄ hoc tn̄ quod grauior pœna ordinaria p̄ illū tex. imponiť, naturā tamē actionia seu iudicij nō mutat. l. fi. ff. de fur. l. abigei. ff. de abig. dixi plenius in. l. j. §. si sibi manus. suprà eo. tit. Idē dico in actione vi bo. rap. dūmo
59 do publica via non interuenerit: † qa tūc p̄ illa vi, q̄ nō fuit publica pœna q̄drupli tm̄ imponiť: queadmodū in manifesto furto. §. j. Instit. vi bo. rapto. d. §. ex maleficija. & §. quadrupli. Insti. de actio. q̄ p̄ illū text. mixta diciť, cū in quadruplo simplū insit, p̄ illū tex. l. j. C. de hia q ex publi. ratioci. li. x. l. hoc edicto. §. fi. ff. de pub. & vecti. & q̄d vltra simplum est, pœna est. §. tripli. Insti. de actio. d. l. vnica. C. pœn. fisc. cre. p̄fe. li. x. tametsi l. auferť. §. fi. ff. de iur. fis. his terminis vtať, q̄druplí pœnā p̄ virili portiōe debēt. Sed intellige secūdùm. d. l. vnicā. C. de his qui ex publi. ratioci. lib. x. & d. l. vnicā. C. pœnis fisca. credito. præfe. lib. x. & d. l. hoc edicto. §. fi. ff. de publi. & vecti. & hæc soli parti applicať. d. §. tripli. & d. §. quadrupli. Institu. de actio. l. fina. §. quadrupli. C. de sponsa.

sponsa. Et ratio posita est in. d. l. fin. ff. de litigio.
quoniā hæc pœna in solatium rei amissæ à lege
cōceditur. &. l. cum furti. &. l. & si tutor. ff. de in
litem iurand. l. post legatum. §. amittere. ff. de his
quib. vt indig. ibi, cuius vtilitates desertæ sunt.
60 Si verò † delictū causam cum publico mixtā
habet, tunc pœna diuidi debet, vt media pars fi-
sco, altera verò parti læsæ tribuatur, vt hic, & in
l. superius allegata. & in. d. l. cōsiliarios. C. de as-
sessori. nisi fortè vtriusq; pœna sit distincta: quia
plus parti quàm fisco tribuatur, secūdùm quod
lex plus interesse partis læsæ æstimat: vt in sepul
chro violato. l. iij. §. j. &. §. si quis. &. §. diuus. &
§. fin. ff. de sepulchro viola. duas enim pœnas il-
lud edictum producit: vnā quæ accusatori, alte-
ra verò fisco applicatur. Illa quæ accusatori da-
tur, duplex dici potest, quāuis diuersa non sit, eo
quòd illud edictum nō tantum eos, quorum in-
teresse potest sepulchrū non violari, ad accusan-
dum admittit, verūetiam extraneos. Si interest
accusatoris, quia suum erat sepulchrū aut suæ fa
miliæ seu domus, quantum intererit non violari
sepulchrū, etiam si illud interesse centum aureos
excedat, quæ est pœna quæ accusatori tribuitur
in. d. l. iij. in prin. vel si violando sepulchrū quis
in eo ædificat vel habitando in eo ducenti aurei.
§. si quis. eadem. l. iij. ratione interesse pœna quæ
illi applicatur, pœnā quæ fisco debetur excedet:
quia etiā si nihil sua intersit, tamen nō minus illi
quàm extraneo adiudicabit̄, d. l. iij. §. qui de se-
pulchri. versic. nunquā tamen. ff. eod. titu. Fisco
duæ aliæ pœnæ ex illo edicto acquirūtur. Prima
61 est in. l. ij. C. de sepul. viol. † Si seruus sciente do
mino aliquid ex violato sepulchro in villam do-
mini aut eius domū portauerit, villa seu domus
domini publicabitur, & fisco acquiretur, per il-
lum text. Secus igitur si dominus ignorauerit. l.
cum ancillis. C. de incest. nupt. In qua vide quæ
illic Cin. & Bal. scribunt, & in. l. j. in si. C. de fal.
mone. & vlterius contra eū qui violauerit, fiscus
exiget in pœnā, decem pondo auri. l. qui sepul-
chra. C. de sepul. viola. Et à iudice viginti libras
auri, si delicta huiusmodi vindicare neglexerit.
l. iij. C. eo. Et id vltra antiquā pœnam, quæ posi-
ta est in. d. l. iij. in princi. &. §. j. &. §. aduersus. &
l. fina. ff. de sepulc. viola. quæ corporalis erat. Et
istud est quod imperator Cōstantinus dicere vo
luit in. d. l. qui sepulchra. C. de sepul. violat. dum
ait, quæ pœna priscæ seueritati accedit. Additur
& alia pœna in eos q sepulchra in ciuitate absq;
principis authoritate seu permissione ædificant,
quæ est quadraginta aureorū: & similis pœna in
iudices statuitur, qui illa ædificare permittūt: ne-
que excusat eos municipalis consuetudo de his
omnibus. vnde. l. iij. §. diuus. ff. de sepulc. viola-
62 to. † Ex qua nota, in pœnis coercendis non va-
lere statutū seu cōsuetudinē per quā pœna homi
cidarū minuatur: vt est in quæstione per Bal. di-
sputata in. d. l. data opera. in. v. &. vj. colū. C. qui
accusa. pos. si per statutū vel cōsuetudinē pœna
homicidæ, quæ est vltimi supplicij. l. iij. C. de epi
scop. audien. &. l. vnica. in prin. C. de rapt. virgi.
ibi, & merito mortis damnantur supplicio, cùm
nec homicidij crimine huiusmodi raptores sint
vacui, in pœnā pecuniariā cōuertatur, vt pro ea
soluat centum aureos: quæ cōsuetudo Nouariæ
in ducatu Mediolanensi meo tēpore vires habe
bat. dixit Bal. tale statutū seu cōsuetudinē valere
motus hac ratione: quia per cōsuetudinē seu sta-
tutū recessum est à pœna legis per. l. ius ciuile. ff.
de iusti. & iur. & ediuerso si durior pœna sit sta-
63 tuta: quia † cùm iudex iurauerit statuta & cōsue
tudines in statuēdis pœnis obseruare statutū se-
qui debet. argumento est. l. si in emptione. §. o-
mnium. ff. de cōtrahē. emptio. & vend. & tritum
doctorū adagiū, Quicquid ius scriptū dicat: tu
serua statutū. l. prospexit. ff. qui & à quib. manu-
mis. lib. accip. melius in. l. j. ff. ad municip. tantū-
dem dixit Bal. in. d. l. quicūq;. iiij. colū. C. de ser-
uis fugit. Sed ille. §. diuus. aperte Bal. contradi-
cit in versi. quid tamē si lex municipalis permit
tat in ciuitate sepeliri post principalia rescripta:
an ab hoc discessum sit, videbimus. & sequitur
responsio, quia generalia sunt rescripta oportet
imperialia statuta suam vim obtinere. Cui addo
l. j. C. de cusios. & stationar. lib. xij. ibi, cesset er-
go praua cōsuetudo &c. Accedit. §. primus in au
then. vt nulli iudic. liceat habere loci conseruat.
colla. ix. etiā si aliquibus rescriptis principis ob-
tentis huiusmodi cōsuetudo inualuerit. l. j. C. de
fund. limitro. lib. xij. & maxime statutum quod
pœnā mortis homicidæ adimit, tāquam ratione
carens. l. quod non ratione. ff. de leg. l. rescripta.
64 C. si cōtra ius vel vtili. publ. † Et ita Mediolani
in senatu aduersus Nouarienses iudicatum est:
quorū statuto in homicidas pœna centū librarū
monetæ Nouariensis tantū imponebatur: & di-
scessum est ab hoc statuto seruata iuris cōmunis
dispositione. Et istius opinionis fuit Bart. in. l. q
cū vno. §. qui desertorē. ff. de re milit. & in. l. j. ff.
vi bono. rapto. Et secūdùm Ioan. de Imo. in. l. j.
circa fi. ff. de publi. iudi. Hostien. & Ioā. Andre.
in. c. si. extra de cōsue. sunt istius opinionis: alio-
quin via delictis pateret, secūdùm eos. Huic opi
nioni Andr. de Iser. consentit in. c. vnico. in ver-
bo, cōtrahentiū incestas nuptias. colū. vj. versic.
posset tamen princeps. & in verbo, & bona com
mitientiū crimen maiestatis. quæ sint rega. Et ad
id ponderat. l. quicūq;. C. de diuers. offic. lib. xij.
Vide etiā Roma. in. l. j. §. j. ff. de no. ope. nuntia.
vbi vtranq; opinionē aliqua distinctione per eū
relata cōcordare nitit̄: Aut, inquit, qn̄ lex gn̄ali-
ter de pœna delicti puidet, & statutū specialiter
vel ecōtra. Secūdò aut pœnæ sunt cōpassibiles.
In qua amplectitur materiā. l. nunq; plura. ff. de
priuat. delic. quā Bart. illic late examinauit, & in
l. sanctio. ff. de pœn. Bal. Paul. de cast. post Bar.
in. l. in eū. C. de fur. Bar. & Alex. in. l. prætor edi

xit.§.j.ff.de iniur.Io.Fab.& Aret.in.§.j.Insti.vi bono.rapt.et in.§.quadrupli.Insti.de actio.Moder.in.l.si familia.ff.de iurisd.om.iud.Cin.& Ange.in dicta.l.vnica.C.qñ ciuilis actio. Illis addo quod Ioã.Fab.notat in.§.itẽ lex Iulia.Instit.de
65 publ.iudi.† dum quærit de adulterio quod hodie à cõsuetudinarijs nõ punitur:tametsi de iure diuino & iure scripto pœna mortis imponat: vt in Deute.xxj.c.§.neq;.in authẽ.de mãda.l.quãuis.C.ad legẽ Iul.de adul.l.iij.C.de episc.audiẽ.§.itẽ lex Iulia.Instit.de publ.iud.l.solicitatores.ff.de extraord.crimini.& quod Bal.notat in.l.si quis nõ dicã rapere.C.de epis.& cler.per hoc tamen pœna iuris nõ erit abolita:& non peccabit imo recte faciet,si secũdùm legẽ iudicauerit: tametsi oẽs indecisum hoc habeãt iuxta illud Salomonis in prouer.Nõ est sanitas à vertice vsq; ad plantã cedri,lilium cõformatur hyssopo.exẽplo Nobiliũ,vt ille ait,quibus albatus paries charta est vel mẽbrana,qui stultorum more veluti pro insigni suo seu armis ostenta plurima depingũt,& cõuicia multa & probra describũt. Sed puto Ioã.Fab.nõ absq; causa Nobilibus hoc præbuisse,quoniã vt Plutar.placet in lib.de bona valetudine,Nobilibus potius q̃ alijs inferioribus,hoc vitiũ cõuenit.Verba Plutarchi sunt,Cõsimilem autẽ ad modũ afficiuntur erga mulieres nobiles. fit enim aliquoties vt cũ proprijs dormiẽtes tum formosis tum etiã amãtibus nihil tñ moueantur. Cæterũ Phrine Laidive persoluto argento,eum corpore sint ægro & ad coitũ ignauo, excitãt tñ & irritant lasciuiam ad voluptatẽ:idq; inanis gloriæ causa.Quo factũ est vt ipsa Phrine iam anus facta dixerit,à multis fæcem emi propter gloriã. hæc gloria tam inualuit, vt Horatius in epistola ad Scæuã scribit,Nõ cuiuis homini cõtingit adire Corinthũ.& ꝓpterea dixerat Demosthenes, Non tãti emo vnũ pœnitere. Ad institutũ reuertamur. Non abs re hanc cõclusionẽ à prioribus distinximus,tametsi præmiũ hic concedatur ad inuitandos eos qui Reipubli.vtilitatẽ afferre volunt, vt faciliori affectu ad detegẽda crimina
66 moueãtur. † pœnã enim inter fiscũ & accusatorem diuidit.l.extat.in prin.&.§.j.ff.de iure fis.l.vnica.C.de his qui se defer.lib.x. Et si dicatur prædictis obstare.l.agraria.ff.de termi.amoto. quæ nihil parti tribuit,sed fisco tãtũ:tametsi priuati intersit fines seu terminos nõ amoueri,tñ q̃ terminos amouit in qnquaginta aureos fisco tm̃ applicãdos condẽnatur.Tu dic post glos.in.d.l.agraria.dũ ad.l.j.illius tituli respondet,quæ pro amotis finibus seu terminis corporalẽ pœnã imponit,& nihilominus pœna qnquaginta aureorũ aduersus amouẽtẽ imponit:& sic ex eodẽ edicto & ꝓ eadẽ causa duæ pœnæ imponunt,& in fauorẽ partis læsæ nihil cedit. Ad id glos.rñdet, & dicit vtriusq; cõstitutiõis cõsiderãda & distin
67 guẽda esse tempora. Ante † Cæsarẽ,inquit Accursius, ꝓ termino amoto nulla pœna pecuniaria imposita erat,sed corporalis tantũ.l.j.&.ij.ff. de termi.amo. Cæsar autẽ multã addidit in.d.l. agraria.ff.de termi.amo. Ratio aũt quæ Cæsarẽ mouit indicẽdæ multæ erat,secũdùm Accurs.in ij.solutione ꝑ eũ posita in.d.l.agraria.quia cõsinẽ fundũ habebat,& pro suo cõmodo corporalem pœnam amouit,& pecuniariã induxit.Quæ ratio Accurs.nõ placuit,sed nõ abs re. Cæsaris enim lex agraria ꝓ finibus suis facta non est,sed ꝓ Reipublicæ bñficio. Verba legis aperte indicãt.aduersus eũ eos lata est q̃ terminos statutos extra suum agrũ fines mouebãt dolo malo,& in terminos singulos quos eiecerint vel loco suo mouerint qnquaginta aureos in publicũ darivo
68 luit,nulla alia pœna corpali indicta.Nerua † aũt seruis,q̃ terminos amouerũt,capitale supplicium imposuit nisi dñs seu domina multã sufferre maluerint.Pœna etiã à Cæsare statuta,quã in publicũ inferri voluit, indicat ꝓ Reipublicæ vtilitate dictã seu addictã esse:et sic nõ in priuatorũ tãtũ, sed in publicũ fauorẽ inuẽtã fuisse satis.l.ij.illius tituli de termi.amo.ff.manifestat, dum in ea dicitur, quoniã pessimũ factũ sit eorũ qui terminos finiũ causa positos protulerint, dubitari non potest.vtilitas etiã ex.d.l.agraria.versi.hic quoque cognoscit. dum distinguit eos qui insignes terminos tollũt seu amouẽt, per quos faciẽ locorũ cõuertunt,vt ex arbore arbustũ,aut ex sylua cædua nouale, & eos qui nõ insignes terminos auferũt,vt si parui lapides,q̃ priuatorũ agros diuidũt,sublati seu ablati sunt:ꝓ quibus à Cæsare ꝓ singulo termino quinquaginta aurei tãtũ pœnæ nomine impositi sunt:nisi hi, q̃ terminos amouerunt,serui essent: vt paulo ante diximus per.d.l. agraria.§.fi. Priuatus etiã vltra pœnã à lege agraria statutã interesse suũ cõsequit.l.sed & loci.in prin.&.§.si dicũtur.ff.finiũ regũd. Et hac ratiõe pœnã nõ percipit:cùm interesse quãtũ est ad partẽ læsam loco pœnæ sit.sed lex nõ cõtẽta illo interesse quod pars propter amotos fines sustinuit vt illud ꝑcipiat, ne tam temere vllus moueat vt vicino litem inferat, criminale iudiciũ aduersus eos q̃ terminos amouẽt inuenit: vt in.d.l.sed & loci.in prin.&.§.si dicunt.ff.finiũ regũ. tametsi interesse pars læsa cõsequat,pœnã tãtũ ab amouẽte exigit quinquaginta aureorũ ꝓ singulo termino amoto,vbi ciuiliter illo iudicio agitur, nõ
69 autẽ si eriminaliter: † quoniã ꝓ modo & qualitate criminis & ꝑsonarũ delinquẽtiũ pœna etiã corporalis exigit: vt in.d.l.j.&.ij.ff.de termino amoto.& in hoc actio finiũ regũ.quæ priuato ꝓ suo interesse competit,ab actione agraria distinguit.queadmodũ in simili Bar.in.l.j.colũ.iij.ff.de iure fis.de eo q̃ rẽ litigiosam emit,contra quẽ lex pœnã imponit fisco applicandã:vt tex.illius l.j.vult: tñ de iure antiquo nulla pœna ꝓpter litigiosi vitiũ fisco applicabat,sed emptori tm̃ litigiosi exceptio obstabat. Alleg. Bar.l.j.& l.fi.ff.de litigio.Tãtũdẽ dixit Bar.in.l.fi.in prin.C.de litigio.

litigio. & prius eo Cin. in. l. ij. & . l. fina. C. de liti-
gio. & hac ratione Bar. illic & in dicta. l. fi. C. de
litigio. dicit à compilatoribus Codicis hoc addi
tum fuisse: cùm re vera in. l. fi. ff. de litigiosis. nul
la pœna fisco applicatur, sed duplum quod illa
lex vult exigi, parti læsæ, vt in suum solatium ha
beat, dari statuit, pro eo quod potentiori aduer-
sario traditus est. tametsi illa. l. j. ff. de iure fisci.
pœnam seu rem ipsam litigiosam vēditam fisco
acquiri vult: quoniā inter ea bona quæ fisco ac-
quiruntur in illa. l. annumerātur ea quæ litigio-
sa vendita sunt. Sed ex illa. l. fin. C. de litigio. col
ligi potest, imperatorē voluisse statuere satis esse
debere ei, qui vitium litigiosi patitur, rem suam
70 recuperare: † cæterum à vēditore pretium vult
auferri & fisco tradi, non autem parti: dum tamē
appareat eū, qui vendidit, sciēter rem litigiosam
vendidisse. Si autem ignoranter, secus: quia non
fisco sed parti læsæ vltra pretium rei tertiam par
tem pretij vlterius recipiat. Et hac ratione glos.
in. d. l. fi. C. de litigio. in verbo, recipiat. dicit spe
ciale esse in casu dictæ legis fi. ff. de litigio. quia
res duriori aduersario tradita est, id est ecclesiæ.
In quo etiā subintrat pœna illius edicti de alie-
natiōe iudicij mutādi causa facta. & illius. l. vni-
cæ. C. ne lic. poten. Et in hoc differunt. l. fi. C. de
litigio. & . l. fi. ff. eod. de litigio. Et illa tertia pars
pretij quæ per illam legem fi. C. de litigio. conce
ditur ei qui ab ignorante rē esse litigiosam emit,
pro interesse seu loco interesse parti læsæ conce-
ditur, non autē in pœnā statuitur: quia ignoran-
ter vendenti rem litigiosam nulla pœna imponi
tur, sed scienter tantū vendenti. quæ cùm pœna-
lis sit, fisco applicatur, licet pars quod sua inter-
est consequatur. Et in hoc conformitatē habere
videtur cum iudicio finium regund. Bart. autem
non putauit aliter illarū legum differentiā dissol
uere, quàm dicere à compilatoribus Codicis ad
ius antiquū hoc additum fuisse. Tantūdem dixit
71 Bal. & Cin. prius eis dixit † de iure antiquo nul
lam esse pœnā statutam pro vitio litigiosi, nisi in
casu legis fi. ff. de litigio. Sed ego puto plurimū
illis obstare. d. l. j. ff. de iure fisci. ibi, vel rem liti-
giosam venūdari, quæ apponiī inter bona quæ
fisco propter delictū acquirūtur: vt principiū il-
lius. l. j. indicat, dū ait, Variæ causæ sunt, ex qui-
bus nuntiatio ad fiscū fieri solet: & inter eas cau-
sas posita est illa, quando litigiosa res venditur.
Probat etiā versic. an bona. qui statim sequitur.
in quo fit quæstio an ea quæ soluendo non sunt,
fisco ipso iure acquirantur. Ecce quomodo &
res litigiosa annumeratur inter ea bona quæ fi-
sco ipso iure acquirūtur. Igitur de iure antiquo
eadē erat pœna in eum, qui rem litigiosam ven-
debat, quæ hodie posita est in. l. fin. in prin. C. de
litigio. dum ait, cognoscat se compellendū non
tantum rem redhibere, sed etiam pretio eius pri-
72 uari: † non vt lucro cedat ei qui rē alienauit, sed
vt etiā alia tanta quantitas ab eo fisci iuribus in-
feratur. Quare puto anteriorē distinctionem ser
uandam esse quādo ciuiliter agitur: vt quod ex
illo iudicio pars læsa consequctur solum quod
sua interest aut interesse poterit cōsequaī: quod
vltra in pœnā statuitur, fisco, non parti applica-
tur. Et si forte extraneus vel quiuis de populo
accusat eum, popularis sit accusator præmiū con
sequitur, & præmij nomine partem dimidiā pœ
næ accipiet, per hūc text. & . l. senatus. §. senatus.
ff. de iure fisci. & alijs legibus, quarū suprà men-
tionem fecimus. Et sic oportet casus distingue-
re, & meo iudicio leges sic pugnantes cōcorda-
re, vt scena sine correctione transeat: vt glos. in-
quit in. l. damni infecti. magna. §. si is qui vicinas
ædes. in verbo, aliquas. ff. de dāno infecto. quā
illic Roma. non prætermisit, neq; Bal. in. l. qui-
cunq;. in. iiij. columna. C. de seruis fugitiuis. Ad
quintam conclusionem procedamus.
73 Quinta igitur conclusio erit, Bona, † quæ ab
aliquo, non propter delictū, sed pro simplici mo
rum correctione ad conseruandā honestatis cau
sam auferuntur, fisco non acquiruntur. l. j. C. de
secund. nup. l. j. & . l. si pater. & . l. nec apud. C. de
hæred. institu. Huic autem conclusioni dicit mo
der. Papien. in. d. l. si pater. obstare. l. aufertur. in
princ. ff. de iure fisci. vbi bona quæ auferūtur ab
eo, qui vt filius institutus erat qui vere filius nō
erat, sed ex iudicij euētu suppositus inuētus est,
fisco acquirūtur, secundùm eos. Ad quod argu-
mentum dissoluēdum dicunt plures solutiones
datas fuisse, quas omnes condemnat. Prima solu
tio fuit glos. quæ voluit ad illam. l. aufertur. sup-
plendum esse, ideo fisco acquiri quod filio sup-
posito iure institutionis relictum erat, cùm nulli
extarent hæredes ab intestato veniētes. Non abs
re hæc solutio improbata est: quoniā re vera plu
rimum diuinat. Alia secunda solutio est glos. in
d. l. aufertur. & in. l. hæreditas. C. de his quibus
vt indig. dum ait, regulam. l. Papinianus. §. me-
minisse. ff. de inoffic. testa. fallere in casu dictæ. l.
aufertur. Bar. autem in ea dicit, glos. verum non
74 dicere. † Nam quod ab indigno ex suo delicto
aufertur fisco acquiritur: nō autem quod præter
suum factum seu delictū aufertur. nā id fisco nō
acquiritur. Dat exemplum in spurio palam insti
tuto, qui quanuis indignus seu incapax sit, fisco
tamen non acquiritur. l. non intelligitur. ff. de iu
re fisci. Hæc autem solutio moder. Papiens. non
placuit in. d. l. si pater. tametsi nō tam aperte hoc
dicat, sed simpliciter ab ea discedat, & dicat hāc
Bart. solutionem post multas & varias solutio-
nes in publico vnius scholastici examine relatas,
veram non esse Bart. solutionem: quoniam in. l.
aufertur. delictum quo filius arguebatur, videli
cet suppositi partus, fiscum inuitabat: argumēto
l. nec apud. C. de hæredi. instit. per quam dicunt
omnes non fiscū, sed venientes ab intestato suc-
cedere, excluso fisco, nihilq; in ea esse quod in
delictum sonet. Et licet secundùm eum verba di

ctæ legis, aufertur. in princi. aperte non declarêt fisco debere acquiri quod ab indigno aufertur: tamen secūdùm subiectum titulum, cui subiectū est hoc edictum, verbū, aufertur. aperte satis demonstrat: argumento. l. imperator. ff. de in diem
75 adiectio. Nam & titulus ille de iure fisci. † clare ostendit omne quod ab indigno auferť fisco acquiri. Similiter dicendū erat in. d. l. si pater. C. de hæred. instituend. quæ secundùm illam. l. aufertur. intelligenda erat. Aduerte autem Bart. hanc obiectionē moder. Papien. non ignorasse. Illius enim meminit Bar. in. d. l. aufertur. in prin. & nihilominus in solutiōe paulo antè præmissa perseuerauit. & puto eum rectius Papiēsi moderno locutū fuisse. Verum est autē non plene satis argumento fecisse. Pro quo absoluendo in primis præsupponendum esse puto quæstionē suppositi partus quandoq; à cohærede aut ab intestato venientibus referri: quia filium institutum verū non esse filium dicunt, sed fictitium seu suppositum, atq; ob id integram hæreditatē illis spectare seu pertinere, vt inquit. l. j. §. si quis filiū. ibi, quod interest cohæredes eius. & ibi, quod si filium eum negarent, & ad ipsos potius quasi ad cōsanguineos hæreditatē pertinere dicunt. & in fine dictæ. l. j. ibi, omniaq; perinde habenda atq; si hæres scriptus non fuisset. & in. l. iij. §. si is qui status. ibi, scilicet vt neget eum filiū. Idcirco ad se totam hæreditatem ex persona filij sui defuncti pertinere debere. ff. de Carbon. edicto. & in plerisq; alijs legibus illius tituli, quas diligēs lector colligere potest. & in. l. j. §. fi. & tribus legi-
76 bus sequent. ff. de liber. agnoscēd. † tunc partus suppositi quæstio fisco nihil proderit, sed filijs tantū naturalibus seu cōsanguineis status quæstionem, id est partus suppositionē referētibus: sed eis hæreditas acquiretur. Nec obstare potest moder. Papiensis consideratio, quam ex. l. aufertur. in prin. habere voluit: quoniam in ea iudiciū seu accusatio suppositi partus à consanguineis ꝓposita seu intētata nō fuit, sed à fisco. Nā si per cōsanguineos suppositi partus quæstio referať, & inde decidať suppositū eē partū: ꝓ nō scripto hærede habebitur qui suppositus declaratus est. Et hoc modo portio sua cohæredi vel suis hæredibus vel legitimis, non autem fisco acquiretur, dicta. l. j. in fin. ff. de Carbo. edicto. ibi, omniaq; perinde habēda atque si hæres scriptus non fuisset. l. j. & l. si in metallum. & duabus legibus sequentibus. ff. de his quæ pro non scrip. habētur. l. vnica. §. in primo. C. de caduc. tollend. & in dicta. l. iij. §. si is qui status. ibi, scilicet vt neget &c. ff. de Carbo. edicto. Secundò, nulli dubium,
77 † quæstionē suppositi partus à fisco referri posse tacentibus cōsanguineis vel liberis, vel nullis consanguineis apparentibus, dicta. l. j. §. quod et si fiscus. ff. de Carbo. edicto. quam si solus fiscus aut alius fisci nomine tantum referat, & accusatus cōuincatur, seu delictum suppositi partus appareat: soli fisco quod ab indigno aufertur, applicabitur, dicta. l. aufertur. in prin. licet delatori seu accusatori ratione delationis seu cōuictionis præmium cōcedatur: vt paulo antè diximus per hunc tex. & l. senatus. §. senatus. ff. de iure fisci. vel si Bart. distinctionem sequi desideras, dic isto casu, Aut delictum ex culpa eius, qui accusatur, prouenisse non comperitur: & fisco non applicabitur. secus si culpa eius detegitur: quia tūc fisco acquiratur. Quam Bart. distinctionem secutus est Ioan. de Platea in. l. vnica. C. de his qui se defer. lib. x. Pro qua videtur esse tex. in. l. senatus. ff. de iure fisc. Restat autem ad. l. aufertur. respondere, quòd in ea solus fiscus aduersus institutum hæredem status quæstionem, id est suppositi partus, retulerat: & in ea obtinuit fisco, nō autē alteri quod ab indigno, seu quasi indigno, vel melius incapace aufertur, acquirit. Et in hoc iudicio non puto Bartoli distinctionem considerandam esse, an culpa accusati cōtingat: quoniā in illo iudicio nulla alia culpa quàm testatoris, qui illum instituerat, attēdi potest: & in eius præiudicium qui peccauit indignum seu incapacem instituendo actio instituitur, licet in consequentiam aduersus institutum hæredem retorquea-
78 tur. † Quæ etiam cùm cōsanguineis competat, si non egerint, sed fiscus illis tacentibus egerit, quod iure facere potest eùm suppositi partus accusatio publica sit, & Reipublicæ expediat detegi: cùm Reipublicæ ius offendatur. l. prima. & l. eùm suppositi. C. ad legem Corneliam de falsis. l. qui falsam. §. fina. & l. lege Cornelia. in fine. ff. ad legem Corneliam de falsis. sibi fiscus acquirit exclusis consanguineis. Et ita. l. aufertur. intelligatur. Et ratio est, quoniam si secus illa lex interpretaretur, & de consanguineis legeretur, obstaret. l. prima. §. si quis filiū. ff. de Carbo. edicto. dum illud edictum cōsanguineos fisco præponit: dicaturq; in illa. l. prima. in fin. ibi, & post euentum cognitionis, si suppositum partum apparuerit, actiones hæreditariæ puero denegandæ sunt, omniaq; perinde habēda atque si hæres scriptus non fuisset. Sed id verum est, ipsis partus quæstionem prosequentibus, dicto. §. si quis filium. Ita etiam intelligatur. l. si pater. & l. nec
79 apud. C. de hæredi. instituend. Illis † verò tacentibus seu negligentibus agit fiscus: qui si agat & obtineat, sibi obtinet & nō alij, per prædicta. Et hoc modo intelligendā esse puto dictā. l. aufertur. in prin. ff. de iure fis. Cæterū vbi de moribus tantū seu morum correctione agitur, multa seu pœna quæ inde exigenda est, soli fisco acquiritur. l. j. C. de secun. nup. In quibus terminis intelligi etiā potest. l. j. ff. de iur. fis. dū casus refert, qbus bona fisco deferri & acqri solēt: in quorū numero hoc senatuscōsultū Sillanianū cōprehēsum est. Sexta cōclusio ex mēte huius legis colligitur, vbi præmiū à lege accusatori seu delatori tribuiť, pœna tota per fiscū exigiť, & ꝓ fisci manus

nus accusator accipiet.d.l.senatus.§.senatus.ff. de iure fis.tametsi iste tex.sentire videatur accusatorē seu delatorē p prætorē seu prætoris manus præmiū recipere.Primò dū iste tex.ait,Et perinde partē dimidiā ei cuius opa cōuictus erit,præmij nomine se daturum prætor pollicetur.Secūdò dum ait,partem in publicum redacturū. Nō ergo per manus fisci,sed prætoris.l.vnica.C.de
80 his qui se defe.lib.x. † In casibus igitur,quibus bona ad fiscū deferūtur,fiscus diuidit:electio autem accusatori tribuitur.l.vnica. C.de vend.rerum fisca.commu.cum priua.lib.x.ibi, pretium partis tantum in fiscum redigatur,reliquū dominis pretium restituatur.quanquā Ange.hic in fine, secus hunc textum interpretetur. si tamen fiscus bona rei apprehenderit : accusator per manus fisci partem suā accipiet.l.res quæ.§.res aūt. ff.de iure fisci. Similiter si quis se detulit priusquàm fisco bona deferrētur,bona in parte quæ fiscū cōtinget fisco restituet,partē autem suā sibi reseruabit.l.edicto.in prin.ff.eo.de iure fisci. sed vbi neuter in bonorum possessione est:tunc prætoris officio diuisio fiet,per hunc tex.glo. tamen in.d.l.vnica.in verbo,redigatur.C.de vendi.rer.fisca.cōmu.cum priua.lib.x.aliter sentire videtur. Et illam glos.Ioā.de Plat.illic post Bal. inducere solet ad statuta seu edicta,quæ accusatoribus bannitorum,seu eorum qui falsis mensuris vtuntur,partem multæ seu confiscationis rerum quæ propter fraudatam gabellam auferuntur cōcedunt:id totum quod aufertur fisco inferendum esse & per fisci manus accusator contingentem suam portionem multæ accipiet. Hoc dicūt post Bart.in.d.l.senatus.§.senatus.ff.de iure
81 fis.cuius suprà meminimus. † Cæterū publicani longe fisco diligentiores sunt:quia fiscus de manibus eorum accipit. Primò enim sibi accipiunt, mox quod volunt restituunt:licet ad omnia restituenda quæ fisci partem contingunt fisco restituere teneantur, dicta.l.res quæ.§.res autem.ff. de iure fisci. vnum autē notatū esse velim,quod fisco debetur per actionē ex lege, vel in factum actionem à fisco peti posse secundū gloss. quam Nicol. Spinel. illic notat in.l.j.C.de his qui ex public.ratioci.lib.x. Addit.l.qui prædam.ff.ad legem Iuliam pecula.l.j.ff.ad legem Iuliam de vi priuata.& vbique glos.notat. De quo dic vt per Bar.in.l.defēsionis facultas.C.de iure fisc.lib.x.

82 Septima conclusio, † pœnales & populares actiones regulariter in hæredes nō dantur,dicta l.si vero plures.§.hæc autem actio. ff.de his qui deiece.vel effud.l.fi.ff.de popu.actio. Dictū est in.l.Caius.suprà eo.Hic plura de ea nō repeto.

Octaua,multæ quæ pro publica vindicta indicuntur, soli fisco acquiruntur. l. multarum. C. de modo mult.capi.vnico. quæ sunt rega.collatione.x.l.Lucius.§.fina. ff.de iure fisci.Ratio est duplex. Prima, quia quæ ad morum correctionem imponuntur, soli fisco acquiruntur. l. prima. C. de secundis nuptijs. l. prima & secunda. vbi per glos.& Bald. C.si ser.exportan. veneat.

83 Secūda ratio † quia ,pprīū fisci officiū est delicta punire & delinquētibus succedere.l. seruus. in fi.ff.de ser.expor.d.l.ij.in fi.C.si seruus exportan.veneat.& dicta.l.Lucius.in fi.ff. de iure fisc.

Et hunc tex. Ange.& Roma.hic inducunt ad pœnas quæ compromissis apponi solent, vt pœnæ metu laudo pareatur,iuxta. l.litigatores. §.j. &.l.non distinguemus.in princ.ff.de arbit.quarum pars litigantium conuentione fisco acquiri debet:altera verò pars ei qui laudo acquieuerit. vel in casu.l.stipulatio ista. §.alteri. ff.de verborum obliga.&.§.alteri. Institu. de inutil.stipula. in eo qui alteri stipulatus est aliquid dari vel fieri, & ob non datum vel non factum pœnam stipulatus sit sibi et fisco pro æquis portionibus applicandam : an fiscus in vim huiusmodi contractuum agere poterit. Et refert Bartol.in.l.j.ff.de iure fisci.dicētem secundū eum fiscum non posse agere:quia alteri per alterum &c.fisco stipulatione acquiri non potest,d.l.stipulatio ista.§.alteri.

Sed Bart.non tam absolutè,sed cū distinctione locutus est.dixit enim post Dinum in eo casu
84 † quo duo promittūt sub pœna partim fisco partim læso applicanda mutuò se non offendere: ex illo pacto pœnā fisco acquiri posse,per illū text. qui ait, vel pœnā fisco ex cōtractu priuato deberi.licet illi textui obstare videatur.l.arbiter intra certum diem. ff.de arbitr. cui respondebat Din. secundū eum, Aut nudo pacto conuētum est:& nihil fisco debebitur, dicta.l.seruus ea.ff.de ser. export.l.iij. C.de vsur. aut stipulatio interuenit: & nihil proderit stipulatio, dicto.§.alteri. quoniam alteri pacisci seu stipulari nemo potest, sic neque fisco. aut promittitur notario pro fisco sti-
85 pulanti: & acquiritur fisco ad similitudinem pupilli.l.non quali. ff.rem ratam habe. Cum † respublica & pupillus æquiparentur. l.illud. ff. de appella.l.rempublicā.C.de iure rei publicæ.lib. xj.Roma.autē hic dixit Bald.in.l.si ecclesiæ.C. de episco.& cleri.contradicere Bar.per illū tex. &.§.penult.in authen.de eccle.titu.& glos.in dicta. l.arbiter intra certum diem. dum gloss.illic secundum eum dicit, in pœnis iuri accrescendi non esse locum.Sed secūdum Roma.frustra de eo quæreretur si per contractum fisco pœna acquiri non posset.Sed non cōperio glos.in illa.l. arbiter intra certum diem.ff.de arbit.hoc dicere.præterea in pœnis extraordinarijs Baldus aliter distinguit,aut pœna iure actionis ciuiliter imponitur:& applicatur parti.aut criminaliter : & fisco applicabitur.Sed Baldi distinctio huic nostræ disputationi non conuenit. An autem per contractum ecclesiæ vel etiam reipublicæ acquiri possit, vide Baldum in.l.illud.in principio.C. de sacrosanctis ecclesijs.Sed ad quæstionem reuertamur. Dico rectè probari in dicta.l.arbiter intra certum diē.ff.de arbit.ibi,sed nihilominus

86 stipulationis pœna committitur. † Illic enim Iurecõsultus sententiam arbitri in hoc nõ approbauit, quòd pœnam suæ sententiæ adiecerit fisco applicandam, si suo laudo seu arbitrio non pareretur. Hoc enim facere non potuit: si tamen per stipulationem pœna apposita est, ab eo exigenda est qui arbitrio parere non voluerit, etiam si fisco stipulata sit pœnam committi ait, dum dicitur, sed nihilominus stipulationis pœna committitur. Et hoc est quod illa.l.j.ff.de iure fisci.vult dum ait, vel pœnam fisco ex contractu priuato deferri.& dicta.l.prima.& secunda.C.si ser.expor.veneat. Et dum causa mea ageretur primo anno mei doctoratus, vir quidam insignis conciuis ex ordine consiliariorum curiæ parlamenti Parisiensis dicebat ita vsu esse, in illa curia pœnæ conuentionalis nullam rationem haberi, nisi ex ea cõuentione pars pœnæ fisco applicari debeat: sed propter adiunctũ fiscum exactioni pœnæ locũ esse, & non aliàs. Non memini id vsu illius curiæ obseruari: in cõpromissis autem legibus regijs (ordinationes vocãt) lõge aliter obseruatur. non enim statim pœna in compromisso apposita, si arbitrio compromissariorum non pareatur, exigitur, nisi illa iudicis ordinarij authoritate confirmetur, ex qua aut ad pœnam agitur, aut vt laudo seu compromisso pareatur. Dixi, & per amplius repetã in.l.quarta.§.Cato.in verbo, pœnæ nomine.ff.de verborum obliga. dicta.l.stipulatio ista.§.alteri.&.l.liber homo.§.decem.ff.eod.de verborum obligatio.l.fina.ff.de prætor.stipul.Bald.in.l.vnica.C.si pœnæ nomine. Plerique enim dubitauerũt an fisco ex similibus contractibus acquiri possit, resistẽte regula posita in dicta.l.stipulatio ista.§.alteri.&§.alteri.instit.de inutil.stipula.nisi fortè fisci intersit. Et Bartol.commemorauit in dicta.l.prima.ff.de iure fisci.cuius supra meminimus.in ecclesia etiam dubitauit Baldus in dicta.l. illud. in princip.C.de sacrosanc.ecclesijs.& in.l.si ecclesiæ.C.de episc.& cleri.& in.l.prima.& secunda.C.si seruus expor.venita. Ex his cõclusionibus doctorum opiniones concordari possunt.

Glossa finalis huius legis, in verbo, damnati.
87 quatuor dicta continet. Primum est, † ex bonis damnati accusatori seu delatori præmium à iudice statui debere. Finis huius legis aperte probat in his verbis, ex bonis damnati extenditur. Cui adde.l.fina.& illic glos.in verbo, agnoscere.C.de eroga.mili.anno.libro duodecimo.dũ glos. ait, videtur quod custoditus à nuntio cõmunis debeat nuntio soluere, non commune, per illam legem. tamen glo. illic ait illam.l.in fin.obstare, vt potius ille qui custodiri facit, soluere teneatur. Hanc differentiam in capite huius legis declarauimus: nihil eorum quæ suprà dicta sunt repetere modo curamus. Secundum hu-
88 ius glos.dictum est, † Ad hoc vt accusatori præmium statui possit, vt accusatum conuincat necesse est. Iste tex.rectè probat in verbo, conuicerit. Idem in.l.prima.C.pro quibus causis serui pro præmio liberta.accepe.in.l.in Senatuscõsultũ.in princ.in verbo, peregissent.ff.ad Senatuscõ.Turpilia.dixi in prima parte huius legis. Tertium est ex opinione Ioãnis antiqui glossatoris, Testamentum aperire, recitare vel describere, ante sumptum de familia supplicium, delictum nõ esse, per quod bonorum publicatio sequi possit. dictum est in.l.tertia.§.quod ad causam.& in.l.in cognitione.&.l. Caius.supra eodem.& supra hoc nostro.§.annotauimus: sed solum pœnam cẽtum aureorum imponi posse. de quo in.l.fi. pauca repetemus. Plura diximus in dicta.l. in cognitione.& dicta.l. Caius. suprà eodem.de quo etiam in.l.si ea.C.de his quib. vt indignis.vbi glo.huius.l.meminit: tametsi glos. in hac.l.dubia esse videatur. Sed omniũ fere opiniõe glos.hic male sentit. In primis quoniã apertè hæc lex cõtradicit, &.l.necessarios.§.nõ aliàs.
89 suprà eod.absurdum † enim esset & ab omni ratione alienum vt propter solam testamenti aperturã bona publicari deberẽt: cùm per ea nihil à testamento detrahatur, neq; quicquam testatori deperit: & pœna ad id tantum inuenta non est. Sed lex seu hoc Senatusconsultũ inuenit vt hæredes ad necis defuncti vindictã soliciciores & diligentiores sint: ne hæres propter familiam facinus occultet, dicta.l.tertia.§.si alius.suprà eo. Alia ratio est: quia cùm per hanc.l.pœna limitata seu determinata sit, non licet eam extendere, per rationem.l.interpretatione.ff.de pœnis.l.cũ quidam.ff.de liber.& posthu. Nam duo verba in hac lege posita quæ præcise pœnam centũ aureorum limitant, & restringũt, videlicet verbũ, esse.& verbum, extenditur. apertè demõstrant, & præsertim verbum, extenditur. quasi Iureconsultus dubium facere voluerit an propter testamenti aperturam liceret pœnam vsq; ad cẽtum aureos extendere: quoniam grauiores plerunq; & sæpius inferiores imponuntur: vt glos.meminit in rubrica.ff.de popula.actio. & notant oẽs in.l.si quis id quod.ff.de iurisd.omnium iudic. Quare reliquæ aliæ pœnæ quantum est ad hoc Senatusconsultum exclusæ sunt per hunc text. dum dicit, palam est hanc actionem popularem esse, cuius pœna in centũ aureos ex bonis dãnati extẽdit. Et sic vt nihil vlterius ex bonis dãnati exigat. Alioq; si bona publicata essent, aut publicari deberet, frustra Iurecõsultus dixisset, ex bonis dãnati dari debere: cũ iã dãnati esse desierint, & publica facta fuerint, & sic fisco acqsita sint. Et si ꝓ media parte accusatori dari deberẽt & pro alia dimidia fisco: istud esset graue fisco contra mentem huius legis: quoniam in princip. huius legis nostræ dicitur, ex bonis occisi præmium dari: quæ tamen per hoc Senatusconsultum publicantur: & sic vltra medietatem centũ aureorũ, quam accusator ex bonis hæredis damnati

mnati debet accipere, per hunc tex. ex bonis occisi præmium adhuc acciperet, iuxta principium huius legis. Quare subauditio huius glo. quæ vltra cẽtum aureos publicat bona, secundũ quod in.l.in cognitione.&.l.Caius.suprà eodem. explicuimus, fiscus grauaretur contra expressam huius legis intentionem, &.l.necessarios.§.non aliàs.suprà eod. Neq; iste tex.in suo casu inueni tur expresse ad aliam pœnam extẽsus. Et Philippus Decius in.l.prima.C.de bono.possef.contra tabul.in verbo, solis.hanc opinionem in casu simili amplectitur, & eam sequitur.

Et illam.l.cum sua glos.in verbo, liberis. aliquãn in publica disputatione quã Papiæ.iiij. Idus Augusti, festo die diui Laurentij M. D. IX. fecimus repetendo authen.ex causa.C.de liber.præteri.in defensione.xxxiiij.cõclusionis meæ, quã ex illa authẽ.& varijs iuris partibus disputandã exceperam in defensionem Petri à bella pertica doctoris Aurelij aduersus Bar. omniumue vltramontanorũ opinionem & singulos eorũ obiectus pro tenuitate ingenij nostri, vt satis argumẽtis eiusdem Philippi Decij faceremus, allegauimus. Conclusio autem ex dictis Petri de bella pertica per nos excepta ista est,

90 Fratre † præterito sine causa turpi persona hærede instituta legata conseruari. In illam conclusionẽ dominus Philippus Decius qui pro sua solita & innata mansuetudine disputationem nostram sua præsentia illustrare dignatus est, pro more studij in illam conclusionem insistere voluit, sicuti in ea disputatione, quæ typis exposita est, legi videriq; potest, cuius argumenta q; breuius fieri poterit repetere curauimus, vt satis suis dictis faciamus, quæ Decius consultò recensuit in lectione per eum Valentiæ facta, quàm chalcographis publicandam commisit, eaq; in manus meas incidit: quam sedulò pro viri grauitate & excellentia, vt ex ea non mediocriter didicerã non modo legere verũetiam perlegere curaui.

Vt autem vnusquisq; pius iustusq; lector intelligat, an rectè à me Ioan. Igneo Petrus de bel. pertica defensus sit, & ab illius impugnatione liberatus sit, & vt Galli nostrates aperto disputationis nostræ campo argumenta Philippi Decij in palæstra seu veriusorchestra deducta videãt, studeantq; pro suo ingenio nostrũ Petrum ab illius obiectis tueri & defẽdere. inquit ille, Sextò

91 & vltimò † conseruantur legata liberis & parẽtibus, non autẽ fratribus & sororibus, vt est tex. notabilis in.l.tertia.§.liberis.ff.de lega.præstan. Et illum text.induxi Papiæ in publica disputatione Ioan. Ignei regij senatoris inserẽdo quòd legata quæ conseruantur per authẽ.ex causa.infrà de liber. & posthu. non debuit conseruari in testamento fratris instituta turpi persona, iuxta l.fratrea.suprà eodem.de inofficio.testa.quia illa authentica videtur loqui in testamẽto parentum & liberorum: vnde non debet trahi ad testamentum fratris, dicta.l.tertia.§.liberis.& dixi quod ad illud propositum ille tex. non erat allegatus. & ita verũ est. Mox ait, & fuit responsum quod imò ille text. allegatur à glos. & doctoribus in varijs locis. Sed, inquit Decius, hoc nihil facit, quia non allegatur neq; inducitur ad istud propositum authen. ex causa. de qua agebatur.

Priusq; autem vlterius progrediamur videndum est, an illa.l.tertia.§.liberis.ff.de lega.præstan. quam vt in nostra disputatione cõmemorauimus, Decius tunc nasci asseruit. Sed me respõdente, compertũ est diu ante adoleuisse. & quanquàm Decius in dicta.l.prima.C.de bono.poss. contra tabul.tam constanter affirmet ad propositum authenticæ, ex causa.de qua sermo erat nõ allegari sæpius tam præclarũ virum & omnium opinione sua tempestate primarium in iure ciuili & canonico interpretem sum admiratus, quomodo glos.illius.l.j.quam præ manibus gestabat, quamq; cõsultò Valentiæ legere studuit, vt Io. Igneum dispũgeret, refutauit negauitq; ad id illam.l.tertiam.§.liberis.ff.de lega.præstan. per Accurs.allegari in illa.l.prima.in verbo, liberis. quam tunc tunc retulimus pariter glosf. Accursij in.l.prima.in principio.inverbo, quibusdam. ff.de legatis præstandis.

Restat vt videamus An verum dixerit Ioan. Igneus illam.l.tertiam.§.liberis. ad propositum authẽ.ex causa.C.de liber.præte.cuius tunc erat disputatio ab Accursio allegata fuerit me tacẽte illarum glos. inspectio indicat. Cæterum vt ex nostro aliquid habeatur ad illas glos. diuertamus. In primis ad glos.l.primæ. in verbo, liberis.C.de bonorum possessione contra tabulas. quam vt clarius intelligas, textum illius legis explicabimus. Inquit illa. l. Liberi contra tabulas parentum bonorum possessione admissa solis parentibus & liberis legata præstare secundum edictum debent. Et Accursius in verbo, liberis. addit, & quibusdam alijs personis. vt ff.eodem. l.prima & tertia. &.l.virilis.§.finali. Præter illas igitur personas in. l.prima & tertia.&.l.virilis.§.fin.exceptas noluit prætor alijs personis legata reseruari: sed frater in illis legibus non inuenitur exceptus, imò expresse in dicta. l. tertia. §. liberis. frater prorsus exclusus est: Clare igitur constat. l.tertiam. ff. de legatis præstandis. Accursium ad id induxisse pro declaratione illorum verborum, solis parentibus & liberis. vt ostenderet fratrem in edicto non comprehendi: & sic legata fratri relicta non præstabuntur, quod in illis legibus, prima & tertia, &. l.virilis. ff. de legatis præstandis. frater exceptus non est. Progrediamur igitur vt videamus an ad propositum authenticæ, ex causa. aliquid faciat dicta.l.prima. in principio.ff.de legatis præstan. In qua personæ declarantur, quæ vltra parentes & liberos excipiuntur, quibus legata relicta in tabulis per bonorũ

possessionem contratabulaa non auferuntur,sed
reseruantur,inquit illa.l.prima. vxoribus nuri-
busq; dotia nomine legatum. At in.l.tertia nul-
læ personæ reseruantur:sed de his tantum Iure-
consultus tractat,quæ forte eodē priuilegio vti
debebant iuris interpretatione. Vt autem Vl-
92 pianus † omnem difficultatem ex prætoris edi-
cto prouenientem tolleret,quæstionem fecit de
fratre, an ei ex verbis edicti reseruata essent lega
ta.& in.§.liberis.eiusdem.l. respondet non esse
reseruata. Neque ob aliam causam Accursius
illam legem potuit allegare, nisi vt ostenderet
quæ personæ erant quibus legata ex illo præto-
ris edicto reseruabantur,& quibus non reserua-
bantur:quoniam in nulla illius.l.tertiæ parte le-
gi potest aliquas personas expressas fuisse , qui-
bus reseruentur seu reseruari debeant.sed post-
quàm in duabus legibua præcedentibus expli-
cuit personas quibua legata per prætoris edictū
reseruantur in.l.tertia declarare voluit an frater
in edicto comprehensua esset, in quo par ratio
videbatur quæ & in vxore & nuru. Et similis lo
quēdi forma posita est in.l.frater.& duabus legi
bus seq.ff.ad.l.Pompe.de parri.in.l.virilis.§.fi-
na.ff. de lega. præstan. per Accurs. allega. nihil
aliud Iureconsultus tractat quàm vt declaret.l.
primam.in princi.illius tit.quæ vxores & nurus
sub parentum & liberorum nomine comprehē-
dit,dūtamen dotis nomine legatum illis factum
sit. Et in.§.finali dictæ.l.virilis.illa verba, dotis
nomine. Vlpia.illius legis author tantum decla-
rat : neq; quicquam aliud diffinit.quare si illam
l.tertiam.&.l.virilia.§.fin.sic per Accurs.allega-
tas existimauerit Decius ad id per Accurs.fuisse
inductas,vt ostenderet alias esse personas reser-
uatas quibua legata præstari deberēt: tametsi pa
tria iudicium per bonorum possessionem cōtra-
tabulas rescinderetur, vnusquisque non tam cla
ri ingenij vir, cuiusmodi fuit Philippus Decius
apertè cōspiceret nullas prorsus personas in illa
l.tertia,&.l.virilis.§.fina.reseruatas fuisse, si nul
læ aliæ personæ præter parētes & liberos,vxorē
& nurū in causa dotis reseruatæ sunt , clarū erat
fratrē nō esse per prætoris edictū reseruatū.alio-
qui inaniter Accursius illas duas leges allegas-
set. Sed Accursius non tam insipidæ fuit consi-
derationis , dum illas leges , primam & tertiam,
&.l.virilis.§.fin.ff.de lega.præstan.allegauit,vt
solum ostenderet personas in illis legibua desi-
gnatas reseruatas fuisse:cùm nullæ in eis reseruā
tur. Dicere igitur necesse est Accursium sic intel
ligere voluisse vt ostenderet personas quæ per
illud prætoris edictum non reseruantur , qualis
erat frater , dicto. §. liberis. tametsi aliquæ aliæ
personæ essent quæ vltra parentes & liberos per
prætoris edictum reseruātur, qualis vxor & nu
rus in causa dotis erant. dicēdū etiam videbatur
alias esse personaa in quibus concluderet simi-
lis reseruādi ratio vt in fratre: extendere tamē Iu
reconsultus noluit. Et id clare ostendit glo. in
dicta.l.prima.in verbo,quibusdam.ff.de legatis
præstan. quam tunc in publica disputatione alle
gauimus,dum illic glo.ait,quibusdam personis.
Non ergo omnibus : vt infrà. l. sed si mortis . in
princi.&.§.liberis. ex illa glo. recte perpenditur
ad quod propositum Accur.in dicta.l.prima.C.
de bonorum posses.contra tabulas.& in dicta.l.
prima.ff.de lega.præstan. illam.l.iij.§.liberis.ff.
93 de lega.præstan. allegauerit † non vt ostenderet
in ea personaa aliquas esse expressaa quæ vltra
parentea & liberos reseruantur , sed solum eas
quæ per illud edictum non reseruantur. Quæ au
tem sunt quæ per illam. l.iij. ff.de lega. præstan.
non reseruantur in.§.liberis. dicitur,liberis autē
tantùm & parentibus prætor prospexit . Non e-
tiam fratri conseruauit legatum & sorori. Ecce
propositum ad quod Accursi. in dicta. l.prima.
C.de bonorum posses.contra tabu.illam.l.iij.ff.
de lega.præstand.allegauit.

Procedamus vlterius. Accurs. in dicta.l.j.in
verbo,liberis. C.de bon.posses.contra tabu.ait,
Et nota quod lex ista non videtur hodie habere
94 locum. † Nam irritato testamento quo ad insti-
tutionem, cætera manent firma: vt infrà de liber.
præteri. vel exhæreda.authen.ex causa.

Non possum satis Philippum Decium admi-
rari quomodo dixerit Accurs.non cogitasse al-
legare.l.tertiam.ff.de lega.præstan. ad proposi-
tum authen.ex causa,cuius tunc erat disputatio.
Imò nulla alia ratione ductus est Accursiua il-
lam.l.tertiam recensere.hoc clarius sole ostēdo.
Nam illa.l.prima.C.de bono.posses.contra ta-
bul.quæ iuris antiqui dispositionem repetebat,
quo legata & libertates rupto per ius dicēdi nul
lum testamento vel per querelam inofficiosi te-
stamenti non debebantur.l.filio præterito.ff.de
iniusto, rup.& irri.testa.l.inter cætera.ff.de li-
ber.& posthu.dixi in repetitione authen.ex cau
sa.C.de liber.præteri. Mox per prætoris edictū
95 ius illud antiquū correctū esse ait. Prætor † enī
quadam gratia parentes & liberoa reseruauit,
vxorem pariter & nurū,quibus legata dotis no-
mine facta erant:fratres autem & sorores omni-
no exclusit. Sed vt in illa lege Accurs.ait, tota
hæc iuris antiqui & prætorij disputatio per au-
thē.ex causa.C.de liber.præteri.exclusa seu sub
lata est.quoniam inquit Accursius , licet testa-
mentum quantum ad institutionem hodie irrite
tur,tamen per illam authen.ex causa.C.de liber.
præterit.vel exhæredatis. conseruantur legata:
quia in legatis læsi nō sunt filij,seu iniuriam pas-
si non sunt à testatore illos prætereundo. Mirū
igitur non est si hodie legata & libertates con-
seruantur , non tantum vbi filius præteritus vel
exhæredatus est,verū etiā vbi frater à fratre præ
teritus vel exhæredatus esset turpi persona hære
de instituta, vt in cōclusiōe nostra diffiniuimus.

Nunc ad reliquam argumentorū Decij par-
tem

tem procedamus. Inquit ille, Non obstat Ioan.
Ignei responsio, qua dixit eandem fratri necessi-
tatem impositam esse, vbi turpem personam in-
stituit fratre suo excluso seu præterito vel exhæ-
redato: quoniam rumpitur seu annullatur fratris
testamentum. §. primum itaq;. in authenti. de hæ-
redib. & falci. colla. j. Sed, inquit ille, hoc parum
facit, vt tunc dictum fuisse testatur, falso tamen:
quia nihil vlterius Philippus Decius opposuit
aut dicere voluit. Tametsi dum conclusiones no
stræ & Decij argumenta imprimebantur seu cu-
debantur, quondã dominus Franciscus Rubeus
Papiensis doctor tunc sedulus Philippi Decij di
scipulus, qui inverba eius more discipulorum iu
rauerat, palam illi fecerat, & postquam omnia
prout scripta sunt Decius ordinauerat typis cõ-
misit abhinc per me visa non sunt.

Ad argumenta Decij redeamus quæ Valẽtiæ
96 addere curauit. dixit enim, † Quia licet frater
æquiparetur filijs instituta turpi persona quan-
tum ad impugnationẽ testamenti, hoc tamen nõ
reperitur quantũ ad conseruationẽ legatorum,
de qua agitur in authen. ex causa. cuius dispoſi-
tio est fauorabilis considerata principali inten-
tione, vt voluntas testatoris conseruetur. Vnde
fauor qui liberis & parentibus præstatur, nõ vi-
detur habere locũ in fratribus, dicta. l. iij. §. libe-
ris. quæ loquitur in conseruatione legatorũ. Et
per hoc Philippus Decius ait sublatam esse vnã
doctorum rationẽ per eos positam in. l. fratres.
C. de inoffi. testa. Iasonem citare voluit Decius,
qui vsus est hoc argumento quod Decius retu-
lit in illa. l. j. C. de bono. possess. contra tabul. Di-
cebat Iason, Si conseruantur legata in præiudi-
cium filiorũ: fortiori ratione in præiudicium fra
trum conseruari debent: cũ non debeãt filij de-
terioris cõditionis fratribus esse. Quoniam, in-
quit Decius, ista ratio procederet, si dispositio
authẽ. ex causa. in odium facta esset. Sed hoc nõ
videtur verum: quia ratio principalis quæ atten
ditur in. l. si quis nec causam. ff. si certũ peta. fuit
conseruare volũtatem testatoris. Et de isto fauo
re, qui liberis & parentibus conceditur, non be-
ne ad fratres infertur, dicta. l. tertia. §. liberis. Se-
cundo dicebat Decius, licet iste fauor in hære-
dis præiudiciũ resultet, hoc non attenditur: quia
venit in consequentiam. Arguere igitur ab isto
præiudicio, modernorum argumentum, id est Ia
sonis, non valet inquit Decius. Et ita secundum
eum efficaciter stringit argumentum quod in no
stra disputatione fecit.

Mox ait, Si recte intelligatur, ista dixi, quia ar
gumẽta mea in disputatiõe impressa nõ bene re-
feruntur: neq; illis responsum datũ fuisse ait, etiã
cum longo tẽporis interuallo. Postremo inquit,
alia nõ refero: quia à præsenti proposito omni-
no aliena sunt. Dominus Philip. Decius hæc
omnia Valẽtiæ scripsit, legemq; illã primã. C. de
bono. pos. cõtra tab. ex proposito interpretatus
est, vt cõmenta hæc & imposturas publicaret.
Qui disputationi nostræ interfuerũt, recti iudi-
ces erunt. non enim cũ interuallo argumẽtis tan
to viro indignis responsum fuit. Id certo certius
est. quo autẽ modo illa. l. iij. ff. de lega. præstan.
apud nos senuerat ostendimus, pluresq; annos
antea illam legẽ apud nos cõsumpsisse demon-
strauimus. Restat igitur vt illis argumẽtis in-
ter se pugnantibus respondeamus, tametsi in di
sputatione plus iusto satis sit factũ: quoniã infi-
ciari non potest glos. illius. l. j. C. de bono. poss.
contra tabul. ad propositũ dictæ authen. ex cau-
sa. illã. l. iij. allegare: pariter & glos. l. j. in verbo,
quibusdã. ff. de lega. præstan. Ego autẽ illis dua-
bus glos. quas tunc tunc in prõptu allegauimus,
addo tertiam glos. in. l. eam quã. in verbo, tradi-
tur. ibi, quinto in quibusdã personis. C. de fidei-
commis. Illam etiã allegat ad id Areti. in. l. eius
qui. §. si cui. iij. colum. versi. Iacob. de bel. vis. di-
xit illã literam esse falsam. ff. de testa. dũ per illã
97 l. iij. §. liberis. dicit † non esse licitã extensionẽ
de ascendentibus & descẽdentibus ad transuer-
sales. Quibus addo tex. pariter & glos. in. l. si. §.
si. ff. de lega. iij. ibi, sed ex vncia omnibus ex reli-
quis liberis & parẽtibus. & glos. in verbo, paren
tibus. addit, & quibusdã alijs coniunctis. vt in-
frà de lega. præstan. l. j. ij. & iij. & in. l. ab exhære
dati. iuncta glos. interpretatione in verbo, patri-
monij. ff. de lega. primo. Illæ gloss. præallegatæ;
præsertim glos. dictæ. l. j. in verbo, liberis. C. de
bono. possess. cõtra tabu. voluit sublatã esse dif-
ferentiam dictæ. l. tertiæ. §. liberis. ff. de lega. præ
stand. per authen. ex causa. C. de liber. præter. vt
à quocunq; legata relicta fuerint, ab hærede de-
beãtur quoquo modo iudicium testatoris seu te
stamentũ irritum factum fuerit, siue fratri, siue
etiam extraneo relicta fuerint: quod illo edicto
de legatis præstandis prohibebatur: vt in dicta
l. j. ij. & iij. & l. virilis. ff. de legatis præstandis.

Ex qua. l. j. C. de bono. possess. contra tabulas.
in verbo, solis. pariter ex. l. j. & l. iij. in verbo, tan
tum. ff. de lega. præstan. recte probatur dictionẽ
illam taxatiuam non ita legis dispositionem ar-
ctare, quin ad similes personas paritate ratio-
nis extendi posset, nisi personæ expressæ in le-
ge extensæ inueniantur. Nam in. l. iij. ff. de lega-
tis præstand. dixerat, liberis autem tantum & pa
rentibus prætor prospexit, non etiã fratri con-
seruauit legatum & sorori. Tantundem dixit in
dicta. l. prima. C. de bonorum possessio. contra
tabulas. dũ in illa dicitur, solis parẽtibus & libe-
ris legata præstare secundũ edictum debẽt. Et ta
men in. l. j. & l. virilis. ff. de legatis præstandis.
adduntur aliæ personæ, videlicet vxor & nurus
in causa dotis. Pariter & adoptiuus filius seu in
adoptionẽ datus. Et in infinitũ ad liberos & pa-
rentes extendit, non facta sexus differẽtia, an ex
virili an verò ex fœmineo sexu descenderint.
Sed secundum Accursium in dicta. l. j. in verbo,

liberis.C.de bonorum possessio.contra tabulas.
98 † Extranei hodie legata percipiunt, tametsi testamentum infirmetur, dicta authenti.ex causa. quãto magis frater legatum percipere debet, licet testamentum annullatum sit:cùm longe causa fratris potior esse debeat causa extranei, cui per illam authent.ex causa.legata conseruantur. Ecce quomodo illa glos. ad propositum dictæ authenti.ex causa.illas leges,primam,secundam & tertiam.ff.de lega.præstand.allegauit.

Secundò, illa.l.iij.§.liberis.ff.de lega.præstandis.prorsus aliena est à conclusione,de qua in disputatione tractabatur, quæ de fratre loquitur, qui testamentũ fecit excluso fratre, instituta turpi persona. At in illa.l.iij. §.liberis.nulla funditus mentio exhæredati fratris fit, instituta à fratre turpi persona: quare argumentum nullatenus concludit.

Tertiò, addit Decius rationem quæ aduersus dictum suum pugnat,tametsi vt potissimam esse dixerit,dum ait, ratio principalis,quæ attẽditur l.si quis nec causam. ff. si certum peta. fuit, con-
99 seruare voluntatem testatoris: & † de isto fauore,qui conceditur liberis & parentibus,non bene infertur ad fratres,dicta.l.iij.§.liberis. ff.de lega.præstan.quoniam authen.ex causa.hanc non tantum principalem esse rationem voluit, imo finalem esse secundùm Petrum, Bart.Bald.& omnes in dicta authen.ex causa.quæ Iustinianum mouit vt illam iuris antiqui inuidiam tolleret, quæ annullabat in totum legata, fideicommissa & libertates: vt in dicta.l.filio.ff.de iniusto,rupto & irrito testa.l.eam quam.C.de fideicõmis. pariter & prætoris edictum dixit non esse sufficiens cum liberos & parentes tãtum exciperet, fratribus autem non conseruaret neque sororibus.Quoniam sublata illa differentia omnes legatarios & fideicõmissarios æquales Iustinianus effecit,etiam extraneos: pariter & libertates legatis æquauit. Voluit enim per illam authen.legata,& libertates, & omnia quæ in testamento scripta sunt,conseruare excepta filij præteritione seu exhæredatione.satis enim fuit Iustiniano tollere id,in quo testator contra pietatis officiũ deliquerat:vt inquit.l.maximum vitium.C.de liber.præteri. §.aliud quoque.in authenti.vt cùm de appellatio.cognosci.colla.octaua.§.non licebit.in authen.de trien. & semis.colla.tertia.ibi, si velit filiorum viuentium & fame morientium vocari pater. Sed cùm in legatis filius offensus non esset,testamẽtum firmum manere voluit. Et sic fauore testatoris hoc Iustinianus statuit. Fauor igitur testatoris est causa finalis constitutionis Iustiniani, disponat testator & erit lex.§.mitiorem.in authen.de nup.colla.quarta. Sed si Iustinianus per authẽt.ex causa.& dictum.§.aliud quoque. voluisset testamẽtum in quo filius sine causæ præteritus est vel exhæredatus in institutione & legatis,quæ extraneis facta erant,tãtum annullari,non autẽ in legatis & parẽtibus factis, legata verò fratribus & sororibus facta noluisset conseruari, sed cum hæredia institutione annullari,nulli dubium esset non tam fauore testatoris quàm ipsorum liberorum seu parẽtum cõseruari.Et hoc modo fauor testatoris prohiberet extensionem fieri de filio ad fratrem & sororem,dicta.l.tertia. §.liberis.ff.de leg.præstan.& l.fi.§.fin.ff.de lega.tertio.l.ab exhæredati.ff.de lega.primo.&.l.prima.C.de bono.poss.contra tabu. sed cùm in casu dictæ authen.ex causa.in nullo casu fauoris filiorum ratio habetur, sed omnium legatariorum & fideicõmissariorum, & extraneis personis factorum,& id contemplatione testatoris,vt testamẽtum in omnibus suis nõ irritetur,sed saltem quo ad legata & fideicõmissa in eo relicta conseruetur, par eademq; sit omnium legatariorum ratio siue filij sint aut parentes aut fratres aut extranei: & constitutio illa Iustiniani testatoris fauorem tãtum respiciat, vt sua voluntas ex integro firma maneat. Illa igitur ratio æquè in fratre testatore fratrem suum exhæredante instituta turpi persona quæ in testatore procedit,secundũ Petrum,Cin.Barto.Bal. & omnes in dicta authen.ex causa.C.de liber.
100 præter.& in.l.fratres.C.de inoffic.testa. † quoniam iuris dispositio quæ permittit fratri sic exhæredato aut querelare fratris testamentum tanquàm inofficiosum,vel illud nullum dicere, intendit solum in eo testamentũ annullare,in quo frater fratri iniuriam fecit, videlicet præponendo turpem personam fratri honestæ personæ ad similitudinem filij à patre exhæredati,vt dixi in repetitione dictæ authen.ex causa.in.lxxj.& tribus sequen.colum.per.§.ingratitudinem.in authen.de nupt.colla.quarta.& alijs in eadem scriptis aliquas rationes succincte aperiemus. Sequitur necessariò concludendum,vt fauor testatoris talis & tantus sit, vt æque legata in illo testamento,quo frater à fratre exclusus est, turpi persona instituta,vt sublata fratris sui inuidia id in quo frater læsus non est,firmum maneat. quare sua ratio aduersus eum pugnat eo quod dixit edictum prætoris de legatis præstandis fauore testatoris fecisse introductum,vt in legatis liberis & parentibus factis, testamentum firmum maneat: quod Iustinianus generalius extendere voluit per dictam authent.ex causa.ad omnia legata à quocũque testatore sint relicta, multo magis in fratre cõcludat vbi frater tantæ est iniustitiæ vt turpem personam fratri honestæ conuersationis præponat. Videamus vlterius an §.primum itaque.in authẽ.de hæred.& falci.colla.prima. recte conclusioni nostræ conueniat. Pariter.&.§.si vero vltra. versi.licebit autem in authẽ.de nup.colla.tertia. Similiter.§.ingratitudinem.in authen.de nup.colla.quarta. quorum duorum nouissimorum textuum Philippus Decius non meminit in dicta.l.prima. C.de bono. possess

possess.contra tabulas.quibus ipse non respondit neque alius respondere posset.

In primis.§.primum itaq;.quem licet in disputatione conclusionũ & in repetitione authẽ.ex causa. plus satis declaratũ fuerit,breuiter tamen nonnulla repetemus. Pro cuius intellectu præmittendum esse puto vnum,cuius nũc nunc meminimus, videlicet edictum prætoris de legatis præstandis,liberos & parentes tantum excepisse,dicta.l.iij.§.liberis.ff.de legatis præstand.dicta.l.j.C.de bono.possess.contra tabu.l.fi.§.fi.ff.de lega.tertio. Et tamen in.l.j.&.l.virilis.ff.de lega.præstan.extensionem fecit ad vxorem & nurum in causa dotis,pariter ad filium adoptatum & datum in adoptionem. In his ergo idem iudicium sit quod & prætor de liberis & parẽtibus fecerat,secũdum Vlpiani Iureconsulti interpretationem. Sic & Iustinianus dum ius antiquũ in conseruatione legatorum immutare voluit, in omnibus personis in quibus eadem necessitas à lege imponitur personas instituere,similẽ in eis formam & necessitatem induxit & imposuit. Pri-
101 mo in dicto.§.primum itaque. † Imperator declarat quæ sunt hæ personæ quibus eadem institutionis necessitas imponitur,tanquàm secundũ ipsam naturã eis debeatur, quale est filijs & nepotibus patribus & matribus:interdum vero & fratribus,si quam huiusmodi personã aut in his quæ ex nobis sunt,aut ex quibus nos sumus enumerauerũt leges.& illic Accursius in verbo,fratribus.ait,vt si frater meus turpem personam instituit:vt.C.de inoffic.testa.l.fratres.sed & tunc ita demum si non sum ingratus.§.ingratitudinẽ. infra de nup.colla.quarta.

Secundo.§.si verò vltra.in authen. de triente & semisse.colla.iij.quem in duabus sui partibus annotari volo. Primo dũ in eo dicit, Sed quod contigerit vnumquenq; per omnia æquum esse in qualitate & quantitate,siue quis illud institutionis modo,siue per legati,idem est dicere Et si deicommissi, relinquat occasionẽ. Secundò dũ sequitur in eod.§.licebit enim ei reliquũ octo. unciũ forte aut sexuncium habere & largiri sicut voluerit filijs ipsis aut cuilibet extraneorũ: & natura primò curata competenter, sic ad extraneas largitates accedere. Et sequitur in eo.§. quod cõsiderari volo,hoc obseruãdo in omnibus personis,in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso lege decreta est.

102 Nota igitur primo illa verba, † & natura primò curata quam Iustinianus non tantum in filijs & nepotibus curari voluit,verũetiam in fratribus. Sed in quo casu voluit in fratribus naturam curari? inquit ille tex. in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso lege decreta est. Necesse igitur habet frater vbi fratri turpem personam præferre vult, secundum antiquam legem quæ de inofficioso testamento decreta erat, quæ querelam in illo casu aduersus fratris testamentum præbebat,dicta.l.fratres.C.de inofficio.testa.aut iure institutionis,aut legati,aut fideicommissi,aut quouis alio titulo portionem aliquam relinquere. Et si nõ fecerit,permittit fratri testamentum fratris impugnare. Conseruatur ergo fratri legatum quod illi factum erat in testamento,in quo frater turpẽ personã instituerat. Nec illi.§.Decius si viueret, neque alius respondere posset. Nunc ad.§. ingratitudinem. reuertamur. in authẽ. de nuptijs.colla.iiij. in quo datur ad illum.§.si vero vltra.&.§.primum itaque. in authen.de hæred.& falc.colla.prima.limitatio, nisi forte frater fratri ingratus inuẽtus sit vna ex quatuor causis in illo.§.expressis.inquit ille tex.
103 † ingratitudinem autem hic consideramus non solum ad matrem, sed etiam aduersus eundem ipsum fratrem defunctum.

Et sequitur in eodẽ.§.& quoniam sancimus. multas fratribus adinuicem factas contẽtiones, illum solum tanq; ingratum circa fratrẽ effectũ participari lucrum non concedimus, qui mortẽ voluit fratri aut criminalẽ inducere contra eum inscriptionem &c. Recitãtur aliæ duæ causæ ingratitudinis. Ego volo illũ tex. attendi & rectè considerari dum ait, participari lucrũ non cõcedimus. Igitur extra ingratitudinis causas, quibus frater iure à fratre omni suæ successionis lucro priuari põt,non potest frater facere quin frater ex eius successione lucrũ accipiat,siue iure legati,seu fideicõmissi,aut quocũq; alio titulo. Igitur illa decreti prætoris constitutio, quæ de legatis præstandis facta erat, per Iustinianũ innouata est:quãtum etiã per ius Codicis & Authẽticorũ causa filiorũ innouata est,non tantũ circa institutionem,verum etiam circa legata, fideicõmissa,libertates,& cætera,quæ præter institutionem à testatore in testamento facta sunt.

Similiter in fratre dico: Cùm edictum prætoris de legatis præstandis per Iustinianũ immutatum sit,qui secundum ipsam naturam in eo casu quo frater naturã arguens vilem & turpẽ seu notatam personã fratri præponit,fratrẽ filijs & parentibus etiam circa ius legati & fideicommissi æquauit, & eãdem in illo casu necessitatem fratri imposuit, qualem filijs & parentibus. Manet igitur nostra conclusio vera,quicquid studio cõtradicendi Philippus Decius Valentiæ dicere voluerit. Confirmat eam ratio eiusdem Philippi Decij,quam vt nostram cõclusionem impugnaret in dicta.l.prima.C.de bonorum possess.contra tabu.induxit,dum dixit authen.ex causa.ad id inuẽtam seu factam esse, pariter.§.aliud quoque.in authen.vt cum de appella.cognosci.colla.octaua.vt testatoris voluntas cõseruetur.Simi-
104 liter in fratre,quia si † frater velit nolit in eo casu fratri aliquid relinquere tenetur:alioquin fratris testamentũ vt inofficiosum à fratre querelari & impugnari poterit. Multo magis ad effectum conseruandæ voluntatis testatoris erit, si lega-

tum fratri in illo testamento factum conseruetur: quia voluntas fratris in hoc conseruabitur & consequenter legatum fratri factum. quod si non conseruaretur, liceret fratri non tantum legitimam portionem ab hærede instituto petere, imo per querelam inofficiosi testamenti infirmare fratris testamentũ. si tamen legatum fratri factum conseruatue cum sufficiat quoquo relicti titulo fratri relinquere, dicto. §. si vero vltra. in authenti. de trient. & semis. collatio. tertia. sic testamentũ in omnibus cõseruabitur: & sic fortiori ratione expedit fratri legatum facere & factum conseruare vt fratris querelam impediat. Legatum igitur fratri conseruatue. & sic non poterit fratris testamentũ sicut nec patris aut matris aut filij, quorum omnium par eademq́ necessitas in casu prædicto imposita est, dicto. §. primũ itaque. in authẽ. de hæred. & falci. & alijs §§. suprà allegatis, quantum ad legata & fideicommissa, libertates & alia testamenti capitula annullari per rationem dictæ authenticæ, ex causa. & rationem ipsius Decij suprà allegatam. Et in hoc vera est Petri, Cini, Bartoli, Baldi & modernorum Papiensium sententia in dicta authentica, ex causa. C. de liber. præteri. & in. l. fratres. C. de inofficio. testament. Quia si Philippi Decij ratio firma maneret, lex plus fratribus quàm filijs, patribus & matribus faueret: quibus lex tantum fauit ad similitudinem filiorum, patrum & matrum per quãdam naturæ communicationẽ: cuius ratione & occasione Iustinianus necessitatem fratribus imposuit curata competenter natura, inquit in dicto. §. si vero vltra. versicu. licebit. in authenti. de triente & semis. colla. iij. & in dicto. §. primum itaque. in authent. de hæred. & falci. dum illic Iustinianus ait, secundum ipsam naturam. & sic fratres ad similitudinem filiorum & parentum secũdum ipsam naturã ab Iustiniano hoc beneficium acceperunt. Secundò vt testatoris voluntas, circa legata, quæ in suo testamento ordinauit conseruetur, per. §. disponat. in authen. de nuptijs. coll. iiij. Et sic Iustinianus fratribus clementior & benignior fuit prætore in
105 edicto de legatis præstandis. † Voluit enim Iustinianus honorari: quoniam fratribus necessitatem imposuit aliquid in testamento relinquere, si non iure institutionis, saltem iure legati aut fideicommissi, aut qoouis alio titulo. quod tamen prætor fratribus cõcessit. & tamen in nullo Decius fratribus fauere vult: tametsi Iustinianus nõ tantum fauere voluit, sed secundum ipsam naturam necessitatem imposuit.

Secundò, si ratio Decij vera esset, authenti. ex causa. pariter & iora nouissima plus fauerent extraneis quàm fratribus. nam per authent. ex causa. legata extraneis conseruantur, quæ fratribus non conseruarentur. Et tamen in edicto prætoris extraneorum & fratrum eadem est conditio, dicta. l. j. & l. iij. ff. de lega. præstan. quod verum
106 nõ est: quia † imo lex plus fauet fratribus quàm extraneis. Et ratio patens est: quoniam per. §. primum itaque. in authent. de hæred. & falci. colla. j. dictum. §. si vero vltra. in authent. de triente & semis. collatio. iij. & dictum. §. ingratitudinem. in authent. de nuptijs. necessitatem fratribus imponit aliquam partem suæ substantiæ in testamento suo fratribus relinquere, nisi ingrati inueniantur. quod in extraneis non obtinet. Nam Iustinianus naturam solum curat, & secundum ipsam naturam vult saltem titulo legati vel fideicommissi relinqui. Quare nullius saporis est Philippi Decij consideratio, imò iuri & naturali & ciuili contraria, & omnino aduersans. Non ergo Accurs. in dicta. l. prima. C. de bono. posses. contra tabu. in verbo, liberis. sine maxima ratione dixit per authen. ex causa. C. de liber. præteri. correctum esse prætoris edictum de legatis præstandis, quo legata certis personis tantum conseruabantur, etiam extraneis personis facta. Et hac ratione dico siue testamentũ irritetur, seu annulletur vel nullum declaretur, quia filius sit præteritus vel exhæredatus, vel frater sit præteritus vel exhæredatus instituta à fratre turpi persona, legata & fideicommissa non tantũ liberis & parentibus facta conseruãtur, verũ etiam fratribus facta: & non tantum fratribus, sed & quibuscunque etiam extraneis. Et per rationẽ ipsius Decij vt testatoris voluntas seruetur: quæ in hoc fauorabilis est. Et hodie per. §. aliud quoque. in authen. vt cum de appella. cognosci. collatio. octaua. non intendit Iustinianus tollere, nisi id in quo filij aut parentes vel fratres per testatorum iniuriam receperũt. sed in institutione tantum acceperunt, non autem in legatis. Mirum igitur non est si secundum testatoris voluntatem legata & fideicommissa quibuscũque personis facta conseruantur. Et id verum est quicquid somniando & hallucinando studio contradicendi Philippus Decius Valentiæ dixerit in dicta. l. prima. C. de bonorum possessione cõtra tabulas. Prædicta omnia addas his quæ dicta sunt per me in repetitione authenticæ, ex causa. in. lxxj. lxxij. & duabus sequentibus colum. C. de liberis præteritis, vel exhæreda. quæ Decius quamuis ea videret non euitauit, neque illis respondit.

SCÆVOLA.

Fideicommissum quod ex testamento fratris patruelis Caius Seius Titio debebat, ab hæredibus Seij Titius accepit. Quæsitum est, cum neeem C. Seij hæredes eius

non vindicauerint, an Titius nihilominus eos hæredes vt indignos accusare possit, ob id, quòd necem eius non vindicauerint: nec obsit ei quod ab eisdem fideicommissa ex testamento fratris patruelis consequutus sit? Respondi nihil proponi cur obstaret.

In Legis præscriptæ subsequentem Lectionem Argumentum.

1 Fiscus bona ab indignis ablata cum suis recipit oneribus.
2 Fideicommissarius vltionem defuncti prius procurare debet, quàm fideicommissum petere.
3 Fideicommissarius vniuersalis de manu hæredis instituti hæreditatem recipit.
4 Fideicommissarius vniuersalis effectualiter hæres est.
5 Fideicommissarius vniuersalis dicitur quasi per fideicommissum substitutus.
6 Fisco primum gradum excludente censetur secundus a successione exclusus.
7 Legatarius eo ante aditionem hæreditatis legatum accipere nequit, quòd de manu hæredis eum recipere oporteat.
8 Hæres testatoris occisi necem non vlciscens legatarijs & fideicommissarijs non nocet.
9 Hæres interfecti non potest cogi hæreditatem adire ante sumptam de nece testatoris vindictam.
10 Hæredem in defuncti nece vlciscenda negligentem hæreditate priuari, qualiter capiendum.
11 Syndicus ab alio præuentus excusatur à denuntiatione malefactorum.
12 Præuentionis sex species in iure reperiuntur, & quæ vnaquæq; sit.
13 Præuentio quædam inuenitur in accusando siue defendendo.
Accusare qui ex officij necessitate teneantur.
14 Accusatores maleficiorum quos sibi pariãt fructus si strenue quæ sui sunt muneris exercuerint.
15 Accusare qui tenetur, ni accuset, vt fautor criminis punitur.
16 Accusare non tenetur quis eum, cuius veretur potentiam.
17 Crimen accusari non debet, quod notorium est punibile non esse.
18 Delatores iudicio assistere debent, quando a se delati examinantur & puniuntur.
19 Occidens bannitum non debet accusari.
Statuta a iure exorbitantia, moderationẽ accipiunt iuxta iuris communis leges.
20 Bannitum impune occidi posse & debere, qualiter intelligendum sit.
21 Homicida banniti debet per syndicum denuntiari, licet statuto impune potuerit occidere.
22 Publicanus quando apocham solutionis sibi factæ testem dare teneatur.
23 Accusatio qualiscunq; non accusantis voluntate, sed cognoscentis authoritate abolenda est.
24 Accusans officij necessitate adactus, quàm facilimè a calumnia excusari potest.
25 Accusare sic quidam tenentur, vt ni fecerint, criminis existimentur participes.
26 Rei ante delictum admissum qui sint, & qui post.
27 Rei post crimen efficiuntur qui criminosos receptant & celant.
28 Conscius is dici potest qui commissi delicti scientiam habet.
29 Fautores non semper in partem sinistram intelliguntur.
30 Caroli Borbonij a Francisco Gallorum rege ad Cæsarem defectio celebratissima.
31 Læsæ maiestatis reum accusans, crimen ipsum probare tenetur.
32 Accusare nõ tenetur, qui crimen non potest de facili probare.
33 Crimen læsæ maiestatis sola scientia committi potest absque vllo opere.
34 Reuelare crimen non debet, qui illud probare non potest.
35 Bartolus quare cum suis sectatoribus in inferno sit sepultus.
36 Matrimonium contrahere omnibus iure permissum est, & cum quibuslibet.
Amici qui secundum iura sint dicendi.
37 Vasallus vxorem ducens præter aut etiam contra domini voluntatem, non ob id feudo priuandus est.
38 Tyranni potius quàm principes censendi sunt, qui suæ maiestatis læsæ gratia sæuire solent.
39 Vasallus vasalli non tenetur domino superiori reuelare secreta domini sui.
40 Suspiciones quanquam violentæ non sufficiunt ad euincendum crimen.
41 Conscij criminis & occultatores dici possunt, qui delinquentes non produnt.
42 Impubes mortem domini non detegens, morte plectitur.
43 Vasallus, cum primum potest, cõspirationes in dominum suum factas detegere debet.
44 Crimina atrocia quilibet pro viribus suis impedire tenetur.
45 Celare dicitur, qui, cum deferre possit crimen, id non detegit.
46 Consensus quadruplex in iure inuenitur.
47 Proditio Borboniana exciuit Turcam, concitauit'que ex consequenti in Christianam Rempublicam.
48 Crimen læsæ maiestatis reuelare is tenetur, qui id facile cõuincere potest.
49 Defendere alium nemo tenetur cum suæ vitæ periculo.
50 Prodere, quo differat à verbo, accusare.
51 Iurans se crimen non detecturum, iuramento huiusmodi non ligatur.
52 Sacerdos conspirationem sibi in confessione detectam reuelare tenetur.
53 Sacerdos quando confessionem sibi factam prodere possit, & quando non. & nume. 55. & 57.
54 Sacerdos homicida est qui homicidium futurum in confessione auditum non reuelauit.
56 Fides non seruanda fidem violanti.
58 Iuramentum illicitum nullatenus obseruari debet, sed rescindi.
Delictum extra confessionem cognitum an & quando debeat reuelari.
59 Magistratus supremos ambientes vt cautius possint sua scelera tegere, aut maiori licentia grassari, sunt puniendi.

60 Reatus reum omni ſpoliat honore.
Serui debent mariti in vxorem impedire ſæuitiam.
61 Ignauia in his quæ iuris naturalis ſunt non excuſanda.
Ruſticitas contra cuiuſuis ſpeciem honeſti non eſt excuſabilis.
62 Promittens ſecretum ſeu ſilentium rei ſibi commiſſæ, nõ obligatur, ſi hoc in graue damnum vergat cuiuſquàm.
Vaſallus domino contra patrem, filium & fratrem opitulari tenetur.
63 Vaſallus non tenetur domino recentiori aduerſus antiquiorem.
64 Princeps bonus Dei templum, ſimulachrum & miniſter dicitur.
65 Principem ab omni periculo tueri debẽt omnes tam ſubditi quàm fœdere iuncti.
66 Vaſallus vel ſubditus an poſſit cum inimico vel amicis inimici domini ſui contrahere.
67 Matrimonia amicitiam concilians.
68 Vaſallus matrimonium cõtrahens cum filia aut ſorore inimici domini ſui quando poſſit puniri.
69 Dux belli cum hoſte colloquium habere non debet principe inſcio.
70 Hoſtis ab inimico ſimplici latè differt.
71 Amicus inimici mei inimicus meus præſumitur.
72 Vaſallus domino prælianti non ſubueniens feudo priuari debet.
Ciues inimici inuicem quartam inimicorum ſpeciem conſtituunt.
73 Inimici mei non poſſunt in cauſa mea teſtificari.
74 Inimici mei præſumuntur qui cum inimicis meis affinitatem aut amicitiam contrahunt.
75 Cardinalibus in conclaui exiſtentibus neque literis neque per nuntium eſt communicandum.
Matrimonium, ſeruitus non modica, Amazonum iudicio non prorſus inepto.
76 Vouens ſe matrimonium non contracturum, an peccet ſi ſpreto voto vxorem duxerit.
77 Inſidiæ inimici familiaris difficilius euitantur quàm venenum.
78 Vaſallus ſex domino iurare & præſtare tenetur.
79 Carolus Borbonius non debuit loco domini ſui & vere amici Gallorum regis, inimicum eiuſdem ambire.
80 Amicitiam cum inimico domini ſui inire, conſpirationis ſpecies quædam eſt.
81 Subditus principis non poteſt dici is qui gratia eiuſdem ſe indignum præſtat.
82 Matrimoninm inter quas perſonas ſit prohibitum.
83 Canones in hæreditatibus & aliјs ciuilibus cauſis locum non habent.
84 Filius abſque patris conſenſu contrahere poteſt quandoque.
Pœna imponi nequit pro eo quod ius canonicum permiſit.
85 Mulier hodie intra annum luctus nubens, an ſit punienda.
86 Lex dicitur fauorabilis quæ Reipublicæ & liberorum fauorem concernit.
87 Matrimonium iure canonico poteſt ad tempus per iudicem prohiberi.
88 Mulier ad ſecunda vota tranſiens, liberis ſuis tutorem petere tenetur.
Nuptias ſecundas intra luctus tempora contrahens non efficitur infamis.
89 Nuptiæ ſecundæ fornicationis vitandæ gratia tantum permiſſæ ſunt.

90 Legatum vxori factum vt vidua permaneat, an ſit iniuſtum.
91 Filius matrimonium contrahere poteſt citra patris conſenſum.
92 Filia ante annum vigeſimum quintum abſque patris aſſenſu nubens, exhæredari poteſt. & ſub nume. 100.
93 Matrimonij contra canones contracti cauſa, in foro eccleſiaſtico eſt agitanda.
Matrimonium quibus impediri poſsit contrahendum, & diſſoluatur iam contractum.
94 Conuentio matrimoniali libertati obſtaculo exiſtens, iure ciuili & canonico prohibetur.
95 Infamia ſecundarum nuptiarum tollitur per ius canonicum.
96 Vxor quæ, qualis, qualiter, & quando, & à quibus accipi debeat.
97 Matrimonium ſolo contrahentium conſenſu perficitur.
98 Rapiens virginem punitur: ſed eam cum qua matrimonium conſummauit rapiens non punitur.
99 Raptus æquè in filio ſicut in fœmina committi poteſt.
Emancipatus ſine patris conſenſu matrimonium contrahere poteſt.
100 Filius in patris exiſtens poteſtate abſque eiuſdem aſſenſu matrimonium nequit contrahere.
101 Filius & filia patrem authoritate iudicis cogere poſſunt, vt ſe matrimonio collocet.
102 Taciturnitas patris in contractu filij conſenſus loco habetur.
103 Filius non poteſt exhæredari ob vxorem citra patris acceptam conſenſum.
104 Licitum eſſe non poteſt quod non eſt honeſtum.
105 Pœna an poſſit talis per ſtatutum imponi, qua impediatur ſubſtantia matrimonij.
106 Matrimonium ſine dotis conſtitutione contrahi poteſt.
107 Statutum pœnam matrimonij contractui adijciens quando validum ſit.
108 Pallium coniugibus dari ſolitum in die nuptiarum, quid repræſentet.
109 Prohibitiones temporales iure canonico introductæ, diſſimulari poſſunt quandoque.
110 Epiſcopi electi poſſunt per principem recuſari ſi ſibi ſunt ſuſpecti.
111 Ætas impuberem nõ excuſat qui mortem domini cognitam non reuelauit.
112 Vaſallus fortiori vinculo conſtringitur domino, quàm filius patri, ſeruus domino, libertus patrono.
113 Reges & principes à Deo in ſubditos poteſtatem acceperunt.
114 Princeps poteſtate ſibi à Deo conceſſa abutens, de eadem rationem reddet.
115 Princeps ab omnibus coli & obſeruari debet.
116 Mulier intra luctus tempora ad ſecunda tranſiens vota, omnibus, quæ à primo marito habuit, ſpoliari debet.
117 Euentus triſtis rei non eſt expectandus, ſed in tempore occurrendum eſt.
118 Larydi ſimiles fuerunt, qui Borbonij proditionem pede contexerunt.
119 Accuſare non tenentur qui in probatione deficere verentur.
120 Accuſare qui ex officio obligatur, ſi in probatione defecerit, meritò excuſatur.
121 Accuſationes factæ per eos qui accuſare tenentur, citra iuris ſolennitates admittuntur.
122 Delictum delatum quantumuis notorium, à iudice nihilo minus inquiri debet.

123 Officialis necessitate officij crimen denuntians, non tenetur se inscribere aut alia iuris solennia seruare.
Delator criminis etiam notorij, iudicio assistere debet.
124 Crimen notorium esse, probare sufficit, vt absque alia inquisitione puniatur.
125 Officialis falso & calumniosè accusans quempiam, puniri debet.
126 Accusans ex officio, qualiter puniatur, si non plene probauerit crimen quod detulit.
127 Inquisitio fieri debet per iudicem de crimine per officialem delato.
128 Accusatio delicti non admittenda ante inscriptionem accusatoris.
129 Nuntiatores criminũ licet per indicia notoria detulerint, iudicio tamen adesse debent.
130 Accusator quandoque insimulator dicitur in iure, qui iudicio assistere debet, donec falsane sit an vera accusatio, cognoscatur.
131 Falsum non statim dicendum quod non notorium est.
132 Accusatores quare suis notorijs interesse cogantur.
133 Accusator accusatum nedũ indicijs vincere debet, sed & veris superare probationibus.
134 Iudicia nonnunquàm crimina vocantur in iure.
135 Maritus vxorem accusans adulterij quando se inscribere teneatur. & nu. 137.
Fornicatio thorum separat humano iure pariter & diuino.
136 Maritus vxorẽ adulteram occidere potest, & fortiori ratione eandem potest contumelia afficere.
Maritus occidens adulterum vxoris suæ, non tenetur lege Cornelia.
138 Maritus in probatione adulterij vxoris deficiens, non punitur pœna talionis.
139 Pœna talionis à lege duodecim tabularum introducta, per ius ciuile fuit sublata.
140 Maritus adulterium vxoris accusare negligens, non caret lenocinij suspicione.
141 Appellandi tempus quare decem dierum voluerit esse Iustinianus.
142 Marito & patri qua ratione motus ad accusandum vxoris aut filiæ adulterium, sexaginta dies concesserit Iustinianus.
143 Matrimonium hodie cum infideli contra D. Pauli sensum prohibetur contrahi: sed rectène, videant qui veterunt.
144 Crimina leuia dicuntur quæ pœna corporali non coercentur.
145 Crimẽ leue existimatur pro cuius elutione pœna pecuniaria tantum imponitur.
146 Creditor qui semel pro debito pœnam extorsit corporalem, non potest postmodum exigere debitum.
147 Scythæ nullum furto crimẽ grauius rati sunt, per omnia Hispanis & Vasconibus dissimiles.
148 Excipiens de crimine quo casu ad pœnam talionis teneatur se inscribere. & nume. 150.
149 Exceptio non continetur actionis vocabulo.
151 Iudex non omnibus nec vbique fidem debet accommodare.
132 Reus non auditur accusans donec se purgauerit.
153 Actor quando ad postulationem rei instrumentum secundò proferre cogatur.
154 Excipiens de crimine compellitur se inscribere, si dubium sit eum calumniosè excipere.
155 Instrumẽtum arguens falsitatis, se inscribere debet, & modum probare falsitatis.
156 Producens instrumentum de falso suspectum, ipsius statim debet veram fidem comprobare.
157 Iudex de notorio etiam non iudicat, nisi sibi vt iudici constiterit.
158 Iurisdictione concessa, censentur ea committi omnia, sine quibus illa exerceri nequit.
139 Iudices suam iurisdictionem limitatam habẽtes, suas metas transilire non debent.
160 Pupillus & Respublica iudicantur ad paria.
161 Accusans officij necessitate vel iusto dolore motus, facile à calumnia excusatur.
162 Deferens pro defensione fisci vel reipublicæ non punitur si in probatione defecerit.
163 Monopolia & alias reipublicæ causas absq; calumniæ metu prodere licet.
164 Culpa lata in quibus criminibus dolo æquiparatur.
163 Carcerem priuatum faciens, reus efficitur læsæ maiestatis.
166 Vasallus secreta & consilia domini sui silentio conseruare debet quàm maximo.
167 Gallica natio quare à cæteris Europæ nationibus inuisa.
168 Filius, seruus, vasallus coniurationes in patrem & dominũ non reuelantes, pœnis legalibus puniuntur.
169 Adulterium à quibus possit personis accusari.
170 Conuentio quo a reconuentione discernatur signo.
171 Præuentio quando incipere dicatur.
172 Actores plures si in eadem causa concurrant, quis eorum præferetur.
173 Citatio sufficit ad præoccupationem iurisdictionis.
Præuenisse quis censendus sit in actione.
174 Definitio in regulis seu Brocardicis iuris maxime periculosa.
175 Citationis nomine, verbalis propriè citatio intelligitur.
176 Præuentio per citationem facta, statim euanescit finita illa instantia.
Officium vniforme differt ab officio difformi.
177 Possidere duo eandem rem & eodem tempore insolidum nequeunt.
178 Officium iudicis vniforme, procuratoris vero difforme dicitur.
179 Præuentio quando per citationem solam fieri dicatur, & quando litis contestatio requiratur. & nu. 211. &. 214.
Contestatio litis quando ad præuentionem necessaria sit, & quando citatio sufficiat.
180 Ius quæsitum non ita facilè absorbetur sicut ius quærendum.
181 Iurisdictionem citatione sola præoccupari falsò putauit Bartolus.
182 Citatio sola non sufficit ad præoccupationem exercitij iurisdictionis.
183 Citatus libellum sibi edi petere potest, vt sciat si suus sit iudex ad quem vocatus est.
184 Maritus & pater extraneum superuenientes ab accusatione adulterij vxoris & filiæ possunt excludere.
185 Iudicium cœptum dici nequit ante litis cõtestationem ob dilatorias & declinatorias exceptiones.
186 Iudicium ibi finem sortiri debet vbi exordium habuit.
187 Actiones oblatione libelli perpetuæ efficiuntur.
188 Iudex superior præsens inferioris non absorbet iudicis authoritatem.
189 Executio sententiæ per superuenientem fori mutationem non impeditur.
190 Iudex coram quo litis contestatio facta est sententiã ferre potest, etiam si partes forum mutauerint.
191 Actor is meritò dicitur a quo alius ad iudicium prouo-

catur.

191 Libelli postulatio, eiusdem editio & litis contestatio differunt.

193 Agens rei vendicatione si probauerit seruum esse suum, non erit reus cogendus seruum restituere, nisi prius de furto &c.

194 Domini plures eiusdem rei & ex eadem causa insolidum esse nequeunt eodem tempore.

195 Agere nemo dicitur ante litis contestationem, velle tamen agere dici potest.

196 Actionem si plures ad eandem rem se habere asserant, quis præferendus erit.

197 Iudicium ante litis contestationem acceptum dici nequit.

198 Officium procuratoris non est vniforme: nam reuocari potest quoties libet ante litis contestationem.

199 Delegatus ideo forum non habet, quia iurisdictione ordinaria caret.

200 Pœnitere potest re integra, qui in iudicem quempiam consensit.

201 Consentiens in iudicem non suum, potest ab eodem discedere antequam in iudicio compareat.

202 Iudicis delegati potestas à principe limitata, non potest partium prorogari consensu.

203 Delegatus iudex iurisdictionem suam citatione perpetuam reddit.

204 Præuentio in iure eligendi per litis contestationem potest fieri.

205 Præoccupatio in officio difformi fit per litis contestationem.

206 Conuentus a pluribus pro eadem re, præoccupanti respondere prius cogitur.

207 Sententia in præoccupatione exigitur, dum cum eo qui nullo iure obligatus est, agitur.

208 Serui neque dominis suis neque vlli alij possunt obligari.

209 Actio noxalis & actio de peculio naturam respiciunt actionis realis.

Interdicta omnia qualiter personalia dicantur.

210 Actio noxalis in dominum datur pro serui delicto.

212 Delegatus a delegante ex causa reuocari potest quocunque tempore.

213 Iudicium quando que inchoari dicitur sola citatione.

215 Creditori vigilare licet vt suum consequatur.

Agere is prior dicitur qui prius litem contestatus est.

216 Debitor alternatiua obligatione ligatus, si alteri soluerit ab altero liberabitur.

217 Tribuni militum licentia nimia iustitiam violant.

218 Iudex an iure possit per sententiam suam multæ seu bonorum confiscatorum particeps esse.

219 Papa non potest disponere de bonis laicorum.

220 Vectigalia noua quando & a quibus imponi possint.

221 Magistratus vrbani munera, quæ etiam iustorum mentes subuertunt, accipere non debent.

222 Iudices propitios habere bonum est dum de vita agitur.

223 Denuntians crimen licite potest aliquid accipere salarij vice.

224 Citationis duæ sunt species, verbalis scilicet & realis.

Citatio verbalis fieri solet per nuntium, præconem, edicto, & ad valuas affixione.

225 Citatio verbalis an fieri debeat ei qui in iudicio præsens inuenitur.

226 Iudices duo si in iurisdictione concurrant, quorum alter quempiam verbaliter citauerit, & alter apprehenderit realiter: vter eorum cognoscere debebit.

227 Accusator abolitionem petens audiri debet, modo accusatus carceres non pertulerit aut verbera.

228 Citatio verbalis dicitur personæ apprehensio.

229 Iudex inferior vinctum tenens, de crimine coram se accusato cognoscere debet, antequàm remittat eum ad iudicem superiorem de grauiore crimine cogniturum.

230 Accusatus coram diuersis iudicibus, coram eo debet reus peragi, à quo primo apprehensus est.

231 Iudex superior parere debet inferiori remittendo eidem reum iudicandum, qui in sua deliquit prouincia.

232 Remissiones reorũ hodie ad suos iudices non fiunt in Italia & Gallia.

233 Gratificatio quare in ciuilibus locum non habeat.

Iudex inferior præuenit superiorem per apprehensionem seu manus in reum iniectionem.

234 Processus nullus est qui aduersus incarceratum ab alio iudice factus est. & nu. sequen.

Sententia lata aduersus eum qui morbo laborat, nulla reputatur.

236 Absens vel iusto detentus impedimento admitti debet ad probandum iudici se fuisse impeditum.

237 Carceratus si ab alio iudice vocatus non valens comparere dãnetur, appellationis remedio restituetur.

238 Reus ab vno iudice detentus si tunc ab alio cõdemnetur, restitui debet.

239 Minor annis vigintiquinque exul non restituitur post lapsum restitutionis petendæ tempus, si exilij tempore per procuratorem adire neglexerit prætorem.

240 Exul ille dicitur salua ciuitate, cui aqua & igni interdictum est.

Carcere mãcipatus si in ius vocetur ab alio iudice, si commode potest, debet procuratorem mittere.

241 Carceratus ad aliud tribunal vocatus, procuratorem mittere tenetur. & nu. seq.

242 Procuratorem mittere tenetur, qui iuste in carcere detinetur si ad aliud tribunal vocetur.

243 Carceratus in ius vocatus comparere non tenetur.

Vocari in ius qui prohibeantur.

244 Carceratus iure non potest vocari in ius.

Comparere obligatus ex contractu excusatur ab alio detentus.

245 Contumacia eius qui in vinculis publicis detinetur, accusari non potest.

246 Iudex per citationem realem, quæ apprehensio est, præfertur ei qui verbaliter tantum citauit.

247 Minutus maxima capitis diminutione is dicitur, qui ciuitatem cum iuribus suis amisit.

248 Iudices plures si ad eandem causam concurrant, quis eorum præferendus erit.

249 Iudices plures in iurisdictione & ad eandem causam concurrentes simul procedere possunt.

250 Patronus in bonis liberti quartam accipit, cuius fraudem pati nequit.

251 Iudices plures si ad cognoscendum de eadem causa fuerint instituti, non poterit vnus absque alijs cognoscere.

252 Minori plus fauetur quàm mulieri.

Papa in mari moriente, eligetur successor in propinquiori ciuitate.

253 Iurisdictio si duobus insolidum committatur, præuentioni locus erit.

254 Inquisitio in atrocioribus criminibus, citationis habetur loco.

255 Iudex non potest clementior esse quàm ipsa lex, cuius pœnam remittere nequit.

256 Iudex ille potior existimari debet, coram quo reus crimẽ est confessus.

Iudex

257 Iudex ilico ad pœnam procedere debet, cum sibi crimen cognitum est.
258 Delictum vnum & idem non debet bis puniri.
259 Iudex superior inferioris iurisdictionē prohibere aut aliàs impedire non debet.
260 Accusati magnopere refert iudicem probum & æquum habere.
261 Priuilegium clericale nō iuuat eum qui in fraudem criminis commissi ad clericatum se promoueri procurat.
262 Clericus per iudicem secularē puniri nequit, nisi prius ab episcopo exauthoratus sit.
263 Iudex secularis effectum clericum post crimē commissum castigare nequit.
Causæ iudex esse non potest, qui de persona cognoscere non debet.
264 Immunitas ecclesiastica superueniēs, reum à secularis iudicis eximit potestate.
265 Forum nō mutatur cum causa ad ecclesiasticum iudicem remittitur. & nume. 272.
266 Secularis pendente iudicio bona fide effectus clericus, priuilegio gaudebit clericali.
267 Papa literis suis gladij temporalis authoritatem vsurpare conatur, sed iniuria.
268 Clericus quando præsumatur ad clericatum sine fraude aspirasse.
269 Arbiter electus, post compromissum sacerdos factus, potest desistere ab arbitrio aut perseuerare.
270 Iudex secularis criminosum in ecclesia apprehendere, & morti tradere potest, modò ecclesiam spontaneus exeat.
271 Ecclesia pro malis intercedit, nō autem violenter eosdem rapit.
273 Miles non temere nec passim ad monachatum aut clericatum admitti debet.
274 Possessores rerum peccare possunt, non autem res inanimatæ.
275 Miles is voluntarius dicitur qui sponte ordini militari nomen dedit.
276 Clerici simplicis tonsuræ puniēdi per iudicem secularem, debent ab episcopo degradari.
277 Clerici coniugati eodē gaudent priuilegio quo & soluti.
Ordines omnes ecclesiastici sunt sacri.
278 Clerici per consuetudinem vel statutū non possunt subijci potestati seculari.
Clericus non nisi incorrigibilis deponi potest.
279 Immunitas ecclesiastica potentior est priuilegio clericali.
280 Ordines inferiores ecclesiæ an verè dicendi sint ordines.
281 Tonsura prima olim à sacerdotibus conferebatur, nunc à solis episcopis conferri potest.
282 Tonsura prima non propriè dicitur ordo, sed ad reliquos ordines quædam præparatio.
283 Ordines præpostero ordine suscepti, qui sint repetendi.
284 Clerici coniugati quibus casibus gaudeant priuilegio clericali.
285 Degradatio eo fieri debet ordine, quo suscepti fuerunt ordines.



LOSSATOR ACCVRS. hanc legem de fideicommisso particulari intelligit, & in sua specie, seu, vti dici solet, casus positione, exemplū ponit in eo cui legatū particulare factum erat, qui de manu hæredis occisi à quo fideicommissum debebatur, fideicommissum receperat: quo recepto legatarius hæredes hæredis occisi de non vita hæredis nece accusauit. An iure accusare potuerit. Et Scæuola Iureconsultus respondit potuisse: neque illi obstare quod iam fideicommissum acceperat. Et ratio secundùm Accursium, quoniam fiscus legatum sibi factum soluere compulsus fuisset. l. Marcellus. §. finali. ff. ad Trebel.
1 † quoniam bona ad fiscum cum onere legatorum & fideicommissorum transeunt. Fideicommissarius autem petendo ab hærede fideicommissum, nemini iniuriam facit. Sed non videbatur. l. cum fisco. suprà eodem. per Accursium illic allega. similiter. l. Marcellus. §. fina. ad Trebellianum. huic legi conuenire: quoniam in illa l. cum fisco. & l. Marcellus. particularis fideicommissarius seu legatarius nihil ab hærede receperant: quare in nullo aduersus hoc senatusconsultum peccasse videbantur. Sed in casu huius legis fideicommissarius ante vltam defuncti necem fideicommissum ab hærede exegerat: quare videbatur senatusconsulto contrauenisse per rationem. l. necessarios. in principio. & l. si sequens, in principio. & §. finali. suprà eodem.
2 † debuit enim fideicommissarius prius defuncti vltionem procurare quàm fideicommissum petere. Secundò, cùm per secundum senatusconsulti caput omnis testamenti apertura prohibita sit. l. tertia. §. quod ad causam. & l. præcedenti. §. finali. neque fideicommissarius ante hæredem cogere posset testamētum aperire vt videret fideicommissum sibi in testamento relictum, neque testamenti aperturam procurare vt fideicōmissum de manu hæredis acciperet: alioquin hæres in primum & secundū huius senatusconsulti caput incideret. Scæuola tamen huius legis author cōtrarium diffiniuit. Et potissima ratio est, quia non peccat qui suum recipit. Hæc ratio Scæuolæ in fideicommissario vniuersali sicut in fideicōmissario particulari concludere videtur:
3 † quoniam vniuersalis fideicōmissarius hæreditatē de manu hæredis instituti recipit. l. cogi. ff. ad Trebell. Non videbatur etiam per rationem Scæuolæ vniuersalem fideicommissarium posse suo fideicōmisso priuari quia suum recipit: cùm fiscus omnia legata & fideicōmissa soluere debeat sola portione hæredi per Trebellianum senatusconsultum debita retenta, quæ quarta Trebellianica dicitur, dicta. l. Marcellus. §. finali. Et ob id Baldus hic hanc legem etiam in fideicommissario vniuersali intelligit. Sed huic considerationi plurimum obstare vidētur dicta. l. necessarios: in princip. & l. si sequēs. in principio.
4 suprà eodem. Primò, quia † fideicommissarius vniuersalis effectualiter est hæres. l. si filiusfamilias. §. finali. ff. ad Macedonia. l. si necem. §. finali. ff. de bonis libertorum. Secūdò in. l. necessarios. suprà eodem. bonorū possessor sub hoc

edicto comprehenditur. Ratio ponitur in.l.ij.ff. de hono.pos. quoniam honorum possessor vice hæredis est.l.ij.ff. de hono.pos. Idem igitur in fideicommissario vniuersali sicuti in hærede dicẽdum est. Mouet etiã alia ratio, cuius in superiore.§.meminimus: vbi ratio decidendi legis in omnibus cõcludit, æqualiter licita sit de vna persona ad aliam extensio.l.libertũ.ff. de ritu nupt. l.j.& fin.C. de interdicto matrimo.inter tuto. & pupillã. Sed cùm vniuersalis fideicommissarius effectualiter hæres sit, vt suprà dictum est, dicta l.si filiusfamilias.§.fin.ff.ad Macedonia.l. si necem.§.fin.ff.de ho.liber. Idem igitur in eo dicen

5 dum sicut in hærede. Secũdò † videtur quasi per fideicommissum substitutus: imò per illum text. omnes honorum possessiones ad hoc edictum pertinent. Igitur honorum possessio seu interdictum quorum bonorum & quorum legatorum sub hoc edicto comprehendi videntur. Præterea excluso primo gradu institutorum secundus exclusus erit, dicta.l.si sequens.in princi. Hæres enim idemq; legatarius cum institutione legatũ amittit.§.finali eiusdem legis.

Addo aliam rationem. Nam si fideicommissarius licite fideicommissum petere posset priusq; hæres institutus quæstionẽ & supplicitũ de familia sumeret, per indirectũ hæres testamẽti tabulas aperire posset, vt videret in eis quid & quantum per fideicommissum relictum esset. Idem in legatario dicendum est. quod tamen hoc edicto prohibetur, dicta.l.iij.§. quod ad causam. &.§. non tantum. & in.l. præceden.§.fina. suprà eod.

Secũdò, fideicommissarius vniuersalis veluti substitutus habetur, in.l. precibus.C. de liber. & posthu.l.generaliter.C.de institu.& substit. sub condi.fact. de quo in.l. verbis ciuilibus. &.l.centurio.ff. de vulga.substit. in.l. Scæuola.ff. ad Trebellia. Sed per.l.si sequens.in princi. suprà eod.

6 † excluso primo gradu secundus gradus per fiscum excluditur. Et in.§.fi.eiusdem.l. hæres non tantum partem hæreditatis in qua institutus est, amittit, verumetiam legatum, si quod ei factum est. Sed ad hæc omnia ex mente legis responderi potest, vt huic legi non conueniant, sed longe alius sit istius legis casus. Nam hic legatarius legatum non consecutus est ex testamento hæredis qui occisus est, sed ex testamento eius cui hæres occisus successerat, cuius hæredis mortẽ suus hæres non vindicauit: cuius vindictam prosequi non debebat, neque expectare vt à suo hærede vindicaretur. Is enim, qui sibi legatum reliquerat, occisus non fuerat. Si verò occisus fuisset testator à quo legatum acceperat: & putarem omnes præcedentes rationes in consideratione esse debere, vt priusquam legatum ab hærede petere potuisset, necesse fuisset expectare litis euentum vltionis testatoris: alioquin legato indignus factus fuisset.l.iij.§. quod ad causam. in his verbis, quod ad causam testamẽti pertinẽs relictum erit. &.l.si sequens.in princip. & maxime in.§. fi

7 na.suprà eod. Et ratio in promptu est: † Nam legatarius de manu hæredis legatum accipere debet: nec ante accipit quàm hæreditatem adierit. l.si tibi homo.§.cùm seruus.ff. de legatis primo. Hæres autem non potest neque debet prius hæreditatem adire quàm defuncti mors vlta fuerit, dicto.§.quod ad causam. &.l. necessarios.§.non aliàs.l. in cognitione. & plerisque alijs legibus istius tituli. Imo nec testamentũ aperire, dicto.§. quod ad causam. &.l. præcedenti.§.fi. Ante igitur hæredi nullum ius in hæreditate competit quàm hæreditatem adierit, dicta.l.iij.§.finali. Illic dictum est suprà eo. Legatarius igitur ab hærede legatum antea petere nõ potest quàm testamentum apertum fuerit, & de viribus testamenti certioratus hæreditatem adierit, vt illic dictũ est.l.cùm quidam.§.scientia.ff. de acquirẽ.hære. quam non nisi defuncti nece vlta adire potest, vt suprà diximus. Sed in specie huius legis prædicta considerari non possunt: quoniam is, qui legatum sibi fecit, occisus non est, sed hæres testatoris tantum, cuius mors si ab eius hærede non vindicetur, nihil ad legatarium spectat. Secun

8 dò & fortiori ratione: † Nam si hæres testatoris occisi mortem eius nõ vindicet, culpa seu peccatũ eius legatarijs seu fideicõmissarijs non obest, licet hæreditas ab hærede auferatur, & fisco applicetur: cùm hæreditas cum onere legatorũ & fideicommissorũ in fiscum transeat: etiam si vniuersalis esset fideicommissarius: neque ex facto hæredis fiscus nisi quartam Trebellianicã, quæ hæredi beneficio senatusconsulti Trebelliani reseruatur, acquiret.l. Marcellus.§.fin. &.l. recusare. &.§. si fisco.ff. ad Trebel.l. Papinianus.§. meminisse.ff. de inoffic. testamen.l. cum fisco. suprà eod. Illic dictum est. Sed si ante vltam testatoris mortem legatum peterent & acciperẽt, per rationem dicti.§.quod ad causam.suprà eod. legato & fideicommisso priuari possent, vt dictũ est in.l.si sequens.suprà eod. quoniã nihil, quod ad testamenti causam pertineat, relictum est, ante peti potest quàm de familia quæstio & supplicium sumptum fuerit, dicto.§. quod ad causam. Alioquin vt ingrati sibi relictis priuari debent. l. Caius.suprà eodem. Sed huic legi accommodari prædicta non possunt; quoniam testator, qui legatum reliquit, occisus non est, sed eius hæres, à cuius hærede legatarius acceperat, quod à fisco accepisset, etiam si vt ab indigno hæredis sue cessio à fisco ablata fuisset: cùm, vt dictũ est, hæreditas in fiscum cum onere legatorũ transijsset. Et istud est quod Accurs. hic dicere voluit, possum non obstante quod accepi ab eis fideicommissum. Nam et fiscus debet mihi soluere.l. cum fisco. suprà eodem.

9 Aliam rationem prædictis addo, † quare legatarius vel fideicõmissarius etiam vniuersalis non possunt hæredem cogere hæreditatẽ adire prius quàm

quàm de testatoris nece cognitũ & decisum sit,
vt in.l.j.C.vbi causæ fisca. quoniam si legatarijs
& fideicõmissarijs etiam vniuersalibus hoc per-
mitteretur, quod hæredi per se facere nõ liceret,
beneficio legatariorũ seu fideicommissariorũ fa
cere posset, contra id quod scribitur, Quod vna
via non cõceditur, neque alia licere potest. seu,
quod vnus directe facere non potest, neque per
obliquum: regula, cùm quid. de regul. iur. in.vj.
Nam hæres colore à legatarijs quæsito testamen
tum aperiri procuraret: in quo fraus legi fieret:
quod non licet.l.non dubiũ.C. de legib.l. fraus
legi.ff.de legib. Et maxime hoc in fideicommis-
sario vniuersali locum obtineret, cui potius con
uenit hæredem cogere vt adeat, quàm particula
ri fideicõmissario.l.cogi.ff.ad senatuscons. Tre-
bel. Ex his clare satis constat hanc nostram legẽ
à prioribus lõge differre, neq; legatarium seu fi-
deicommissariũ singularẽ ab vniuersali fideicõ-
missario distinguẽdum esse in casu huius nostræ
legis. Et Bal.in.l. si quando.colum.ij. versic.
sextò dubitatur.C.de testib. hunc tex. inducit ad
quæstionem quæ satis quotidiana est, An testis
iuratus in termino à iure vel à iudice præfinito
post tempus ad examinandum præfixum recte
examinari possit, & an examinatus fidem faciat.
de qua per Felin. in.c.licet causam.in.viij.&.ix.
colum.extra de probatio.tex. & quod illic Bal.
notat in.l.si ea.C.qui accusa.pos.l. diffamari.C.
de inge.manumis.l.si eo tempore.C.de remis.pi
gno.l.fina.ff. de dilationibus. Bart.Roma.&
Alex.hic ex hoc tex. colligunt limitationẽ ad to
10 tum hũc titulum, dum in eo dicitur, † hæredem
in vlciscenda testatoris nece negligentem hære-
ditate priuari. Intellige, inquit Bart. nisi ab alio
accusatore vel à præside præuentus sit occisores
accusando secũdùm Roma. alleg.l. sororem.C.
de his quibus vt indig.aufer.hæredi.l.edicto.ff.
de iure fisci. Et sic præuẽtus à pœna excusandus
est. quod non videtur verũ. Quid enim si in mo
ra accusandi fuerit præuentus? à pœna non excu
satur, dicta.l.edicto.§.extat.&.§. cùm ante.&.l.
prima.in princip. ibi, & ab alio præuentus.ff. de
iure fisci.l. si seruus. suprà eo.l.ij.§. fina. versicu.
intantum. ibi, marito non negligente nec retar-
dante, sed accusationem præparãte & probatio-
nibus insistente atque imminẽte.&.l.si maritus.
§.fina.ff.ad legem Iul.de adulter.l.si quis à mul-
tis.ff.de noxa.actio. Nec is dicitur præuẽtus do
nec lis fuerit contestata.l.iij.§. fina.ff. de sepulc.
violato. Dixi in.l.præcedenti.tamen in dicta.l.si
quis à multis.tempus sententiæ consideratur.de
quo etiam per Nico.Spinel.in.l.nullus.C.de ve
tera.lib.xij. ampliore stylo hanc præuẽtionis ma
teriam tractare intẽdimus. Prius autem quàm
de ea discutiamus, nolo vnum prætermittere
quod Roma. hic ex superiore Bart. limitatione
ad decisionem vnius quæstionis induxit, quæ in
11 Italia frequens est, Si per † statutum ciuitatis vel
oppidi syndicus commissa in oppido vel ciuita-
te malefacta sub certa pœna denuntiare tenetur,
an à pœna excusetur si ab alio præuẽtus sit? quã
Barto. prius eo, & Alexand. post eum aperuit in
l.diuus.iiij.colum.versic. quid si talis denuntia-
tor.ff.de custo.reorũ. Iaso & Moder.in dicta.l.
sororem.C.de his quibus vt indig. Et Bar.in di-
cta.l.edicto.§.extat.&.§.cùm ante.ff.de iure fis.
Ex quorum doctrina syndicus excusatur, argu-
mento dictæ.l. sororem. &.l.ij.§. si mater.ff.ad
Tertullia.&.l.j.ff.de liber. agnoscen. Si tamen,
inquit Roman. ab accusatore minus sufficienter
instructa esset causa.l.ij.§.non solum.ff.ad Ter-
tullia. præsertim cùm de collusione timetur.l.ij.
ff.de admi.tutor. Ego puto eũ voluisse allegare
l.iij.in prin.ff.de admini.tuto.l.nisi igitur.&.l.si
maritus.§.fi.ibi, tñ marito debet permitti restau
rare accusationẽ, si idoneas causas allegare pos-
sit, quibus impeditus nõ instituit accusationẽ.ff.
ad legẽ Iul.de adult.l.cum non iusto.ff.de collu
sio.detegen.l.si suspecta.ff.de inoffic. testamen.
Plures alias quæstiones haud illi dissimiles Mo
der.Papien.aperit in.l.si ideo.C. de his quib. vt
indig.aufer.hæredi. eam præsertim si vltima die
syndicatus crimen cõmissum sit, & suo tempore
syndicus non denuntiauit, qui in locũ eius suffe-
ctus est, cunctatus est deferre seu accusare: vter
eorũ pœna plectendus erit, an verò ambo. Aliã
illi consecutiuam, si multa pro crimine imposita
sit, cui syndicorũ tradenda erit, an primo vel se-
cũdo. quarũ Alex. meminit in apostil. Bart.in.l.
dãni infecti.§.Sabini.in verbo, quæro.ff. de dã.
infec. Feli.in.c. significasti. secũdo.colũ.ij. extra
de homic. Bal.in.l.cũ ancillis.C.de incest. nupt.
Moder. Papiens. Iason in.l.more maiorũ.iiij.&
v.colũ.ff.de iurisdict.om.iudi. ad secundã verò
quæstionem addo.l.fiscus.§.fina.ff.de iure fisci.
ibi, ad sui temporis administrationẽ pertinere.
Pet.de Ancha.in.c.licet canon.iij.colum. de ele
ctio.libro.vj.adde Bart.in.l.iurisperitos.§. cùm
oriundus.ff.de excusationi.tutorum.

Nunc ad præuẽtionis materiam declinemus,
quam Bartol. Aretinus, Alexan. & neoterici o-
mnes amplo cornu examinauerunt in.l. si pluri-
bus.ff.de legatis primo. Idem Barto.& Moder.
omnes in.l.cùm quædam.ff. de iurisdictio. om.
iudicum. Bartol. Bald. Paul. & Lancel. Decius
in.l.si quis posteaquam.ff. de iudic. Bartolus in
l.si maritus. secunda. in principio.ff.ad legem Iu
liam de adulte. Idem Bartolus in.l. iurisperitos.
§.cùm oriundus.ff. de excusation. tutorum. Bar
tolus & Alexand. in apostil. ad eum in.l. sepul-
chri.ff. de sepulchro violato. plures alias remis-
siones ab Alexandro in illa Barto. apostilla de-
siderabis.

In primis Lancel. Decius post Angel.& Pau
lum de castro in dicta.l. si quis posteaquã.ff. de
12 iudic. † Sex præuẽtionis species esse dicit. Prima
est in.l.q prior.ff.de iud. secũda in.l.si pluribus.

ff. de lega. j. Tertia in. l. ex duobus. ff. de duobus reis. Quarta in. c. cæterũ. extra de rescrip. Quinta in. c. relatum. &. c. gratum. extra de offic. delega. Sexta in dicta. l. si quis posteaquàm. ff. de iudi. quæ de præuentione loquitur, priuilegij fori superuenientis est exclusiua: de qua in. d. l. cùm quædam puella. ff. de iurisdic. omnium iud. in. l. prima. C. de iudi. l. & quia. ff. de iurisdi. om. iud. De his omnibus speciebus loqui videtur. l. qui sepulchra. C. de sepul. violato. ibi, siue quis propria sepulchra defendẽs. in. l. vbi. in fi. ibi, cuius exordium &c. C. de fals. l. fin. C. vt intra certum tẽpus quæstio criminal. termi. ibi, à contestatione litis cõnumerãda. Licet obstet. l. si quis à multis. ff. de noxa. actio. quam paulò inferius explicabimus. Bartol. autem & Moder. post illas sex præuẽtionis species distinguũt in dicta. l. si quis pluribus. ff. de lega. j. Idem Bar. in. l. quo minus. in. v. quæstione. ff. de flumi. Ioan. Andre. in. c. si duo. de procura. lib. vj. Et licet plures aliæ præuentionis species annumerari possent, illas tamẽ sub illis sex speciebus reducibiles esse affirmant.

Prima autem præuentionis species, quæ in. l. qui prior. ff. de iudicijs. discutitur, cuius etiã Barto. hic meminit, quæ à nobis etiam tractata est in l. in cognitione. suprà eod. nonnulla tamen vltra ea, quæ illic scripsimus, aperiemus.

13 In primis dico † quandam esse præuentionis speciem in accusando seu deferẽdo, quæ multifariè spectari & cõsiderari debet. Quoniam quædam personæ sunt, quæ ex sui officij necessitate accusare tenẽtur: quales sunt syndici ciuitatum, quorum paulo antè meminimus: quæ si propter eorum negligentiam præueniãtur, nihilo minus puniuntur. l. ij. §. quid ergo. vbi Bart. hoc notat ff. ad Tertul. puniuntur etiam ex dolo in accusando per eos commisso, vel etiam si perperam aliũ accusant. l. diuus. ff. de custod. reorum. l. j. C. de curiosis & statio. lib. xij. l. j. vbi Lucas de Penna in verbo, plectendo seu percellendo. C. de priuil. leg. schola. lib. xij. per quam ait, eum qui tenetur crimina nuntiare superiori, si hoc non faciat, puniendum esse decem libris auri, & pœna vltimi supplicij. §. sancimus. versi. defensores. in authẽ. de administra. colla. vij. quem versic. nõ competit. Sed addit. §. fin. in authen. quomodo oport. episcopos. Quod prosequere illic vt per eũ. Sed adde illi text. in. c. inquisitionis. in fin. de hæreti. in. vj. Quædam aliæ sunt personæ quæ ex legis necessitate accusare tenentur: vt in. l. j. in princi. &. §. domus. C. de falsa moneta. versi. cuncti cognoscant. in clemen. nolentes. §. notarij. de hæreti. Et ex hac legis necessitate plures effectus causantur.

79 quod scribitur Ecclesiasti.c.vj.† Nō licere pro amico,quē amicum Burbonius sibi facere studebat,vt suæ iniuriæ vltorem haberet,inimicū fieri proximo,seu verius dixerim,suo dño,cui fidē debebat:proximo,id est populo Gallico,qui sibi pximus erat:nec pter hostē & inimicū suorum fieri desertorē & perduellem,& vt veteres dicebant secundū diuū Ambro.in lib.Offic.j.c. xxix.peregrinū seu aduenā & aduersarium effici & proximæ patriæ proditorē & traditorē,sicuti ex Galeacio Capella in suo Chronico legi videriq̄ pōt.Et ita rñdet Innoc.in.c.insinuāte.extra de offi.deleg.Nec incōgruū puto illud diui Ioānis Chrysostomi elegans dictū super Matthæū addere,quod trāscribitur in.c.eijciens.lxxxviij. dist.dū ait,qui ambulat inter duos inimicos volens ambobus placere sine alloquio mali esse nō pōt : necesse est vt isti male loquātur de illo,& illi male de isto.quanto magis is Burbonius qui ab altero inimicorū discedere & deficere voluit, vt alterum inimicū sibi conciliaret,& suæ vltorē haberet iniuriæ,an sine malo hoc fit vel fieri potuit?an non istius dissensionis respublica turbata est?Nōne iacturam passa est?status enim res seipsam prodit,vt inquit.l.j.ff.de in integ.resti.l.j. ff.nautæ,caupo.stabul.l.vnica.in princi.C.de caduc.tollēd.d.l.si quis ingenuā.§.in ciuilibus.ff. de capti.& postli.reuers.hic collocari rectè possent,& cōmemorari q̄ Romani scriptores de bellis illis ciuilibus scriptū reliquerūt,præsertim q̄d Cicero scribit primo offic.lib. dū de fortitudine scribit,dū ex huiusmodi simultatibus in Romana republica,nō solū seditiones,verū etiā pestifera ciuilia orta esse affirmat,quæ graue fortēq̄ ciuem & in reipublicæ principatu dignū fugere necesse esse dicit,sicq̄ se totū Reipublicæ deuouere,vt opes aut potentiā sectari nō videatur,sed totam rempublicā sic tueri vt omnibus consulat. Deniq̄ mors illius Burbonij plenius indicauit qui multos prius ad defectionem secū sollicitauerat,& vt deficerent coegerat,quos respublica & parentes amiserunt, dicta.l.postliminium. §.filius quoq̄ familias.ff. de capti. & postlimnio reuers.l.amissione.§.qui deficiunt.ff.de capi.diminutio. quos lex vt hostes & perduelles lugeri prohibet.l.liberorū.§.nō solent.ff.de his qui notan.infa.quanto magis hi qui fide ab hoste suscepta transfugerunt, d.l.postliminium.§. transfuga.ibi,fide suscepta transfugit.ff.de capti.& postli.reuers.Et hoc Andr.de Iser.considerauit in.d.c.porro.quæ fuit prima causa benefic.amitten.coll.x.dū quærit,sed nōne superfluunt hæc iura,quia per hæc fit contra aliquod illorum sex,incolume,tutum,& cætera supra relata? Mox ait,copulando amicitias cū inimicis associabit inimicos,& fouebit eos.non specialiter malum ordinassent.Sed ex tali fauore multi prouocantur in iuuamē inimici domini, ex quibus non fiebat directo contra dominū. Et hoc modo intelligit.l.liberi.C.de inoffic.testa.quæ etiam si non sint secuta,sola tamē cogitatione.l. quisquis.C.ad leg.Iul.maiesta.vult eos puniri. Nam & prius Andr.de Iser.dixerat,insidias ab

80 vno & à multis fieri posse: † copulare autẽ ami-
citiã cum inimicis dñi in dãnum domini conspi-
ratio est, secundum glos. in.d.c.porro. & in.d.l.
j.§. cũ patronus.ff.de offi.præfecti vrb.cõspira
tio autem multorũ est.c.cõspiratores.iij.q.v.cõ
spirationis autẽ coniuratio consilia sunt de ma-
lo babita.l.aut facta.in princi.ff.de pœnis. Hæc
dixit Andr. Caueãt igitur, inqt, subditi ne ad ho
stes absq; dñi licentia vadant. Nec sufficere ait à
malo abitinere, verũetiam ab omni specie mali.
Sic Cæsar dicere solebat: vt ex Trãquillo in Cæ
saré.c.lxxiiij.legitur. Meos, inquit, tã suspicione
quàm crimine iudico carere oportere. Et Bal.in
d.l.liberi.cuius opi.ab omnibus approbata est,
q̃ etiã fuit Petri & Cini prius eo. dicit em̃, ad hoc
vt inimicus dici possit sufficere vt amicitiã cum
inimico cõtrahat. Nemo em̃ duobus seruire po-
test. Luc.xvj. & Matth. aut vnũ odio habebit &
alterũ diliget, vnum sustinebit & alterũ contẽ-
net.c.qui resistit.xj.q.iij. Nec, inquit, debet mi-
nor irasci si maior p̃latus est.c.quicunq;.xxiij.q.
viij.antiquiori autẽ dño obsequi tenebitur.c.fi.
hic finitur lex. &.d.c.illud.de prohi.feud.alie-
na.per Frideri.ibi, nisi pro seruitio alterius dñi
sui hoc fecerit, quem sine fraude antè habuerit.
si secus faciat, indignationẽ principis cõsequit̃.
in extrauagã. q sint rebelles.§.licentiã.in authẽ.
qño opor.episco.coll.j.l.ij.de peti.bono.subla.
81 lib.x. Sed † q indignus sit gratia principis, sub-
ditus censeri non põt.exẽplo filij.l.si filius.ff.de
iure patro.dũ ait, non habẽdum esse pro patro-
ni filio, quia indignus est. qui autẽ in principem
coniurãt seu cõspirant, eandẽ & longe maiorem
indignationẽ incurrũt.in.d.l.quisquis.C.ad le-
gem Iul.maiesta. Quo igitur pacto matrimonia
lis tractatus cũ hoste fieri poterat, cuius omnia
præambula p̃hibita vt supius oñdimus, tacẽdũ
esse non existimaui.c.vnicũ in quib.caus.feud.
amitta.colla.x.per quod ostẽditur quid vasallus
dño suo d ebeat. inquit ille tex. qño em̃ vasallus,
quàm humiliter, q̃; deuote, q̃; benigne, q̃; fideli-
ter erga dñm suũ debeat se hr̃e, potius ex natura
libus, & bonis curiarũ cõsuetudinibus põt p̃cipi
q̃; lege aut scripto aliquo possit cõprehẽdi. Imo
nõ tantũ ex naturalibus seu curiarũ cõsuetudini
bus concipi põt. Sed ex omni iure vnusquisq;
tametsi resupinus capere põt in.d.c.solitæ.ex-
tra de maiori. & obediẽ.in.c.qui resistit.xj.q.iij.
in epistola Petri.j.c.ij. Et Pau.in epistola ad Ro
ma.c.xiij. Cum hoc sit triuiale, plura hic nõ trã-
scribam. Dicebant vlterius nonnulli ad illius
excusationis cõfirmationẽ non reperiri iure cau
tum matrimonium prohiberi cũ quibusuis per-
82 sonis fieri, † tametsi plus quàm triuiale sit vtro-
que iure canonico & ciuili matrimonia cũ mul-
tis personis prohibita esse. Primo.l.cum ancil-
lis.l.qui contra.l.si quis incesti. & duabus authẽ
ticis seq.C.de incest.nup.l.j.C.de natura.liber.
l.iij.§.si emãcipatus.ff.de bono.posses, cõtra ta-
bulas.l.semper in cõiunctionibus. &.l.lege Iu-
lia.ff.de ritu nuptia.toto titulo.C.de interdict.
matri.inter pupil. & tutorem.l.vnica.C.si qua-
cunque prædi.potestate. Extant in iure Cano-
nico plures tituli prohibentes matrimonia cele-
brari, & formã illis contrahendis præbet de de-
sponsa.impuberũ.de sponsa duorũ.de clandesti
na desponsatione de eo qui duxit in matrimo-
nium quã prius polluit per adulterium: qui cleri
ci vel vouentes. hæc sufficiant. Et licet à lege vel
canone cum certis personis matrimoniũ contra-
here prohibeatur, ob id tamen matrimonialis li-
bertas sublata non est.l.cum ita. &.l.seq.ff.de cõ
ditio. & demonstra. quare ea probibitio quæ fit
cum hoste cõueniendi principe inconsulto non
absq; ratione pro Reipublicæ beneficio fit, quæ
etiã cum minore causa à testatore facta recipitur
in.d.l.iij.§.si emancipatus.ff.de bo.pos.cõtra ta
bul.l.boc modo.ff.de conditio. & demonstra.l.
pen.ff.qui & à quib.manumis.liber.accipi.circa
quod vide quæ Io.de Imola scribit in.l.in substi
tutione.ff.de vulga. & pupil.substi. Neq; obsta-
re põt quod Ioan. Andr. Anto.de Butrio, Hen-
ric. Bohic & alij scribunt in.c.fi.in fi.extra de se-
cund.nuptijs, dum dicunt pœnas à iure ciuili in-
troductas in eas quæ intra tẽpora luctus nubũt,
vt in.l.liberorũ.ff.de his qui notan.infa.in toto
titulo.C.de indicta viduita.tol.in authẽ.de non
eligen. secundò nuben. & in titulo de secundis
nuptijs.C.l.consensu.C.de repudijs.in titulo, si
quacunque prædi.potesta.C.in.l.vnica.C.si re-
ctor prouinciæ. de iure Canonico locum nõ ha-
bere, sed abrogatas & correctas esse. Aliæ, in-
quit Ioannes Andr. sunt Christi leges, aliæ Cæ-
saris, aliæ Papiniani, & aliæ diui Pauli, quæ per
c.pen. & fi.extra de secund.nupt.correctæ sunt.
Et idem dixisse videtur Hostiẽ.in.c.cũ causam.
in verbo, dicatur.extra de raptor. & Archidiac.
in.c.Enthemtũ.secũda.quæst.iij. Quibus omni-
bus Cin.in.l.prima.C.de natura.liber. & in.l.&
83 si cõtra.C.de nuptijs. vnico verbo rñdet. † dicit
em̃ canonicas sanctiones in hæreditatibus locũ
nõ hr̃e, vel in bonis in quibus ius ciuile seruan-
dum est. Seruẽt igitur, inqt, illi suos canones in
suis ordinibus: nos verò in successionibus, q ha
bemus secundũ ius ciuile iudicare, iura nr̃a ser-
uemus. Similiter hoc vult Host.in.d.c.cũ cãm.
Sed Philip. Decius in.l.nuptias.ff.de regul.iur.
trãsplãtans scripta Alex.in apostil. Bald.in.l.o-
mnẽ.C.ad Tertul.cõtra doctrinã Cini & Hosti.
plurimũ insistit cum Io. And.in hoc sentiẽs. Ait
em̃ omnia iura ciuilia pœnã aliquã imponentia,
cum per ea libertas matrimonialis impediat̃, seu
impediri põt, correcta esse per.d.c.fin. extra de
secund.nup. Et ideo, inquit, pœna exhæredatio-
nis, quæ imposita est in.d.l.iij.§.si emancipatus.
ff.de bo.pos.cõtra tabul.correcta est per.d.c.fi.
84 extra de secũd.nup.§.hinc igit̃.ij.q.iij. † qm̃ fi-
lius absq; pr̃is cõsensu cõtrahere põt, alleg.glo.
in.c

in.c.fina.xxxij.quæst.ij.glos.in.c.j.extra.de de-
sponsa.impuberũ.licet de honestate requiratur
secundum glos.in.c.cum virũ.extra de regulari.
Addebat secundò Philip.Decius non valere sta
tutũ per quod filius absq; patris consensu con-
trahere prohibetur.Alleg.Ioan.Andr.in.c.sta-
tutũ.de hæreti.in.vj.& habuit à Baldo in.l.Pau
lus.ff.de sta.homi.qui in hoc sequit Ioan.And.
Quibus addo Anton.de Butrio,qui idem cum
Io.And,sentit in.c.j.extra de sponsalibus.Et po
tissima eius ratio est post multa alia p eũ allega-
ta,quia ius ciuile disponẽdi authoritatẽ seu pote
statẽ non habet.Tertiò vbi de iure canonico ali
qd permissum est,pœna imponi nõ põt,argumẽ
to.l.Gracchus.C.ad legem Iul.de adulter. quẽ-
admodum enim pœna conuentionalis permissa
nõ est,sic nec pœna statuti:ne libertas matrimo-
nialis impediatur seu tollatur.l.Titia.ff.de ver-
bo.oblig.c.Gemma.extra de spõsali.c.non de-
bet.extra de cõsangui.& affini.glos.c.fin.xxxij.
q.ij,c.de raptoribus.xxxvj.q.j.Et vbi huiusmo-
di pœnæ locus esset, per indirectum matrimo-
nialis facultas seu libertas tolleretur: quod fieri
nõ põt.l.Seius & Augerius.vbi Bart.& Alex.
ff.ad legẽ Falcid.Bald.notat in.l.j.C.de indicta
vidui.tollẽ.glossa in.c.de tutelis.xxxvj.q.ij.Ob
id inquit Philip.Decius,omnia iura contrarium
statuentia correcta esse,& opiniones contrarias
veras non esse. Hæc omnia prius Philip.Decio
scripsit Hostien.in dicto.c.fin.extra de secund.
nupt.licet Decius Hostiensis non meminerit.

Aduertite quæso circa prædicta ad ea quæ
Imola scripsit in dicto.c.fi.extra de secũd.nup.
& Bart.in.l.prima.C.de secund.nupt. dum di-
85 cunt † pœnam quæ nimis festinãter nubenti im-
ponitur à iure canonico sublatam & correctam
esse per.c.pe.& fi.extra de secũd.nupt.non autẽ
eam pœnã quæ secundò nubenti imponitur per
l.primã &.l.fœminæ.C.de secund.nupt.Et idẽ
dixit glos.in.d.c.fina.extra de secund.nup.Et ra
tionem differentiæ dicunt esse Inno.& Hostien-
sis in loco prædicto,quam diligenter considera:
quoniam pœnæ quæ nubẽtibus intra tẽpora lu-
ctus imponũtur,mere pœnales sunt & odiosæ,
quoniã infamiã irrogant, dicta.l.liberorũ.ff.de
his qui notantur infa.&.l.j.eo.titu.ea verò quæ
secundò nubenti post luctus tẽpora imponuur,
pœnalis non est,neq; odiosa,sed filijs primi ma-
trimonij mere fauorabilis,per dictã.l.fœminæ.
per rationem.l.non est enim consentiendũ.ff.de
inoffic.testa. Præterea secundò nubens iniuriã
facit filijs primi matrimonij.§.cum autem.&.§.j.
in authen.de nõ eligen.secũdò nubẽ.colla.j.Si-
militer dicẽdũ est de pœna illi imposita,quæ cõ
tra propriũ iuramentum nubit,& quæ prius filij
tutelã receperat,& nõ reddita administrationis
tutelæ rõne nubit, cui pœna à lege imponitur in
l.oẽm.C.ad Tertul.l.ij.per totam pene legẽ.ff.
ad Tertul.§.finaũt tutelam.in authẽ.de nuptijs.
coll.iiij. Et ad dictũ Inno.adde text.in.§.fi.in au
then.de resti.& ea q̃ parit in.xj.mẽse.coll.v.ibi,
vt neq; nuptias acerbas desideret neq; legitimas
nuptias maiore malo circũueniat.§.j.in authen.
86 de nuptijs.coll.iiij.Secundò addo,† vbi rõ de-
cidẽdi legis vel statuti nõ tantũ odiũ, sed & rei-
publicæ & filiorũ fauorem respicit,lex non põt
dici odiosa,sed potius fauorabilis. Exemplũ est
in Macedoniano senatusconsulto,quod non fa-
cit creditorũ odiũ respicit quàm reipublicæ fa-
uorẽ.l.j.ff.ad Macedo.sic leges quæ fauore libe
rorum nuptias prohibent, fauorabiles sunt; ne
medio illarũ filij primi matrimonij sua legitima
priuẽtur.l.hac edictali.C.de secun.nup.quã An
to.de Butr.non ineleganter declarat in.c.j.col.
ij.extra de sponsalib.ad id etiã facit.§.primus &
fi.&.§.cum autẽ.versi.optimũ.in authen.de non
eligen.secundò nuben.colla.j.ex illo enim edi-
cto secũdæ aut tertiæ nuptiæ prohibitæ nõ sunt,
pariter & titu.de resti.& ea quæ parit in.x.men-
se.in princip.&.§.j.&.§.fi.interpretantur.§.pri-
mum.in authen.de nuptijs.coll.iiij.vt nuptias se
cundas aut tertias non condemnẽt,sed præcipi-
tatas tantũ,& sic festinantiam tantũ condẽnat se
cũdũ Iaco.de bel.vis.in.d.§.fi.de resti.& ea quæ
parit in.xj.mense.Et hæc ratio de iure canonico
87 videtur approbata: † quo iure põt iudex ad tẽ-
pus matrimoniũ prohibere.c.tua.vbi glos.not.
& doctores post eam.extra de sponsa duorũ.c.
hoc videt.vbi hoc no.Archi.xxxv.q.vj.& præ-
ceptũ seu ꝓhibitionẽ iudicis contẽnẽti pœniten
tia imponi poterit: quare videbat à lege mr̃imo
niũ posse ad tẽpus ꝓhiberi, & loco pœnitentiæ
pœnã imponere licere,quãq; ob id matrimoniũ
dissolui nõ possit.Nec illud à iure cõmuni alie-
nũ esse videbat:qm̃ lex pœnã imponẽs his q cõ
tra legis ꝓhibitionẽ cõueniũt seu cõtrahũt,& cũ
pœnæ actus nullitatẽ nõ inducit,sustinet, & bo
na est:vt plenius declarat in.l.nõ dubiũ.C.de le
gib.& in.l.quẽadmodũ.C.de agrico.& censi.
imò sententiæ sustinẽtur sic latæ.l.fi.§.ad tẽpus.
versi.sic tñ vt nõ infirmarent sentẽtiæ q̃ ita sunt
ꝓlatæ.ff.de interdic.& relega.sic etiã per homi-
nem admissum est de iure, in.d.l.hoc modo.ff.
de conditio.& demonstra.similiter in.d.§.sinau
tem tutelã. versic.nos aũt.in authẽ.de nupt.qui
textus solam mulieris negligentiã punit. tametsi
in ea lege cõdẽda quatuor rõnibus seu respecti-
bus Iustinianus impator vsus sit.Prima qa iusiu
randũ mulier contẽpsit.Secunda,ad immaturas
nuptias deuenit.Tertia,dei & defuncti memoriã
oblita est.Quarta,filiorum charitatẽ neglexit.
88 † præcipiẽs mulieri ea ad secũdas nuptias cõuo-
lare desiderãte vt tutorẽ filijs petat,qui res mino
rum administret, & administratæ tutelæ rõnem
reddat.Hoc dicit versi.si vero.eo.§.quæ omnes
causæ iustæ, imò pro pupillorum seu filiorum
vtilitate necessariæ sunt. Neq; prædictis ob-
stare possunt quæ Hostiẽ.scripsit:quẽ Io.And.

Henric. Bohic, & alij secuti sunt in.d.c.fi.extra
de secund.nupt.quæ Philip. Decius transplãta-
uit in.d.l.nuptias.ff.de reg.iur. Fateor in primis
leges imperiales pœnã infamiæ intra tẽpora lu-
ctus imponẽtes, à iure canonico esse correctas,
per.c.pe.& fi.extra de secund.nup.per Aposto-
li authoritatẽ.j.ad Corinth.vij.dum Apostolus
ait, Quod si se nõ continẽt, nubant. melius enim
est nubere ꝙ vri Apostolus enim hominũ incõ-
tinentiam cõsiderauit, vt maius peccatũ, scilicet
fornicatiõis euitet.c.sicut.xxxij.q.ij. licet secun
dũ diuũ Ioannẽ Chrysostomũ secũdæ nuptiæ bo
nesta sit fornicatio. cuius dictũ trãscribitur in.c.
hac rõne.xxxj.q.j.inqt ille tex. Nã secũdã qui-
dem accipe secũdũ præceptũ apostoli licitũ est:
secundũ autem veritatis rõnem vere fornicatio
est: sed cum permittente deo publice & licenter
cõmittitur, fit honesta fornicatio. Et Plutarchus
in problematis ait, Felices ac faustæ sunt primæ
nuptiæ, secundæ verò tristes ac detestandæ. Pu-
det, inquit, viuis adhuc eis qbus antea nupserãt,
alios accipe, mortuos aũt lugent. Et huius ratio
est, quia carnẽ quis diuidit in plures, per ꝗs biga
mia contrahitur.c.super eo.&.c.seq.extra.de bi
ga.oportet em̃ clericũ vnius vxoris esse virũ, in-
quit diuus Paulus in epistola ad Titũ.c.j.& trã-
scribitur in.c.legimus.xciij.dist.quod ꝓsequere
vt in.c.quomodo.xxxj.q.j. Cui addo text.in.c.
quicqd.xxxij.q.ij. Praui, inquit, mores ad secun
dum cõcubitũ impellũt. Nuptiæ tñ à fornicatio-
ne defendunt, & ꝓpter eas ignoscitur. Virgines
etiã quæ contẽpta virginitatis professione præ-
uaricatæ sunt, inter bigamos, id est q ad secũdas
nuptias trãsierũt, haberi debebũt, inquit text. in
89 in.c.quotquot.xxvij.q.j. † Si igitur sola nuptia
rum rõ à peccato fornicatiõis excuset, vt diuus
Paulus in ep̃la ad Ro.c.vij.scribit. igitur, inqt,
viuente viro vocabit̃ adultera si fuerit cũ alio vi
ro. si aũt mortuus fuerit vir eius, liberata est à le-
ge viri vt nõ sit adultera si fuerit cũ alio viro. &
ꝓpter incõtinentiã tm̃ Moyses secũdas nuptias
permisit, nõ aũt p̃cepit: vt in Euãgelio Matthæi
scribitur.xix. & aliud sit, ꝑmittere, & aliud p̃ci-
pere.d.c.hac rõne.xxxj.q.j.igitur ratio deciden
di legis Impialis manet: licet ex benignitate per-
mittatur pœnã tñ à lege ciuili in fauorẽ filiorum
indictã nõ tollit, sed ex benignitate iniuriã quã
de iure ciuili secundò nubẽtea intra luctus tẽpo
ra contrahebant, amouet. q̃ ratio pœnæ indictæ
virũ & vxorẽ æqualiter cõtingit.§.hoc aũt.vers.
quia vero cõtra binubos. in authẽ.de nõ eligẽ.
secundò nubẽ.colla.j.§.primæ siquidẽ nuptiæ.
in authẽ.de nuptijs.colla.iiij.l.fi.C.de indicta vi
duita.tollẽ.quo fit vt Apostoli permissio, q̃ p̃ce
ptum nõ babet admixtum, aperte ostẽdat nescio
quid iniuriæ primarũ nuptiarũ, quæ cõmemora
tur in:l.lex quæ tutores.C.de administra.tutor.
in his verbis, quæ plerũq; nouis maritis nõ solũ
rea filiorũ, sed & vitã abdicant. & in.§.prospexi
mus.in authẽ.de non eligen.secundò nubẽ.ibi,
qm̃ omnibus simul secũdis nuptijs fecit iniuriã.
Idem in.d.c.quomodo.xxxj.q.j. Melius em̃ est
licet alterũ & tertiũ vnũ virũ nosse, quàm pluri-
mos. id est tolerabilius est vni homini prostitutã
esse ꝙ multis. vbi em̃ numerus maritorũ est, ibi
vir qui ꝓprie vnus est, esse desistit. Accedit his,
d.l.nõ est em̃ cõsentiẽdũ.ff.de inoff.testa. Qua-
re cum illa iniuria quæ ex secũdis nuptijs cõtra-
cta est, tolli nõ possit pia iniuria mariti & super-
stitum filiorũ, si quoa babet, semꝑ manet. absur-
dum igitur esset eam cõmodum reportare, iuxta
l.si sequens. suprà eo. Si em̃ vir vxori donauerit
vt vxor in viduitate permaneret iuxta consilium
diui Apostoli in epistola ad Corinth:j.c.vij.dũ
ait, Dico autem non nuptis & viduis, bonum est
illis si sic permanserint sicut ego. & pro suæ tri-
stitiæ solatio reliquerit quodãmodo spe præmij
allecta, iuxta.l.fin.in fin.C.de indicta viduitate
90 tollenda. quomodo † dici potest hoc legatũ li-
bertatem tollere matrimonialem? non puto hoc
rectè dici posse, neque lege aut aliquo canone
contrarium probatur: imò ex suprà dictis lega-
tum est æquum & rõne plenum: vt in authẽ.cui
relictũ.C.de indicta viduita.tollen. vbi Bald. &
Paul.de cast.hanc rationem cõsiderauerũt tam-
etsi Papien. Moder. dicat eam coloratã esse tan-
tum, non reddens coloris sui rationem. Cui, vt
dictum est, fortiter obstat ratio dicti.c.hac ratio-
ne.&.c. quomodo.xxxj.q.j.&.§. prospeximus.
in authẽ.de non eligen.secundò nubẽ.l.lex quæ
tutores.C.de administra.tutor.quia per eã mari
tus filijs suis prospicit. Et quamuis plerique ad cõ-
firmationẽ excusationis cõtracti per Burboniũ
fœderis matrimonialis multa ac multa referrẽt,
quæ m̃rimonij libertatẽ cõtingebãt, vt ab omni
calũnia cõtractæ cũ hoste amicitiæ defenderent,
authoritate Io. And. vsi sunt in.c.statutum.j.de
hæreti.lib.vj. & Archi.in.c. nostrates.xxx.q.v.
in verbo, potestate. nõ fuisse necessariũ regis cõ-
91 sensum: † sicut nec in cõtrahẽdo p filiũ m̃rimo-
nio patris cõsensus necessarius est, neq; deside-
ratur. q̃d ꝓbatũ videtur in.d.c.n̄rates. ibi, pc̃m̃
aũt esse si hæc cũcta in nuptiali fœdere nõ inter-
uenisãt nõ dicimus. Idẽ glo. vult in.c.fi.in verbo,
parentũ.xxxij.q.ij.ibi, hoc tñ ad honestatẽ refe-
rẽs.c.gẽma.extra de spõs. vbi pœnalis stipulatio
ꝓmissiõi apposita de nubẽdo, exigi nõ poterit,
etiam si stipulatio seu ꝓmissio de nubẽdo nullũ
effectũ habeat. Imo neq; filius ꝓpter nõ deside
ratũ à patre cõsensum exhæredari poterit. & vt
suprà dictũ est.l.iij.§.si emãcipatus.ff.de bo.pos
ses.contra tab. in filio nõ fuit approbata ingrati-
tudinis cã in.§.causas.in auth.vt cũ de appel.co
92 gnosci.coll.viij. † in filia aũt statutũ est, filiã pos
se exhæredari à patre, si sine illius consensu nu-
bat: nisi forte annũ xxv. excesserit. sic nec subdi-
tus à dño feudo priuari poterit, per rationem.c.
porro.quæ fuit prima cã benefi.amittẽ.colla.x.

Sed

Sed quàuis huiusmodi consideratio disputatio-
ni non multum conueniret, neque per eam elisa
erant priora argumenta, tamen ne hic articulus
intactus euadat, volo vnum præmittere, & cum
canonistis interpretibus conuenire, causam ma-
trimonialem fori esse ecclesiastici, vbi inter per-
sonas in gradu prohibito existẽtes matrimoniũ
fit. c. non debet. extra de cõsangui. & affinita. &
sumptũ est hoc ius ex Leuitico. c. xviij. dixi etiã
in repetitione. §. necessarios. in. l. iij. suprà eo. de
quo etiam per Bart. in. l. ij. ff. de iurisdi. omnium
iudi. Archi. in. c. j. xj. quæstio. j. Henric. Bohic in
c. j. in. iij. distinc. extra de mutuis petitio. Sed, vt
suprà dictum est, propter id non absoluitur quis
propter matrimoniũ cum hoste absque domini
consensu factum: neque inimicitia, quam per
matrimonium contrahit, purgari potest. Verum
est autem vbi matrimoniũ sic re vera cõtractum
erit, propter illam infidelitatẽ dissolui nõ posse,
sed firmum manere: poenam tamen infidelitatis
93 sic contrahens non euadit. Secundò, vbi † ma
trimonium contra canonicas sanctiones contra-
ctum erit, non inficiabor fori esse ecclesiastici. c.
vnico. de cognatio. spirit. & c. vnico. de cogna.
lega. & alia quæ seriatim Hostiens. exposuit in
summa, de spõsal. & matrimo. quæ in tribus aut
quatuor versibus per eum relatis continentur;
Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Dissensus, affinis, si forte coire nequibis:
Hæc socianda vetant cõnubia, & acta retractãt.
Quæ singula Hostien. illic exponit. & explican-
tur in. c. vnico. xxix. q. j. Et ita puto tenendũ per
c. tuam. extra de ord. cogna. c. lator. qui filij sunt
legiti. Ita conueniunt omnes in. l. Titia. ff. soluto
matrimo. Imo quæstionẽ matrimonialem etiam
incidentem, præsertim vbi de validitate seu inua
liditate matrimonij agitur, fori esse ecclesiastici:
vt volũt omnes in. l. prima. C. de iudic. Sed quid
hæc ad fidelitatis quæstionẽ quæ fori est secula-
ris. cuius dominus feudi solus iudex est. c. nouit.
extra de iudic. c. causam quæ. & c. per venerabi-
lem. extra qui filij sunt legiti. c. verum. extra de
foro competẽ. c. ij. extra de priuileg. c. cæterum.
extra de iudic. certe nihil prorsus conferunt.
94 Tertiò, certum † est ius ciuile à iure canonico
non differre, vbi aliqua fit conuentio libertatem
matrimonialem tollens seu impediẽs: quoniam
vtroque iure nulla est. l. ij. C. de inutil. stipul. l. ij.
ibi, poena huiusmodi cessante. C. de indicta vi-
duita. tollen. l. Titia. ff. de verbo. obliga. l. cùm
ita. & l. sequen. ff. de conditio. & demonstratio.
&, vt superius diximus, Ioan. de Imola plenius
tractat in. l. in substitutione. ff. de vulga. substit.
Neque in hoc. c. gemma. extra de sponsal. quic-
quam ad ius ciuile addit. de quo etiam in. l. fi. C.
de sponsali. quare hæc cõsideratio nihil noui no
bis affert quod nostræ disputationi conueniat.
Quartò, non inficiabor vnum quo nonnulli

vsi sunt, Ius ciuile quãtum est ad secũdas nuptias
in vno tantum à iure Canonico differre, videli-
cet quòd nubẽtibus intra tempora luctus omnẽ
infamiæ notum tollat: & in hoc ius ciuile per ius
canonicum esse correctum, per dictum. c. pen.
& fin. extra de secund. nuptijs. sed nec negari po
test, ius ciuile secundas nuptias permittere. §. est
igitur. in authen. de nõn eligen. secundò nuben.
colla. j. l. ij. C. de indicta viduita. tol. sed quod in
cæteris ius ciuile correctum sit, non cõperio ex-
presse de iure cautum. quod in casu nostro dice-
re sufficit. Et in hac nostra disputatione Iustinia
nus simili ratione & cõsideratione vsus est in di
cto. §. cùm igitur. versic. optimum. in authen. de
nõ eligen. secundò nuben. colla. j. ibi, sicut enim
patres si ad secundas nuptias veniant, nuptias nõ
fraudamus filiorũ successione. nec qualibet est
lex aliquid tale dicens &c. & l. iij. in fi. ff. de præ
uarica. sic non est decretalis neq; canon qui poe-
nam in fauorem filiorum de iure ciuili introdu-
95 ctam tollat. † Certum est autem ius Canonicum
infamiam amouere, dicto. c. pen. & fin. extra de
secun. nupt. sed cæteras alias poenas in fauorem
filiorum introductas nõ tollit. Sed hæc nihil ad
nostræ quæstionis propositum conferunt. Imò
hoc vltimum obstaret eis plurimũ: quia nec poe-
na quæ à iure aduersus vasallum ratione contra-
ctæ cum hoste amicitiæ indicta est, non est subla
ta. quare præcedens conclusio ab hac impugna-
tione libera manet. Imò si ex authoritate iuris ci
uilis licet arguere in materia successionis secun-
dùm doctrinam Cini in. l. & si cõtra. C. de nupt.
filius & filia in patris potestate existẽtes nõn de-
bent inconsulto patre & absq; eius consensu ma
trimonium contrahere. l. ij. ff. de ritu nupt. d. §. j.
Instit. de nuptijs. Sic etiam de iure canonico scri
ptum inuenitur in. c. aliter. xxx. q. v. dum ait, ali-
ter legitimum non sit coniugiũ, nisi ab his qui su
per ipsam foeminã dominationẽ habere videtur.
& ibi, à parentibus & propinquis spõsetur. text.
& glos. in. c. de raptoribus. in verbo, excusata.
xxxvj. quæstio. j. dicto. c. nostrates. xxx. q. v. in-
quit ille tex. foedera quoq; consensu eorum qui
hoc contrahunt, & horum in quorum potestate
sunt, celebrãtur. & c. qualis. eadẽ causa & quæ-
96 stione. † qualis, inquit, debeat vxor esse, quæ ha
benda est secũdùm legẽ virgo, casta, desponsata
in virginitate, & dotata legitime, & à parẽtibus
tradita. c. fi. xxxij. q. ij. ibi, nec extra voluntatẽ pa
rentũ vel suã cogãtur maritos accipere. similiter
nec subditus, q illa sex dño debet, quæ in. c. vni-
co. de for. fideli. coll. x. describũtur, quorũ suprà
mentionẽ fecimus: ad similitudinẽ quorũ causæ
ingratitudinis per vasallũ et subditũ cõtrahunt,
d. c. porro. versi. est & alia. quæ fuit prima causa
benefi. amit. c. si inimicus. xciij. dist. In filio ratio
est duplex. Prima, quia paterna pietas semp pro
filijs consiliũ capit. l. nec in ea. ff. ad legem Iul. de
adulte. Similiter imperator ait se p Reipublicæ

vtilitate & defensione noctes insomnes ducere,
& diurno vti officio. in princip. tituli, in authen.
vt iudi. sine quoquo suffrag. colla. ij. & in. l. vni-
ca. §. fin. C. de nouo codi. componen. §. primo. in
authen. de hæred. & falc. colla. j. l. vnica. C. de ca
duc. tollen. Secunda, quia plerunque filij contra
propriam vtilitatē laborant. l. si pater. C. de spō-
sali. expedit enim iuueniles furores seu calores
coarctare, ne cupidini dediti tristem exitum sen-
tiant. l. fin. §. ipsum autem filium. in fi. C. de bon.
quæ liber. Nec dissimili ratione vsus est Iustinia
nus in. §. illud. versic. nouimus. in authen. quib.
mod. natur. effic. legi. colla. vj. quos ab illo furo
ris amore cohibere contendit, & illorum concu
piscentiam reprimere ab eis quas amant, inest il-
le: sæpius enim contingit subditos faciliores ad
malum esse: & ideo metu pœnæ arceri debēt: vt
in. l. j. ff. de iustitia & iure. & l. j. C. ad legem Iu-
97 liam repetundarum. Et † si ad illos canones re-
spondeatur, & dicatur de honestate, non autem
de necessitate loqui, cùm solus cōtrahentiū con
sensus matrimoniū faciat. c. sufficiat. xxvij. q. ij.
c. tuæ. extra de sponsalib. sic est de iure ciuili. l.
cùm fuerit. ff. de conditio. & demon. l. nuptias.
ff. de regu. iur. verū est solum contrahentiū con-
sensum matrimonium implere seu facere: ob id
tamen canon cōsensum horum, in quorum sunt
potestate, non respuit, imo requirit fœdera futu
ri matrimonij sic impleri in. c. nostrates. xxx. q.
v. & licet in fine dicti canonis dicatur peccatum
non esse, si hæc cuncta in nuptiali fœdere nō in-
teruenerint: verùm est siue de iure ciuili siue cano
nico loquamur, pro essentiali matrimonij substā
tia solum contrahentium consensum desiderari
debere. §. nuptias. in authē. de nuptijs. colla. iiij.
l. nec filium. C. de nuptijs. l. sciendū. ff. de ritu nu
ptiarū. sed ille consensus non est omnino exclu-
siuus consensus parentum, per dictum. c. nostra-
tes. & c. fin. xxxij. q. ij. ibi, nec extra voluntatem
parentum vel suam cogantur maritos accipere.
Et in eo in quo ille tex. ait, extra voluntatem pa
rentū vel suam: respectiue ad virgines & viduas
refertur: vt in simili scribitur in. l. viduæ. & l. in
cōiunctione. C. de nupt. glos. est in. l. filius. ff. de
98 ritu nuptia. c. qualis. xxx. q. v. Si † tamen sine cō
sensu parentum mulier matrimonium contraxe
rit, licet forte post perfectum matrimoniū è ma-
nibus parentum eripiatur, & ob id rapta nō sit.
c. cum causa. extra de rapto. si tamē ante contra-
ctum matrimonium à parentibus rapta fuerit, ra
ptus punibilis erit, dicto. c. cū causa. extra de ra-
ptorib. c. de raptoribus. xxxvj. q. j. ibi, vbi vero,
quæ rapitur, patrem habere constiterit, & puel-
la raptori consenserit, potestati patris excusata
reddatur. Idem in. l. vnica. C. si quacunq; prædi.
potestate. §. vnico. in authen. de rapt. mulier. col
latio. ix. & in subdito dispar non est ratio, qui cū
inimicis domini nullam amicitiā contrahere de-
bet, præsertim hostibus, dicta. l. j. §. cùm patro-
nus. in fi. ff. de offic. præfecti vrb. & alijs legibus
suprà relatis. Et licet hæc nostra disputatio lō
ge ab illa quæstione plurimū sit aliena: sed post-
quam in quandam cōsequentiā relata fuit: quia
tamē in foris frequēs est, circa eam aliquid dice-
re existimauimus. iuxta id quod scribitur in. §. j.
in authen. de restitu. & ea quæ parit in. xj. mēse.
& vt intelligatur quando filius & filia absq; pa-
tris consensu matrimonium contrahere possint:
99 † cùm æquè in filio sicut in filia raptus commit-
ti possit. l. iij. versic. qui puerum vel fœminam.
ff. ad legem Iuliam de vi public. &, vt inquit Iu-
stinianus in dicta. l. vnica. §. fina. C. de rap. virgi.
hostili more in nostra republica matrimonia stu
dent sibi coniungere: cuiusmodi Neustria simi-
lia parit. De iure ciuili inter filios in potestate
patris existentes, & emancipatos fit differentia.
Emancipatus sine patre contrahens, recte con-
trahit, & valet matrimonium. l. filius emancipa-
tus. ff. de ritu nuptia. l. iij. §. si emācipatus. primo.
ff. de bono. posses. contra tabul. Neque per pa-
trē illo iure prætorio ob id exhæredari poterat,
nisi tam turpem aut abiectam personā vxorem
duxerit, per illum tex. sed vt illic glos. & Bartol.
volunt, hæc causa hodie recepta non est, neq; in-
ter causas exhæredatiōis per Iustinianum annu-
merata est. De iure canonico matrimoniū cum
ea, quæ corporis sui quæstum fecit, prohibitum
nō est. c. inter opera. extra de spōsal. paulo ante
100 diximus. Filius † in potestate existēs sine pa-
tris cōsensu matrimoniū cōtrahere nō poterat:
aliter & contractū legitimū nō erat. l. Paulus. ff.
de statu homic. neque filij illius matrimonij auo
succedere poterant, per illū tex. & l. ij. ff. de ritu
nuptia. §. j. Instit. de nupt. Econtrario filius à pa-
tre cogi non poterat matrimonium contrahere.
l. non cogitur. ff. de ritu nuptia. & vbi à patre co
gebatur, nullum erat illius matrimonium. l. nec
filium. C. de nuptijs. nisi subsequente consensu
confirmaret. l. si patre cogente. ff. de ritu nuptia.
Filia verò minor vigintiquinque annis simi-
liter absque patris consensu matrimonium con-
trahere nō poterat, per illas leges & dictam. l. in
cognitione. C. de nupt. neque aliter contractum
legitimum erat. Si verò maior erat vigintiquin-
que annis de iure authenticorū, si sine patris cō-
sensu cōtrahat, exhæredari non poterit, dicto. §.
causas. in authenti. vt cum de appella. cognosci.
101 colla. viij. Aduertatur † illo iure filium & filiam
in potestate existentes posse iudicis authoritate
patrem cogere eos matrimonialiter coniungere
seu copulare, & vlterius dotem illis assignare. l.
qui liberos. ff. de ritu nuptia. Vidua autem se-
cundò nubere potest si annum vigesimumquin
tum excesserit. si verò intra illum annū sit, absq;
patris sententia nubere nō potest. l. viduæ. C. de
nuptijs. glos. super verbo, sentētia. vult differen
tiam constituere inter sententiam & consensum.
Sed non videtur mihi hæc differentia plurimum
illi

filij legi conuenire, imo contradicere videtur.
Pater autem dicitur consentire cum tempore contractus præsens est & tacet, vel non contradi
102 cit. l. si vt pponis. C. de nupt. † taciturnitas em, vt in alijs multis, pro consensu à lege accipitur: vt in. l. ij. in princ. ff. ad municipa. l. cum ostendimus. ff. de fideiussor. tutor. l. j. C. de decurio. lib. x. Neque necesse est in ipso nuptiali instrumēto patris consensum scribere. l. ij. C. de nupt. dūmodo de patris consensu constet. Hoc idem Neustriæ consuetudo admittit. Idem dicas si forte pater contradictionis causam nō habeat, argumento. l. ij. §. voluntatem. ff. solu. matri. Licet ille casus ab isto differat. Sed induci potest ratio. l. sed si vnius. §. filiosfamilias. & l. cùm possit. ff. de iniur. vt puta, inquit ille tex. si patris persona vilis abiectaq; sit, filij verò honesta. Neque debet pater vilissimus filij sui contumeliam ad suam vilitatem metiri: cùm possit propter filij dignitatem maior ipsi quàm patri iniuria fieri. Et alibi non dissimilis consideratio habetur in. l. si cùm dotē. §. eodem autem tēpore. ff. soluto matrimo. dum ait, nōnunquā patri denegandā actionem si tam turpis patris persona sit, vt verendum sit ne acceptam dotem consumat. Ideoq; officiū iudicis interponendum est, quatenus & filiæ & patri competenter consulatur. Sic idem dici potest si forte talis sit persona patris quæ dignitatis filij rationem nō habeat seu habere velit. De iure authenticorum, vt suprà dictum est, de filio emācipato post glos. & Bar. in dicta. l. iij. §. si emācipatus. ff.
103 de bo. possef. contra tab. ista † non erit legitima exhæredationis causa, si filius inconsulto patre vxorem ducat. non enim est de comprehensis in dicto. §. causas. in authen. vt cùm de appella. cognosci. quare vltra illas causas extendere non licet, cùm odiosæ sint. l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. Filia autem sine patris consensu nubens exhæredari poterit, nisi annū xxv. excesserit, dicto. §. causas. in fi. versicu. si verò vsque ad xxv. annorum ætatem. in authen. vt cùm de appella. cognosci. collatio. viij.
De iure canonico communis omnium est opinio quam Alexand. in apostil. Bal. in. l. omnem. C. ad Tertullia. refert, vt matrimonium possit à filio & filia absq; patris consensu cōtrahi, & valebit matrimonium: licet de honestate requiratur, per ea quæ suprà dicta sunt ex. c. nostrates. xxx. quæstio. v. c. sufficiat. xxvij. quæst. ij. & c. fin. xxxij. q. ij. c. cū causa. extra de raptori. c. tuæ. extra de sponsa. Sed in his non tantum quod licet considerandum est, sed quod est honestum. l. semper in cōiunctionibus. ff. de ritu nuptia. dicto. §. illud. versi. nouimus. in authen. quib. mo. natur. effic. legi. colla. vj. Seruandum itaque est, vt inquit Cicero Offic. lib. iij. quod honestū est:
104 † quoniam nihil censetur licere, nisi quod honestum est. & id vtroque iure commune est, in. l. si quis in hoc. C. de episco. & cleri. & in. c. quia episcopi. v. q. iij. vtroque etiā iure publica honestatis impedimenta introducta sunt. Et ob id ille canon, de raptoribus. xxxvj. q. j. sæpissime in Republica iudicio supremarum curiarum receptus est, licet matrimonia sic, vt prædictū est, contracta dissoluta non fuerint, sed queadmodum contracta extiterant, permanserunt, iuxta dictum. c. cum causa. extra de raptor. c. si quis. versicu. his ita respondetur. xxx. q. v. c. tua. extra de sponsa duorum. c. j. de matrimo. contracto cōtra interdic. eccles. c. ij. extra de clandesti. desponsa. Hoc idem Bal. tenet in dicta. l. omnem. C. ad Tertul.
Nouissime verò circa dissolutionē huius quæstionis quam Innocē. Hostien. & alij in dicto. c. penul. & fin. extra de secun. nupt. amplexi sunt, plurimum mihi semper placuit quædam Anto. de Butrio distinctio, quā posuit in. c. j. extra de sponsa. dum quærit, An per statutum pœna imponi possit per quam substantia matrimonialis impediatur. quæ, cùm lōga sit, existimaui breui aliquo compendio aliquibus additis recensere.
105 Aut † enim, inquit, pœna quæ à lege vel statuto imponitur, circa matrimonij substantialia apposita est: & hac ratione matrimonium impeditur, vel, vt verbo Antonij de Butrio vtar, partes intimidari possunt, quominus cōtrahant: & non valet statutum, quasi statuentes falcem in messem alienam imposuerint. c. j. extra de sponsal. Ita notat Bart. in. l. Paulus. ff. de statu homi. iuxta. l. omni innouatione. C. de sacrosanc. eccle. quia causa matrimonialis fori est ecclesiastici. d. c. tuam. extra de ordi. cognitio. Ita notat Bal. in dicta. l. omnem. C. ad Tertul. glos. in. §. j. Instit. de nupt. Et in hoc casu sentētia quæ in foro ecclesiastico super matrimonij validitate lata fuerit, ius faciet etiam quo ad hæreditates, secundùm Anton. de Butrio in loco prædicto: quicquid Cin. dicat in dicta. l. & si contra. C. de nupt. Et per id secundùm eundem Anto. leges ciuiles dotalia instrumenta ad esse matrimonij desiderantes, de quibus in. §. quia verò legem. in authenti. vt lice. matri & auiæ. collatione. viij. in. l. imperialis. cum sua authentica. C. de nupt. in. §. illud. in authentica, quibus modis naturales efficiātur legitimi. collatione sexta. & in. §. finali. in fine. Institu. de nuptijs. in. l. cùm quis. & l. nuper. C. de natu-
106 ral. liber. † quanuis etiam matrimonium illo iure sine dote esse possit, sed non econtra. l. cùm multæ. in principio. C. de donatio. ante nuptias. l. secunda. C. de donatio. inter virum & vxorē. l. secunda. ff. de iure dot. Imò ad esse matrimonij etiam illo iure solus consensus sufficiebat, vt suprà dictum est per. l. nuptias. ff. de regulis iuris. & iuri ciuili antiqui canones non multum differebant, dicto. c. qualis. xxx. quæstio. v. secūdùm quem canonem et iuris ciuilis dispositionē inoleuit apud nos ille mos, vt filij ante matrimoniū

nati, vt à parentibus agnoscantur sub pallio in
ipso die nuptiarum ponantur: vt Anto. de Butr.
meminit in dicto. c. j. extra de sponsal. alioqui ve
lut nō recogniti vulgari & plebeia opinione vt
filij non habebuntur: quemadmodum de iure ci
uili erat de his qui ante dotalia instrumenta nati
erant, si à parentibus affectione paterna per in-
strumenta dotalia non manifestabantur, dicta. l.
nuper. C. de natura. liber. dicto. §. illud. versic. si
verò. ibi, & non aliter. in authen. quib. mod. na-
tur. effic. legit. colla. vj. sed omnia illa secundùm
Anto. de Butrio in dicto. c. primo. extra de spō-
sali. correcta sunt per. c. tanta. extra qui filij sunt
legiti. vbi hoc notat Anto. de Butrio. Quando-
que per pœnam à statuto appositā personæ inti-
midantur, seu à contrahendo matrimonio retar-
107 dantur. &, Anto. inquit, † Aut illa pœna impo-
nitur damnum inferendo: & nō valet statutum.
& in hoc casu intelligit procedere doctrinā Ioā.
Andre. in. c. statutum. primo. de hæretic. & in. c.
ij. extra de secund. nupt. Et istud etiam de iure ci
uili est clarum, vt suprà dictum est per. l. Titia.
ff. de verbo. obliga. Quandoque in filiorum fa-
uorem tantum pœna à lege vel statuto imponi-
tur: qualis est ea pœna quæ à dicta. l. omnem. C.
ad Tertul. l. fœminæ. C. de secund. nupt. statuta
est: & illæ pœnæ sic à lege ordinatæ cum per se-
cundas nuptias filijs primi matrimonij iniuria
fiat, per ius canonicum correctæ non inueniun-
tur. & hoc modo intelligit dicta per Innocen. &
Hostien. in dicto. c. fin. extra de secund. nuptijs.
& aliorum, quorū suprà meminimus. Quando-
que lex vel statutum lucrū tollit quod à lege cō-
cessum est: quale est dotis seu donatiōis propter
nuptias, de quibus loquitur. c. Raynutius. extra
de testa. totus titulus in authen. vt immobil. ante
nupt. donatio. collatio. v. Et valet statutū secun-
dùm glos. in. c. cum secundū. in verbo, cæteroq;
casu. de hæreticis. lib. vj. & in illo casu loquitur
l. ij. C. de indicta viduita. tollenda. Quandoque
statutum circa matrimonij solēnitates disponit:
dat exemplum Anto. de Butrio in consuetudine
108 † Galliæ qua palliū coniugibus ipso die nuptia-
rum datur, vel pileus, sicuti seruis libertate dona
tis in signum concessæ libertatis dabatur. l. vni-
ca. §. sed & qui. C. de Lati. liber. tollen. Et illæ so
lennitates de honestate seruādæ sunt: sed si omit
tantur, non erit peccatum. De his solennitatibus
loquitur dictum. c. nostrates. &. c. aliter. c. spon-
sus. & plerique alij canones. xxx. q. v. &. c. suffi-
ciat. xxvij. q. ij. & glos. in dicto. c. primo. in ver-
bo, Francorum. extra de sponsali. Quandoq; de
habilitate vel inhabilitate statutum disponit: &
remittit se Anto. de Butrio ad ea quæ scripsit in
c. quod dilectio. extra de cōsanguinita. & affini-
ta. Tu dic seruādum esse ius canonicum in eo in
quo ius clarum erit. c. j. &. ij. extra de noui oper.
nuntia. Si verò ius dubium est: & sequēdum est
potius ius canonicum eo quòd causa matrimo-
nialis fori est ecclesiastici, eàve causa sequēda est
quæ magis animæ fauet. c. domino sancto. §. fin.
in fi. l. distinctio. c. hoc ipsum. xxiij. q. ij. c. signifi
109 casti. §. quod si discerni. extra de homici. † quo
fit illo iure canonico vt temporales prohibitio-
nes pro temporis necessitate vitandiq; scandali
causa, vel tollēdæ suspicionis gratia factæ, etiam
per statutum inuentæ euitari debeant, dicto. c.
tua. extra de sponsa duorum. c. j. extra de matri-
mo. contra interdic. eccles. celebra. quemadmo-
dum in occurrente casu dici potest, quandiu bel
lum seu hostilitas durabit, tametsi in nullo ma-
trimonij lex offendi potuisset, cùm inter perso-
nas nulla à iure prohibitio erat: tamē pro Reipu
blicæ beneficio causa vitandi scandali & tollen-
dæ suspicionis gratia, & fidelitatis conseruandæ
ratione matrimonium prohiberi potest. c. vide-
tur. vbi hoc notat Archid. xxxv. q. vj. Imo si con
tractum fuisset, tametsi forte dirimi non posset,
vt plenius glos. declarat in dicto. c. tua. per illū
tex. extra de sponsa duorū. tamē ex causa suspen
di posset, dicto. c. primo. de matri. contra inter-
dic. eccles. celebr. Iuuari potest hæc nostra indu-
ctio optimo simili ex doctrina Innoc. Hostien.
& aliorū in. c. super his. extra de accusa. dum di-
110 cunt † regem Franciæ cæteros etiam principes
Christianos electos in episcopos sibi suspectos,
seu quos sibi iure suspectos esse putant, quia for
te ex ꝓuincia sibi aduersa vel suspecta nati sunt,
vel ex genere suspecto, vel forte absque læsione
sui status vel personæ episcopatum tenere non
possunt, huiusmodi episcopi electi ordinationē
impedire posse: argumēto. c. petitio. extra de iu-
reiuran. & si spirituale matrimonium impedire
possunt: quāto magis carnale matrimoniū pro-
hibere possunt, præsertim quādo talis esset per-
sona, cui Rex forte sua secreta aperuit, sicuti de
Burbonio Galeacius Capella in suo Chronico
scribit, & rei gestæ veritas est: sui nanque consi-
lij & secretorum participem fecerat, cuiq; maxi-
me quicquid in expeditione Mediolanensi actu
rus erat Molinis manifestauerat: quare Burbo-
nius hoc regi debebat, scilicet tutū, dicto. c. vni-
co de for. fideli. &. c. vnicum de noua for. fideli.
declarat dum ille text. ait, Tutum, ne sit ei in da-
mno de secreto suo vel de munitiōibus suis, per
quas tutus esse possit. Et præsertim hoc locum
obtinet in eo qui villas, ciuitates aut oppida à re-
ge infeudata tenet. inquit text. in. c. si in morte.
xxiij. quæstio. viij. vbi ab huiusmodi subuentio-
ne episcopi adhuc liberi non sunt. Hoc diuus
Gregorius contestatur propter Christi verbum,
reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari &c. Cui tribu-
tum cui vectigal. d. c. si in morte. c. conuenior. c.
tributum. eadem causa & quæstione. Ioan. xiiij.
& Matth. xxij. & ad Roma. xiij. Qua igitur oc-
casione in excusationē allegari potuit colloquiū
illud fœderis matrimonialis cū Carolo Germa-
norū rege & imperatore, aut suis ministris, quo-
rum

rum antea meminimus, non video quomodo ius uare illos potuit qui cõiurationis illius notitiam habuerũt. Et minus excusare eos potest ignauia vel timiditas, per.l.excipiuntur. suprà eo. cum in ea lege impubes, qui ignorantia & ignauia seu timiditate iure duci poterat, cùm ætas eam discretionem non habeat.l.j.in fi.C.de fals.mone.l. fi.
111 ff.de iur. & fac.ignoran. † & tamen impuberem ætas non excusauit qui notitiam mortis domini habuit. dictum est in.l.j.§.potuisse.suprà eo. Idẽ & fortius in hoc crimine dico: cum adeo Reipublicæ offensiuum sit, vt nec filij neq; serui à manifestatione criminis propter sanguinẽ aut serui tutem quam patri aut domino debent, excusari de iure possunt, quominus crimẽ reuelent & detegant, d.l.vix certis.ff.de iudic.l.serui.C.de delator.lib.x. Imo tex.filios homicidas esse parentum permittit, in.l.minime.ff.de religio.& sumpti.fune. quoniã amittuntur seu perduntur filijs & parẽtibus: vt paulo antè diximus, per.l.postliminium.§.filius quoque familias.ff.de capti. & postlimi.reuer. &.l.amissione.§.deficiũt.& illic Bar.ff.de capi.diminu. Pleraq; etiam alia in hoc crimine sunt specialia. Aliquorum meminimus in tractatu, an rex Franciæ superiorem in tempo ralibus recognoscat. pariter Andr. de Iser.in.c. vnico.in verbo, cõtrahentium incestas nuptias. & in verbo, bona committentiũ crimen læsæ maiestatis.quæ sunt regal.colla.x. Angel. Areti.in tracta.malefi.in verbo, che hay tradito la tua patria. Ratio enim fidelitatis & subiectionis quæ à vasallo & subdito desideratur & debetur ad id eos impellunt, & illis crimen prodere necessitatem imponunt per rationem.l.j.ff.ad legem Iul. maiesta. si pœnam consciorum seu fautorum & participũ euitare volunt. quorum mẽtionem suprà fecimus. Repetere nõ curamus, ne, vt inquit Luc.de Pen.in.l.quicunq;.C.de re milit.lib.xij.
112 fæcem Longobardiæ agitare videamur. † Iuramentũ enim quod vasallus domino præstat, maiorem in dominũ obligationẽ parit, quàm filius, aut seruus, vel libertus domino debeant, secundùm Andre.de Iser.in.c.j.quib.mod.feud.amit ta.colla.x. Et ad id facit.c.veritatis.extra de iureiuran. & ratio.l.fin.C.ad legem Iul.repetund. Induci etiam potest.c.ego N.iuro.extra de iureiuran.in quo iuramenti fidelitatis forma à pontifice expressa est, quæ ex.§.vnico.in authẽ.iusiurandum quod præstatur ab his.colla.ij. &.c. vnico.de for.fideli. &.c.vnico.de no.for.fideli. collatio.x. &.c.de forma.xxij.q.v.sumpta est: in qua non pater, non filius, non frater excipiũtur, vt superius docuimus per.§.si.hic finitur lex, deinde incip.cõsue.regni.colla.x. Imo in quocũq; iuramento semper regis & imperatoris persona reseruatur & authoritas, quibus integra & perfecta debetur fidelitas.d.c.vnico.de no.for.fideli. c.si.in fi.de prohibi.feud.aliena.per Frideri.col la.x. Ad id inducitur.l.qui iurato.ff.qui satisda.

113 cogan. † Quoniã hæc potestas quæ regi in subditũ concessa est, à domino deo est, Ioã.xix. Nõ haberes potestatẽ aduersus me vllam, nisi tibi da tum esset desuper. Hic repeti potest quod superius annotauimus ex doctrina beati Petri.j.Pet.ij.cap. Subiecti estote Regi tanq; præcellenti.c. solitæ.extra de maiori. & obedien. & nõ solùm propter iram, sed etiã propter conscientiã, vt inquit diuus Paulus in.d.c.xiij.ad Roman. Ideo, inquit, et tributa præstatis. Ministri ẽm dei sunt. Nam & Christus dominus Iesus Petro iussit didrachmam tributi pro se & Petro solui, iussitq; staterẽ in ore piscis inuentum pro tributo dari, Matth.xvij. & Marci.xij.c.cõuenior. &.c.tributum.xxiij.q.viij.c.si tributũ.xj.q.j. dyscolis etiã obediri voluit, dicto ca.ij. primæ epistolæ beati Petri. Neq; illi resisti permittit.c.qui resistit.xj. q.iij. & cõtingit bonos ab eo vexari, ne iusti manus suas ad iniquitates extẽdant, Psal.cxxiiij. Et ideo, inquit diuus Paulus in dicto.c.xiij. qui resistunt, ipsi sibi damnationẽ acquirũt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Bonũ fac, & habebis laudem ex illa. dei enim minister est tibi in bonũ. & ob id Christus dominus discipulis prædixit, Nolite timere eos qui corpus occidũt, cũ nihil amplius habeãt: animã aũt perdere nõ possunt, Mat.x. &.c.nolite timere.xj.q.iij. Si autẽ malũ feceris, time. nõ enim fine causa gladiũ portat. dei minister est.c. quæsitum.xxiij.q. iiij. Et ob id statuit ei dominus iura, quibus vsu-
114 rus est, primi Reg.c.viij. Si † tñ iura abutitur potestate, exquiretur ab eo ratio: vt diuus Cyprianus inquit in libro de duodecim abusiõibus seculi: fietq; in eos duriſsimũ iudiciũ si rectè nõ iudicauerint, & legẽ iustitiæ non custodierint, Sapien.vj.c. Sed à subditis querendũ nõ est, ne aduersus deum queri videantur.c.prodest.xj.q.iij. Et dicit tex.in.c.audacter.viij.q.j. Non semper, inquit diuus Hieronymus, princeps populo & iudex ecclesiæ per dei arbitriũ datur, sed prout merita nostra deposcũt, si mali sunt actus nostri, & operamur maligna in cõspectu dei, dantur nobis principes secũdùm cor nostrũ.c.non frustra. c.non solum. & per totã illam causam.xxiij.q.v. c.paratus.c.noli.c.quid culpatur.xxiij.q.j. dum modo in eo quod iubetur, dominus nõ offendatur.c.si dñs. & duobus seq.c. &.c.imperatores. xj.q.iij.c. Regum.xxiij.q.v. Nec ad iniustitiam militibus imputatur si iussu principis milites occidant.c.nisi.dicto.c.quid culpatur.c.militare. xxiij.q.j. etiam si improbus sit princeps, qui bellum indicit.c.Iulianus. & dicto.c.imperatores. xj.q.iij. Imò non obedientes, rei sunt deserti & contempti imperij.c.miles.xxiij.quæst.v.c.quæ contra.viij.distinctio. & punctualiter de Rege Frãciæ Archidia.loquitur in dicto.c.tributum. xxiij.q.viij. cùm omnes homines qui in regno sunt, & sub potestate ipsius regis illi obedire
115 debeant. † Si igitur princeps & dominus est,

cum veneratione colendus est, & comiter ab omnibus obseruandus.l. non dubito.ff. de capti. & postli.reuers. Non ergo amicitia cum eius hoste absque crimine offensæ maiestatis suæ, etiam per fœdus matrimoniale cōtra legis regiæ prohibitionem contrahi potuit.l.j.& fina.ff.ad legem Iuliā maiesta. Nec iure dici potest per eam sublatam esse matrimonij libertatē: maxime cùm hæc prohibitio temporalis sit, videlicet quandiu bellum erit, & non perpetua, dicto.c.j.in fi.extra de matri.contra interdic. ecclesiæ contracto.c.tua. extra de spōsa duorū. vbi glos.hoc pulchrè differit.conuenit dicta.l. hæc conditio.ff.de conditio.& demōstra. Nec dissimile seu extra rem est quod scribitur in.c.j.extra de cōiug.seruo.dum de seruo loquitur, qui absque domini sui cōsensu matrimoniū contrahere non potest: licet forte matrimonium aliter contractum teneat, à solitis tamen & debitis obsequijs seu seruitijs immunis nō est, sed fortior et potior est obligatio subditi in dominum & principē suum & in Rempublicam, vt antea diximus per.l. postliminium.§. filius quoqꝫ familias.ff. de capti. & postlimi.reuers. quam inimicitiam per parentelam seu confœderationem cum hoste contractā in suum dominum contrahit, dicta clement. vnica.§.porro. in verbo, parentelam. de iureiurā. ad exemplum eius qui spreto voto vxorem ducit, dicto.c.innocens.xxij.q.iiij.vt suprà docuimus. Et prædictis addo.l.ij.C.de secund.nuptijs. Et in ea Accurs. in verbo, amittat. quæstionē absoluit, quæ hunc articulum, mea opinione, rectè diffinit: cùm in il-

116 la.l.dicatur, mulierem quæ intra tempora luctus ad secūdas properat nuptias, omnia quæ de prioris mariti bonis vel iure sponsalium vel iudicio defuncti coniugis cōsecuta fuerat, amittere. Sed vt illic Accurs. ait, matrimonium tamen tenet: vt in authen. de resti.& ea quæ parit in.xj.mense.§. fin.colla.v. Cur ergo, inquit Accurs. legitime factum punitur, argumento.l. Gracchus.C. ad legem Iuliam de adulter. Respondeo, inquit, non matrimonium punitur, sed festinantia: vt in authen. de nupt.§.primo.colla.iiij.& in.l.decreto. C.ex quib. cauf.infa.irroge. vbi glos. plures leges addit illi concordantes. sed in ea lege volo vnum notare, quod huic nostræ disputationi cōgruere existimaui, dum in fi. illius.l.dicitur, tam ea, quàm is qui sciēs eam duxit vxorem, etiam si miles sit perpetuo edicto labem pudoris cōtraxit. quanto magis in eo dicendum est, qui cōtra legis prohibitionem amicitiam seu confœderationē vel parentelam detegere seu prodere sciēs neglexit. Neque in consideratione esse potest quod prius relatum est, hæc debere ex rei euen-

117 tu dependere: † tametsi huius rei tam tristis euētus satis superqꝫ manifestauerit. Quare ob id dico expectandum non esse tristem euentum: cùm melius sit in tempore occurrere, quàm post causam vulneratam remedium quærere.l.fina.C. in quib.cauf.in integrum restit. non necesse est.l.j. C.quando lice. vnicuique sine iudi.se vindic.l.si quis percussorem.in verbo, venientē.& .l. is qui aggressorem.C.ad legem Corneliā de sicar.cùm fortè serò medicina pararetur: vt inquit Petrus de Anchar.in.c.dilecto.in.iiij.quæstione, de senten.excommuni.lib.vj. Nec incongruum visum fuisset, Iulij Cæsaris consiliū sequi quod in primo belli Gallici libro scriptū reliquit, qui dum colloquium cum Diuitiaco & Dumnorige fratribus habuisset, suspectumqꝫ Dumnorigem haberet, donec per Caium Valerium Troacillum quod de Cæsare Galli sentiebant, intellexisset, Dumnorigi custodes posuit, vt quæcūque ageret, cum quibus etiam loqueretur scire posset. Si forte hæc regi tēpestiue nūtiata fuissent, Burbonio Rex custodes adhibere potuisset. Quæ res cùm detecta non extitit, illo Iulij Cæsaris consi-

118 lio rex mature vti non potuit. † Larydi enim similes extiterūt qui annulum quem Cephisocratis accusator postulabat, quo argui poterat, imposito pede Larydes contexit, ne accusator Cephisocratē quē pro crimine maiestatis deprecari contendebat, posset conuincere. Cephisocrate autem iudicibus gratias agente vnus illorum qui sicuti rē cōspexerat, iussit vt Larydi gratias ageret, cùm nemini Larydes retulisset. Illis itaqꝫ qui Burbonij proditionē non detexerunt, Carolus Germanorum rex & mox imperator factus gratias agere debet, quas Clemens quintus pontifex ab eo expectabat. Ex quo Larydis exemplo excusari nequeunt illi qui se huiusmodi defectionem detexisse profitebātur, qui tametsi obscuris verbis nonnulla Regi dixisse profiterentur, personas tamen non nominantes, neque rei qualitatem & formam detegētes, & sic Larydis exemplo annulum pede contexerunt. diuinatione quippe opus erat, veluti ex Apollinis oraculo responsum acceptum fuisset: vt in simili Iustinianus contestatur in dicto.§.j. in authen. de testa.imperfec.colla.vij. Et Iureconsultus in.l.nō intelligitur.in princip.& .l. ita fidei.ff. de iure fisci.l.ij.§.fin.verfic.eandem pœnam falsitatis.C. de veteri iure enuclean. Quasi enim per signorū obscuritates describebant, & veluti pede supra annulum apposito admodū Larydis crimen deprecari studebant. Rei euentus indicauit. Quippe cum denuntiatio sic facienda sit, vt vndiqꝫ indubitate rei gestæ fides appareat. alioquin veluti perduelles censendi sunt, argumento dicti.§.j. in authen. de testa. imperfec.& dictæ.l. ita fidei. & .l.non intelligitur.ff. de iure fisci.l. sed cum patrono. in fi.ff.de bonor.pos. Hic rectè cumulari possent leges per me annotatæ in tractatu, An rex Franciæ superiorem in temporalibus recognoscat. in ea parte qua disputaui, an denūtiatio seu interpellatio per hæc verba aut similia, egeo pecunia. facta, & multa illis similia illic per me relata potens sit ad cōstituendum debitorem in

mora. quæ cum huic nostræ cõclusioni recte cõ-
ueniant repeti possent: sed vltra quàm illic dixe-
rim ad speciẽ nostram allego. l. diuus. §. fin. ff. de
custo. reo. versi. si verò parũ prudenter non ex-
quisitis argumentis simpliciter denotare Irenar-
cham minus retulisse. argumento etiam est. l. sed
si pupillus. §. de quo palàm. versi. proscribere. ff.
de institor. actio. dum ait, proscribere palàm sic
accipimus claris literis, vt de plano recte legi
possit ante tabernã, vel ante eum locum in quo
negotiatio exercetur, non in loco remoto, sed in
euidenti. l. propter veneni. §. neptis. suprà eod. in
his verbis, qui non defunctorie debitum officiũ
impleuerunt. Illic plures his similes leges & con
cordãtes dedimus. Accedit. l. si seruus plurium.
§. si quis ante. ff. de lega. j. dum ait, vel minus ple
ne defendit, id est ab iniuria vindicauit. l. fideicõ
missa. §. hæc verba. ff. de lega. iij. in his verbis, Li
cet nõ satis exprimunt fideicõmissum. glos. in. §.
fin. vbi per Christofo. Porcum, Instit. de satisda.
tutor. l. edicto. §. extat. ff. de iure fisci. ibi, si idcir-
co dissimulauit dum rem occultari sperat. l. iij.
ff. ad legem Iuliam de adulter. quasi lusorie ma-
gis id egisse dicerentur: &, vt inquit illa. l. si ser-
uus plurium. §. j. in prin. ff. de lega. j. vt gratia ma
gis & dissimulatione vti viderentur. Similiter. l.
j. in fine. C. de deserto. & occulta. lib. xij. qui cõ-
perti sunt in hac re literis tabulatis & notis, quæ
plus suspicionis aduersus eos afferebant. & in di
cto. §. j. in authenti. de testa. imperfect. &. d. l. sed
cum patrono. §. fi. ff. de bono. pos. Quibus adde
Bald. in. l. Titiæ textores. in princip. ff. de lega. j.

Et licet satis sit factũ. c. plerũq. ij. q. vij. c. pla-
cuit. &. c. si tantum. vj. q. ij. qui plus quibuscũq;
119 alijs in excusationẽ illorũ relatis vrgebãt: † cùm
illi canones excusent eos qui dubitant in proba
tione deficere, & ob id remorantur accusare: ne
contingat eos fortasse anceps quæstionis & tor
mentorũ subire periculum, iuxta. l. nostris. C. de
calũnia. vltra quàm dixerimus, curabimus non-
nulla supradictis addere. Et vt ampliore stylo
hunc articulum discutiamus, dic latam esse inter
accusatores seu delatores, instigatores & similes
differentiã: quorum meminit Iurecõsultus in. l.
j. §. incidit. ff. ad Turpil. Aliqui enim ex necessi-
tate officij formaliter accusare compelluntur, &
viam accusationis sequi. Et non est dubium hu-
iusmodi accusatores, si in probatione deficiant,
& crimen graue est, posse torturæ subijci, iuxta
l. si aliquis. C. ad legem Iuliam maiest. & dictam
l. nostris. C. de calum. de his loquitur. l. j. C. de cu
rios. & stationa. lib. xij. Idem dico in eo qui vo-
luntariè seu sponte ad accusandum prosilit. De
his loquitur. l. fallaciter. in fi. C. de abolitio. Im-
putet sibi accusator quare re ita indiscussa ad ac-
cusandũ prosilijt: vt in. l. qui accusare. C. de edẽ.
&. l. iij. C. qui accusa. pos. l. ab accusatiõe. §. nun-
tiatores. ff. ad Turpilianum. l. nulli. C. de episco.
& cleri. l. si quis seruos. &. l. ea quidem. C. de ac-
120 cusatio. † Alij delatores sunt seu denuntiatores,
qui ex necessitate officij deferre debẽt: & hi re-
gulariter excusantur si delatum crimen nõ pro-
bant. Et ad id est tex. non indignus annotatione
in. l. ex quibusdam. in princip. ff. de iure fisci. In-
quit ille tex. ex quibusdam causis delationes su-
scipientium fama non læditur, veluti eorum qui
non præmij consequendi: Item eorum qui vlci-
scendi gratia aduersariũ suum detulit, vel quòd
nomine reipublicæ suas quis exequatur causas.
l. diuus. ij. ff. de custod. reorum. aliter distinguit,
si parum prudenter, simpliciter notandos minus
retulisse, Si maligne, vindicãdos: ne quid postea
tale aliquid moliantur. Si diligenter, laudandos.
Alij verò non denuntiant, sed ex officij necessi-
tate ab alio denuntiatũ prosequi debent. & hi à
pœna excusantur. l. mouente. &. l. nulla. &. l. ex
varia. C. de delator. lib. x. vbi Luc. de Pen. copio
sius hũc articulum prosequitur. Quod autem
suprà dictũ est de eo qui voluntariè accusat, de-
fert, instigat, solicitat, mãdat, aut instruit: non re-
fert, dicta. l. j. §. incidit. ff. ad Turpil. In multis ca-
sibus limitat glos. in dicta. l. iij. C. qui accus. pos.
quos ampliore stylo Hostiens. prosecutus est in
c. super his. extra de accusa. quorũ aliquos Luc.
de Pen. repetit. Nonnullas etiam alias limitatio-
nes addit in rubri. C. de delator. lib. x. Aliam ad-
dit in dicta. l. mouente. iiij. colum. versic. vbi ve-
rò denũtiator. C. de delator. lib. x. Quæ cùm sin
gulares sint, incongruũ visum mihi non fuit ple-
nius illas discutere quàm hactenus cõperuerim.
Primò nãque glos. limitationes in dicta. l. iij. po
sitas in verbo, pagina, prosequemur: mox alias
recensebimus. In primis igitur hanc regulam
seu conclusionem glos. limitat in casu dictæ. l. ea
121 quidẽ. C. de accusa. † in eis qui ex sui officij ne-
cessitate deferre seu accusare cõpelluntur, quo-
rum accusationes, seu delatiões citra communis
iuris solennitates recipiũtur: & super eis iudiciũ
ferri debet. Cõperio tamen Bart. in illa. l. ea qui-
dem. Bal. & Ange. & prius eis Hostien. in dicto
c. super his. in. v. limitatione distinguere notoria
crimina à nõ notorijs: vt in notorijs criminibus
ab officiali delatis per inquisitionẽ procedi pos-
sit, hoc modo illam. l. ea quidẽ. inducẽtes in ver-
sicu. verum dicitur si falsis nec notorijs insimula
tus, id est accusatus sit, perpenso iudicio dispici
debet. à sensu contrario si falsa sunt & non noto
ria, solennia accusationũ omitti non possunt: sed
perpenso iudicio, id est cum solennitate accusa-
tiones fieri debent.

Sed cùm ille tex. varias recipiat interpretatio-
nes, ego quantum potero clarum reddere cura-
bo: cùm illa præcedens declaratio illi legi nõ re-
cte conueniat: quoniam, vt ex præcedente præ-
suppositione visum est, ex dicta. l. diuus. secun-
122 da. ff. de custodia reorum. † delictum quantum-
cunque notorium sit, imò pernotorium, vt ver-
bo Iureconsulti vtamur in. l. ab accusatione. §.

nunciatores. in verbo, pernotorium.ff. ad Turpilianum.adhuc de eo inquiri debet à iudice: & illi iudicio nũtiatores assistere debent,per illum text. & in dicta.l. diuus.secunda. dicitur,reos ex integro à præside inquirendos esse,quasi re integra quæratur,si quis erit qui eum arguat: & si facta inquisitione præses comperiat nuntiatorem verè nuntiasse,laudandum esse ait:si minus prudenter,notãdum,quia minus bene retulit.Si verò maligne,plectẽdum. Nec obstare potest verbum,notorijs.in dicta.l.ea quidem.positũ: quia etiam si non tantum notorium sit,imò pernotorium, vt dictum est per dictam.l. ab accusatione.§.nuntiatores.in verbo,pernotoria.adhuc illi iudicio notorio assistere debet nuntiator, per illum tex. Et in hac opin. resedisse visus est Mathaselanus,quem Bartol. illic refert. Et id Ioan. Fab.recte præsensit in illa.l. & vt mẽtis meæ cõceptum ostendam,intendo illam.l. quasi verbatim explicare, & reliquorum interpretationes obiter declarando non prætermittere.

In primis in illa lege dicitur, Ea quidem quæ per officium,id est officialem ad denuntiandum commissum, vt recte glos. interpretatur in ver-
123 bo,officium. † si officialis præsidi crimẽ denuntiauit,non esse incognitum citra solennia accusationum quæ ponuntur in.l.iij.C.qui accusa. possunt. & in.l.secunda.C. de exhibend. reis. posse perpendi,id est audiri & audita puniri secũdùm Accurs. Vel dic discuti de crimine denuntiato citra solennia accusationum:quia ad inquirendũ sola nũtiatoris seu officialis delatio sufficiet: qui non tenebitur se inscribere, neque obseruare solennitates, quas reliqui accusatores obseruare debent:de quibus etiam in.l.fin.C. de accusationib. Et Accurs. in verbo,citra solennia.addebat hanc delationẽ ab officiali recipiendam esse, maxime quãdo crimen in populo vel maiore populi parte notorium est.Sed, vt vidistis,illud,maximè.per Accursium relatum,non releuat:imò,vt dictum est,etiam si delictum esset plusquàm notorium,&,vt Iurecõsultus in dicto.§. nuntiatores.ait,etiam pernotorium, adhuc nũtiator huic notorio iudicio assistere debet. Quare hoc Accursij dictum nõ admitto,per.d.l.diuus.ff.de custod.reo. sic vt suprà inductam in versic. verum si falsis,nec notorijs sit insimulatus,id est,accusatus sit. Cui addo similem in.d.l.ij.C.de exhiben. reis. Falsis,inquit,fuerit insimulatus,id est accusatus. Et hoc clarũ est. Et sequitur,Nec notorijs. quia in crimine notorio reus accusatus deprehẽsus nõ est:cùm fortè delictum publicè seu notoriè factum nõ dicitur,neq; probatur. Aliàs vt il-
124 lic Accur. in verbo,nec notorijs.ait, † si crimen notorium esset, sufficeret notoriũ probare. Cui assentire videtur.d.l.ab accusatione.§.nuntiatores.ff.ad Turpil.dũ ille tex. ait,Nuntiatores qui pernotoria iudicia produnt.glos. illic in verbo, iudicia.interpretatur,id est accusationes in iudicio produnt.quæ interpretatio directe aduersaretur illi quam dedit in dicta.l.ea quidem.in verbo, notorijs. vt in interpretatione Mathaselani videbitur: tamen suis notorijs assistere iubẽtur. vt sic simpliciter intelligas illum textũ de crimine notorio per officialem delato,in quo sufficiat probare notoriũ:sicut in dicta.l.ea quidem. Accursius dixit. Sed cùm Mathaselanus in dicta.l. ea quidem.hanc Accursij interpretationem secutus non sit,& mea opinione vera non est,illa verò quæ posita est in dicto.§.nuntiatores.mihi verior videtur:ideo dic ad illa verba,nec notorijs, id est delictum quantũcunq; per officialem iudici notorium,imò pernotorium factum fuerit, crimen legitimè probãdo, perpenso tamen iudicio dispici debebit,cui iudicio tametsi notorio assistere debet.sed ad quid? vt reum peragat: vt dicitur in.l.in senatusconsulto.in princip.ff.eo. ad Turpil. & in dicta.l.j.C. de curios. & statio.lib. xij.dum ille tex. ait, Crimina iudicibus nuntianda meminerint, & sibi necessitatem probationis incumbere,nõ citra periculum,si insontibus eos calumnias nexuisse contigerit.l.j. in fi.C. de exceptor.& exacto.lib.xij.ibi,& suo periculo rem peragant & impleãt vniuersam. Et sic istis duobus vltimis casibus in dicta.l.ea quidem. cõme-
125 moratis, † officiali in vim sui officij denuntianti lex pœnam imponit. Primus est quando falso & per calumniam accusauit:vt in dicta.l. prima.C. de curios.& statio.libro duodecimo. & in dicta l.diuus. versiculo, sed si quid maligne.ff. de custodia reorum. Secundò, licet falsò fortè nõ accusauerit, sed crimen probare non potuerit, id est accusationem suam notoriam, imò pernotoriam iudici facere non potuit, quia non probauit: vt in dicta.l. ab accusatione.§. nuntiatores. iuncta glossæ interpretatione in verbo, iudicia. quæ vera est.vel quia probare differt fortè calumniando:vt in dicta.l.prima.§. incidit.ibi,fortè subornatus.& in fine.§.ff. ad Turpilianum.l. in fisci.&.l. Arrianus.ff. de iure fisci. in versiculo, quia autem.& eadem fit interpretatio in.l.senatus.§.finali.&.l. res quæ.§. finali. & duabus legibus sequentibus.ff.eodem. de iure fisci. Et,vt clarè suprà dictum est, isti duo casus repetuntur in dicta.l.diuus.ff. de custodia reorum. Primò dum in ea dicitur, sed si quid maligne interrogasse aut nõ dicta retulisse, pro dictis eum compererit, vt vindicet in exemplum, ne quid aliud postea tale facere moliatur. Secundò, in
126 versiculo, † si verò parum prudenter non exquisitis argumentis, & sic notorium non fecerit delictum, quia non probauit, licet re vera delictum fortè commissum est,tamen quia probare non potest, & parum prudenter egit, diligentiùsve non præuiderit priusquam ad accusationẽ prosiliret: cogitare enim apud se debuit an crimẽ notoriũ facere posset, illud iudici probando:mitius tamen puniendus erit:quia solum notabi

notabitur quòd minus plene seu bene probauit.
Et hoc casu iuuabit eū necessitas accusandi per
officium, id est occasione sui officij imposita : vt
in dicta.l.mouente.&.l.nulla.C. de delator.lib.
x.Et huic interpretationi conuenit.l.ij.§.fina. in
fine.C.de his qui latro.occulta.Et illum intelle-
ctum Ioan. Fab. sentire visus est , qui etiam fuit
Nicolai Mathaselani in illa.l. Ego verò non
intendo Iacobi Butrig.interpretationem in illa
l.ea quidem.positā omittere. Dicebat enim Iac.
prædictus sic illam legem debere intelligi , vt in
127 ea quæratur qualiter † iudex procedere debeat,
vbi per officialem delictum defertur. Per inqui-
sitionem,inquit,procedendum est.& illius legis
verba,perpenso iudicio dispici.demōstrant, in-
quit ille,id est per iudicis inquisitionem,sine in-
scriptione delatoris, & citra alia accusationū so-
lēnia.Sed si falsis nec notorijs accusatus est reus,
id est, si de delicto falso , nec notorio insimula-
tus.i.accusatus est, perpenso etiam iudicio dispi
cietur. Sed adhuc imperfecta est Iacobi Butrig.
interpretatio , vt ex prædictis legi videriq̧ pōt.
Sic vbi quis notoriū habet delictum iudici , seu
ei,cui notorium fieri debet,indicari & denuntia
ri debet , vt notorium sibi fiat.c.de manifesta.ij.
128 q.j.Sed † quale quale sit delictum , dūmodo de
exceptis non sit,accusatio recipienda non est,do
nec accusator se inscripserit,neq̧ in carcerē accu
satus detineri priusquā conuincatur , aut saltem
oneratus inueniatur:vt inquit.l.j.§.fi.ff.de quæ-
stio. Et ad id facit.l.ij.C. de exhiben.reis.&.l.fi.
C.de accusatio. Alioqui si hoc licitum esset,in fa
cultate cuiusque personæ etiam vilis esset,hone-
stum quenq̧ virum in carcerē conijcere,legibus
etiam regijs(ordinationes vocāt) id prohibenti
bus,nisi inquisitione præcedente:vt inquit.l.di-
uus.ff.de custo.reorū. & inquisitione ab inquisi
tore facta , ex integro iterū iudex inquirere de-
bet,vt suprà dictum est.Cui conformis est Neu-
striæ cōsuetudo: & dum nouissime casus occur-
risset, nōnulli iudices nostri,prout in loquendo
faciles sunt,dicebāt antiquatas esse leges cōes ci
uiles pariter & regias,deniq̧ eorū cōsuetudinē.
Priusquā autem ad reliquas limitationes per-
gamus : comperio dominū Gulielmū Budæum
in dicta.l.ab accusatione.ff.ad Turpil. elegāter,
vti solet,dicere illā.l.ea quidem.C.de accusatio.
corruptam esse in ea parte dum dicitur , Verum
si falsis nec notorijs insimulatus, id est accusatus
perpenso iudicio dispici debet. quam sic legen-
dam ait, Verū falsis necne notorijs insimulatus
sit &c.& illud, Accusatus.spurium & ex margi-
ne additum esse ait. Secundò in dicta.l.ab accu-
satione.§.nūtiatores. sic legi debere dicit, Nun-
tiatores qui Reos deferunt per notoria indicia.
non iudicia legi vult,sed indicia. hoc est,inquit,
qui delationes per indicia faciūt. Et illius.§.sen-
129 sus erit, † Nuntiatores qui reos deferunt per no
toria indicia , licet citra calumniæ metum accu-
sent, debere tamen assistere suis indicijs, eaq̧ tue
ri notoria quæ attulerūt, interim, id est, dū quæ-
stio de crimine habetur. Notoria autem, inquit,
testificati genus intelligi. Indiciū autem prodere
est rem arcanam in medium afferre , sed aliunde
compertam,non ex criminis conscientia. & reli-
qua. Difficile est mihi Leguleo & Accursiano
cum tantæ doctrinæ viro , qui vtriusque linguæ
peritiam habuit concertare. Inscitiā meam ob id
cōfiteri nō erubescā, Ciceronis exēplo in episto
la ad Atticū, cuius aliquando in his nostris com
mentarijs mentionem fecimus, dum ad Atticum
scriberet , si fortè minus Græcè seu Atticè viro
Attico scripsisset. Duo tamē huiusce disputatio-
nis & interpretationis dubitare me faciūt. In pri
mis quod me lateat an in veteribus Pādectarum
codicibus sic scriptum inueniatur , vt in nostris
scriptum comperimus. quod si sic est: prius scri-
ptis adhærere non dubitamus. sin vero ita ex eis
codices nostros emendauerit, & lumen veritatis
adduxerit, sicuti & in plerisque alijs, ob quæ plu
ra illi debeamus, q hactenus excutiuimus, & in
tenebris incessimus , paulo clariore lumine am-
bulemus : an etiā in Codice Iustiniani verbū, ac-
cusatus. spurium sit, & ex margine additū, pror-
sus nescire me fateri non pertimesco, iuxta Flac-
ci consilium in arte poetica. Caterū quod in illa
l.ea quidem. verbum, accusatus. ex margine ad-
ditum nō sit, obicem habeo.l.ij.C.de exhibend.
reis.in qua sic scribitur, Ex longinquo si quis est
acciendus, non prius insimulanti, id est accusato
ri accommodetur assensus, quàm solenni lege se
130 vinxerit. Quæ † verba nouissima plane demon-
strant imperatorem, insimulantē pro accusatore
velle accipere , dum prohibet insimulantē audi-
ri, nisi prius solēni lege, id est inscriptioni se vin-
ciat , & alia impleat quæ accusare volenti à lege
imponuntur in.l.iij.C.qui accusa.pos. Verba il-
lius.l.ij.C.de exhibē.reis.in fi.id apertè demon-
strant, dum in ea dicitur, Ac tādiu pari cū accusa
tore fortuna retinere , donec repererit cognitio
celebrata discrimen veri vel falsi. Inquit Accur.
& bene , id est an accusatio vera an falsa sit. Et
hac ratione imperator insimulatorē appellat eū
qui accusat, non tantū in capite legis, verūetiam
in illis finalibus verbis dum ait, Pari cum accusa
tore fortuna. Per quæ apertè demōstratur illius
vocabuli, insimulāti. in capite legis positi inter-
pretatio. Quare in hoc cū Budæo vix, id est nul-
lo modo sentire possum, cū gratia eius dixerim.
131 Et nō minori ratiōe moueri puto, si dixero † la-
tam esse inter falsa & nō notoria seu notoria cri
mina differentiā. ob id enim quod crimina noto
ria effecta nō sunt, falsa tn̄, id est falsò delata non
erūt. Secūdò, nā & si notoria crimina erunt, imò
plusquā notoria iudici effecta erūt, quia & testi-
bus & rei confessione clara facta fuerint : adhuc
tn̄ imperator propensiore iudicio vult plusq̄ no
toria iudici fieri. Et ne à memetipso hoc dicere

videar, in primis cito. l. ij. C. de custod. reo. dum
in ea dicitur, Auditus apud acta cùm de admisso
cōstiterit, & sic crimen notoriū per acta iudici fa-
ctum fuerit: pœnā carceris sustineat. quēadmo-
dum dixerat in. l. ij. in fi. C. de exhibē. reis. in his
verbis, Pari cum accusatore fortuna retineri, do
nec repererit cognitio celebrata discrimē. Sequi
tur in. d. l. ij. C. de custod. reorū. Atq; ita postmo
dum eductus apud acta audiatur. Ita enim quasi
sub publico testimonio commemoratio admissi
criminis fiet, vt iudicibus immodice sæuiētibus
fræni quidem temperies adhibita videatur. Ecce
quomodo pernotoriū fit criminis iudiciū dū ait,
quasi sub publico iudicio cōmemoratio admissi
criminis fiet. Et hoc est quod Iurecōsultus in di-
cta. l. ab accusatione. §. nūtiatores. dicere voluit,
Nuntiatores qui per notoria iudicia prodūt, no
132 torijs suis assistere iubentur. Sed † ad quid suis
notorijs assistere iubētur? diximus, vt reum per-
agant. l. in senatusconsultū. in princip. ff. eod. ad
senatuscon. Turpil. l. j. C. de excepto. & exacto.
libro. xij. dum in ea dicitur, & cum eo agant ipso
consistente, disponēte, & agnoscente, suo pericu
lo rem peragant, & impleant vniuersam.

Quod autem Budæus dictum. §. nuntiatores
sic legit per notoria indicia, nō autē iudicia, mul
tum sibi assentit verbū, notorijs. in eodē. §. posi-
tum, dum ait, notorijs suis assistere iubētur. iam
nō amplius de pernotorijs iurecōsultus loquit.
Secūdò, in cōfesso esse nō dubito indiciū ab in-
dico, id est, prodo seu manifesto dici: ego tn̄ pu-
to illū. §. nuntiatores. sic intelligendū quēadmo-
dū. l. ij. C. de custo. reo. declarat: vt quanquā sua
accusatione crimen iudici nūtiatores manifestū
fecerint, imò apud acta iudici notorium effece-
rint, non tamen sufficit, sed oportet in eo iudicio
accusatorē perseuerare, donec reum peregerit:
vt quasi publico iudicio testimonio cōuictio fa-
cta fuerit. Et hoc est quod dicere voluit in. d. l.
ea quidem. perpēso iudicio dispici debet. Quod
idem est ac si diceret, Rem peragāt & vniuersam
impleant: vt in. d. l. j. C. de except. & exactor. lib.
xij. vel, vt dicit in. l. ij. C. de exhibē. reis. donec re
pererit cognitio celebrata discrimē, accusator in
133 eodē iudicio perseuerare debet. † Nec indicijs tm̄
superare debet, sed veris probationibus. l. j. §. inci-
dit. ff. ad Turpil. l. fi. C. de proba. & l. j. illic, & sibi
necessitatē probatiōis incūbere. C. de curio. & sta
tio. lib. xij. vbi Accur. illā. l. ea quidē. C. de accu.
ad id inducit. & expressius in. l. ij. C. quorū app.
nō reci. in prin. dū ait, Argumētis cōuictus, testi
bus superatus, voce etiā propria vitiū scelusq; cō-
fessus. Alioquin recte cōuictus nō est: vt in fine
eiusdē legis dicit, ibi, Aut minime voce sua con-
fessus sit, aut formidine tormētorū territus cōtra
se aliquid dixerit: prouocādi ei licentiā nō dene-
ga mus. Et hæc verba pnotoria iudicia prodūt. Sic
intelligi possunt vt nō sufficiat solis indicijs cri-
134 mina pdere, † quæ iudicia recte dicunt: vt patet

in tit. ff. de publi. iudi. l. in tribus istis iudicijs. ff.
de iudic. l. ij. ff. cōmu. diui. versi. in tribus. Io. mo
nach. in rubri. de iudi. lib. vj. vbi pro actiōe, & ple
rūq; pro accusatione accipit: & pro crimine publi
co etiā accipit: vt in illo titu. ff. de publi. iudic. l.
publicis criminibus, pro quibus mors aut exilium
exigit. l. ij. illo titu. Et Accurs. ita notat in rubri.
illius tituli, & in titu. de publi. iudic. Institut. lib.
iiij. quæ ab effectu ideo iudicia dicūtur. Et sic nū
tiatores pnotoria iudicia prodūt accusando, defe-
rēdo, processum instruendo, probationes admini-
strādo, accusationes allegādo, quibus Rei accu-
sati fuerāt: vt in. l. j. §. incidit. ff. ad Turpil. & nō
tantū per indicia crimina seu notoria faciūt: cùm
nō indicijs tātū, sed probationibus idoneis ea pno
toria, & quasi sub publico testimonio faciūt. d. l.
ij. C. de custo. reor. Nūc ad reliquas limitationes
declinemus. Secūda glos. limitatio est in casu
l. quisquis. C. ad leg. Iul. de adult. qn̄ maritus suspe-
ctā habet vxorē de adulterio. Hostiēs. autē in. d.
c. super his. in sexta limitatione, plerosq; dicit vo
luisse illā. l. per ius canonicū esse correctā. c. tuæ.
vbi ita notat glos. extra de procurato. Idē tenent
glos. Bar. & Ang. in. §. qa verò plurimas. in ver-
bo, inscribere. in authē. vt lic. mat. & auiæ. colla.
viij. glos. in. d. l. quisquis. Idē tenet et glos. in. §. si ma
ritus. iiij. q. iiij. Et transcribit tex. authēticorū in
authē. sed nouo iure. C. ad legē Iul. de adulte. &
Cin. in. d. l. iij. C. qui accus. pos. glos. in sum. ij. q.
viij. & recte facit text. in. d. §. qa verò plurimas.
vers. si de adulterio. & §. causas. eo. tit. vnde sum
pta est dicta authēt. sed nouo iure. & glos. in au-
thē. sed hodie. C. eo. ad leg. Iul. de adulte. Placet
aūt mihi Hostiē. distinctio per eū posita in. d. c. su-
135 per his. † Aut enim, inquit, maritus vxorē iure
mariti accusat intra sexaginta dies, vt in. l. iure
mariti. C. ad leg. Iul. de adult. & accusare potest,
& nō tenebitur se inscribere. Secus si iure extra-
nei: vt si post sexaginta dies vxorem vult accusa
re. Et ita intelligatur dictum. c. tuæ. & §. quia ve
rò plurimas. & §. causas. aliàs nulla esset inter
maritū & extraneū differentia: cuius dolor à iu-
re cōsideratur in. d. l. Gracchus. C. ad legē Iuliā
de adulter. l. consensu. §. j. C. de repudijs. §. distra
hantur. in authenti. de nupt. colla. iiij. & propter
mulieris fornicationē vtroq; iure, diuino & hu-
mano, thori separatio permittitur. c. ex literis. &
c. gaudemus. extra de diuort. c. dixit dominus.
xxxij. q. j. & Luc. xvj. & Matthæi. v. dicta. l. con
sensu. C. de repudi. dicto. §. distrahantur. in au-
thenti. de nupt. collatio. iiij. si dum dolor mariti
feruescit, teneretur maritus se inscribere: sicut in
simili loquitur. l. quod si nolit. §. idem ait inter-
rogatus. ff. de ædilitio edicto. nullus esset mariti
fauor: contra id quod scribitur in. l. si maritus. §.
lex Iulia. ff. ad legem Iuliam de adulte. ibi, quod
ita verum est, si nō matrimonij sui iniuriā prose-
quatur. Et illi iungo rationē. l. nec in ea. eodē ti-
136 tulo. ibi, sed † qui occidere potest: multo magis.
contu

contumelia poterit afficere. Clarum est autẽ ma-
ritum vitæ & necis potestatem in vxorem adul-
teram habere, dicta.l. Gracchus. &.l.marito. &
l.si adulterium.§. imperatotes.ff. ad legem Iuliã
de adulter. Et licet vilis adulter à viro bonesto
distinguatur, si honestũ recte dicere possumus,
quod non puto, iuxta Ciceronis sententiã in.iij.
Officiorum, quomodo honestus dici potest, qui
turpiter agit: dicta.l.si adulterium.§. imperato-
res.& dicta.l. marito.&.l. nec in ea.ff. ad legem
Iuliam de adult. si tamen occidat, lege Cornelia
non tenebitur, dicta.l.Gracchus.C.ad legem Iu
liam de adulter. Dixi in.l.iij.§. si maritus. suprà
eod. Et banc sententiam secutus est Ioã. Andre.
in dicto.c.super his.extra de accus.& glos.prius
eis istius fuit opinionis in dicto.§.si maritus.iiij.
q.iiij. Postremo aliam distinctionem dedit, quæ
sumpta est ex mente dicti.c.tuæ.extra de procu-
137 ra. † Aut, inquit glos.maritus vxorem de adulte
rio accusat, vt matrimoniũ dissoluatur: & inscri-
ptione opus non erit.c. hæc imago.xxxiij.q.v.
Sed voluit allegare.c.satis. quod immediate se-
quitur eadem causa & quæstione. Et glos. illic
idem notat per illum text. quem sic inducas, Vir
vxorem accusans, quòd casta non esset, quando
illam vxorem duxit, & non probat, per vetus te-
stamentum vir talionis pœnam non sustinebat,
sed verberatus à senioribus in centum siclis mul
tabatur, quos patri puellæ seu vxoris suæ trade-
re tenebatur. Vbi verò comperiebatur vxorem
prius quàm ducta fuisset in corpus suũ peccasse:
eiecta extra fores paternæ domus lapidabatur:
vt scribitur Deuterono.xxij.c. Sic vir si in pro-
batione deficiebat, & talionis pœnam subire te-
neretur, sicut scribitur in.d.c. tuæ. extra de pro-
cura. deberet non tantum in centũ siclis multari,
sed lapidari: quoniam in veteri testamento illius
erat talionis pœna, vt paritate supplicij plectere
rur, Deuter.xix.& Exo.xxj.& Matth.v.c.§.pœ
na.Instit.de iniur. Non ergo vir se inscribere te-
netur, postquã eadem pœna vir qua vxor punie
batur: si de adulterio seu fornicatione conuince
batur, talionis pœnam maritus seu vir sustinere
138 non debebat. † Nec eam pœnã de iure ciuili pa
tiebatur qualem & mulier, si vir de adulterio ac-
cusabatur.l.j.C.ad legem Iuliam de adulter. Nõ
debet igitur maritus ad talionis pœnam se inscri
bere, tam et si illa decretalis, tuæ. cõtrariũ dispo-
nat. Sed si ad pœnam, quæ pro adulterio impo-
ni solet, maritus agat: & dicit illa glos. teneri tũc
maritũ se inscribere. quod idem vult dictum.c.
tuæ. dum distinguit, aut maritus coram seculari
iudice vxorẽ de adulterio accusat: & tenetur se
inscribere. secus si coram ecclesiastico ad matri-
monij dissolutionẽ agat: tũc vir se non inscribit:
quia pœna talionis condemnari nõ potest. Alia
differẽtia ex illo.c.tuæ. colligitur, quia si coram
seculari iudice agitur, non auditur maritus per
procuratorẽ, sed coram ecclesiastico iudice per
procuratorem agere poterit. Et text. in dicto.c.
tuæ. addit verbum, forsan. quod glos. illic dicit
esse veritatis expressiuum. Henric. Bohic in di-
cto.c.super his. postquã vtranq; opin. recensuit,
mox in Accursij sententiam inclinat: vt.l.quãuis.
C.ad legem Iuliam de adulter. correcta sit per.§.
quia verò plurimas. in autheh. vt liceat matri &
auiæ.coll.viij. pariter de iure canonico dicto.c.
tuæ. Aduertite ad dictum.§.quia verò plurimas,
qui non videtur vtrũq; casum distinguere, vide-
licet quando maritus iure mariti accusat, & quã-
do iure extranei: quare prima glossæ solutio, in
illo.§.quia verò plurimas. recte defendi posset:
cùm liceat iura iuribus cõcordare.l.vnica.C. de
inoffi.dot.& per illum.§.in eo casu quo iure ma
riti accusat, expresse non loquitur. Nec etiam.c.
tuæ. & in correctorijs lex stricte accipiẽda est in
eo casu quo cũ iure antiquo lex noua conuenire
potest.l.præcipimus.C. de appella. Et ob id iu-
ris antiq distinctio recipi debet: & maximè cùm
ius ciuile antiquũ comuem babeat iuris commu
139 nis rationem. † Nam & talionis pœna quæ à le-
ge duodecim tabularũ introducta erat, à iure ci-
uili sublata est, dicto.§.pœna. Institu.de iniur.&
à lege diuina non recepta in dicto Euangelio
Matthæi.c.v. cuius mentionem facit Aulus Gel
lius lib.noc.Attic.xx.c.j.& Cice.lib.de legi.iij.

Comperio vlterius glos.in.c.apud misericor-
dem.§.publico.xxxij.quæstio.j.in fi. post recita-
tas priores distinctiones, aliam & nouissimã tra-
dere distinctionem. Aut, inquit, per accusationẽ
vxoris vir desiderat lucrum facere dotis seu do-
nationis propter nuptias: & tenebitur se inscri-
bere. alioqui non. Et illa distinctio ex mente di-
cti.§.quãplurimas.&.§.causas. sumpta esse vide
tur. Sed huic distinctioni plurimum obstat.l.
miles.§.socer.ff.ad legẽ Iul. de adult. in his ver-
bis, qui cõmodũ dotis vindictæ domus suæ præ
ponere non erubuit.& in princip.§.dicitur, ma-
luit ab accusatione desistere, & lucrum ex dote
magis petere. iuxta illud Satyrici, protinus ad cẽ
sum, de moribus vltima fiet Quæstio. Ratio il-
lius legis plurimum mouet, vt etiam cum inscri-
ptione audiendus non esset maritus, qui postpo
sito domus suæ seu thori sui honore ad dotẽ re-
fugit, sed omnino excludendus. Licet in conse-
quentiam criminis si vxor de adulterio conuin-
catur maritus dotem pariter & donationẽ pro-
pter nuptias lucretur: vt in dicto.§.causas. in au-
thenti. vt lice.matri & auiæ.colla.viij.& dicta.l.
consensu.C.de repudi. de qua etiam per glos. in
l.si ab hostibus.§.si vir vxori.ff.soluto matrimo
nio. quemadmodum in hoc senatusconsulto de
eo dicitur, qui propter suum compẽdium suæ fa
miliæ facinus vult occultare, in.l.iij.§.non tantũ.
suprà eo. sic etiam audiendus non erit maritus,
etiam si cum inscriptione ad lucrum dotis vel do
nationis propter nuptias consequendum vxorẽ
de adulterio accusare velit, per rationem dictæ

l.miles.§.socer.ff.ad legem Iuliã de adulte. quia cõmodum dotis vindictæ domus suæ præponere non erubuit. Et id puto verum. Prædictis ad-
140 do rationem, quoniã † vir negligens in accusando vxoris adulterio, reus lenocinij à lege Iulia de adulterijs iudicatur.l.ij.§.si publico.ff. ad legem Iuliam de adulter.per quã viro à lege præceptum sit accusare vxorem si lenocinij suspicionem euitare velit.l.fine metu.in fine.C.ad legem Iuliam de adulter. dum ait, vel adulteram sciens vt ignorantiam simulare non possit, detinet vxorem.l.castitati.eodẽ titulo.l.ij.§.si in publico.ff. ad legem Iuliam de adulter.Cùm igitur hæc necessitas sibi à lege imponatur ad similitudinẽ hæredis, qui per legis seu senatusconsulti Sillaniani necessitatem occisores domini vel testatoris accusare tenetur, à præsumpta calumnia excusandus est.l.ij.et.l.calumniæ.C.de calum.l.quí cùm maior.§.si patris. &.§.seq. &.l. Paulus.ij.§.j.ff. de bo.libert. Simili ratione maritus excusandus est. Et ita cum Hostien.& Ioan. And.in dicto.c. super his.extra de accus.cõuenio.quæ fuit glos. in dicta.l.iij.C.qui accusa.pos.& in dicta.l.ij.C. de calum. quam Ange.sequitur.& vlterius ex illa.l. addit extendendam esse hanc cõclusionem ad omnes & singulas personas quæ iusto dolore moueri possunt, quas lex à calumniæ pœna & metu eximit, per illã.l.ij.C.de calum. nisi vt glossa in eadem lege in verbo, cauit.ait, tam euidens mariti & similium personarũ calumnia detegeretur: quia tunc excusandæ nõ essent. quæ licet ad id nihil alleget, pro illius dicto addo.l. is cuius. in fi.ff.ad legẽ Iuliam de adult.dum ille text.ait, iure mariti qui accusauit calumniæ periculũ nõ euitauit. Et glos. Accursij legas quæ ad id & in alijs multis singularis est. Cui recte conuenit ratio dictæ.l.fine metu.secundo responso.C. ad legem Iuliã de adulter.dum ait, cùm nihil amplius quàm libellos accusatiõis obtulisti: quia postea comperisse te affirmas quod velut vana indignatione ad accusationem incitatus fuisti.nota verba, vana indignatione.si vana non fuit: excusandus est vir. Si igitur, vt inquit glos. in dicta.l. is cuius.maritus licite ex sola suspiciõe moueri potest, excusandus est, saltem intra sexaginta dies iure mariti vxorem accusans: quos dies lex velu ti indiscussi doloris, singulari ratione marito cõ
141 cessit, † ad similitudinẽ eorum qui ab inferioribus iudicibus appellant, quibus decem dies à Iustiniano conceduntur ad expurgandam indignationem, quam cõdemnati in iudices, qui eos condemnauerũt, concipiunt: & illos dies ad purgandos indiscussos calores per condemnationẽ contractos concedit: vt dicitur in.§. primo. in fin. in authenti. de appella. & intra quæ tempora. collatione.iiij. dum ille tex.ait, sed sit omnibus inspectionis copia, quæ & indiscussos hominum calores potest refrænare. per quæ verba cõspici potest Iustinianũ hominũ calores post condemnationem facillter moueri ad illos compescendos, seu feruorem illum extinguendum, noluit appellationis tempora duobus aut tribus diebus angustare, sed decem dies cõcessit, quibus calores illi maturari possint. Similiter, vt paulo antè di-
142 ximus, † cùm maritus maiore furore moueatur, propter violatam thori sui fidem, dicta.l.quãuis adulterij.C.ad legem Iuliam de adulter. ratione quadam singulari marito & patri sexaginta dies lex moderata est, intra quos quocunque alio accusatore excluso maritum per patrẽ præposuit, dicta.l.is cuius.ff.ad legem Iuliã de adulte. Imò lex maritum patri præposuit, in.l.ij.§.finali.ff.ad legem Iuliam de adulter. cùm, inquit, maritum propensiore iure & maiore dolore executurum eam accusationem credendum sit. Et idem glos. sentit in.l. athletas.§.fina. in verbo, ex vtraque. ff.de his qui notã.infa.ibi, vel intimus dolor admissi criminis: vt in marito & eius cognato de adulterio accusantibus: vt.C.de adulter.l.quanuis. Et idem tenet Archidia.in dicto.c.apud misericordem.versic.si maritus.iiij. quæstione.iiij. Anton. de Butrio in dicto.c.super his.extra de accusationibus. Tertia glossæ limitatio est in dicta.l.iij.C.de adulte.& in.l.ne quis.C. de Iudæ. dum in ea dicitur, libertate in accusandũ, publicisq; vocibus relaxata. & glos. ait, forte sine inscriptione licet ad illam legem suppleri possit, tamen clare hanc suppletionem pati non videtur:
143 sed id fauore religionis cõcedi potest: † cùm bodie de iure canonico cum infideli matrimonium prohibeatur, contra diui Pauli sententiam in prima epistola ad Corinth.vij.cap.qui matrimoniũ infidelis cum fideli & econtra admittit, vt paulo antè diximus. Dicebat enim diuus Paulus, per fidelem, infidelem saluum fieri posse. Hanc tamẽ glos.limitationẽ admittũt omnes in.d.l.iij. & in dicto.c. super his. extra de accusatio. Quarta in l.apostatarum.C.de aposta. Illic absolutam vocem simulationis nõ negemus. Quinta in.l.vnica.C.de abige.& licet Angel.nonnullos referat ab opiniõe glos.declinãtes, vt in eo crimine necessaria sit inscriptio: cõmunior tamẽ & frequentior est Accursij opinio in illa.l.iij.et Bernardus eam approbat in.d.c. super his. in verbo, oportet.cũ quo omes Canonistæ illic cõueniũt. Et in hoc Bar.glos.reprehẽdit in.l.leuia.ff.de accusatio.dum glos.abigeatũ inter leuia crimina cõprehendit: cùm verum nõ sit abigeatus leue crimen esse.l.ij.ff. de abige. vbi durior pœna q̃ in leuioribus criminibus imponit. Quare leue nõ est delictũ, sed quomodocũq; leue sit vel graue, secundùm quod delictũ in ꝓuincia frequẽs est, graue, aut leue esse iudicat.l.j.ff.de abige. Inscriptio tñ in illo crimine nõ desiderat, per.d.l.vnica.C. de abig. Sexta glos.limitatio est in leuibus delictis,
144 per rationẽ dictæ.l.leuia.ff. de accusa. † Et illa crimina intellige leuia esse ꝓ quibus pœna corporalis, & maxime vltimi supplicij ex legis vel consue

consuetudinis dispositione non imponitur: vt in l.j.§.fi.ff.de pœnis. Hic induci pôt.l.fi.ff.de fur. in his verbis, nō quasi publicū sit iudicium, sed quia visum est temeritatē agētium etiā extraordinaria animaduersione coercēdā.d.l.ij.ff.de abige.l.saccularij.§.sunt quidam.&.§.in Aegypto. ff.de extraordin.crimi. Sed pone quòd à lege vel cōsuetudine vel statuto loco pœnæ pecuniariæ in defectū solutionis corporalis pœna infligatur: an illa crimina leuia censenda erunt. Tolli te exemplū in.l.si quis id quod.ff.de iurisd.om. iudic.in.l.fina.ff.de in ius vocan.in.l.j.§.fi.ff.de pœn.Barto.in dicta.l.leuia.ff.de accusa.dicit leuia esse, & in hoc casu illam.l.leuia.intelligendam esse, dum in ea dicitur, vel fustibus castigare, vel flagellis seruos liberare. Addit.l.q ædes. ff.de incend.ruin.naufrag. Et respondet ad.l.in seruorum.ff.de pœnis. Dicit enim secundū personarum qualitatem pœnam corporalem minorem esse pecuniaria pœna, dicta.l.j.§.grauior. ff.de pœn.&.l.hæ operæ.in fin.versicu.durum. ff.de oper.liberto. Durius est, inquit illa lex, in pecunia soluere quàm decem diebus operando se liberare. Hæc Barto.opinio non rectè probatur in dicta.l.leuia.licet in se vera sit. Nam verū

145 est † crimen leue esse pro quo pœna pecuniaria tantum à lege vel consuetudine imponitur. rectè probatur in.c.at si clerici.§.de adulterijs.extra de iudicijs. in dicta.l.fi.ff.de furtis.&.l.ij.ff. de abige.tametsi à lege vel consuetudine corporalis pœna infligatur, si pœna pecuniaria nō soluatur, per illos tex.& dictam.l.qui ædes.in qua pro incendio casu, id est negligentia (inquit ille text.) contingēte aut noxā sarcire iubetur, aut si minus idoneus sit, leuius castigabitur.q tex.plurimum singularis est, cū alibi dicatur, incendium non solere sine culpa inhabitantium cōtingere. l.nam salutem.ff.de offi.præfec.vigil.&.l.si vendita.ff.de pericu.& cōmodo rei vendi.& tamen in illa.l.qui ædes.dicitur vt is resarcire teneatur, aut leuius castigetur: & sic castigatio loco interesse partis datur. Sed ad id responde, inspiciendam esse criminis originem.l.ictus fustium.ff. de his qui notan.infamia.dicto.c.tuæ.in fin.extra de procurato.& dicto.c.super his.in fin.extra de accusatio.l.Caius. Illic dictum est suprà eodem. Quibus addo.l.fina.in fine.ff.de termi. amoto.ibi, nisi dominus dominàve multam sufferre maluerit.&.l.secūda.ff.de custo.reo.quēadmodū in.l.præcedente diximus de eo, qui bonis cessit, iuxta glos.in.c.sicut dignum.extra de homicid.in verbo, si habent.dum glos.loquitur de debitore, qui loco debiti pœnas luit. Per eam enim æquè liberatus est atque si in numerata pecunia creditori soluisset.ca.si res.xiiij.quæstione sexta. Et soleo ad id allegare.l.sed si vnius.§. si ante iudicem.ff.de iniurijs.& Baldus in.l.quicunque.quinta columna.in principio.C.de seruis fugiti. Romanus in notabili.xxiiij. Hostien. in dicto capitulo, sicut dignum. extra de homicid.glos.& doctores in.§.fin.in verbo, ex integro.institu.de actio.& ob id magis pecuniaria quàm criminalis cēsenda sit, illa pœna, quia corporalis loco pecuniariæ à lege vel consuetudine vel iudice suffecta est.argumēto.l.si eū.§.qui iniuriarū.ff.si quis cautio.de qua per Bart.in.l.prima.§.hæc actio.ff.si qs testa.liber esse ius.fuer.

146 Plura diximus in dicta.l.Caius.suprà eod. † & ideo dici solet vt caueant creditores, ne loco pecuniæ sibi debitæ corporalem aliquam pœnam exigant: quoniam si debitorem contingeret ad pinguiorem fortunā deuenire, in potestate creditoris nō esset debitum exigere, per dictam.l.sed si vnius.§.si ante iudicē.ff.de iniur. dum ille tex. ait, si ante iudicem dominus verberandum seruum suum exhibuerit, vt satis verberibus ei fieret, & erit factū arbitratu alicuius, postea actor iniuriarum agere perseuerat, non est audiēdus. & nullus est qui illius tex.ad id meminerit in dicto.§.fi.instit.de actionibus.

Sed illa.l.leuia.ff.de accusa.huic disputationi rectè non conuenit: quoniā de his criminibus loqui noluit, sed de criminibus ꝓ quibus leuis aut modica coercitio seu castigatio imponi solet. intellige aut à lege vl' cōsuetudine vel statuto: tam etsi, vt dictū est, statutū seu consuetudo criminis qualitatē mutare nō possint, d.l.fi.ff.de furt.l.ij. ff.de abige.&.d.l.saccularij.§.sunt quidā.&.§. seq.ff.de extraordi.crimi. Tolle exemplū in furto propter quod consuetudo in Gallia inualuit vt laqueo suspēdātur: cū de iure Digestorū pœna dupli, tripli, vel quadrupli tm̄ imponaī. Huiusmodi aūt pœnæ in furto secundū regionū cōsuetudines introductæ sunt. Et qūo pœna legis XII. tabularū mutata sit Gellius Noct. Attica. lib.xj.c.xviij.describit: pariter & Cicero lib.de legib.iij.& Iustinus in Trogū libro suorū Epi-

147 to.ij. † dū de Scythis scriptū reliqt iustitia gētis ingenijs culta nō legibus, nullū scelus apud eos furto grauius fuit: qppe sine tecto munimētoq; pecora & armēta hn̄tibus: quid saluū esset, si furari liceret? in insula Cypri cū ijsdē pœnæ moribus viuatur, furtum grauius quocunq; crimine coercetur. Vnum tamen ex illa.l.leuia.non omittendum esse existimaui.in leuibus enim criminibus iubet summariè & de plano procedere.similiter in.l.Pedius.ff.de incend.rui.naufra. & in.l.annona.ff.de extraordinarijs criminib. quod iudices nostræ tempestatis obseruare negligunt, quasi crimina quæstus eis esse debeant, contra id quod scribitur in.§.finali.in authentica, vt nulli iudic.lice.habe.loci conserua.collatione nona. dum ille textus ait, eorum substantias nō fieri lucrum iudicibus. & in.§.quoniam vero contingit. eodem titu.dum ait, damna verò subiectis nostris aut lucrum ex hoc iudicibus, aut eorum hominibus, siue officialibus fieri nullatenus concedimus. Plura aliquando diximus.

Septima glos. limitatio est in casu.c. de crimine.xvj.quæst.iij.in quo.l.de crimine.C.qui accusa.pos.canonizata est. Qui tex. de muliere loquitur suam aut suorum iniuriam prosequente. Sed intellige in criminibus, in quibus per iura antiqua accusare permittebatur. Et hoc Bald. recte considerauit in dicta.l.de crimine.& in.l.prima. colum.xij. versi.super tertio articulo.C.eodem.qui accusa.pos. Et ad id facit.l.prima.§.accusationem. &.l.mulier.ff. ad Turpillia.l.si fœmina.C.ad Turpillianum.

Octaua limitatio est in casu.§.aliquando.iiij.q.iiij.in quo canonizatur.l.ea quidem.C.de accusa. Hæc autem limitatio conuenit cum prima supra relata. Ideo super ea non insisto.

Nona, quando crimen in modum exceptionis opponitur.l.ij.§.si in publico. vbi Bart. hanc limitationem declarat.ff.ad legem Iuliam de adulter. Hostien.& alij in dicto.c.super his.& Cin.in dicta l.qui crimen. pariter Bald.& Angel.C.qui accusa.poss. Et licet de ea in varias scissi sint sententias, quarum Din.& Bartol.meminerunt in.l.si cui.ff.de accusa. ex eorum dictis hanc distinctio-

148 nem excepi. In primis † vbi crimen ea intentione tantum excipitur, vt actor ab actione excludatur, non autem excipiens intendat accusare, neque in iudicio crimen deducere, hoc casu excipiens non tenetur se inscribere.l.secunda.in princip.in verbo, vlciscendi.&.l. delator.ff.de iure fisci.l.nulla.C.de delator.libro.x.ignoscendum enim ei est qui vlcisci voluit prouocatus.l.qui cum maior.§.fina.ff.de bo.liberto. Idem in eo qui testi aduersum se producto crimina proponit, non vt infamet vel accuset, sed vt a testimonio testem repellat.l.Lucius.ff.de his qui notā. infa.dicto.c.super his.extra de accusatio. dicitur in eo vt ab accusatione & testificatione aliquis repellatur, non est inscribi necesse.& in.l.qui accusare.ff.de accusatio. vt si accusatus in suum accusatorem proponat eum accusandi incapacem esse, quia de crimine publico condēnatus est.l. deferre.in princi.ff.de iure fisci.ibi, hoc ideo ne desperati ad delationem facile possint sine causa cōfugere.& in.l.prima.§.cum quis latrones. ff.de quæstio.ibi, plerique enim dum metuunt ne fortè apprehensi eos nominent, prodere eos solent &c. hoc modo excipiendo non agit, nisi vt ab accusatione se liberet: vt in.l.quoniā Alexandrum.C.ad legem Iuliam de adulter.l.præses prouinciæ.C. ad legem Fauiā de plagia. Et

149 hac ratiōe † dicūt actionis seu accusationis verbo, exceptionem non contineri.l. verbum, oportet.§.actionis.ff.de verborum significatio.l.exceptio.ff.de exceptio. Ob id tamen excipiens ab onere probandi non releuatur.l.in exceptionibus.in princip.ff.de probatio.l.prima.ff.de exceptio.& si in probatione suæ exceptionis deficiat, à pœna non excusabitur: non dicam talionis, sed alia extraordinaria, pro iudicis arbitrio, dicto.c.super his.dum ait, ad extraordinariam pœnam secundum arbitrium discreti iudicis.

Aliquādo exceptio criminis ad impediendū ius quærendū, non autem iam quæsitū opponitur: vt in casu dicti.c.super his.in versicu.sed eū opponitur.& hoc casu excipiens cogi nō potest se inscribere. Tolle exemplum in eo qui priuilegiū aliquod à principe impetrauit, & aduersus impetrantem indignitas seu incapacitas illi opponitur seu excipitur: vt in casu.§.necessitatem.in authen.vt iudi.sine quo.suffra.colla.secunda.§.ad hoc. in authentica, de collat.l.consiliarios.C.de asses.in eo qui finito officio aufugit nolens syndicatum expectare, & nihilo minus alius à principe officiū impetrat: opponitur ei incapacitas, donec de deposito officio se purgauerit, an in eo recte se habuerit: opponēs non tenetur se inscribere, sed impetrās, per illos textus docere tenetur se recte & syncere in officio versatum fuisse, &

tius in iudicio cõparens ab illo iudice qui per ci
tationẽ præoccupauit, iurisdictio auocari pote-
rit. l. vẽditor. ff. de iudi. Notãt Ang. & alij in. l. si
suspecta. ff. de inoffi. testa. Tertiò, vt si pars exce
ptiones litis ingressum impedientes etiã ex per-
sona iudicis ꝓponat: vt in. §. nulla. & §. & indica
re. in authen. de defensor. ciuita. l. defensores ci-
uitatũ oblatos. & l. sequen. C. de defen. ciuita. l.
senatusconsulto. ff. de offi. præsi. Aut alias exce-
183 ptiones proponere contendit: † atq; ob id pars
libellum sibi edi postulat, an cedere, an verò co-
ram iudice comparere intendat: vt in. l. prima. in
princip. ff. de edẽdo. vt videat an suus sit iudex:
vt in. l. magisteriæ. C. de iurisd. om. iudi. Quartò
Areti. aliam instantiam dedit, quando duobus
per concursum vnius causæ iurisdictio concedi-
tur: vt in. l. fin. & authen. habita. C. ne fil. pro pa-
tre. §. fi. in proœmio Digestorum. l. prima. C. de
offi. præfecti vrb. in præfecto annonæ qui cum
præfecto vrbis concurrit, vel in iudicibus scho-
lasticorũ, sicuti est Aureliæ baillíuus & ꝑposi-
tus. & in illa authẽ. habita. dicitur in optiõe esse
scholastici rei cõuẽti eligere quẽ illorum velit iu
dicem habere: vt glos. notat in. d. §. fi. in verbo,
ꝓfessores, in proœm. Digestorũ. ꝑ dictã authẽ.
habita. Vel tolle exẽplũ in q̃stione ꝑ Areti. lon
ge lateq; disputata in. l. Titiæ textores. iij. & iiij.
col. ff. de lega. j. si per statutum causæ pupillorũ
alicui iudici specifice cõmittantur, an ꝑ statutum
potestas à lege cõcessa ꝓfecto vrbis an etiã alte-
rius superioris iudicis ꝑtãs sublata erit. in qua si
cõmunis doctorũ sententia recipiatur quã illi ad
mittũt, oẽs illi iudices per cõcursum fiunt pupil
lorum iudices. l. vnica. ff. de offi. cõsul. d. §. & in-
dicare. in authẽ. de defensori. ciuita. coll. iij. & l.
fi. C. de iurisd. om. iud. Alia datur instantia in cla
rissimis & illustribus ꝑsonis, q̃ suos habent ex
priuilegio iudices: vt in. l. ij. & fi. C. vbi senator.
vel claris. quorũ meminit Areti. in. l. quod in re-
rum natura. §. si quis post. ff. de leg. j. Alia datur
instãtia, si alterius officiũ morte aut aliàs vacare
cœperit, An per aliũ iudicẽ præuentio fieri pote
rit. cuius Bar. meminit in. l. si maritus. ij. in prin.
ff. ad leg. Iul. de adulter. qui illum tex. videri fa-
cere ait, per citationẽ præuentionẽ seu præoccu-
pationem nõ fieri. quod an verũ sit, nunc nõ ape
riam ne à nostro instituto diuertamus. Vel in ca
184 su. l. si maritus. j. §. fi. ff. ad leg. Iul. de adulte. † vt
si vxor per extraneum de adulterio præmature
fuerit accusata, forte absente patre & marito, &
maritus aut pater ignorãtes vxoris & filiæ adul
terium reuersi extraneum excludunt, si forte mu
lierem de adulterio accusare volunt, etiam corã
alio iudice probata ignorãtia vel absentia, per il
lum tex. præferũtur. & l. ij. §. fi. & duabus legib.
seq. ff. ad leg. Iul. de adulte. & Bar. in illa. l. si ma
ritus. disputat illã quæstionẽ, an alius iudex à pri
mo adito inhibere possit primo iudici ne de accu
satione vxoris de adulterio accusatæ cognoscat:
& id an ex officio, vel an ad mariti instantiam de
adulterio vxorẽ suã accusare volentis. Plura alia
exẽpla illis similia referri possent q̃ laboriosum
potius q̃ vtile esset referre. In quibus omnibus
clarum est præoccupationẽ seu ꝑuentionẽ per ci
tationem factã non ꝑpetuare iurisdictionẽ illius
iudicis q̃ præuenit seu ꝑoccupauit siue realis siue
personalis sit actio: vt ex illis legibus videri põt.
Nec in cõsideratione esse põt ratio dictæ. l. si qs
postea q̃. ff. de iudic. l. j. C. de iudic. l. & quia. ff.
de iurisd. om. iudi. c. gratum. extra de offi. deleg.
per rõnẽ illarũ legũ & maxime. d. l. nõ videt. l. ij.
& l. si quis ex aliena. ff. d. de iudic. Alia etiã con-
sideratio seu instãtia haberi põt ex. l. si cui. §. ijs-
dem criminibus. ff. de accus. q̃ lex in fortioribus
terminis cõcludere videtur in eo qui de crimine
corã vno iudice accusatus erat & absolutus, qui
ab alio de eodẽ crimine coram alio iudice pote-
rit iterũ accusari. Nec illi obstabit res iudicata,
quasi re inter alios acta, vel si is qui secundò ac-
cusat suã aut suorum iniuriã prosequatur, ob id
tamen prohiberi non poterit: multo magis cita-
tio in exemplis suprà relatis. Alia adhuc instan-
tia datur ex doctrina Bart. in. l. q̃uis. ij. col. ff. de
dam. infecto. quam dat ad dictã. l. si quis postea-
quàm. & l. vbi cœptum. ff. de iudic. si forte actor
aut reus in termino assignato coram iudice non
compareat sed sit cõtumax, præsertim actor hoc
citationis edictum circunducetur, & ex integro
etiam coram alio iudice cõtumax citari poterit,
vel actor iterum in ius vocare reum poterit. Et

ad id est dicta.l.& post edictum.§.fi.ibi,ex integro litigari possit.ff.de iudi. Et hac rõne Accur.
185 vbicq dicere motus est † ꝓpter huiusmodi exceptiones declinatorias & dilatorias iudicium nõ posse dici cœptum,nisi lite cõtestata. Ita dicit in d.l.j.C.de iudi.io.l.& quia.ff.de iurisd.om.iud. & in illis legibus per Barto.& Modern. omnes hic articulus plene fuit examinatus pro Accurs. addo.l.vbi.C.ad legẽ Cornel.de fals.illic, cuius exordiũ nascetur auspicio cõtestatæ accusatiõis apud iudicem cõpetentẽ.ex qua duo collige,nõ fieri præuentionẽ, nisi his duobus concurrentibus,quod iudex cõpetens sit,& coram eo lis super crimine fuerit cõtestata. Addo illi cõformẽ in.l.fi.C.vt intra certũ tẽp.quæstio crimina. termi. in his verbis, à contestatione litis connumerandos. Cui cõuenit.l.properandũ.§.j.C.de iudi.dũ ait,non vltra triẽnij metas post litem cõtestatã esse protrahẽdas:& hoc respectu nulla erit inter iudicem & procuratorẽ differẽtia, quẽadmodũ procurator ante litẽ cõtestatã reuocari potest.l.ante litẽ.ff.de procur.l.nulla.C.de procura.Sic iudex propter suspicionis & incõpetẽtiæ causas & alias causas, quarum paulo ante meminimus à cognitione litis excludi poterit:vt in.d.l.si pariter.ff.de libera.causa.Iudex igitur per citationẽ indubitatus litis seu causæ iudex nõ permanebit:qm̃ vsq ad litẽ contestatam huiusmodi exceptiones ꝓponi possunt:vt suprà docuimus post glos.in.l.& quia.ff.de iurisd.om.iud.& in l.ij.ff.si quis in ius voca.non ierit. Quibus aliud adiungo quod Feli.scripsit in.c.afferte. extra de præsumptio. de eo qui existẽs in vno loco vnius territorij hominẽ ex alio territorio existẽtẽ occidit:à quo illorũ iudicũ de crimine inquiri & ꝓcedi poterit. De qua etiã per Modern.in.l.j.C.de sum.trini.& fide catho.et Luc.de Pẽ.in.l.euectionis.iij.colũ.in verbo,repertus. C.de cursu publ.co.lib.xij.Ioan.Andr.in regula,in obscuris. de reg.iur.in.vj. Cin.in.l.j.C.vbi de poss.agi oportet. Nec mouere põt Bar.& sequaciũ responsio ad.l.cũ quędã puella. ff.de iurisd.om.iudic. dum dicũt in specie illius legis spãle esse, videlicet in causa matrimoniali: qm̃ istud est quærere miserorũ refugiũ,secundũ glos.in.l.filiũ.in verbo,hæreditaria.C.famil.ercis.Secundò ille text. Bart.& sequacibus aduersatur, dum ille tex.ait, quod generaliter in omnibus huiusmodi casibus obseruandũ est. Et Accurs.in illa.l.quod genera
186 liter.sic interpretatur et bene,scilicet † vbicunq accepto iudicio mutaẽ forus ibi finiatur vbi inceptum est:vt.ff.de iudi.l.si quis postea.§.l.vbi cœptum.& illum text. Modern.illic optime considerauerunt.& in dicta.l.si pluribus.ff.de lega.j. Secundò in consideratione esse non potest iudiciarius ordo,qui non tantum à libelli datione vel etiam citatione incipit, imo à commissione:præsertim in delegato iudice, vt prius annotauimus post Bartol. in dicta.l.vnica. per illum textum.C.de superindicto.libro.x. ca.quoniam contra falsam.extra de probatio. &.l.prolatam vbi Bald.notat.C.de senten.& interlocu.omniũ iudic.l.nullus.C.de exhibend.reis.§.quadrupli. in verbo,iussu magistratuum. Institu.de action. vbi idem notat Ioã.Fab. Et melius his omnibus facit titulus.C.quando libel.princi.datus.vbi in actionibus prætorijs, & temporalibus libellus principi datus tres effectus simul producit, com
187 missionis,citationis,et litis cõtestatæ: † quia per libelli oblationem principi factam actiones perpetuantur. De hoc glos.meminit in.l.sicut.C.de præscript.triginta anno. Et ob id non sine maxima ratione Francis.Areti.inter verbalem & realem citationem constituit differentiam. Quare Petrus longe melius Barto.locutus est. Iniciãdum non est, vbi huiusmodi exceptiones declinatoriæ non proponuntur aut nullum in iudice inuenitur impedimentum iurisdictionem perpetuari per citationẽ,præsertim in delegato.c.gratum.extra de offic.deleg. & dicta.l.si quis postea quam.ff.de iudi. Præterea vbi duo iudices per concursum iurisdictionem habent, vnus præueniendo iurisdictionem alterius non impedit. l.j. C.de offic.præfecti vrb.dum ille text.ait, eidem præfecturæ solicitudinis necessitatẽ mandamus, sed non ita vt lateat officium annonariæ præfecturæ,sed vt ambæ potestates inquantum sibi ne gotij est,tueantur ciuilem annonam, sitq societas muneris &c.quem text. Francis. Aret. amplo cõmẽtario illustrauit in.l.Titiæ textores.ff.de lega.j.& in.l.ꝗd in rerũ natura. §.si quis post.§.& ij.colũ.ff.de leg.j.Bal.in dicta auth.habita.C.ne fil.pro pat. Roma.in.l.j.§.denicq.ff.de aquæ pluuia arcẽ.quorũ omniũ paulo post cõmemorabimus. Cui addo non longe dissimilem text. in.l.
188 nihil.C.de palati.sacra.largitio.lib.xij. † præsentia superioris iudicis authoritatem inferioris nõ absorbet:debẽtq in hoc superiores inferioribus deferre, vt suis quisq necessitatibus obsecũdet. §.nulla.in fi.versi.& siue adfuerit ciuitatibus iudex siue non, nequaq prohibeatur quispiã agere apud defensores quędã monimẽta in quibuscũq voluerint præter illa sola quæ iurisdictiõe, inquit Accurs.maiore egent,& ex ipsa iudicũ authoritate pẽdent. Et ꝓpter id oẽs quæstionẽ illã disputare & plene examinare inueniunẽ de duobus inquisitoribus hæreticæ prauitatis authoritate apl̃ica cõmissis:de ꝗ in.c.vt officiũ. de hæreti.in vj.q separatim de illo crimine inquisiuerũt,an simul iudicare debeãt,& an in eis ꝑuẽtio vnius alterũ ꝑcoccupet:ꝗ absoluta videẽ in.d.c.vt cõmissum.&.c.vt cõmissi.et.c.per hoc.&.c.statuta.de hæret.lib.vj.de ea & similibus inferius dicemus. Pariter de ea,an noui priuilegij superuẽiẽtia post citationẽ forũ mutare faciat. ꝗ absoluta videẽ in dicta.l.si quis postea quam.ff.de iudic. & in.§.j. vbi glos.in verbo,mutatione.in authen. de monach.colla.j.Bart.in.l.j.in princip.ff.de pœnis. Bart.in

Bartol.in dicto.§.j. in verbo, sancimus. in dicto
authen. de monach.colla.j.Idem Bart. in.l.adul
ter.§.j.ff.ad legem Iuliam de adulte. Canonistæ
omnes post glos.in.c. vnico. extra de obligatis
ad ratioci. & in.c.at si clerici.extra de iudicijs.
Interea dum illa tractabitur nõ puto argumẽ-
tum per Aretinũ factum de.l. cùm quædã puel-
la.ff.de iurisdic.omnium iudi. aliquo modo ob-
stare.l.si quis posteaquã.ff.de iudic. Licet Iason
& alij in longum illud protraxerint in dicta.l. si
pluribus.ff.de legatis.j. Et miror quomodo per
eoa in argumentum contrariũ,eam deduxerunt:
cùm illa lex neque de citatione neque etiam litis
contestatione specifice loquatur. In prima enim
189 illius legis parte solum quæstio erat † si post la-
tam in mulierem sentẽtiam alteri mulier nubat,
& ob id maritũ secuta alterius fori facta fuerit,
an illa fori mutatio executionem sententiæ impe
diat. Et Iurecõsultus dicit nõ impedire.et in hoc
nulli dubium esse potest,nisi per appellationem
suspensa fuerit sententia : in quo iudicis quiescit
officium.l.ei cuius.l.sciẽdum.& seq.ff.de appel.
recipien. &.l.j.ff. de appel. In secundo legis re-
sponso dictæ.l.cùm quædam puella. Iureconsul
tus idem dicendum esse ait,si post susceptã litem
non aperit an per citationem vel litia cõtestatio-
nem,sed simpliciter si post susceptam litem alte-
rius fori esse cœperit, an sententia ab illo primo
iudice,coram quo lis suscepta erat,lata executio
ni demandanda esset. Neque in hoc dubium es-
se potest,etiam si cum Accursio & asseclis sentia
mus susceptam esse litem per litis contestationẽ,
quod ille text. non dicit,sed solum in ea dicitur,
in mulierem quæ nullam fori præscriptionẽ seu
exceptionem tempore citationis iudici propo-
nere voluit,sed litem suscepit. & sic litem coram
illo iudice quo in ius vocata erat, contestata est,
recte per illum iudicem sententiam proferri &
executioni demandari posse: & id optima ratio-
ne,quæ ex dicta.l.si quis posteaquã.ff. de iudic.
190 † Nam si post citationẽ is qui in ius vocatus erat
alterius fori factus est,forũ tamen non mutat:&
hac ratione iudex sentẽtiam in eum dicere pote-
rit:multo magis in omnibus huiusmodi casibus
generaliter obseruandũ est, vbi lis erit coram il-
lo iudice contestata,per dictam.l. cum quædam
puella.Non autem ille tex.ait iurisdictionẽ non
nisi per litis contestationem aut post litis conte-
stationẽ præueniri vel præoccupari. Imò ex ad-
uerso species illius legis absq; dubio est , si recte
inspiciatur,quia si post citationem perpetuatur,
dicta.l.si quis posteaquã.vbi para conuenta nul
las dilatorias vel declinatorias exceptiones pro-
ponit:sed vlterius coram illo iudice procedat il-
lius iurisdictionẽ acceptãdo,haud dubie iurisdi-
ctionẽ eius perpetuat. multo magis per litis con
testationem. Et istius opi.Accur.esse videtur in
dicta.l.& quia.in verbo,antequã.ff. de iurisdic.
om.iudic.Petrus à bella pertica considerauit tẽ-
pus quo iurisdictio iudicis declinari non potest:
vt in.l.cùm quærebatur.ff.iudica.solui.Ita etiam
glos.sentit in.l.vnica.C.de lit.contest.Secundò,
in alio Bar.declaratio subsistere nõ videt̃,quate
nus de ordine iudiciorũ locutus est, dum dixit à
libelli editione incipere. Cui obstat.l. in tribus.
191 ff.de iudi.per eum alleg.in his verbis,† eum vi-
deri actorem qui ad iudicium prouocasset,id est
in ius vocasset.§.tertia.versic.nam is actor. Insti
tu.de interdic.l.ij.§.in tribus.ff.cõmuni diuidũ.
Obstat etiam.c. quoniam cõtra falsam.extra de
proba.ibi,qui fideliter vniuersa iudicij acta con
scribant,videlicet,citationem,dilationes, recusa
tiones,exceptiones &c. Ecce quomodo plura in
iudicio agũtur quàm libelli editio fiat.Ita etiam
præsentit.l.non videtur.ff. de iudic.l. prolatam.
C.de senten.& interlo.omnium iudic.Imo de iu
ramento calũniæ dubitatũ fuit,an libelli editio-
nem præcedere debeat propter.l.ij.in princi. &
§.fin.C.de iureiur.propter calum.dando. vbi fi-
nis legis à principio diuersus esse videtur.primò
dum in ea dicitur,Non aliter neque actorẽ neq;
fugiẽtem in primordio litis exercere certamina,
nisi post narrationem & responsionem. & in fi.
eiusdem legis dicitur, in litibus quidẽ quæ nec-
dum sunt inchoatæ præstari volumus in ipso li-
tis primordio. Sin autem causæ adhuc pẽdentes
inueniantur,vel post litem contestatã & post so-
litas iudiciales cautelas iã præstitas &c. Et haud
multo post dicitur, & in primo post hãc legẽ in-
gressu.& Accur.ait,in iudiciũ eũ cõpelli iusiurã
dũ præstare.l.vnica.& authen.offerat̃.C.de litis
cõtest.& Accur.in eadẽ.l.in verbo,simplex.per
192 illũ tex.hæc tria differre ait, † libelli postulatio,
post libelli narrationẽ libelli editio,& contesta-
tio.et iterũ in verbo,cũ iudex.exẽplũ dat in exce
ptione declinatoria.Quid aũt si reus vocatus au
dita actoris narratione cũ ꝓtestatione respõdeat
se nõ animo litẽ cõtestãdi respõdere:per hãc re-
spõsionẽ lis nõ erat contestata,neq; ꝓrogata iu-
risdictio.l.si debitor.§.j.ff.qb.mo.pig.vel hypo
the.sol.Et Ang.in.l.j.ff.de in ius voc.& in.l.j.C.
de iudic.dicit libelli editionẽ ꝓcessus pendentiã
nõ inducere.Alleg.Ang.in.l.oẽs.C.de præscri-
ptio.triginta ann.Feli.in.c.excõicamus. primo.
colũ.ij.extra de hæretic.quæ omnia illic glos.ait
præambula esse iudicij: similiter cautiõis præsta
tio,authẽ.offerat̃.C.de litis cõtes. Tertiò in alio
Bar.distinctio deficere videt̃ dũ de præoccupa-
tione respectu principalis,de cuius effectu agit̃:
vt cũ ad vnũ & idẽ & ex eadẽ causa agit̃, ille di-
cat̃ præuenisse q primus ad sentẽtiã ꝑuenit.l.pe.
ff.de peti.hæred.&.l.is à quo.ff.de rei vẽdi. dico
iterũ post Frãcis. Aret.et Moder.in.d.l.si pluri-
bus.ff.de leg.j.mirũ esse q tam debili argumẽto
Bar.Petri à bella pt. distinctionẽ impugnauerit:
cũ illæ duæ.ll.per Bar.allegatæ videlicet.l.pe.ff.
de peti.hære.&.l.is à quo.ff.de rei vẽd.nõ ꝓbẽt
vnũ fuisse & idem debitũ ex eadẽ causa petitum,

imò contrarium in eis probatum esse videtur. Et primò. l. is à quo. quæ de reo loquitur à duobus cōuento rei vendicatione. A primo enim rei vendicatione conueniebatur, qui serui se dominum asserebat: alter verò iudicio noxali eum conueniebat propter furtum à seruo commissum: quæ causæ diuersæ sunt, imò cōtrariæ. Nam si seruus nō erat rei cōuenti, sed primi actoris seruus erat seu serui dominiū prætendebat nō poterat reus noxali iudicio cōueniri eo quòd noxa caput sequitur. §. j. Institu. de noxa. actio. Secundò actio noxalis criminalis erat ratione furti per seruum facti, & sic à crimine originem habebat: & poterat reus conuentus liberari facta rei restitutione per seruū furto ablatæ, aut soluta rei æstimatione vna cū damno actoris, si quod damnū actor passus erat, dicto. §. j. Instit. de noxa. actio. l. j. & l. quoties. ff. de noxa. actio. Primus autem de dominio serui cōtendebat, & ob id rei vendicatione agebat. Et ad vtrunq; Iureconsultus in ea responsum dedit, per cuius respōsum dedit, per cuius responsum diuersitas vtriusque actionis de-
193 monstratur. dicit enim, † si is qui agit rei vendicatione, probet seruum suum esse, nō esse reum cogendum seruum domino restituere nisi prius reo conuento caueat iudicium pro illo homine accipere, & si quid pro eo datum erit, restituere. Sed si prius de furto iudicium actum erit, & ob id noxæ seruus deditus fuit, non posse postea iudicem reum cogere seruum restituere, si fortè in eo iudicio dominus obtineat aut litem æstimare: cum non suo dolo aut culpa seruus noxæ deditus est: & sic actum nō erat propter vnum & idē neque ex eadem causa, sed ex diuersis. Similiter ad legem penult. ff. de petitio. hæredi. dicendum est: quia reus petitione hæreditatis conuentus à duobus diuersa iura in hæreditate prætendentibus cōueniebatur: vt si eorū alter primus ad sententiam peruenerit, non teneri reum conuentum hæreditatem restituere, nisi cautione seu satisfactione victo iudicis officio præstita de illo indemnem seruando aduersus eum, qui necdum ad sententiam peruenit: & sic præuentio seu præoccupatio per sententiam proueniens nihil vtilitatis affert: cum ratione cautionis & satisfactionis præstitæ loco ipsius victi iudicium aduersus secundum petitorem subire debeat. Secundò, illa l. penul. ff. de peti. hæredi. non dicit neque declarat, an vterque agens petitione hæreditatis ex eadem causa hæreditatem peteret. quare si ex præsumptionibus agendum est, potius æstimādum esset ex diuersis causis hæreditatem petijsse, per
194 rationem Barto. † Cùm duo eiusdem rei & ex eadem causa insolidum domini esse nō possunt, dicta. l. si vt certo. §. si duobus. ff. commoda. l. hæreditate. §. pater. ff. de castren. pecul. Secūdò vera existente Bart. conclusione quòd in illa. l. penulti. vterque petitor idem petebat: & ex eadem causa articulus distinctionis Petri per Areti. & Moder. approbatus haud dubiè verus esset: qm̄ reales actiones à personalibus longe differrent. Nam in realibus sententia expectanda esset, non autē in personalibus. Sed Petrus nō fuit dignus reprehēsione: quoniam, vt Francis. Aret. & Moder. volunt, cum quibus consentio, non est vera. Nam vterque actor non ex eadem causa hæreditatem petebat, per supradicta. Alioqui oporteret hoc diuinare. quod nō licet. l. si putator. ff. ad legem Aquiliam. l. apud Celsum. §. illa etiā quæstio. ff. de excep. doli. Imò ex prædictis clare constat vtrunque diuerso iure ad petendam hæreditatem egisse. Tertiò, obstaret. l. ex duobus. secūda. ff. de duob. reis. in qua vna & eadem obligatio ex eadē causa duobus facta erat: & sic duo erant correi stipulandi, & ex eadem causa. & tamen ille tex. iuncta Accursij interpretatione inquit, si ex correis stipulandi alter egerit. & dicit Accurs. & litem contestatus est. non autem dicitur, ad sententiam peruenerit. Et pro glos. induci potest. l. amplius non peti. in princi. ff. rem ra-
195 tam habe. † quoniam ante litem contestatam nō dicitur quis egisse, sed agere velle. Et hac ratione stipulationem rem ratam haberi commissam non esse. Et mox reus conuentus ante sentētiam alteri correo soluens non liberatur. tamen quomodocunque illa præuentio fiat, adhuc præueniens etiam per sententiam, vt dictum est, cautionem & satisdationem reo conuento de restituenda re alteri secundò ad sententiam peruenienti dare debet, si forte postea pronuntietur rem sibi competere, per dictam. l. penul. ff. de petitio. hæredi. & l. is à quo. ff. de rei vendica. Quare illa præuentio nihil emolumenti primo vincenti affert, eo quod cauere debet si lata aduersus eū sentētia ab eo res euincetur illam restituere, per illos text. & per rationem. l. iij. ff. de cōpensa. interest nostra potius non soluere, quàm solutum non repetere. sic eius potius interesset non vendicare, quàm post rem vēdicatam cum fructibus restituere. l. qui restituere. ff. de rei vēdicatio. Et alia ratione: quia qui secundò ad sentētiam peruenit, & rem à primo euincit, rem retro habuisse existimandus est, per. l. qui actionem. ff. de regu. iur. Quartò, in quātum Bar. Petrum reprehendit in declaratione. l. si quis à multis. ff. de noxa.
196 actio. Cùm illa. l. in vtroque casu loquatur, † videlicet quando eadem res, id est seruus à multis petitur: aut ex vno delicto, & sic ex eadem noxa. Aut ab vno ex pluribus delictis petitur: & sic ex diuersis causis. Et tamē vtroque casu, siue ex eadem causa siue pluribus eadem res petatur, ille præueniens seu præoccupare dicitur, qui primus ad sententiam peruenit, non autem qui primus egit. queadmodum dicebatur in dicta. l. ex duobus. ij. ff. de duobus reis. Similiter in. l. si verò. ff. de pecul. quæ lex declaratiua est. l. præcedentis, cuius caput est, sed si damnū. dum in ea dicitur, & debebit de sequēti actione de peculio deduci.

in. d.

in dicta.l.si verò.dicitur, Si verò adhuc in suspē
so est prius iudicium de peculio, & ex posteriori
iudicio res iudicaretur, nullo modo debet prio-
ris iudicij ratio haberi in posteriore condemna-
tione: quia in hac actione de peculio occupantis
melior est cōditio. Et sequitur in eadem.l.occu-
pare autem videtur non qui prior litem conte-
status est, sed qui prior ad sentētiam iudicis per-
uenit. & sic non refert an ex vna eademq́ causa
eadem res petatur, an verò ex diuersis: quoniam
præoccupare dicetur qui prior ad sententiā per-
uenit. Cui etiam obstat.l.si Titius.ff.de verborū
obligatio.vbi ex diuersis stipulationibus diuer-
so tempore conceptis eadem res petebatur: ne-
que ex ipsa stipulatione videri poterat an ambæ
causæ veræ essent, vt ille text.ait, in his verbis, si
illi non dederis, mihi dare spōdes? Et tamen præ
uentio seu præoccupatio per litis contestationē
fieri dicitur. Hæc dicit illa lex in his verbis, quo
197 ad iudicium acciperetur. † quod ante acceptum
dici non potest, quàm lis sit contestata: vt paulo
antè diximus, per.l.amplius.ff. rem ratam habe-
ri. & dictam.l.ex duobus.secunda.in verbo, ege
rit.ff.de duobus reis. Idem dixit Aret.ad dictam
l.in operis.ff. locati & conducti. quoniam præ-
statio ab vno duobus facta nō potest per vnum
solum impleri propter naturæ impossibilitatē.l.
iij.§.ex contrario.ff.de acquiren.posses. Et tamē
illa.l.vult primo conductori operas præstari. In
his omnibus magna est diuersitas. Ex quibus cō
stat Barto. distinctionem in nulla sui parte subsi
stere. Et priusquam Dini & Petri distinctiones
absoluamus, Baldi distinctionē explicare inten-
do: cùm illam à Ioan. de Imola impugnatam re-
periam. Dicebat enim Baldus, aut de præoccu
patione officij agitur in qualibet iudicij vnifor-
mis parte, sicuti est in iurisdictionis præuentio-
ne: & per citationem præuētio fit, dicta.l. si quis
posteaquam.ff.de iudic. Si vniforme non est of-
198 ficium, quale est procuratoris, † cuius officium
reuocabile est, quotiescunq; ante litē cōtestatā.
l.ante litē.ff.de procur. & præoccupatio fieri nō
dicitur, nisi per litis contestationē.l. pluribus.ff.
de procur. vbi verò de aliqua prærogatiua con-
tēditur, qualis est electionis seu aliquid eligēdi:
& per litis cōtestationē præuētio fit.d.l.si pluri-
bus.ff.de leg.j. Vbi autē de præcisa iuris quæsiti
exclusione tractatur: & dicit sentētiā desiderari.
l.si quis à multis.ff.de noxa.actio. Hæc Baldi di
stinctio primo per Ang. mox per Ioan. de Imo-
la impugnata fuit. primò in eo quod de officio
in qualibet iudicij parte vniformi locutus est,
vt in eo præuentio per citationem fiat. dicunt e-
nim illi obstare.l.si conuenerit.ff.de iurisdictio-
ne omnium iudicum. per quam iurisdictio iudi-
cis non sui per litis contestationem confirma-
tur. Et hoc glos.ij.in illa lege confirmauit. Et in
hoc Ang. differētiā facit inter iudicē ordinariū,
seu eum qui iurisdictionē suo iure habet, & dele
tū qui aliena authoritate vtitur. Io. de Imo.con-
tradicit Ang. maxime in eo quod voluit delega-
tū per citationē præueniri, per.d.l. si quis pustea
quàm.ff.de iudi. quoniā delegatus procuratori
æquiparatur, secundùm eū, qui non dicitur præ-
uenire, nisi per litis contestationē.d.l.ante litem.
ff.de procura. similiter delegatus.l. iudiciū solui
tur.ff.de iudi. Aduerte vltraquàm dicat Ioan. de
Imo. dictam.l.si quis posteaquā. nō posse in de-
legato iudice intelligi, sed de ordinario: vt patet
in eadē.l.in his verbis, alterius fori esse cœperit.
199 † Delegatus autem forum non habet, cum ordi
nariā iurisdictionē non habeat, sed mandatā seu
delegatā.l.j.& per totū penè titulum.ff.de offic.
eius cui manda. est iurisdic. & vtitur tantū dele-
gantis authoritate seu iurisdictione. d.l.j.§. qui
mandatam.c.forus. extra de verbo.signi.quod à
vocabuli etymologia demōstratur, per illū text.
&.l.ius pluribus.ff.de iusti.& iure.l. si vt propo
nis.secunda.C. quomodo & quando iudex.l. si
locus.ff.de iudi.l.si cùm dies.§.penul.ff.de arbi.
Et iterū in dicta.l.si quis posteaquā.demonstra-
tur in verbo, miles.q semper à prætore seu præ-
side iudicatur.l.ex eo.C. de agēti.in reb. lib.xij.
&.l.fin.C.de deserto.& occulta.eodem lib. Nisi
in militia seu militari exercitio occupatus fuerit:
quo durante ex causa militari corā magistro mi-
litum cōueniri poterit.l. magisteriæ.C. de iuris-
dictio.om.iudic.l.certi iuris.C.de iudi.qui præ-
uentus ab ordinario iudice propter superueniēs
militiæ priuilegiū forum non mutabit, dicta.l.si
quis posteaquā.ff.de iudi. Nec obstat.l.si conue
nerit.ff.de iurisdi.om.iudi. quæ de litis contesta
tione non loquitur. Et puto Guliel. glossatoris
antiqui interpretationem veriorem esse & literæ
amicā, dum ille tex.ait, & priusquā adiretur mu-
tata voluntas fuerit, id est corā iudice se præsen-
tauerit, nec eius officium imploratū fuerit: vt in
l.dies cautionis.§.hoc autem iudiciū.ff. de dam.
infec. dum ille tex.ait, postulare autē hic propriè
200 dicitur pro tribunali petere, nō alibi: † quare is
qui in iudicem aliquem consensit re integra pœ-
nitere potest, argumento.l. mancipiorum.ff. de
optio. lega.l.filij.ff. ad Tertullianū.c.quoniam.
in fine.de concessio.præbend.in sexto. Nec ob-
stare potest.l. si cùm dotem.§. eo autem tempo-
re.ff.soluto matrimonio. quæ in patre loquitur,
qui alieno nomine, id est filiæ ad dotis repetitio
nem egit, qui non potest nisi vt procurator filiæ
seu filiæ nomine, & de expresso eius consensu
ad dotem sibi competentem repetendam agere.
l.secunda.§.voluntatem.&.l.dotem.ff.solu.ma-
trimonio. quare filia quæ semel consensit, prohi
beri non potest si postea dissentiat, quo minus
pater agat, dummodo ante litem cōtestatam dis-
sentiat, per illum tex.cùm procuratorem seu pro
se agentem vsque ad litem contestatam reuocare
liceat.l.quod quis.C.de procuratorib. Similiter
in casu dictæ.l.si conuenerit.ff. de iurisdictione

201 omnium iudic. Dicendũ eſſe puto: † quia is qui
in non ſuum iudicem conſenſerit, & ſic per pa-
ctum ſeu conuentionem iudicis non ſui iuriſdi-
ctionem prorogauerit, priuſquã adiretur, id eſt
in tribunali comparuiſſet, ab illo iudice diſcede-
re potuit, per illam legem, dummodo iudex adi-
tus non ſit. Et ad id recte facit. l. ij. in princi. ff. de
iudi. dum ait, Aut ſi cùm reſtitiſſet quiuis ex liti-
gatoribus viribus præturæ compulſus, nulla iu-
riſdictio eſt. Et ratio eſt, quia ſi nullus partium
conſenſus interueniret, nulla illius iudicis eſſet
iuriſdictio. Et in hoc differentia eſt inter delega-
tam & prorogatam iuriſdictionem, dicta. l. ij. §.
conuenire. in ſine. ff. de iudic. dum in ea dicitur,
poſſunt tempora intra quæ quis iuſſus eſt litem
dirimere, prorogari: & prius in iudice ordinario
cuius prorogata eſt cõſenſu partium iuriſdictio
ſufficit partium conſenſus: vt dicitur in princi. §.
in fi. autem. §. de delegato. dicit conſenſum non
ſufficere. Conſenſus enim nibil operabitur, niſi
ſpecialiter principali iuriſdictione, id eſt princi-
202 pis authoritate prorogatio fuerit inhibita: † &
ideo ſi ſpecialiter delegati iudicis poteſtas à prin
cipe fuerit limitata, non poterit partium conſen
ſu prorogari. In ordinario ſecus, cuius non eſt li
mitata iuriſdictio. Nõ mirum ergo, ſi re integra
licet ab illo iudice diſcedere: vt in. l. quod ſi mi-
nor. ff. de maior. l. ſtatuliberi. ff. de ſtatuliber. l.
iij. §. ſi is. ff. de ſepulc. viola. Et tex. in. c. gratum.
extra de offic. delega. his verbis vtitur, cùm iudi
cium quaſi cœptum ſit per citationẽ. Igitur ante
citationem cœptum non eſt iudicium, neque iu-
dex aditus eſſe cẽſetur, per illum text. & gloſ. ita
interpretata eſt in. l. vbi acceptum. ff. de iudic.
Addo ad Ioã. de Imola aliam eſſe delegati iu-
203 dicis & procuratoris differentiam. † Delegatus
enim per citationem iuriſdictionem ſuam per-
petuat, dicto. c. gratum. extra de offic. delegati.
non autem procurator, dicta. l. ante litem. ff. de
procurator. Secundò, delegatus non tantũ ante
litem conteſtatam, ſed & poſt reuocari poteſt, di
cta. l. ij. §. j. ff. de iudi. Imò ſi delegato iuriſdictio
ordinaria ſuperueniat, iure ſuo omiſſa delega-
tione de cauſa ſibi cõmiſſa cognoſcere poterit.
De vtroque eſt tex. in dicta. l. iudicium ſoluitur.
ff. de iudic. l. iij. §. finali. ff. de arbitr. & ſic iudicis
officium nõ eſt vniforme. Similiter in ordinario
iudice dicendum eſt: tametſi Ange. dicat nullam
maiorem iuriſdictionem ordinario iudici tribui
poſt conteſtatam litem quàm ante litis conteſta-
tionem habebat: quæ licet poſt litem conteſtatã
maior non ſit, ſolidior tamen eſt: cùm exceptio-
nes declinatoriæ incompetẽtiæ iudicis pariter et
ſuſpicionis cauſæ ante litem conteſtatam propo
ni debeant, imo in ipſo iudicij exordio proponi
debent: vt paulo antè diximus poſt gloſ. in. l. &
quia. in verbo, antequam. ff. de iuriſdict. omniũ
iudic. per illum tex. & l. nemo. C. eo. de iuriſdic.
omnium iudic. de quo per gloſ. in. l. apertiſsimi.
C. de iudi. l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iudi. gloſ. fi.
in. l. ij. C. de conſor. eiuſdem litis. c. inſinuãte. ex-
tra de offi. delega. & iſtud recognouit Bar. in di
cta. l. non videtur. ff. de iudi. Et inquantum Bal.
204 in dicta. l. ſi pluribus. ff. de leg. j. ait, † in iure eli
gendi præuentionem per litis conteſtationẽ fie-
ri, per illum tex. Certè illa. l. nominatim hoc non
dicit: quia in ea à teſtatore ius eligendi rem duo-
bus inſolidum legatam non cõceſſerat, ſed vtri-
que legatario dominium rei inſolidum legatum
fuerat: vt probat ille tex. in his verbis, vtrunque
eorum ſolidũ accipere voluiſſe. ſed cùm impoſsi
bile eſſet rem apud duos eſſe inſolidum, dicta. l.
ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commoda-
ti. l. iij. §. ex contrario. ff. de acquirẽ. poſ. Lex vo-
luit vni legatariorũ rem adiudicari, & alteri pre-
tium electione rei vel pretij præſtanda ei qui pri
mus in proſequendo legato aut fideicõmiſſo li-
tem conteſtatus erit, effectualiter electio ſeu fa-
cultas eligendi per cõteſtationem acquiritur: &
tamen in. l. ſi verò. ff. de pecul. dicitur illum præ-
occupare, non qui primus litem conteſtatus eſt,
ſed qui prior ad ſententiam peruenit. Idem in di
cta. l. ſi quis à multis. ff. de noxa. actio. quibus ſu
prà reſponſum eſt. Sed cùm reſponſiones ſuffi-
cientes viſæ non ſint Ange. & minus Baldi &
aliorum diſtinctio, hac ratione Ange. aliam de-
dit diſtinctionem, per quam dicit ſe omnes prio
res diſtinctiones velle amplecti. Itaque Ang. ſic
diſtinguit, Aut, inquit, de præoccupatione offi-
cij agitur in qualibet ſui parte vniformis: cùm
non plus iuriſdictionis habeat poſt conteſtatam
litem quàm ante litis conteſtationem: vt eſt in iu
dice delegato. Et per citationem præuentio ſeu
præoccupatio fit ſecundùm eum, dicta. l. ſi quis
poſteaquam. ff. de iudi. Neque obſtat ſecundùm
eum. l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. omnium iu-
dicũ. quæ in iudice loquitur, qui ab initio iuriſdi
ctionem habuit, non autem in iudice delegato.
205 † Vbi verò vniforme non eſt iudicium, vt eſt
procuratoris: & præoccupatio fit per litis conte
ſtationem, dicta. l. pluribus. ff. de procura. Hæc
diſtinctio à Baldi diſtinctione non differt, quam
Ioan. de Imola impugnauit. Aut de iure quæſi-
to agitur ad prælationis ſubſtantiam cum titulo
vbi debitum eſt vnum & ex vna eademq́ꝫ cauſa
procedit: ſi per vnius præoccupationem alterius
fiat iuris excluſio, & ſufficit cõteſtatio. l. ex duo-
bus. ſecunda. ff. de duob. reis. Sed dubitandi
ratio alia fuit quàm Angel. meminerit. debitor
enim vtriq́ꝫ creditori obligatus erat inſolidum:
quare conuentus ab altero non potuit litis con-
teſtationem cum eo impedire: multo minus de-
bitum exigenti negare non valuit: quare ſoluen
do illi ab illo liberatur. l. qui prior. ff. de iudic.
qui prior appellat, prior agat. conſiderata maxi-
me obligatione illa indiuidua quæ vtrique cre-
ditorum inſolidum competebat propter quam
ſoluendo vni ab alio liberabatur. l. ij. ff. de duo-
bus re

bus reis.dū ait,petitione & acceptilatione vnius
tota soluitur obligatio. Tertio loco dicebat An
ge. Aut debitū non est vnum,sed in persona cu-
iuslibet actoris seu creditoris per se est dubiū:si
vnius præoccupatio alterius est exclusio,neces-
saria tunc est sententia, dicta.l. si quis à multis.ff.
de noxa.actio.dicta.l.is à quo.ff.de rei vendica.
l.pe.ff.de petitio.hæred. Hic articulus probatus
esse videtur in dicta.l.si quis à multis.ff. de noxa
li.actio.versic.quid ergo. In quo Iureconsultus
vtrunque casum seu vtranque speciem vnica so-
lutione absoluit. Prima illius legis species est,
quando per vnum & idem delictum à seruo cō-
missum plures offensi sunt, & dominus à pluri-
bus offensis eadem actione noxali conuenitur.
Secunda est, quando seruus in multis aliquē of-
fendit: quia pluribus & diuersis iniurijs diuerso
tempore factis aliquem affecit. vtrique casui Iu-
reconsultus respondet, Non necesse habet quia
omnibus dedere non potest, litis æstimationem
206 offerre his quibus dedere nō potest. † Quid er-
go si à pluribus cōueniatur? & dicit occupantis
meliorem esse conditionem: vt is præuenisse di-
catur qui primus ad sententiā peruenit. Et in ver-
sic.& ideo dicitur, ei qui postea vicerit, actionē
denegari iudicati.& vt suprà post Franc. Areti.
dictum est,non variat debitum seu obligationē,
siue debitum sit vnum siue plura, & ex diuersis
delictis non refert: & nihilominus Iurecōsultus
dixit hoc casu necessariam esse sententiam.Sic est
in dicta.l.is à quo.ff.de rei vendic.&.l.penul.ff.
de peti.hæredit. vt paulo antè illas duas leges in
vtroque casu declarauimus siue debitum sit vnū
vel plura. Ego verò qui à tergo tot metentium
spicas colligere desidero, omnes priores distin-
ctiones vnica tantū distinctione concludere exi
stimaui,præsertim ex ea quæ fuit Dini,quæ in se
vera est.Secūdò ex ea quæ fuit Petri à bella per-
tica Aurelij doctoris, quæ etiam vera est: quam
Francisc. Aret.& recentiores in.d.l.si pluribus.
ff.de lega.j.sequuntur,vno solo articulo dēpto,
cuius supra mentionem fecimus: reprehendētes
in hoc Bar.dum dixit,Petrum male seu perperā
intellexisse.l.si à pluribus.ff.de lega.j.l.penulti.
ff.de peti.hæred.l. is à quo.ff.de rei vend.l.si ve
ro.ff.de pecul.dum Petrus in vno suæ distinctio
nis articulo actiones reales à personalibus distin
xit,dum dixit,aut actio realis vel etiam persona-
lis contra nullo iure obligatum competit: hoc
casu sententia ad effectum præoccupationis ne-
cessaria sit. Dixerūt enim Bar.male Petri inten-
tionem seu mentem accepisse.Quoniam secun-
207 dùm eos ista fuit Petri intētio, † Quando cum
nullo iure obligato agitur:& præoccupatio nō
nisi per sententiam fit. Et Petrus exemplum dedit
in reali actione, in qua sola res nō autem perso-
na est obligata. In quo videamus an Petrus re-
prehensione dignus fuerit. Nonne dominus no-
xali actione cōuentus propter serui delictū, iure
dici potest pro vna eademq́ causa obligatus? cla
rum est q́ sic. Idem si de peculio ex contractu ser
ui conueniatur. Quid enim si seruus peculiū nō
habeat: An seruus contrahendo domini condi-
tionem deteriorem facere potuit,vbi in eo ex fa
cto domini nihil inuenitur,vel vbi nihil ex facto
serui in domini vtilitatē versum est? Videamus
quid scribitur in.§.j. Institut. quod cum eo qui
in aliena potesta. est. Et in.l.j.ff. eodem.§.item
inutilis.instit.de inuti.stipula. Et in illis dicitur,
208 † sed serui nō solum domino suo obligari non
possunt,sed nec quidem vlli alij.l. in personam.
ff.de regu.iur.& sic si cum domino agatur, cum
nullo iure obligato agitur etiam de peculio, vel
de in rem verso. Idem si ex serui delicto agatur.
l.serui.ff.de noxa.actio.à quibus liberari domi-
nus potest dimittendo peculium serui, vel de-
dendo seruum pro noxa.§.j. Institut. de noxal.
actio.l.ij.ff.eodem.de noxa.actio. Ex his vt cla-
re constat, Petrus longe ampliorem conclusio-
nem assumpsit, vbi quis ex aliena obligatione
conuenitur, siue reali siue personali actione, in
eis sententia necessaria est. Primò in reali, alle-
gat.l.is à quo.ff.de rei vendi.l.penult.ff.de peti.
hæreditat. In personali.l. si quis à domino.ff. de
noxa.actio.l. si vero.ff.de peculio.quanuis illas
leges non ita distincte allegauerit, sed axiomate
tam in reali q́ personali proposito,vt illud iuris
authoritate probaret, illas leges ad id allegauit,
quæ recte Petri intentionem probant, vt paulo
ante diximus.quare in eam Bart.& alij, qui pro
solito suo more in Petrum excanduerunt, mea
opinione parcius oblatrare debuerunt. Circa ta
men hanc Petri rationē non omiserim quod Ioā
nes And.scripsit in.c.si duo.de procura.in.vj.in
209 fine lectionis illius decretalis,dū dixit, † actio-
nem noxalem, & actionem de peculio naturam
realis actionis sapere,eo quòd in rei possessores
dantur.l.eo tempore.ff.de pecul. Idem dicere vi
sa est glossa in.§.quædā actiones.in verbo, con-
fines.Instit.de actio.l.electio.ff. de noxa. actio-
ni. Sed ista consideratio Accursij & Ioan. An-
dre.per Iureconsultum absoluitur in.l. prima.§.
fina.ff.de interdict.dum in ea dicitur, Interdicta
omnia licet in rem videantur concepta, vi tamen
ipsa personalia sunt,licet mixtam quandam con
siderationem habeant:quia propter res in perso
nam dantur,personalia tamen sunt,per illum te-
xtum. Idem in tribus iudicijs familiæ erciscun-
dæ,communi diuidundo, & finium regundorū:
quæ quanuis in rem cōceptæ sint,personales ta-
men sunt.l.j.§.ad hæc.C. de anna.excep. Simili-
ter dico in noxali actione.§.quædā actiones.In-
210 stitu.de actio. Hæc † enim noxalis actio, quan-
quam in dominum datur, quandiu seruus in do-
mini est potestate.§.omnis. Institu. de noxali.a-
ctionib. tamen pro personali debito dominus
conuenitur, licet res sit, id est seruus, qui offen-
derit seu peccauerit:sed facto personæ cōtingit,

ſed propterea realis dici non poteſt.§. oportet.
in authen.de manda.princi. Res,inquit,non de-
linquũt,ſed perſonæ,quæ res poſsident. Et pro-
pter id Accurſ. in dicto.§. quædam actiones. in
verbo,confines. Inſtit. de actio. dixit illam actio
nem noxalem de peculio,& alias per eum cõme
moratas,ſecundùm nõnullorum opinionẽ ano-
malas eſſe,id eſt,inquit Accurſius , nec in rẽ nec
in perſonã.quod Accurſio non placet,ſed pror-
ſus perſonales eſſe dixit.l.iij.§. eſt autẽ perſona-
lis hæc actio.ff.ad exhibẽdum. Cui adde dictam
l.j.§.ad hæc. verſicu.nemo,C. de annali except.
Redeamus ad Ioan. Andr. qui in loco prædicto
dicebat , in perſonali actione aliter diſtinguen-
211 dum eſſe. Aut enim † petebatur idem numero:
& tẽpus conteſtationis inſpicietur,dicta.l.ſi plu
ribus.ff. de lega.j. Si numero diuerſa : ſententiæ
tempus inſpicietur.l. inter eos.ff. de re iudicata.
Cum Ioan. Andre.idem conclusit Domi. de ſan
cto Geminia. in dicto.c.ſi duo.de procur. in.vj.
Sed iſta diſtinctio innullo præcedentibus obie-
ctis ſatisfacit: vt ex ſequẽtibus videbitur. Aliter
igitur poſt Petrum, Dinum,& Ang. diſtinguen
dũ eſſe hoc iuris brocardicũ exiſtimaui : tametſi
propter tãtorum patrum authoritatem & varie-
tatem dubium ſit. Quare dic aut de præuẽtione
ſeu præoccupatione officij quærimus:& iterum
hunc primum articulum diſtinguendum eſſe pu
to. Aut enim de eo loquimur , qui officium tan-
tum ſine iuriſdictione habet, qualis eſt procura-
tor: per litis conteſtationem præoccupatio fit, di
cta.l.neque.&.l.nulla.C. de procura.& non an-
tea l.pluribus.ff.de procur.& dicta.l.neq;. Aut
quis officium habet cum iuriſdictione ſibi com-
miſſa, qualis eſt delegatus iudex: & abſq; dubio
eſt per litis cõteſtationem præoccupationem &
prorogationẽ fieri. Neque amplius iuriſdictio-
nis ſuæ exercitiũ à partibus impediri poſſe.c.inſi
nuante.extra de offi. delegati. Hoc aperte gloſ.
declarat,& bene,in dicta.l.& quia.in verbo,an-
bo,antequam.ff.de iuriſdictio.omnium iudicũ.
dum allegat.l. & ſi non ſint.§. quid ergo.&.§. ſi
cui.ff.de auro & argẽ.legato. & aliis multas le-
212 ges. † A delegante autem ex cauſa quocunque
tempore reuocari poterit.l.iudicium ſoluitur.ff.
de iudi. Secundò in alio differunt , vt clarius ex-
plicemus quàm nunc diximus.procurator enim
re integra, id eſt ante litem conteſtatam à domi-
no ſine cauſa reuocari poteſt , dicta.l.pluribus.
&.l.ante litem.ff. de procuratori.l. mandatum.
C.mandati.§.recte. Inſtitut. mandati. poſt litem
verò conteſtatam nõ niſi cum cauſa reuocari po
teſt.c.quanuis.de procura.in.vj.l. poſt litem. &
octo legibus ſeq.ff. de procura. At in delegato
iudice ſi citando ſeu in ius vocãdo partem præ-
uenit de cauſa cognoſcet,niſi aduerſus eum ante
conteſtatam litem vel etiam poſt litem conteſta-
tam cauſæ recuſationis aut incompetẽtiæ ſuper-
ueniant, & proponantur : de quibus ſuſpicionis
cauſis cognoſcet delegans , dicto.c. inſinuante.
extra de offic.delega. vel iuris arbitri eligantur,
qui de cauſis ſuſpicionis cognoſcent.c.ſuſpicio-
nis.extra de offic.deleg.l.apertiſsimi.C.de iudi.
vel niſi à delegante propter ſuſpicionis cauſas,
aut alia iuſta ratione à delegãte reuocetur, dicta
l.iudicium ſoluitur.ff. de iudi. In ordinario iudi-
ce ſecus eſt. hic enim per ſolam citationem præ-
occupat, dicta.l.ſi quis poſtea quam.ff. de iudic.
Et id verum eſt ſi tempore citationis iudex erat
competens,per illum tex.&.l.cũ quædam puel-
la.ff.de iuriſdic.omnium iudi.& dicta.l. vbi ac-
ceptum.ff. de iudi. Et idem notare videtur Bart.
213 in dicta.l.nõ videtur.ff. de iudi. † quoniam per
citationem iſto caſu iudicium cœptum eſſe dici-
tur, dicta.l.ſi quis poſteaquam.&.c.gratum. ex-
tra de offic.deleg. Et ita intelligi debet.l.j.C. de
iudic. Canoniſtæ verò clericũ excipiunt, vt Hen
ric. Bobic notat in.c. propoſuiſti. extra de foro
competen. Inferius declarabimus. In hoc etiam
delegatus iudex cũ ordinario iudice ſimilis eſt,
vbi ab initio mandatæ ſeu delegatæ iuriſdictio-
nis in perſonam eius nihil proponitur, & delega
tus ſit ab eo qui poteſtatem habet delegandi: de
quo in.l.j.& fin.ff. qui & à quib.appella. vel niſi
noua cauſa pendente iudicio ſuperueniat, dicto
c.inſinuante.extra de offic.delega.l.prætor.§.ſi.
ff.de vaca.muner.l.ſi pariter.§.j.ff.de liber. cau-
ſa. vel vt iam dictum eſt, à delegante reuocetur,
dicta.l.iudicium ſoluitur.ff. de iudic. Aut enim
de iure quæſito vel quærendo tractatur. Nunc
Dini diſtinctionem amplectemur pariter & Pe-
214 tri à bella pertica. Et diſtingue, aut † enim con-
tra nullo iure obligatũ agitur ſiue reali ſiue per-
ſonali actione, non facta differentia an vnum ſit
debitum ex vna cauſa vel pluribus contractum,
vbi vnius præoccupatio alterius eſt excluſio , &
obligatio non eſt indiuidua : per ſententiam fit
præoccupatio, nõ autem per litis conteſtationẽ.
In his terminis loquuntur.l. ſi quis à multis.ff.
de noxa.actio.l.ſi verò.ff. de pecul.l.is à quo.ff.
de rei vendic.l.pe.ff. de peti.hæredi. Si verò con
tra iure obligatum agitur: & præoccupatio non
eſt alterius iuris excluſiua ſed declaratiua, tamet
ſi diuidua ſit: præoccupatio per litis conteſtatio
nem fit. Et ita intelligenda eſt.l.ſi pluribus.ff. de
legatis.j. Et hac ratione ſentẽtia contra primum
agentem lata alteri rei iudicatæ exceptionem nõ
parit, quin rei æſtimationẽ præbeat ſi victor rem
elegerit: quia in hoc non eſt niſi vnum debitum
numero: vt in ſimili textu sit in.l. in ſtipulationi
bus.§.ſina.ff. de verbo. obliga.l. libertus qui.ff.
de oper.liber. Non autẽ ſpecie differens, vt Bar.
in hoc ſibi contrarius innuere voluit Petrum re-
prehendendo. Verum eſt autem, eum qui primò
egit,& litem conteſtatus eſt optionẽ ſeu electio-
nem habere, vtrum velit rem, an verò æſtimatio
nem. Et ratio ſumi poteſt ex.l.ſumma.ff. de pecu
215 lio. dum ait, † Licet creditori vigilare ad ſuũ cõ-
ſequen

sequendum. l. pupillus. in fin. ff. quæ in fraudem credit. Et ad id. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. matr. induci potest, per quam actio de dote per patrem de filiæ consensu proprie intentata non dicitur nisi per litis contestationem: lite autem contestata filia amplius variare non poterit: quoniam per litis contestationem dicitur quis agere, sed ante litem cōtestatam dicitur tantum velle agere, dicta. l. amplius. ff. rem ratā haberi. Et ideo locum obtinet. l. qui prior. ff. de iudic. Is ergo prior egisse dicitur, qui primò litem est contestatus, dicta. l. si pluribus. ff. de le. j.

Si de iure quærendo agatur, & obligatio est indiuidua siue ex parte creditorum siue debitorum: & præoccupatio vnius alterius est exclusio: & præuentio seu præoccupatio fit per litis contestationem, dicta. l. ex duobus. secunda. in princip. ff. de duob. reis. l. fideicommissa. §. plerunq; ff. de lega. ij. quæ lex optimam declarationem ad dictam. l. ex duobus. ij. tradit, duntamē, inquit, is qui primus egit, & totum debitum con secutus est, caueat se defensurum iri si forte contingat alios postea agere. Gl. illic allegat. l. quid ergo. ff. de libera. lega.

216 Idem † in alternatiua obligatione dicendum esse puto: quoniam debitor vni soluendo liberatur, dummodo creditoribus ex tenore stipulationis vel obligationis electio concessa sit, non autem debitori. l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verbor. obligat. Et hoc modo præoccupatio seu præuentio per litis contestationem fit. l. si Titius. ff. de verb. oblig. Si vero causa est diuidua: & non potest vnius conditio per alterum deterior fieri. l. in executione. §. fina. Dixi plura in re petitione. §. Cato. in. l. iiij. ff. de verb. oblig.

Sed hæc distinctio, quatenus de citatione locuti sumus, articulum absoluere non videtur. Quid enim si iudicum alter verbali citatione, alter verò personali seu reali citatione præuenerit? Quis istorum iudicum cognoscere debet. Francisc. Aret. hanc quæstionem mouit in dicta l. si pluribus. ff. de lega. j. Henric. Bohic in dicto c. proposuisti. extra de foro competen. Bal. in. l. qui de crimine. C. qui accusa. pos. & in authen. ei qui iurat. C. de bon. autho. iudi. possid. in. l. plerisq; ff. de in ius voc. & in. l. neminem. C. de exhiben. reis. in. l. ij. ff. de iurisdi. omnium iudi. in dicta. l. si vero adhuc. ff. de pecu. Quam per varias & diuersas quæstiones expedire curabo, vt præuentionis materia clarius intelligatur.

Prima igitur quæstio est, Quis præuenire dicitur, An is qui citationem verbalem tātum decreuit, an verò qui realiter seu actualiter reum apprehendit.

Secunda, Quid si vnus inquirendo præuenit, alius verò citando vel capiendo reum, & sic in citatione verbali & reali præuenit?

Tertia, Si plures iudices per concursum simul iudices sunt, vt exemplo est authen. habita. C. ne fil. pro patre. l. j. C. de offic. præfec. vrb. vt si inferior iurisdictionem in illo crimine specialem habet, superior autem generalem habet iurisdictionem, vt in casu. c. per hoc. de hæreti. libr. vj. dum de pluribus à pontifice commissis loquitur, quibus concessa est inquirendi potestas de crimine hæreticæ prauitatis: An episcopi seu ordinarij iurisdictio adeo absorpta esse videatur, vt inquisitores illi specialiter ad inquirendum commissi præueniendo seu inquirēdo episcopū excludāt.

Quarta, Si vnus iudicum in puniendo præuenerit eum, qui citando & cognoscendo illū præuenerat: vtrius iudicis causa potior esse debeat? vt si forte ex eo crimine bona fisco applicari debeant, cui fisco applicabuntur: & id præcedenti quæstioni conuenit: cùm tertia pars bonorum hæretici iudici applicetur, vt inferius explicabimus.

Quinta, Si reus à duobus iudicibus pro eodem crimine occupatus est, coram eorum altero confessus est, coram altero negauit: Cuius iudicis causa erit in cognoscēdo & iudicādo potior.

Sexta, Si reus non excipit, An iudicum alter excipere poterit, & ecōtra: vt quia remissionem reus petat vel iudex.

Septima, Illius præcedentis consecutiua est, An etiam accusator remissionem petere poterit, si forte alterius iudicum fidem refugiat.

Octaua, Pone in eo qui tempore vnius iudicis vulneratus est, & alterius iudicis tēpore decessit: vter iudicum de occiso cognoscere poterit. Et hanc nouissimam quæstionem aliquando disputauimus, & plures illi similes post Moder. Papien. in. l. si ideo. C. de his quib. vt indig. per eosdem, præsertim Iaso. in. l. more maiorum. iiij. & v. colum. ff. de iurisd. omnium iudic. Alex. in apostil. Bart. in. l. damni infecti. §. Sabini. in verbo, quæro. ff. de damno infecto. Bald. in. l. cum ancillis. C. de incest. nupt. Barto. in. l. iurisperitos. §. cum oriundus. ff. de excusa. tutor. Petr. de Anchar. in. c. licet canon. iij. colum. de electio. in. vj. Feli. in. c. significasti. ij. extra de homicid. Text. in. l. fiscus. §. fin. ff. de iure fisci. dum ait ad sui temporis administrationem pertinere. Et illic glo. in verbo, pertinere. quare ne aliquid transcribere videar, plura de illa non tractabimus. De reliquis quæstionibus videamus, quarum meminerunt Barto. & Alexan. in apostil. eius in l. sepulchri. in verbo, secundum. ff. de sepul. viola. Barto. in. l. iurisperitos. §. cum oriundus. ff. de excusatio. tut. Feli. in. c. significasti. secundo extra de homici. Sed priusquam illas attingamus, vnam aliam quæstionē præmittere curauimus: cùm sæpius iudices non propter Iesum, seu reipublicæ beneficium huiusmodi difficultates & disputationes introducant, sed proprio commodo studētes, vt meminit Luc. de pen. in. l. si apparitor. viij. colum. C. de cohortali. libr. xij. & in. l.
217 militaribus. C. de decurion. libr. x. † præsertim

tribuni militum, qui ſpreto iuris ordine manci-
pata illa authoritate ſub ſpecie recti omnia cum
magna licentia agere ſatagunt, iuſtitiam violan-
tes: quibus vt facilius occurratur, Lucas ait in
lege, annonas. tertia columna. C. de erogatio. mi
litaris anno. libro duodecimo. regem debere hu
iuſmodi ſuis iudicibus certam & nominatam
ſummam & pro ſalario ſeu ſtipendio conuenien
tem decernere, & ex publico ordinare, ne iudi-
cibus ſæuiendi occaſio præbeatur, aut ſub colo-
re prouentuum conuentionibus aut alijs illici-
tis modis pecunias extorquere, aut in reos exa-
ſperare, & multis ſubditos adducere, vt ſui iudi-
cij fructum vberiorem percipiant: vt paulo an-
te diximus per. §. finalē. in authenti. vt nulli iudi
cum. collatione nona. &. §. quoniam vero con-
tingit. eodem titulo. quod vt nō fiat, faxit deus.
218 Progrediamur. † An per ſtatutum aut conſue-
tudinem de iure fieri poſſit, vt iudices qui de cri-
mine iudicant, multarum ſeu bonorum conſi-
ſcatorum partem, aut multas ipſas ſeu bona con
fiſcata accipiant. Ioannes And. in capitulo, cum
ſecundum. de hæreticis. libro ſexto. cuius dicta
Domini. de ſancto Geminia. illic tranſcribit, di-
xit hanc quæſtionem conſtitutionibus ſeu ordi-
nationibus pontificalibus in inquiſitoribus hæ-
reticæ prauitatis abſolutam eſſe. Per eas enim
hæreticorum bona in tres partes diuidere iuben
tur: vt vna pars apoſtolicæ cameræ applicetur:
altera pars inquiſitori tribuatur: alia verò pars
inquiſitoris officio reſeruatur, vt futuris caſibus
prouideatur, & in expenſas quas facere contin-
get conuertatur. Quæ tamen conſtitutiones ſic
à Ioanne Andrea & Domini. de ſancto Gemin.
commemoratæ ſcriptæ non inueniantur, quod
viderim: quæ omnino aduerſantur capitu. cum
ſecūdum. extra de hæreticis. & capitulo, vergen
tis. & capitulo, excōmunicamus. primo. in prin-
cipio. extra de hæreticis. Non omitto vnum, cu-
ius meminit Felin. in capitulo, ita quorundam.
219 extra de iudic. † Non valere præceptum papæ
laico circa ſua bona factum. Alleg. Innocent. in
capitulo, inquiſitioni. in fine. extra de ſententia
excommunicatio. qui generalius loquitur de
præcepto laico per papam facto, cui obedire lai-
cus non tenetur, ſecundum eum. Idem notat Fe-
lin. in capitulo primo, octaua columna. verſicu-
lo, tertia declaratio. extra de conſtitutio. vbi plu
ra Felin. tractat, an papa poſſit ordinem iudicia-
rium fori ſecularis mutare, vel circa illum ali-
quid ſtatuere. vbi per multa tenet, papam hoc
non poſſe facere. Adde Abbat. in capitulo, ve-
nerabilem. ſecunda & tertia columna. extra de
electione. eundem poſt Hoſtienſem in capitulo,
conſtitutus. extra de religio. domib. Non minus
tamen Ioan. Andr. in dicto capitulo, cum ſecun
dum. conſtitutiones illas papales rationabiles
probare ſtudet. Primò per. l. fina. C. de vectigal.
& commiſ. quæ tertiam vectigalium partem ci-
uitatibus præbet: vt in earum reparationem con
uertantur. Secundo per. l. primam. C. noua ve-
ctigs. impo. non poſſ. ſed melius. l. fina. eiuſdem
220 tituli, facit, † per quam prohibetur nouum ve-
ctigal imponi pœna contrafacientibus imminen
te: ſed in foro ſuo ſeruabuntur conſtitutiones pa
pales ſeu in territorio eccleſiæ, non autem in fo-
ro ſeculari. capitu. cauſam quæ. & capitulo, per
venerabilem. extra qui filij ſint legitimi. Dixi in
tracta. ſecunda parte. Secundò addit Ioan. An-
dreas. §. ne autem. in authentica de iudicijs: colla
tione ſeptima. qui iudicibus ſalarium de publi-
co non habentibus loco ſtipendij in præmium
laboris ſui permittit in litis conteſtatione ab
vtraq; parte binos aureos & in fine litis totidem
accipere permittit, atq; ob id nihil prorſus ex
multis aut pœnis per eos indictis eis accipere
concedit. Cui conuenit. §. primus. in authentica,
ſcriptum eſt exemplar. collatione ſecunda. qui
iudicibus ſalarium à principe vel de publico
non habentibus permittit ex omnibus cauſis
expeditis ſeu iudicatis, quantum in anno ad me-
diocrem vitæ gubernationem neceſſarium eſt,
duntamen à ſpontaneis non autem ab inuitis
exigant. Et illis vitæ ſuæ neceſſaria iureconſul-
tus Venuleius moderatus eſt in. l. eadem lege.
in fine. ff. ad legem Iuliam repetundarum. dum
221 ille text. ait, Vtique † vrbani magiſtratus ab
omni ſorde ſe abſtineant, néve plus doni mu-
neriſve in anno accipiant quàm quod ſit aureo-
rum centum. Et illum textum aliquando de-
duxi in pœnæ diminutionem cuiuſdam vica-
rij (locumtenentes vocant,) præfecti Cado-
menſis in oppido Faleſiæ commiſſi. Addebant
Ioannes Andreas & Dominic. tex. in capitulo,
& ſi quæſtiones. extra de ſimonia. & ille text.
ſemper mihi viſus eſt mirabilis, quando de
Cardinali loquitur, cui dono datus erat vnus
equus, vt munus ſeu donum illud conſidera-
ta perſonæ qualitate magnum non cenſeatur,
neq; papa iudicat accipiendo male feciſſe, tam-
etſi iudicantis officio functus eſſet: fortaſſis
quia dum Cardinalis eſſet tantundem acce-
perat: Ne in alijs mores improbet quos in ſe
approbare non dubitauerat. quod eſt contra
id quod dominus prohibuit, voluitque manus
ab omni munere mundas eſſe. Beatus, in-
quit, qui excutit manus ſuas ab omni mune-
re. Iſaiæ trigeſimotertio capitulo. Nam &
ethnici hoc prohibuerunt. in lege duodecim ta-
bularum ſcriptum eſt vt Cicero meminit ter-
tio de legibus libro, Donum munúſve ne ca-
piunto, néve danto, néve geſta néve geren-
da poteſtate, &c. Plura aliquando diximus.
Cæterum ex eo textu colliges maximum iudi-
cibus ad munera accipienda faciſime inclina-
tis aucupium, quo ſuam conſciētiam informare
poſſint,

possint, quid & quantum, & quandocunque volent accipiat. Discant hoc iudices à Canonistis, quorum indulgentia longe maior est ea qua iurecõsulti & Imperatores vsi sunt in.l. sancimus. C.ad.l.Iul.rep.§.j.in authẽ.vt iudi.sine quoquo suffrag.l.vnica.ff.ad.l.Iul.de ambitu.in.l.j.ff.de offi.præfec. vrbi.§.adhæc.versi. iubemus.in authen.de collator.colla.ix.§.præterea.in authen. de quæstore. Septimo addit Ioan. And.l.si chorus.§.fina.ff.de lega.iij.dum de testatore loquitur, qui nummos aliquos præsidij causa repositos habebat, vt iudices pariter habere debeant. Addit &.l.si pater.§.fina.ff.de dona.vt illa pecunia quæ iudicibus laboris remuneratoria sit, ad similitudinem eius qui cum à latronibus vel hostibus liberatus esset in præmium pecuniam dedit. Paritate rationis si iudex reum fortè vltimo supplicio secundum legis rationem ad dicẽdum liberauit, dignus est præmio, quia hominem à morte liberauit: & illam pecuniam sic datã mercedem eximij laboris Ioan. Andr. appellat istius sententiæ fuit Ioan. de Imola in.l.j. in fine.ff. de public.iudi. Commemoraui etiam aliquando dictum Auli Gellij in libr. noct. Attica. vij.c.iiij.
222 dum dicit † propitiandos esse iudices dum de vita hominis agitur. quod & Iason in aduocatis affirmare non dubitauit in.l.diuortio.iiij. col.ff. solu.matri. dicens tunc pecunias aduocatis currere dum hominis periculum imminet. Satis artem illam nouerat.

Ego verò in contrarium allegare soleo.l. in sacris.iuncta doctrina Lucæ de pen.in verbo, nihil amplius.C.de proxi. sacro. scri.libr. xij. Cui conuenit.§. si vero pro iudicum puritate. in authenti.scriptum est exemplar.colla.ij.in his verbis, nihil vltra quàm sacra nostra statutum est constitutione. Cui adde dictam.l. annonas. & quod illic Luc.not.C.de eroga.milita.anno.lib. xij.dum ille text. vult certam, taxatam & nominatam summam quibuscunque iudicibus & præfectis quibuscunque etiam officijs erogari: non autem pro cupiditate aut libidine iudicũ ex prouincialium visceribus eruere. Et illa verba Luc. de pen. sic interpretatur partem prouentuum & condemnationum eruere. Cui addo.l.ij.§. hoc autem.versi.si vero pro quibusdam causis.C.de offic.præfec.prætor. Afri.§.fi.in authen.vt nul. iudic.liceat. habere loci conserua. in his verbis, eorum substantiæ non fieri lucrum iudicibus. Quare dicere soleo in maioris scalæ præfectoa (vulgus mareschallos vocat,) seu maris alti præfectos (admiralos appellãt) aut eorum vicarioa seu locũtenentes, alios denique iudices simili prærogatiua vtentes, qui multas & pœnas ab eis indictas in propriam conuertunt vtilitatem, hoc alienum à iure, ratione & æquitate esse. Cuius opinionis est Andr.de Iser.in.c. vnico. quæ sint Rega.colla.x. in verbo, multarum pœnarumque compẽdia. & Luc.de pen.in dicta.l.annonas.C. de erog.militia.anno.lib.xij. Quibus addo.§. cogitatio.&.§.nulli.&.§.sequen.in authen. vt iud. sine quoq.suffra.colla.ij.&.§.primum.in authẽ. iusiurandum quod præsta.ab his. eadem collat. §.præterea.in authen.de quæsto.colla.vj.§.lube
223 mus.in authen.de collatori.colla.ix. Vel † pone in eo cui præmium pro denuntiandis criminibus conceditur: vt in.l.lex Cornelia.§.fina.ff.de iniur.&.§.& iudicare.in fi.in authen. de defens. ciuita.colla.iij. propter salarium per consuetudinem illis dari solitum non diminuitur per illum tex. sed id ab re non est: quia lege hoc permitten te percipiunt: sicuti in curijs parlamentorũ Franciæ concessum est, aut saltem regis conniuentia toleratum vltra solita stipendia sportularum nomine aliquid à partibus exigere. hoc etiam consuetudo admisit, quæ in hoc excusat, secundum Roma. in notabili 181. incipiente, tu scis quod ius canonicũ. zabarel. in cle.statutum.j.colum. in fin.de electio.Felin.in.c.ad apostolicam.col. ij.extra de simonia. Adde.§. pro consuetudinibus.in authen.de sanctis.epis. colla.ix. Sed cum de his plura aliquando dixerimus, nihil vlterius repetemus. Et disputationem nostrã præuentionis seu præoccupationis prosequemur, præsertim in eo quod de reali & verbali citatione locuti sumus.

224 Itaque dico † duas esse citationes seu in ius vocationis species: vnam verbalem, alteram verò realem. De verbali intelliguntur tituli, De in ius vocando. Ne quis eum qui in ius vocatus est. Si quis in ius vocatus non ierit. Qui satisdare coguntur. De eo per quem factum est. Et plerique alij tituli secundo Digestorum libro positi.

Fit autem verbalis citatio per nuntium.l. magis puto.§.ne passim.&.§.ne tamen.ff.de reb.eorum qui sub tutela vel cura sunt.l.j.§. finali. vbi Bald.ff.de off.præfecti vrb. quandoque per præconem.l.diuus.ff. de in integr. restit. aliquando per publica edicta.l.sed si pupillus.§.de quo palam.ff.de instito.actio. sæpissime per affixionem ad valuas ecclesiæ aut alicuius publici loci, per illum text.&.§.fiat. in authen. scriptum est exemplar.collat.ij.§.licentiam.in authent.vt determi. sit nume.cleri.coll.j. si forte domicilium non habeat is qui in ius vocand.est.

Fieri autem debet ad personam, si personæ copia haberi potest: alioqui ad domum.l. aut qui aliter.ff.quod vi aut clam.l.scire.§.qui autem.ff. de excusat.tutor.l. dies cautionis.§. toties.ff. de dam. infecto. vel ad locum beneficij si causa sit beneficialis aut ecclesiastica. Cle. causam electio
225 nis.de rescript. † Fieri etiam potest in iudicio reperto: tametsi plerique dubitauerint an necessaria sit citatio, cum in iudicio præsens inuenĭatur.l. deberi.C.de libe.causa.c.venerabilibus.§.secus. autem.de sent.excommu. in.vj. de qua per Roma.in.l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec. Moder.in.c. quoniam cõtra falsam.extra de proba.

in.l.si quis id quod.ff.de iurisdi. omnium iudic. in authen.qui semel.C.quomodo & quando iudex. Henr. Bohic in.c.proposuisti.extra de foro competen.in.l.sancimus.per Moder.C.de iudi.

Alia & secunda est citationis species, scilicet realis, quando iussu magistratus & inquisitione praecedente fit.l.neminem.C.de exhiben.reis.§.quadrupli.instit.de actio.& in.l.fin.in pluribus illius legis partibus.C.de his qui latro. occulta. Primo in capite legis ibi, vt tradant prouinciali iudicio eos qui requiruntur.§.si vero.ibi,ad detinendos reos.§.sinautem.&.§.tribuni.&.§.fin. &.l.fallaciter.C.de abolitio.Illic,id est si vel carceres sustineant.l.diuus.ff.de custo.reo.l.j.& fi. C.de curios.& statio. libr.xij. de quo per Bald. argu.illius text.in.l.ea quidem.C. de accusat. & illorum salarium taxatur in.l.fina C.de princip. agenti.in reb.lib.xij.dicta.l.in sacris.C. de proxi.sacro.scri.lib.xij.l.j.§.fina.C.de offic.praesec. praeto.Afri.scribunt de ea citatione reali Bal. & alij in authent.qua in prouincia.C.vbi de crimine agi oport.Ang.Aret.in tracta.malefi.in verbo, iudex commisit quod citarentur. Quidam sunt iudices qui merum non habent imperium, pariter nec incarcerandi potestatem: vt in dicta l.j.& fina.C.de curios.& statio. lib.xij. Accurs. illic plures leges addit. Alij verò personae apprehensionem habent: vt in.§.nulla. &.§.& iudicare.in authent.de defenso.ciuita.colla.iij.praesertim vbi facilius iudicis copia haberi non potest. l.generali.C.de decurio.lib.x.l.miles.§.sexaginta.&.l.capite quinto.ff.ad legem Iuliam de adulter.Plenius tractatur in.c. cùm non ab homine. extra de iudic. Moder.post Bal.in.l. Imperium. ff.de iurisdi.omnium iudic. His sic praemissis ad quaestiones nostras declinandum est.

226 Prima est, † Si duo sunt iudices iurisdictionē per cōcursum habētes, quales sunt praefectus vrbis & praefectus annonae in.l.j.C.de offi.praefecti vrb. vel in exemplo authen.habita.C.ne fi. pro patre.veluti est Aureliae in praefecto prouinciae Aurelianae (bailliuum vocant) & praeposito seu praetore ciuitatis, qui aeque ambo protectores,seu,vti dicunt,priuilegiorum regiorum vniuersitatis sunt conseruatores, qui praeuentione vtuntur: alter verbaliter citando praeuenit, alter verò personam apprehendendo praeoccupauit: Quis istorum cognoscet? Alexander in apostil. Barto.in dicta.l.sepulchri.in verbo, secundo videndum est.ff.de sepulch.viola. plures commemorat qui hanc quaestionem disputauerunt. & pro maiore parte ab Ang.Aret. habuit in dicto tractatu malefi.in verbo,iudex commisit.Ex his multi volunt eum praeoccupasse qui personam apprehendit. Hoc dicunt Ange.& Pau. de cast. in dicta.l.si quis posteaquam.ff.de iudi.Bald.in authen.sed nouo iure.colum.penul.vers. sed pone in ciuitate Parisij.C. de ser. fugiti. & Angel. Aret. in loco praedicto cum eis sentit. In primis hac ratione mouentur: quemadmodum verbalis citatio praeuentionem operatur: fortius realis quae per personae detētionem fit: cùm fortior sic verbali citatione,dicta.l.fallaciter.in princip.C. de abolitio.Primo dum illum text.sic inducunt,

227 † accusatorem audiendum esse si abolitionem petat,nisi accusatus carceres sustinuerit, tormenta,vel verbera &c. Secundò dicunt illi iudicem facilius suam sententiam executurum,si reū vinctum in carcere teneat, quam qui vinctum Reū non habet: & maxime cùm hodie remissio quae de iure fieri debet.l.si cui.§.fina.ff. de accusatio. cle.pastoralis.§.deniq̃.de re iudica.per Bald. in l.iniuria.iij.colum.de pace tenen.& iur. firman. colla.x.hodie non fit: quare potior est realis citatio seu personae detentio.

Reperio autem Augustinum de Arimino in apostil. Angeli Aret.in dicto tractatu in verbo, iudex commisit.huic opin.contradicentem: cùm haec Baldi & caeterorum sententia in iure scripta non inueniatur secundum eum. Non inficiatur autem Bal.& alios in dicta.l. si quis posteaquā. illius fuisse sententiae, cuius suprà mentionem fecimus, sed eam nulla probari lege ait. Caeterum comperio Baldum in.l.senatus.in vltimis verbis sui commentarij.C.qui accu.poss.allegare duos text.videlicet dictam.l.si cui.§.fina.ff.de accusa. &.l.secundam.§.fina.ff.de custo. reo. Existimo Bald.illas duas leges ad id voluisse tantum alle-

228 gare, † vt probaret citationem realem esse personae prehensionem: quoniam ex eis elici nō potest iudicem prehendendo personam praeoccupare seu praeuenire eum qui verbaliter tantum citauit. Sed illae duae leges intelliguntur de reo diuersis criminibus coram duobus iudicibus accusato: An is qui primo reum apprehendit, maxime si minor est altero,remittere teneatur maiori iudici reū forte de grauiori crimine accusatū.

Et clarum est per illum text. iudicem inferiorem qui reum pro crimine etiam minore apprehendit,non teneri reum etiam pro alio grauiore crimine coram superiore iudice accusatū remittere, donec de illo diffinierit: sed postquam crimē illud diffinierit, necessitatem illi imponit lex superiori iudici remittere, vt reum de alio grauiore crimine puniat. Et sic realis citatio, id est personae apprehensio iudici etiam inferiori potestatem praebet prius cognoscendi & diffiniendi super crimine quo accusatus extiterat, quam remittere teneatur.

Sed illa lex in nullo prorsus articulo propositae quaestioni conuenire potest. Nam quaestio nostra est de reo coram duobus iudicibus de vno eodemq̃ crimine accusato: cuius criminis vterq̃ iudicum competens est. Sed eorum alter alium verbaliter citando praeuenit, alter verò alium iudicem personam capiendo praeuenit. in quo casu non loquitur lex, si cui. sed solum, vt suprà dictum est, de reo duobus criminibus irretito,

irretito, & coram diuersis iudicibus & in diuersis prouincijs ad iudicandum commissis accusa-
229 to. In qua specie Iurecōsultus ait, † iudicem qui personam rei vinctam tenet, etiam si reus coram iudice superiore de grauiore delicto fuerit accusatus, nō teneri tamen reum accusatum remittere donec de illo crimine quo coram se accusatus erat, diffinierit: quare illa lex huic disputationi non conuenit. Et multo minus. l. ij. §. fin. ff. de custo. reo. quæ de reo loquitur, qui ab vno iudice exhiberi postulatur vt exhibitus in carcerem detrudatur pro crimine quod longe antea commiserat, quàm à primo iudice pro alio crimine detineretur: & non vult ad illum iudicem posse remitti. sed nō abs re: quia iam in potestate primi iudicis erat, & per eum carceri mancipatus. Secunda ratio est, quæ ex illo text. rectè defendi potest: quoniam absurdum esset ad illum remitti, qui pro crimine quantumcunque antea commisso nullam adhuc de illo crimine notionem acceperat, imò neque verbalem citationem decreuerat. Probatur in verbis illius legis dum ait, quod ante admissum est rei nō recipiūtur. Et illic glos. rectè præsensit in verbo, admissum. & in verbo, recipiuntur. Imò plus illa lex clare nō aperit, an reus coram eodem iudice fuerit de duobus criminibus accusatus, de quorum altero, quod nouissimum erat, primùm reus postulatus fuerat: de secūdo verò, quod antea commiserat, coram eodem iudice recommendatus (vt verbo magistrali vtar) quod illa lex non admittit. Quæ species longe à nostra disputatione differt.

230 Ex his igitur infero, Quoties † plures accusationes contra aliquem ex diuersis delictis & coram diuersis iudicibus fiūt, vt in. l. si maritus. primo. §. si extraneus. vbi Barto. & Alex. in apostillis eius notat. ff. ad legem Iuliam de adulter. ille iudicum qui primus capiēdo personam seu corpus rei accusati retinendo præuenit seu præoccupauit, ille primus processum complere & perficere debet, seu corā eo accusatus reum peragere tenebitur. §. si quis verò comprehensorum. in authenti. vt nulli iudi. lice. habe. loci conserua. col. la. ix. Et idem notat Ioan. de Imola in dicta. l. is qui reus. ff. de publi. iudi. Et licet Bar. in dicta. l. si cui. §. fi. ff. de accusa. Petrum & Cinū reprehēdat, dum in authenti. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi opor. dicāt reum à primo iudice detentum seu incarceratum lata super crimine sententia, teneri reum pro alio crimine coram alio iudice postulatum ad solius iudicis requisitionē per nūtium aut per literas aut epistolam factam remittere. Bartol. in hoc dicit Petrum & Cinum errasse seu male locutos fuisse: cùm par in parem imperium non habeat: sed debeat ille iudex principem consulere, & requirere qui suis literis aut sua epistola iudici rescribat vt reum sibi remittat. Et Barto. dicit ita probari in dicto. §. si quis verò comprehensornm. Sed videtur pro Barto. contra Petrum & Cinum plus vrgere dicta. l. si cui. §. finali. ff. de accusatio. dum ille text. ait, Diuus Pius Pontio procōsuli rescripsit, postquam cognouerit de crimine in sua prouincia admisso rum. Sed cùm bona domini Bar. venia dixerim, Bartol. cōtradicit dicto. §. si verò comprehensorum. & mirum est quomodo Barto. vir plurimū oculatus ad illum tex. non aduerterit. Inquit ille tex. Iubemus prouinciæ illius iudicē in qua peccari quid huiusmodi contigerit, epistola publica vti ad prouinciæ illius iudicē in qua persona delinquens degit. Nisi forte Bart. qua nescio occasione super his duobus vocabulis, epistola publica. subaudire aut subintelligere voluerit, id est imperatoris. quod quantū à verborū proprietate aliena esset huiusmodi interpretatio, quibuscunque patet. Et vlterius pro Petro & Cino cōtra Barto. allego. l. ij. C. de his qui latro. occultaue. quam in pluribus illius legis partibus annotare intendo. Primò in. §. sin autem. versicu. tunc iudex prouinciæ memor periculi sui à viro deuoto tribuno seu primatibus militum qui in locis sunt, auxilium postulet. Et perlege versic. totum vsque ad versicu. quod si aduersus. Secundò in versic. tribuni etiam. in his verbis, admoniti per literas iudicis. & in. §. fina. eiusdem legis. ibi, rector prouinciæ à tribuno vel à primatibus numeri faciet dari si ciuilia non posse sufficere prospexerit. & in. §. deinde eos. in authenti. de defenso. ciuita. collatione. iij. Illic & officiales prouinciæ quicunque in ciuitate sunt illa in qua defensor est, illi obedite & adiuuare. & in fine eiusdem. §. idem repetitur. Tertiò addo. §. licentiam. in authenti. de quæstorib. collatio. vj. dum ait, licentiam verò similiter ei damus publicis epistolis ad prouinciarum præsides &c. Ex his igitur plus æquo constat necessariam non esse imperatoris authoritatē requirere, cùm à lege iudicibus scribendi potestas præbeatur. Nulli autem dubium esse potest, id cum maiore authoritate fieri si imperatore seu principe scribente fiat: quemadmodum in dicta. l. si cui. §. fina. ff. de accusa. factum est. Neque obstat Barto. argumentum, quod est parem in parem imperium non habere. quia in hoc de paritate nō tractatur, imò nec tractari potest: quoniam in dicta. l. si cui. §. finali. iudex qui reum postulabat, non tantum par erat, imò superior erat, qui suo inferiori imperare poterat: vt
231 in. l. j. C. de offic. præfec. vrb. † Sed fortius dico, non dixerim pari tantum obediendum esse, imò inferiori iudici id postulanti pro Reipublicæ beneficio & iustitiæ implemento obediēdum esse, dicto. §. deinde eos. in authentica, de defensori. ciuita. collatione. iij. Nam etsi ciuitatum defensores inferiores dicantur iudices. §. & iudicare. in authentica, de defensoribus ciuita. collatione iij. l. magistratibus. ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. prima. C. de defensoribus ciuitatum. tamen ille textus in dicto. §. deinde eos. authori-

tatem dat defensoribus in hac re præcipiendo superioribus magistratibus & iudicibus, cuiuscunque ordinis sint, vt illis obediant. Similiter in dicta. l. fina. C. de his qui latro n. occulta. iudex ciuilium caosarum & præses tribunus militum imperant, tribuni autem secundum gradum post principē tenent. l. secūda. §. in initio ciuitatis. & §. deinde cùm post aliquot annos. ff. de orig. iur. l. secōda. §. hoc autem. C. de offic. præfecti prætο. Africæ. Quare Bart. ratio quæ de paritate facta est, etiā per dictam. l. si cui. §. fin. ff. de accusa. non concludit: vt paulo ante diximus. de ea autem paritate vtraquàm Barto. dicat in dicta. l. secunda. §. fin. ff. de cust. reorum. vide. l. est receptum. & quod illic ab omnibus scribitur. ff. de iurisdi. omnium iudic. in. l. apud filiumfamilias. ff. de manumissis vindicta. in. l. apud eum. ff. de manumis. Nō prætermitto vnum cuius Barto. & Alexan. meminerunt in dicta. l. sepulchri. ff. de sepulchr. violato.
232 hodie ex † cōsuetudine Italiæ remissiones nō fieri, sed iudices coram quibus rei postulati seu desiderati sunt, de criminibus cognoscunt. Id etiā praxis Galliæ obseruat. Nulla enim remissio fit, nisi expresse à principe mandatum fuerit. sicuti nouissimis diebus de quodam sacerdote factum est, qui coram prouinciæ Caletensis præfecto aliquem accusauerat, alius etiam sacerdotem corā maioris scalæ præposito (marescalos vulgus appellat) reum fecerat q contra regis edictum aucupauerat, & retibus & alijs plagis perdices prēdiderat, crimē primo delatum regis authoritate præfecto prouinciæ Caletensis ea lege diffinien dū remissum est vt diffinitis illis criminibus sacerdos præposito marescalorū remitteretur cognituro de crimine quo sacerdos impetitus erat. Rari etiam sunt iudices, qui de huiusmodi causis contendant: dū tamē regij sint, si pro reipublicæ & iustitiæ beneficio sic reos remittere expediat: quandoque autem onera quibus rei grauati inueniuntur, vt inquit. l. prima. §. finali. ff. de quæstio. remittunt, seruatis reis, si illos pœnæ addice re expediat, iuxta Bar. doctrinam in dicta. l. secūda. §. finali. ff. de custodia reo. & in dicta. l. si cui. §. finali. ff. de accusati. excepto vno, in quo Bartolus distinguit, an vna causa grauior sit altera, per. l. contumacia. §. primo. ff. de re iudicat. quæ tamen mea opinione hoc non dicit: sed de eo loqui videtur qui tempore accusatæ contumaciæ coram iudice in maiore causa præuentus erat. In quo nullum dubium esse potest. alioquim obstaret dicta. l. si cui. §. finali. in qua prius de minore crimine etiam coram inferiore iudice cognitum & diffinitum est, & maioris criminis causa etiam coram superiore iudice dilata est. Secundo non videtur eadem ratione gratificationi locum esse, cuius gratificationis materiam amplo commentario explicuimus in. l. tertia. §. si maritus. supra
233 eodem. † Et ratio in ciuilibus quare gratificationi locus esse non potest: quoniam si coram duobus iudicibus aliquis vocetur eodem tempore: & pro eadem causa compariturus tunc minor cedere debet maiori, & in ius vocatus non excusatur, si in maiore auditorio non compareat. Ediuerso excusatur, si neglecto minore iudice in tribunali maioris iudicis comparuerit. l. contra pupillum. §. is qui ad maius tribunal. ff. de re iudic. si verò duæ causæ sunt, quarum altera ciuilis est, altera verò criminalis, & graue periculum allatura: quæ quia frequentius personam desiderat. l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. fortè tutius esset coram iudice criminum comparere. Ego autem, vt clarius hunc articulum explicem, distinguēdum esse puto. Aut enim reus de eodem delicto à pluribus & coram diuersis iudicibus accusatur: si eodem tempore huiusmodi accusationes fiant, vniuersa cognitio maiori iudici remitti debet, dicta. l. cōtra pupillum. §. is qui ad maius. ff. de re iudica. intellige verum nisi minor magistratus merum & mixtum habēs imperium manū in reum iniecerit & carceri mancipauerit, maiorem iudicem per manuum iniectionē præoccupando seu præueniendo, dicta. l. si cui. §. fi. ff. de accusatio. lege secunda. §. finali. secundum vnam interpretationem. ff. de custod. reo. imo secundum illam legem, si cui. magistratus ratio nō habebitur, etiam si alio crimine quantumcunque maiore apud illum iudicem reus grauatus inueniatur. in quo ille text. est plurimum notandus: quia singularis est. Nec inferior telam iudiciariam differre debet, per illum text. & id alia ratione, ne dum illi iudices de sua iurisdictione contendunt, reus interim in carcere marcescat. quod summopere iudices cauere debent ne id faciant, lege prima. C. de custod. reorum. lege, aut damnum. §. solent. ff. de pœnis. si verò inferior iudex merum non haberet imperium, superiori remittere debet. §. audient. in authentica, de defensoribus ciuitatum. collatione tertia. Si verò pro eodem crimine coram diuersis iudicibus eodem tempore accusatur: & nouissima accusatio reijcienda erit, lege, qui de crimine. C. de accusa. aut saltem differenda. l. ne ganda. C. qui accusare possunt. lege, is qui reus. vbi hoc notat Ioannes de Imola. ff. de publicis iudicijs. in his verbis, nec ante potest accusare, quàm fuerit excusatus. Et inferius paulò, Est enim constitutum ab imperatore nostro, & diuo patre eius, post damnationem accusationē &c. Ne si forte qui primus ad accusandum prosilierit calumniose desistat, seu lusoriè crimen prosequatur, lege tertia. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. lege, in senatusconsultum. in principio. ff. ad Turpilianum. lege, cum non iusto. ff. de collusione detegend. Sed prædicta intellige vera si iam reus detentus est & in carcerem coniectus: quoniam iam incarcerati contumacia ab alio iudice accusari non poterit. l. secunda. §. finali & l. sed & si quis. §. illud. versiculo, plane. ff. si quis

cautio.

cautio. & id iuuari potest ratione dictæ.l.contra pupillum.§.is qui ad maius.ff.de re iudicata. Et vbi illius contumacia accusaretur, succurretur ei illo edicto, si quam mihi iusta causa vi debitur.l.succurritur.§.vincula.ff. ex quibus causis maiores.&.l.secundæ.C. quibus ex causis maior. & Bartolus in dicta.l.secunda.§.fina-
234 li.columna secūda.ff.de custod.reo.dicit † processum qui aduersus reum fiet nullum esse si iudex illum sciat pro illo aut diuerso crimine esse incarceratum.secus autem si iudex incarceratū esse ignorauerit:quia tunc iudicium illud appellationis remedio rescindendū erit. Allegat glos. in.l.quæsitum.ff.de re iudica. Non reperio glos. in illa lege hoc dicere: comperio autem dicere sententiam contra morbo laborātem latam pro non lata habēdam esse,si sciuit iudex illum morbo laborare: non autem si ignorauit.l.ea quæ. C.quomodo & quādo iudex.ad similitudinem eius qui rei publicæ causa abest,qui nec procuratorem mittere tenetur.l. secunda.§.primo.ff. si quis cautio.Non comperio illam glos.præter il los duos casus quicquam excipere,videlicet legitimæ absentiæ, pariter & morbi seu malæ valetudinis,per illum textum.non autem de carcerato loquitur: qui ab illis casibus plurimum differt: vt paulo post discutiemus iuxta Ioann. de Imola doctrinam in dicta.l.is qui reus. ff.de publicis iudicijs. quamuis prima facie obstare videatur dicta.l.succurritur. &.l.miles. §.quidam accusare. ff.ad legem Iuliam de adulterijs. Quare Baldus in dicta.l.secunda. C. quibus ex cau-
235 sis maiores. contra Bartolum tenet, † vt processus in incarceratum factus nullus non sit, sed valebit:tametsi aduersus eum restituatur, per illum text.&.l.ij.§.finali.ff.de custod.reorum. Et ipsemet Barto.in dicta.l.is qui reus. in finalibus verbis sui commentarij. versi.item per hanc glo. ff.de publi.iudi. Inducit glo.finalem illius.§.per quam dicit probari in carcere detentum & citatum coram alio iudice teneri procuratorem mittere:alioquin imputandum illi esse si per procuratorem non compareat.quanquam postea se re mittat ad ea quæ scripsit in dicta.l.ij.§.fina. ff.de custo.reorum.Idem Barto.in.l.ij.in fine.ff.de in ius vocand. iterum dicit processum esse nullum, qui in incarceratum scienter fit:secus si ignoranter,per dictam.l.quæsitum. ff.de re iudicata.qui text.hoc non probat:sed,vt paulo ante diximus, de eo tantùm loquitur, qui morbo detinebatur, contra quem lata est tempore morbi sententia, nulla scientiæ vel ignorantiæ distinctione facta. Et ratiõe mouetur: quia in nulla culpa est ei qui male valet quare in iudicio non comparet. Quæ ratio non semper in eo, qui in carcerem tractus est,recipitur. Quid enim si propter suam culpam detinetur? Hac ratione processus in eum factus valet,licet restituatur,dicta.l.secunda.C.quibus ex causis maiores.quæ lex vult causam retentionis iudici manifestari,si de ea docuerit vult illum restitui,& causam instaurari. Latius inferius explicabimus. Paulus de Castro in illa.l.secunda. sequitur Bartoli sententiam in dicta. l. secunda. §.finali. ff.de in ius vocand. Et ne processus nullus declaretur cautelam dat, vt Cæsarianus vel seruiens in relatione sua non inferat eum, quem in ius vocauit,in carcerem detentum esse, vel illum in carcerem retentum citasse, sed quod ad domum seu domicilium eius illum citauit: ne ex actis appareat iudicem incarcerationis notitiam habuisse. Sed Paulus modicè cautus est. Quid enim si aliter quàm per seruientis relationem iudex de incarceratione certior factus est? cautela Pauli de Castro. Iudicem ab ignorantia non releuaret. Et hac ratione Ioan. de Imola in
236 dicta.l.quæsitum.ff.de re iudicata. ait, † absentem vel alio iusto impedimento occupatum admittendum esse ad probandum iudicis scientiam seu notitiam: & vbi iudex reum ad probandum nollet admittere, pro ꝓbato habebitur, eo quòd de damno vitando reus certat. Allegat. l. iure ciuili.ff. de conditioni.& demonstra.l.ait prætor.§.si quis deinceps.ff.si in fraudem credito.c. interposita. extra. de appella. sed in hoc verior videtur esse Barto.sententia in dicta.l.secunda.§. fina.ff.de custod.reo.dum in ea Barto.dicit, per remedium appellationis processum irritandum seu annullandum esse. Sed eam veram intellige vbi reus coram iudice impedimentum allegauit,& illud probare voluit,sed iudex admittere noluit si tunc per appellationis beneficium irritandum seu annullandum erit illius iudicium,& in causa appellationis reus impedimentum probare poterit. Et si forte propter iudicis culpam contigerit probationem perijsse, quia testes mortui sunt, per quos reus conuentus impedimentum probare voluit, impedimentum veluti probatum habebitur: & sic medio appellationis reus obtinere debebit. Sic debet Barto.sententia intelligi, pro qua est capit. ex parte A.extra de testibus. glossa in dicto capitulo, interposita.extra de appellationibus. Licet glossa in illa Decretali differentiam faciat inter exceptiones declaratorias & perēptorias: quæ quantum ad id consideranda non est. Circa quam vide illic Innocentium. Nec in hoc admitto distinctionem scientiæ vel ignorantiæ iudicis, quia omnino incarcerandus restituendus erit. Et vtranque opinionem Baldi in dicta. l. secunda. C. quibus ex causis maiores. & Bartoli in dicta l.secunda.§.finali.ff. de custod.reorum. puto simul coniungendas esse: vt sic dicamus, vt reus
237 † qui incarceratus erat, contra quē non obstante carceris impedimento per alium iudicem condēnatus est, quia procuratorē seu exeusatorem non misit, qui suum impedimentū proponeret, secundum Bart. doctrinam in.l.is qui reus. in vltimis verbis sui cōmentarij.ff.de publi.iudi.Pro

quo est. l. Papinianus exuli. ff. de mino. si illo nō obstante iudex vlterius processit, per remediū appellationis annullandus erit huiusmodi processus. Et in his terminis intelligi debet Bar. sententia in dicta. l. ij. §. fina. ff. de custod. reo. vt grauamen à iudice illatum beneficio appellationis tollatur. Si autem impedimentum coram iudice reus nō ꝓposuerit, & ob id iudex vlterius processerit: non beneficio appellationis, sed in integrum restitutionis processus instaurandus erit, dicta. l. secūda. C. quib. ex cauſ. maior. Et in hoc verior est Baldi opinio in illa. l. secunda. opinione Bar. in dicta. l. ij. ff. de in ius vocand. quia processus per iudicem factus nullus nō erit, sed per beneficium restitutionis in integrū restituēdus. l. succurritur. ff. ex quib. cauſ. maior. Et si forte iudex eum non velit restituere, neque impedimēti probationem admittere: appellandum erit, & per remedium appellationis primum illud iudicium rescindendum & annullandum erit, iuxta formam superius positam.

Non ꝓtermittā referre Ang. in. l. sed & si qs. §. illud. ff. si quis cautio. dum per illam. l. in versi cu. plane. ait incarceratum restituendum esse, si

238 ue iustè siue iniustè reus detentus fuerit. † Et id dicit probari in illo versi. plane. quanquàm glo. illic contrarium affirmet in verbo, vti nō possit, per dictam. l. ij. §. fina. ff. de custod. reorum. quæ contradicit illi legi secundum eum: quia iniustū esset & nimis graue illum aduersus magistratū reseruare, qui male iudicauit. Paul. de castro in d. l. ij. C. quib. ex cauſ. maio. duo firmat. Primū Bart. authoritatem in. l. secunda. ff. de in ius vocand. dum ait, sententiam & processum contra incarceratum scienter à iudice factum nullum esse. Secundum dictum eius est, locum tunc esse restitutioni aduersus huiusmodi processum, si cōstet incarceratum non sua culpa fuisse incarceratum: alioqui restituendum nō esse. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Sed cum Alexan. & Moder. Papiens. plura dixisse comperiantur, & per nōnullas distinctiones Baldi & Barto. opiniones concordare studeant: priusquàm illas attingamus, volui nonnulla præmittere, quæ ad intelligentiam dictæ. l. Papinianus exuli. visa sunt mihi necessariò conuenire: quā rectè posse declarari arbitror medio. d. l. sed & si qs. ff. si qs cautio.

239 In primis illa. l. Papinianus. † beneficium restitutionis minori competens exuli etiam minori vigintiquinque annis denegat, si forte durante exilio tempus petendæ restitutionis lapsum fuerit, si per procuratorem prætorē adire potuerit. Nec dixit Papinianus præsidē vbi erat. Duo videntur ex illa lege probari, videlicet exulē tametsi capite diminutū per procuratorē capacē esse actionis. quod videtur contra. l. secundam. ff. de publi. iudi. Secundò, qui in exilium mittitur, tametsi nō sine culpa sua mittatur, tamē per procuratorem in iudicio etiam agendo comparere potest, per illū tex. Secundò, si is qui exul est intra tempus restitutionis petēdæ petat restitui: audiendus est, saltem per procuratorē: post autem lapsum restitutionis tempus non auditur. quare Pauli de castro conclusio non rectè in illa. l. Papinianus. probaretur: quoniā adhuc restitui potest quantumcunq; sua culpa exul sit. Ego puto illam. l. Papiniani exuli. interpretationem assumere. Alioqui. §. rei capitalis. &. §. illud. illa. l. sed & si quis. ff. si quis cautio. plurimum illi aduersarentur, dum ait damnato in exilium exceptionem competere, videlicet quia propter exilium comparere in iudicio non potuit.

Sed quæritur, in quo hæc exceptio dānato proderit: & respōdent hanc exceptionem fideiussoribus necessariam esse: vt in. l. si vero pro condē

240 nato. ff. qui satisda. cogun. † aut si forte, inquit, in exilium salua ciuitate abijt. de quo exilij genere puto intelligendam esse dictam. l. Papinianus exuli. ff. de minori. cuius mentio fit in. l. exilium. ff. de interdi. & relega. qui iura ciuitatis nō amisit, & ideo per procuratorem in iudicio comparere potest, etiam agēdo. Et hac ratione cū procuratorem constituere potuit, & non fecit, imputādum est illi. Et sic vera nō esset Pauli de castro ratio in dicta. l. secunda. C. ex quib. cauſ. maior. dum de incarcerato loquitur sua culpa detēto: quoniam in dicta. l. sed & si quis. §. illud. versic. plane. ff. si quis cautio. is qui in vinculis detinebatur, culpa sua detentus erat: & tamen exceptionem ex illo edicto concedit, pariter & excusationem, si in iudicio vocatus non comparuit: eo ꝙ ꝓpter vincula quibus detinebaē, ꝓhibitus est cōparere: imò, q̄d plus est, lex exceptionē in exilium damnato concedit: & sic crimen eius nihil illi obest quo minus excusetur, siue in vinculis tantum detineatur, siue condemnatus sit. Cui cōcordat dicta. l. succurritur. ff. ex quib. cauſ. maior. quæ solum cōsiderat an reus in vinculis publicis detentus sit: nō autem quærit ex qua causa detentus sit, sed solum quod in publicis vinculis detineatur. Similiter. l. secunda. C. quibus ex cau. maior. in hoc tamen verum dixisset Bart. in dicta. l. is qui reus. in fi. ff. de publi. iudi. in publicis vinculis detentum teneri excusatorē seu procuratorem mittere, qui suo nomine in iudicio cōpareat, dicta. l. sed & si quis. in fi. princip ij. ibi, defensori eius exceptio ista ꝓderit. Alioqui eius contumacia accusari poterit: ad similitudinem exulis, qui ciuitatis iura propter exilium nō amisit: qui ideo in integrum restitutus non fuit, quia procuratorem mittere potuit. & propterea processus aduersus eum factus non erit nullus. Fateor autem aduersus illum processum posse restitui, si hoc iudici constiterit, dicta. l. secunda. C. quib. ex cauſ. maior. Et si opponaē ei contumacia, excipiet de vinculis quibus detinebatur, dicta. l. sed & si quis. §. illud. versic. plane. ff. si quis cautio. Proderit & fideiussori & defensori eius,

per

per illum tex. quem superius recte cõsideramus. Iason in dicta. l. ij. ff. de in ius vocan. trāsplantat seu transcribit circa prædicta nonnullas Alexā. de Imola distinctiões: illas succincte repetemus: mox quid in hac re sentimus, aperiemus. In primis Alex. ait Ioā. de Imola in. l. quæsitū. ff. de re iudica. sequi Bar. in dicta. l. ij. ff. de in ius vocan. sed quod in dicta. l. is qui reus. colū. xix. ff. de publi. iudi. contrarietatē Bart. studet hoc modo cõcordare, vt id quod Bar. scripsit in dicta. l. is qui reus. de carcerato intelligatur, qui sua culpa detentus est, dicta. l. Papinianus exuli. ff. de minori. si sine culpa sua detētus est: & procedat quod Bart. scripsit in. l. ij. §. fina. ff. de custod. reo. & in dicta. l. ij. ff. de in ius vocan. & in. l. secunda. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. dum distinguit,
241 Aut carceratus potuit procuratorem constituere: & tunc sibi imputet, dicta. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Et procedat Bart. opinio in dicta l. is qui reus. Sed vbi ista duo concurrunt, quia detentus, & facultatem non habet constituendi procuratorem: tunc procedat Bart. sentētia in dicta. l. secūda. ff. de in ius vocand. vt nullus sit iudicis processus. Comperio autem Ioan. de Imola aliter fuisse locutum quàm Alexan. de Imola referat. In primis loquitur in terminis iustæ absentiæ. Secundò Ioā. de Imola longam & valde diffusam materiā intrat de impedito quomodo & quando excusetur seu excusari debeat, si per se aut suum responsalem in iudicio nõ cõparet. quam Bar. aperuit in. l. j. ff. de diuers. & tēpora. præscript. Et eam Ioā. de Imola longe & amplo stylo ꝓsequitur in dicta. l. quæsitum. ij. & . iij. colum. quam hic non intendo prosequi. De ea nõnulla scripsimus in. l. iij. §. eleganter. et. §. si conditioni. suprà eo. Illum igitur articulū incarcerati, qui in manibus nostris est, tractabimus. in qua Alexan. secutus Paul. de cast. in dicta. l. sed & si quis. post princi. ff. si quis cautio. & in. l. quæsitum. ff. de re iudi. & in. l. ij. ff. de in ius vocan. sic
242 distinguit, Aut, inquit, † incarceratus iuste detinetur, & facultatem habet mittendi procuratorem: & vera est Bartoli opinio in dicta. l. is qui reus. ff. de publi. iudic. quia sibi imputet quare procuratorem nõ misit cum potuit. istis duobus deficientibus veram dicit esse Bar. opinio. in dicta. l. ij. ff. de in ius vocā. Et hunc nouissimū articulum intelligit Alexan. procedere in casibus in quibus procuratorem mittere non tenetur. Sed vana videtur esse hæc Alex. consideratio. Nā si talis casus sit, in quo reus comparere non põt, neque tenetur procuratorem mittere, vel etiam mittere non potest: & de indubitabili est processum aduersus eum factum illum non ligare, neque eum aliter afficere. Primò, quia incarceratus citatus fuisset, quem certum erat non posse comparere, dicta. l. sed & si quis. §. illud. versiculo, plane. ff. si quis cautionib. Secundò, procuratorem mittere non potuit: quia forte prohibitus est, vel iudex colloquium cum eo habere timore subornationis vel reuelationis iudiciorum prohibuit. Isto casu succurritur ei, dicta. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. l. succurritur. & in. l. in eadem. ff. ex quibus causis maior. Tertiò, quia causa propter quam in ius vocabatur procuratorem mittere non desiderabat, sed personæ præsentiam ad causæ seu litis instructionē requirebat: quare circa Alexan. doctrinam non multum insistam. Comperio autem Paul. de Castro aliter distinguētem in dicta. l. sed & si quis. §. illud. ff. si quis cautionib. Cui ferè in omnibus, paucis tantùm additis, illi adhærebimus. In pri-
243 mis † dico regulariter incarceratum in ius vocatum vt personaliter in iudicio compareat exceptionem seu excusationem habere non comparendi, dicta. l. sed & si quis. §. illud. versic. plane. ff. si quis cautio. siue causa ciuilis sit, quæ hominis præsentiam desideret, siue criminalis: quia in sua non est potestate comparendi, dicta. l. succurritur. & . l. in eadem. ff. quibus ex causis maiores. Neque potest eius contumacia accusari. Et ad id pondero dictam. l. ij. §. præterea. & . l. quiꝙ. ff. de in ius vocan. in. §. prætcrea. & . l. sequ. & dicta. l. quiꝙ. declarantur qui prohibentur in ius vocari. Primò is qui apud prætorem agit: qualis est, qui in carcere detinetur. Secundò in. l. quiꝙ. dicitur, Quiꝙ litigandi causa necesse habet in iure, & certo loco sisti. & satis declaratur in dicta l. in eadem causa. ff. ex quibus causis maior. qui propter vincula, quibus detinetur, rebus suis interesse non potest. Idem in. l. ei quoꝙ. in his verbis, Quiꝙ detētus sit. per quas constat incarcera tum sistēdi suæ causæ facultatē seu modū non ha
244 bere. † In ius igitur vocari non potest. Si igitur in ius vocatus non cõparet, contumax nõ est. l. j. §. Offilius. ff. ne quis eum qui in ius voca. est. Et hac consideratione motus Pau. de Cast. in dicta l. sed & si quis. §. illud. ff. si quis cautio. dixit eum qui ex cõtractu teneretur coram iudice personaliter comparere, si iudicis authoritate in carcerē trudatur, etiā si culpa sua detineatur, forte quia delictum commisit: quia tamen culpa sua ad id non erat principaliter ordinata vt cõparitionem coram iudice euitaret, excusabitur. l. ij. §. si propter aduersam. ff. si quis cautio. quē tex. illic Bal. Ang. & Paul. de cast. ad id ponderauerunt. Et in hoc locum obtinebunt. l. succurritur. l. in eadem causa. ff. ex quibus causis maio. & . l. ij. C. quibus ex causis maiores. Imo verius dicam, per viam exceptionis carceratum posse huiusmodi contumaciam elidere, dicta. l. sed & si quis. §. illud. versicu. plane. ff. si quis cautio. sed quatenus de facto procederet seu aduersus eū processum esset, restitutio in integrum illum releuaret, dicta. l. ij. C. quib. ex cau. maior. quæ in quæstione proposita loqui videtur, dum de eo loquit̄, qui promiserat certo die corā arbitro cõparere, qui coram arbitro sui præsentiam facere nõ potuit,

cùm à prouinciæ præside in carcerem coniectus erat. Et ob id dico probabiliter rationem.l.quæsitum.ff.de re iudica.huic quæstioni seu articulo accōmodari posse, dum de eo loquitur, qui sontico morbo detinebatur,qui cuique rei agendæ impedimento est litiganti,inquit ille tex.in versic. qui cuique rei. & in seq.versi.dicitur,res nō videtur iudicata. Sed quæso videatur nōne eadem ratio in eo qui in publicis vinculis detinetur per Iureconsultum repetita est in dicta.l.in eadem causa.ff.ex quibus causis maior.dum ait,
245 si probentur suæ rei superesse non potuisse:contumacia igitur contra eum accusata nulla est,neque res iudicata dici potest, dicta.l.quæsitum. Nō obstat ratio cuius suprà meminimus, quòd sua culpa impedimentum prouenerit.quocunq; enim modo impedimentum superueniat, etiam si per incarcerati debitum proueniat: non oberit quoniam in his terminis leges prius allegatæ loquuntur,videlicet de eo qui propter suum delictum in exilium missus erat. Et id clarè patet in dicta.l.sed & si quis.§.illud. versic. plane. de eo qui propter suum facinus in vinculis positus erat.Sed quia, vt Paul.de cast.illic ait, culpa per eum ad id commissa non erat,vt coram iudice non compareret:quare secundum eum,& bene,citatio seu edictum circunducitur,argumento dictæ.l.quæsitum.vbi hoc notat Io.de Imola in secunda columna.ff.de re iudica.Et in his terminis loquitur.l.si cui.§.fina.ff.de accusa.&.l.secunda.§.fina.ff.de custo.reo. quæ leges quiescere faciunt etiam superioris iudicis officium donec inferior iudex de crimine cognouerit , quo reus per eum detinebatur: etiā si delictum propter quod ab eo detinebatur,non tam graue esset,quale erat crimen quo reus coram superiore iudice accusatus extiterat. & Ioan.de Imola in dicta.l.quæsitum.Barto.distinctionem per eum positam in.d.l.prima.ff.de diuers.& tēpora.præscript.plurimum moderatur:pariter & Moder. Papien.Ias.in.§.rursus. insti.de actio.quos vide omnino.Circa prædicta non omitto extensionē quam Io.de Imola facit in dicta.l.quæsitum.per rationem illius legis,ad similitudinē incarcerati seu male valētis,dum dixit de eo qui pro ardua causa conueniebatur,quæ cōtinuò propter eius consequētiam domini præsentiam desiderabat, vt faciliore vsu aduocatos suos debite instrueret,excusandum esse si adeo impeditus procuratorem non mittat, vel si occupatus non comparet.c.querelam. extra de procurato.de quo per glos.& Moder.in.c.intelleximus.extra de iudi. in.c.cum dilecti.extra de dolo & cōtuma.quod dictum,cùm elegans sit,vide plenius per eundē
246 Io.de Imola in dicta.l.quæsitum. † Ex his igitur plus satis constat potiorem esse iudicis causam per realem citationem incarcerationem,seu personæ detentionem præuenientis seu præoccupantis,eo qui ad verbalem tātum citationem deuenit.Nec obstat.l.Papinianus exuli.ff.de minori.quoniam qui exul erat,saluum ciuitatis ius retinuerat.cuius mentio fit in dicta.l.exilium.ff. de interdi.& relega.& in.l.sed & si quis.in princip.ff.si,quis cautio.qui causam suam procuratori seu defensori committere poterat:vt ille tex. ait.in quo cōuenit cum dicta.l.Papinianus exuli.vbi exul illius qualitatis erat,& ob id restitutione non iuuatur,eo quod durante exilio causam suam per procuratorem agere potuit. Cui cōuenit dictum.c.cum dilecti.cum glos.in verbo,respōsalem. Et quod post eam illic notat Innocen.extra de dolo & contuma. iuuari potest argumēto.l.in laqueum. &.l.naturalem.§.illud. ff.de acquirend.rerum domi.quoniam ex eo q̃ verbaliter citatus erit,in potestate non est iudicis ab accusato pœnas exigere.Multa enim contingere possunt vt iudex eum non capiat, sed in sua naturali libertate permaneat: & hoc pacto iudex illudet,exēplo Alcibiadis & Demosthenis,quorum in.l.lege Cornelia.suprà eod.meminimus:qui Atheniensibus significauerunt se adhuc viuere,tametsi ab illo iudice propter eorum fugam & contumaciam proscribi possint,& eorum bona annotari:vt in.l.prima.ff.&.C.de requiren.reis.l.absentē.ff.de pœn.authen.ei qui. C.de bo.author.iudi.possiden.l.quanuis prouisum.C.de decurio.lib.x.Addere potes q̃ Andr. de Iser.scribit in.c.vnico.quæ sint rega. in verbo,contrahētium incestas nuptias.colla.x.Bal. in.l.ij.C.de episco.audien.dum de citatione tra
247 ctat. † Non autem intelligas de eo qui ciuitatē & iura ciuitatis amisit,qui dicitur maxima capitis diminutione minutus: vt in dicta.l.secunda. ff.de public.iudic.&.l. eum patronum.ff.de iure patronatus.quia capax non est constituendi procuratorem.

Ex his secūda quæstio faciliter absoluitur, de eo qui inquirēdo præuenit,sed citatione & personæ apprehēsione præuentus est:vt hi qui realiter accusatum vinctū tenēt,præuenisse & præoccupasse dicantur,& eo potiores sunt, dicta.l. si cui.§.fi.ff.de accusa.&.l.secunda.§.fi.ff.de custod. reo. Et per rationes nouissimas cum multa contingere possint vt reum nō apprehendāt, vt pœnas ab eo exigere non possint,dicta.l.naturalem.§.illud.ff.de acquir.rerum domi.

Tertiam autem pleno stylo disputauimus in l.iij.§.si cùm omnes.suprà eo.Et hac rōne quantum huic nostræ quæstioni tantum conueniet vt
248 huic legi satisfaciamus,tractabimus. † Si plures sunt iudices,qui per concursum criminis cognitionem habere possunt,exemplo authen.habita. C.ne filius pro patre.&.l.j.C.de offic.præfecti vrbis.vt si secundum illam.l.primam inferior iudex speciale habet criminis iurisdictionē, qualis est præfectus annonæ, qui inferior est præfecto vrbis,qui de annona æque vt præfectus annonæ cognoscere pōt: vt patet in illa.l.prima. C.de

C.de offi.præfecti vrb. & in.l.j.§.quies.&.§.cu-
ra carnis.ff.de offi.præfec.vrb.Similiter dictum
est de inquisitoribus hæreticæ prauitatis specia-
lem à pontifice potestatẽ habentibus de hæreti-
cis inquirere, cognoscere & diffinire, de quibus
in.c.per hoc.de hæreti.lib.vj quis istorũ cogno
scet, an verò mutuò se impediant, vel an simul
de crimine cognoscant, vel an præuentioni seu
præoccupationi locus erit. Istas difficultates am
plissime expliciumus in.d.l.iij.§.si cum oẽs.su-
prà eo. Roma. etiam tetigit post Bar.in.l.j.§.hoc
autem.vbi Papien. Muder.nonnulla scripsit.ff.
de noui oper.nũtiatio.& illic Roma.remittit se
ad ea quæ scripsit in dicta.l.iij.§.fi.suprà eo.cu-
ius mentionem fecimus in dicto.§.si cũ omnes.
Bald. Aretin.& alij recentiores plura de ea scri-
pserũt in.l.Titiæ textores. & in.l.si seruus plu-
rium.§.si quis ante.ff.de lega.j.vbi glos.Bart.&
Areti. aliam consecutiuã quæstionem tractaue
runt, de eo qui procurauit vt à certo iudice præ-
ueniretur, vt alterius iudicis faciẽ refugeret. Frã
cis.in.l.quod in rerũ natura.§.si quis post.ij.&
iij.colum.ff.de lega.j. Bald.in dicta authen.ha-
bita.v.&.vj.colũ.C.ne filius pro patre. Bald.&
Moder.in.l.Gallus.§.ille casus indifficilis.ff.de
249 liber.& posthu. † hi omnes volunt ambos iudi
ces debere simul procedere. Mouentur per di-
ctam.l.j.C.de offi.præfec.vrb.quæ in proposita
quæstione non recte probat: licet ex ea colliga-
tur per institutionem præfecti annonæ non esse
sublatam seu diminutam præfecti vrbis potesta
tem & authoritatẽ, sed quod vterq; curam anno
næ habeat, vt illius muneris socij sint. Necessa-
riò tamen ex ea concludi non potest vt ambo oc
currentibus casibus simul cõueniant & iudicẽt,
sed vnusquisq;, quantum eorum incumbet offi-
cio, procurare & studere debebit Rempublicã
sic componere, vt annona cara nõ sit, aut carior
non fiat: imò studere debet præfectus vrbis ne
præfecti annonæ officiũ exerat, id est tollat seu
inane reddat: sed cognoscat præfectus vrbis qd
officio præfecti annonæ debetur, vt eo vti non
prohibeatur, sed foueat, ne nomẽ annonæ quod
præfecturæ datũ est, inutile fiat. Sed huic cõclu-
sioni melius cõuenit.c.per hoc.de hæreti.in.vj.
cuius mẽtionem haud multo post faciemus. Sed
huic sententiæ refragari videtur.§.si.in procem.
Digestorum, & dicta authẽ.habita.C.ne fil.pro
patre.qui text.optionem dant scholastico in cu-
ius fauorẽ statuti sint ei iudices: ne quod in eius
fauorem concessum est, in odium eiusdem retor
queatur.l.quod fauore.C.de legib. Hic reperi
possent quæ in dicta.l.iij.§.si cum omnes. suprà
eo.scripsimus super ea quæstione quã Francis.
Aret.mouit in dicta.l.Titiæ textores.ff.de lega.
primo.si per statutũ certus iudex causis pupillo-
rum p̄ficiatur, & alius instituat̃, q de causis quæ
summã centũ aureorũ non excedant: si pupillus
causam habeat minorem centum aureis, coram
quo pupilli actio tractari debebit. Non dissimi-
lis quæstio sit in.l.si libertus.ff.de iure patro.in
qua volo te notare illã legẽ dũ in ea dicit̃, vtrũ
reuocamus oẽs, an pro rata ex singulis vt cẽtena
riũ eũ faciamus. Magisq; est vt omniũ rerũ aliena
250 tio facta nullius momẽti sit. † Ecce quõ lex p-
spicere tm̃ p̄rono cogitat, in cuius fauorẽ à p̄to-
re seu p̄toris edicto cautũ erat quartã patrono in
bonis liberti cõseruare: vt si libertus maior cẽte
nario forte factis pluribus alienationibus stu-
duerit sic minorem centenario facere, vt patro-
num sua quarta fraudaret: lex ob id non tantum
pro rata rerum alienatarum vult reuocationem
fieri vt libertus centenarius fiat, & sic plus cen-
tum in bonis habeat: sed in fauorem patroni,
cuius contemplatione edictum factum erat, vult
omnes alienatiões à liberto factas reuocari: imò
plus non tantũ vult reuocari, sed nullius esse mo
menti dixit. Sic ergo in huiusmodi statutis, edi-
ctis vel legibus, fauor ille semper spectãdus est,
seu ea ratio potius habenda est, quæ vtilitatem
eius respicit, in cuius fauorem lex facta est. Et li-
cet Alexan.in apost.Bar.in dicta.l.si quis post-
eaquàm. dicat hãc regulam fallere in authen.ha
bita.in fauorem scholaris: sed nõ fallit, vt copio-
sius docuimus in dicta.l.iij.§.si cũ omnes.suprà
eo. Illic plura in contrariũ allegauimus. Verum
251 est autem † si iudices sic à lege vel statuto seu cõ
suetudine instituti essent, vt simul cognoscãt, si-
cuti est in.d.c.per hoc.de hæreti.lib.vj.& argu-
mento est.l.iurisp̄itos.§.cũ oriundus.ff.de excu
sa.tutor.vbi hoc Din.& Bart.notant, oporteret
ambos simul cõuenire: alioquin nullũ erit illorũ
iudicium, d.c.per hoc. Sed in quæstione nostra
præuẽtioni locus erit: quoniã reus cõuẽtus neu-
trius iudicis refugere põt iudiciũ, nisi forte pri-
uilegium in fauorẽ certæ personæ aut personarũ
cõcessum esset: vt in.l.fi.C.de iurisd.om.iud.&
l.fi.C.de deserto.& occulta.lib.xij. Et in his ter
minis intelligi potest dicta.l.j.C.de offi.præfec.
vrb.quantumcũq; specialiter p̄fectus annonæ
specialẽ annonæ iurisdictionẽ habeat. Ob id ta-
men potestas p̄fecti vrbis sublata nõ est, per illũ
tex.& ob id præuentioni locus erit. Et hãc con-
clusionẽ Rom̃.in.l.j.§.j.in fi.ff.de noui oper.nũ
tia.approbat, vt spectãda sit rõ fauoris p̄sonæ,
in cuius bñficiũ priuilegiũ cõcessum est: argumẽ
to.l.verũ.§.fi.&.l.seq.ff.de minori.p quas Ro.
252 ait, Si † cõcurrãt fauor mulieris & fauor mino-
ris, priuilegium minoris, quod est fauorabilius,
spectandum est. Addit.l.fin.C.in quib.caus.in
integrum resti.non est neces.& Bar.in extraua-
gã.ad reprimendũ.in verbo, nõ obstãtibus. vbi
ait nõ personæ fauor, sed publicus tm̃: & locus
est p̄uentioni. Quibus addo q̃d Ang.notat in.l.
sane.ff.de iniur. Cuius dictũ refert & seqtur Fe-
lin.in.c.Rodolphus.v.col.extra de rescript.vbi
Ang.dicit post glo.Io.Andr.in.c.vbi p̄iculũ.§.
porro. in verbo, territorio. de electio.lib.vj.

si papa in mari moriatur, electionem futuri pontificis faciendam esse in proximiori ciuitate loci seu partis maris, in qua papa decessit, per illum tex. Cui conuenit. l. vnica. C. de classi. lib. xj. vbi ita notat Ioan. de Plat. & per eam Barto. & Roma. ita notant in. l. Cæsar. ff. de publica. & vectiga. Sed si duæ sint ciuitates æque proximæ: dicit Ang. præuentioni esse locũ, per dictam. l. si quis posteaquam. ff. de iudi. & l. pen. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Et vlterius post Ioã. Andr. in c. vnico. extra de oblig. ad ratioci. dicit in eo qui in mari crimen cõmisit, cognitionem illi spectare quæ personam apprehendit. Ias. in. §. littorũ. Insti. de rerum diuisio. dicit Ioan. Andr. in dicto c. vbi periculum. de electio. in. vj. dicere electionem papæ in mari mortui in propinqua ciuitate fieri debere: & vbi duæ erunt æquè propinquæ, ambæ electionem faciant, vel locus erit præuentioni. non cõperio Ioan. And. hoc dicere: reperi autẽ Ioan. And. in glossematis dictæ decretalis, vbi periculum. §. porro. in verbo, territorio. de electio. lib. vj. primum Iasonis dictum referre, quando in mari papa mortuus est, vt in proxima ciuitate electio fieri debeat. reliquum autem nõ comperio ab eo dictum. Cæterum, vt nunc docuimus, Ang. hoc dicit in dicta. l. sane. & alij suprà relati post eum, & in. l. insulæ. ff. de iudi. Cui adde Nicol. Spinel. in. l. omnes profugi. in expeditione glos. in verbo, ab illis. C. de agric. & censi. eundẽ in. l. Tyberianus. C. de fun. limitro. lib. xj. & alleg. l. adeo. §. insula. versicu. quod si alteri. ff. de acquirend. rerum do. qui textus transcribitur in. §. insula. Institu. de rerum diuisio. Nec multum insistam circa disputationẽ dicti ca. per hoc. de hæret. lib. vj. de potestate inquisitoribus concessa inquirendi cum episcopo contra hæreticos, aut de crimine hæresis suspectos: quã Moder. plenissime examinant in dicta. l. si pluribus. ff. de lega. primo. in qua Petrus de Anchar. in dicto. c. per hoc. duo dicit specialiter in fauorem fidei cuncessa, quæ regulariter in alijs non admit-
253 tuntur: † vbi duobus insolidum iurisdictio cõmittitur, locũ esse præuentioni. l. vnica. ff. de offi. consul. Et ob id à lege exceptionem inuẽtam esse pendentiæ litis, ne pro eadem re corã diuersis iudicibus trahatur, neque causæ instantia diuidatur: vt in. l. prima. & l. nulli. C. de iudi. l. prima, & ij. C. de quib. reb. ad eundem iudi. eatur. Allegat etiam. l. secundam, & quod illic Barto. notat. ff. de sepul. viol. Inno. in. c. cũ M. extra. de cõsti. Plures ac plures rationes addidi in. d. l. iij. §. si cũ omnes. supra eod. non transcribam. Cæterum pro huius articuli complemẽto dic, Vbi iudices simul in cognoscendo concurrunt, qui parem habent iurisdictionem, non facta superioritatis vel inferioritatis iudicum differẽtia, vt paulo ante diximus per rationẽ dictæ. l. j. C. de offi. præfecti vrb. & l. nihil. C. de palati. sacra. largit. lib. xij. illũ qui citauit potiorem esse debere, per rationem dictæ. l. si quis posteaquàm. ff. de iudi. vel si neuter iudicum citatione seu in ius vocatio
254 ne vsus est, sed eorum alter inquisiuit, † cùm inquisitio in atrocioribus criminibus & alijs per glos. commemoratis in. l. rescripto. §. fi. ff. de muneri. & honori. in verbo, non debet. & Barto. in extrauagan. ad reprimẽdum. in verbo, per inquisitionẽ. & in. l. ij. §. si publico. ff. ad. l. Iul. de adulter. loco accusationis est, dicto. §. si publico. Sed facta semel accusatione corã vno iudice pro eadem causa coram alio iudice accusari nõ potest. Et si accusatus fuerit, non tenetur respondere. l. qui de crimine. C. de accusatiu. l. iij. ff. de præuarica. c. super his. extra de accusat. dixi suprà, non repeto. Et vltra quàm dictum sit per me suprà, neque dicatur per Ioã. de Imola in dicta. l. si pluribus. ff. de lega. j. non obstat dictum. c. per hoc. quia inquisitor hæreticæ prauitatis cum episcopo diœcesano à papa commissus est: ideo simul conueniunt, quando eiusdem sunt diœcesis, & in eadem diœcesi procedunt. Secus si diuersæ essent diœcesis: quia episcopus extra diœcesim cognoscere non posset, sed cum alio episcopo loci in quo deprehensus erit hæreticus inquisitor cognoscet. cap. vt commissi. de hæreti. libro. vj.

Multo minus vbi vnus iudex puniendo alium præuenit, qui forte in cognoscendo præuenerat: quoniam pro eodem delicto pœna alia imponi non poterit. Et in hoc quartam quæstionem explicabimus. Pro cuius dicto adde text. in. l. licet. §. fina. ff. nautæ, caupones, stabularij. Ne, inquit, sæpius de eiusdem hominis admisso quæratur. vbi gloss. tres alias rationes addit. Sic enim scribitur Nahum primo capi. quod transcribitur in capi. sunt plures. §. authoritas. & capi. quæral. de pœniten. distinctio. iij. Non iudicabit Deus bis in idipsum. De quo per Bald. in. l. nullum. in princip. C. de testib. in. l. ij. C. de sportu. & in. l. j. quæstione. iij. C. vbi de crimine agi opor. nisi forte minor pœna quàm lex exigat à iudice imposita sit, secundum diuum Augustinum in dicto. §.
255 authoritas. & dicto. c. quærat. † cum non possit iudex esse clementior lege. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa. l. & si seuerior. C. ex quibus causis infa. irroge. l. seruos. C. ad legem Iuliam de vi publi. dicta. l. iij. C. de sportu. l. fi. C. ne sanctum baptis. reiter. l. prima. C. de paga. sacrifi. & templ. eorum. l. j. in fine. C. de desertο. & occultator. lib. xij. de quo per Bartol. in. l. prima. C. de summa trinita. & fide catho. Et Roma. in dicta. l. prima. §. j. ff. de no. operis nuntia. vel nisi ratione eiusdem criminis plures actiones competerent, quarum vna ciuilis esset, altera verò criminalis: & primus iudex de minore actione cognouisset, non esset prohibita alterius pœnæ prosecutio. l. quod senatusconsultũ. in fin. ff. de iniur. l. nunquam plura. ff. de priua. delic. l. iij. C. ad legem Aquiliam. l. vnica. C. quando ciuil. actio criminali præiudic. vel nisi reus affectasset

causam

causam seu crimen coram inferiore præueniri vt iudicii superioris euitaret, secundū Dinum in.l. idem Vlpianus.§.sunt & alij.ff.de excusa.tutor. Pro quo facit.l.si maritus.§.legis Iuliæ.ff.ad legem Iuliam de adulter. versi.cæterū. si quis euitandi criminis causa id egerit, ff.ad legē Iuliā de adulte. Et hoc dictum ampliori pagina Francis. Aretin. & recentiores prosequuntur in dicta.l.si pluribus.circa finem sui commentarij. ff.de legatis.primo. sicuti paulo ante meminimus.

256 Ex his quinta quæstio absolui potest, † vt is iudex coram quo reus crimen confessus est, potior esse debeat eo coram quo crimen inficiatus est: eo quod fere à pari iudicantur confessus & condemnatus: cùm in cōfessos nullæ sint iudicis partes quàm in condemnādo.l.vnica.C.de confess. &.l.j.ff.de confes. Quod dixi de cōfessione, intellige duntaxat cōfessio adminiculata sit, vt veritas confessioni de crimine facta assistat.l.confessionibus.&.l.seq.in fi.ibi, si id quod in cōfessione veniet, ius & natura recipere potest.ff.de interroga.actio. Alioqui confessio sola crimine aliter non probato cōtinenti nō præiudicaret.l. inde Neratius.§.fi.&.l.seq.&.l.proinde.in principio.ff.ad legem Aquil.l.j.§.item illud.supra eo. illic copiosius dictū est. Circa quod vide quod Papiens. Moder. Iaso scribit in.l.iusiurandū.§. procurator.viij.col.ff.de iureiurādo. Bar.in.l.j. §.diuus.ff.de quæstio. Feli.in.c.de hoc. colū.ij. versi.ista materia.extra de simonia. Addo aliā

257 rationem.de iure † enim iudex statim quo delictum sibi detectum est, statim ad pœnæ exactionem procedere debet secundū Bal.in.l.ita vulneratus. per illum tex.ff.ad legē Aquil.l.si quis forte.ff.de pœn.l.licitatio.§. quod illicite.ff.de publica.& vectig.& præsertim vbi grauia sunt crimina.l.si quis filio. §.hi autē. ff.de iniust.rup. & irri.testa.in fi.§.dum ait, moram nō recipiat, non pœnæ festinatione, sed præueniendi periculi causa.tunc em̄ punire permittitur, deinde scribere. Allegat illic glos.l.constitutiones.ff.de appella.dum ait, quos dānatos statim puniri publice interest: ne procrastinatione contingat eos liberari, & sic pœnā deludere. quod prohibet iureconsultus in dicta.l.si quis forte. Et quod de confessione diximus, intellige de vera cōfessione, non autem ficta, quæ forte à lege vel statuto præsumitur: vt in.l.pcedēte diximus, qñ ,pter fugā vel cōtumaciā lex præsumit, vt plenius in ea scripsimus. Tolle exēplū vt in ea dictū est in l.locorū.C.de omni agro deser.lib.xj.l.pe.C.de interdic.matri.inter tutorē & pupil.in.l.si apparitor.C.de cohorta.lib.xij.c.nullus.extra de pṛsumptio. Licet in multis vim veræ cōfessionis habeat.l.consiliarios.C.de assesso.§.ad hoc.in authen.de collator.colla.ix.§.necessitatem.in authen.vt iudi.sine quoquo suffrag.colla.ij.§.si vero etiam.in authen.de exhiben.reis.col.a.v. Sed huic casui hæc consideratio accommodari non

258 potest: † quoniā si corā ambobus iudicibus accusatus fuisset, & coram vtroque cōtumax, & ratione contumaciæ fingeretur cōfessus: ab vtroq; de eodem crimine varijs pœnis condemnari posset. quod à iure alienum est.l.tam collatores.C. de re milita.lib.xij. dixi plenius in dicta.l.iij.§.si cum omnes.supra eod. Cuius etiam Bart. meminit & Alexā.in apostil.eius in.l.sepulchri. ff.de sepul.viola.Ioā.de Imola in dicta.l.is qui reus. ff.de publ.iudi. Secundò, quid enim si cōtumax reuertatur, & coram iudice compareat, vt in.l.j. & fi.ff.de requir.reis.l.absentem.ff.de pœn.l.j. C.de requirē.reis. Quare in hac re accusatus de crimine nimis grauaretur: & potius ad cōmunes traditiones recurrendum esset, vt pṛuentioni seu præoccupationi locus esse debeat, per prædicta.

Et vt sexta & septima quæstiones eodem medio absoluantur: is qui præuenit, iurisdictionem suam tueri potest.c.dilecto.de senten.excommuni.lib.vj.l.vnica. ff.si quis ius dicenti non obtēpe.l.ij.ff.ne quis eum qui in ius voca.est.l.de iure.ff.ad municipal.l.j.§.per hanc.vbi per glos. ff.de rei vendica. Etiam si iudex, qui præuenit,

259 inferior sit: cùm † superior inferioris iurisdictionem prohibere non debeat, vt superius ostendimus, per.l.j.in fi.C.de offic.præfecti vrb.l.nihil C.de palati.sacra.largi.regulariter autē pars nō potest, quoniam vtriq; iudici subiecta est, quorum iudicium refugere non potest.l.fin. C.de iurisdic.om.iudi.l.j.in fi.&.l.seq.C.de deserto.& occulta.libro.xij. Melius facit.l.curiales qui honoriam.C.de decurio.libro.x.de quo in.§.si vero crimen, &.§.si vero prius. qui immediate sequitur.in authen.de sanctis.episc.colla.ix.cuius Roma.meminit in dicta.l.prima. §.primo. ff.de noui oper.nuntia. Et hac ratione accusari posset cōtumacia excipere personas quæ ex priuilegio certum habent iudicem, vt dicta authen.habita. C.ne filius pro patre.§.fina. in procem.Digestorum.l.magisteriæ.C.de iurisdic.om.iudic. Intellige duntaxat in ea causa quæ in priuilegio comprehensa sit.l.ex eo.C.de agen.in reb.lib. xij.dicta.l.magisteriæ.& dicta.l.prima, & fin.C. de deserto.& occulta. Nisi ratione præuentionis pars tueri se velit: vt dictum est per.l.qui de cri-

260 mine.C.qui accusa.pos. † cum intersit rei accusati religiosum habere iudicem, vt paulo ante docuimus.l.denuntiasse.§.fi.ff.ad legem Iuliam de adulter. Ita notat Alexand.in dicta.l.contra pupillum.§.is qui ad maius.ff.de re iudi.post glos. in dicta.l.secunda.§.fina.ff.de custod.reorū.nisi forte à principe à primo iudice auocaretur, per §.& iudicare.in authen.de defens.ciui.colla.iij.

Secundo limitari posset in eo cui post cœptū iudicium priuilegium tale superuenit, quod à priore iudice illum eximat.l.ex eo.C.de agenti. in reb.lib.xij.dum ille text.ait, ex eo, scilicet tempore, inquit Accursius, quo quis primum ducenne, vel cētenariorum gradum meruerit non licet

neque in ciuili seu pecuniaria causa, neque criminali coram alio quàm suo iudice quoquo modo tractare. Iuuatur ex.l.si maritus.§.legis Iuliæ. ff. ad legem Iuliam de adulter. in verbo, detractione. &.l.hos accusare. primo responso. ibi, dum non retractandi causa leges abest. ff. de accusat. l.post finitam. ff. de suspec. tutorib. Alias referemus in discursu huius limitationis, quibus obstat dicta.l.si quis posteaquàm. ff. de iudic. &.l.cùm quædam puella. ff. de iurisdi. omnium iudic. Sed cum Canonistæ à Legistis differant, sintq; in ea variæ doctorum sententiæ, quarum inferius mẽtionem faciemus. Interea vide Barto.in.l.prima. ff. de pœnis. qui huius quæstionis meminit. Barto.in.l.iurisperitos. §.cùm oriundus. Et Din. in l.idem Vlpianus.§.sunt & alij. ff. de excusation. tuto. Barto.in dicta.l.cùm quædam puella. ff. de iurisdict. omnium iudic. Bartol.in.l.fina. ff. si ex noxa. causa agatur. Ioan. Andr.in.c.vnico. extra de oblig. ad ratioci. Moder. post Bart. Bal. Pau. & Ange. in dicta.l.si quis posteaquàm. Canonistæ omnes in.c.at si clerici. extra de iudic. in cap. proposuisti. extra de foro compet. In primis Barto.in dicta.l.j. ff. de pœn. post Dinum in dicta.l. idem Vlpianus.§.sunt & alij. ff. de excusa. tutor. distinguit. Nec multum sua distinctio differt ab ea quam Barto. posuit in dicta.l.fina. ff. si ex noxali causa agatur.

261 Aut † reus in fraudẽ criminis post cõmissum crimen clericũ se fecit, vt pœnam euitet: & nõ iuuabit eum priuilegiũ clericale.l.si maritus.§.legis. ff. ad legem Iuliam de adulter. in his verbis, sine detractione. & in.l.hos accusare. illic, dum non retractandi causa leges abest. ff. de accusat. Cui adde.l.si. in princip. ff. de bo. eorũ qui ante senten. mortẽ sibi cõsci. Aut est certũ in fraudẽ non fecisse: & gaudet clericali priuilegio, d.l.hos accusare. versi. hoc beneficio. Din. allegat.l.prætor. in his verbis, vel sequi sacerdotium. ff. de vaca. muner.l.his oneribus.§.auctis. eo. titu.l. qui autem. ff. si quis cautio. l.spadonẽ.§.si autẽ. &.l. iurisperitos.§.cũ oriundus. vbi Bart. notat. ff. de excusa. tutor.l.non distinguemus.§.sacerdotio. ff. de arbi. Aut est dubiũ: & præsumitur in fraudem criminis hoc fecisse: maxime si accusatus vel diffamatus erat, d.l.si. in princ. ff. de bon. eo. qui ante sentẽ. mortẽ sibi cõsci.l.si adulter.§.eo autem tẽpore. ff. ad leg. Iul. de adulter.l.qui pœnæ. ff. de manumis. Plures addidi in.l.præceden. multomagis si post sententiã clericus factus est, d.l.si quis posteaq;. &.l. si quis aliena. &.l.vbi acceptum. ff. de iudic.l.cum quædã puella. ff. de iurisdi. om. iudi. nisi forte à superiore motu proprio ad clericatũ promotus fuerit, d.l.qui autẽ. ff. si quis cautio.c. si motu proprio. de præbẽn. lib. sexto. Induci potest ratio.l.fin. C. de peti. bono. subla. lib. x. Mox quærunt Dinus & Barto.
262 in locis prædictis, † quõo clericus vel sacerdos à seculari iudice puniri poterit: dicunt postquàm ab episcopo regradatus seu degradatus erit.l.qui cum vno.§.reus. ff. de re milita. authẽ. statuimus. C. de episcopis & cleri. vel, inquit Bart.in.d.l.j. ff. si ex noxa. causa aga. ecclesiasticus iudex similem aut æquipollẽtem pœnã illi imponet ei quã secularis iudex imposuisset. Addo quod Barto. scribit in.§.quod autẽ. vt iudi. sine quoquo suffrag. colla.ij. fieri non posse vt per hoc priuilegio clericali exuatur: cùm priuilegium in corpore iuris clausum sit, dicta authen. statuimus.c. significasti. &.c. si diligenti. extra de foro compe. etiam si per statutũ cautũ esset vt nullus secularis iudicis potestatẽ euitare posset, cuiuscũq; priuilegij quæsito colore, seu cessante quocũq; priuilegio: quia etiã sub inuolutione illorũ verborũ non includuntur priuilegia in iure cõmuni seu in corpore iuris clausa, authẽ. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi opor. Addit Bar. glo. in.§. si quis igi. in authẽ. vt oẽs obedi. iudi. prouinc. colla. vj. Cui adde Bart. & Paulum de cast. idem tenentes in.l.hæres absens. ff. de iudic. Lancelo. Decium in.l.ij.§.omnis.j. per illũ tex. ff. de iudi. Mox remittit se Bart. ad dicta per Io. And. in dicto.c. vnico extra de obliga. ad ratioci. Cuius distinctionem repetit Henric. Bohic in dicto.c. proposuisti. extra de foro competenti. Ioannes Andr. in loco prædicto, qui plenius cæteris hũc articulum aperuit, quinque dicit esse opiniones, quas transcribere non intendo, cum cuique pateant, succincte tamen de illis aliquid referemus: sed illis opinionibus relatis post Gulielmum Durãdum in suo Speculo, quem Henric. Bohic sequitur in dicto.c. proposuisti. extra de
263 foro competenti. dicunt † non posse secularem iudicem, siue causa ciuilis sit siue criminalis, etiã post commissum delictum, vel etiam pendente iudicio super crimine effectum clericum castigare, imò neque in carcerem trudere, aut aliter corporaliter punire: sed causæ realis iudex laicus competens erit ratione præuentionis: quoniam, inquit, nullus iudex causæ esse potest, qui personæ esse non potest. capit. sane. extra de foro competenti. vbi dixit Ioannem Andream plura scripsisse, sed in exequendo non erit iudex, sed ecclesiasticus iudex exequetur. Hanc Ioann. Andr. sententiam Bald. sequitur in.l.j. colum. ij. C. an ser. ex suo facto. Alexã. & Moder. in.l.nemo potest. circa fin. ff. de lega.j. Et Papien. Modern. in.l.cùm quædam puella. ff. de iurisdi. om. iudic. dicit hanc opinionem ab omnibus haberi pro indubitata. Vt autem clarius hunc articulum absoluamus, breui aliquo compendio opiniones doctorum à Ioan. Andr. relatas in dicto ca. vnico. de oblig. ad ratioci. cõmemorabimus.

Prima fuit Gofre. Vincentij, Hostien. & Bar. Brixien. nulla causarũ ciuilium vel criminalium facta differentia secularem iudicem, qui ante clericatum præuenit, posse, imò debere cognoscere diffinire, & iudicatũ exequi, dicta.l.si quis posteaquàm.

eaquàm.ff.de iudicijs. dicto.c. proposuisti. extra de foro competenti.

Secunda est Ioan.de deo, qui dixit præcedentem opinionem in ciuili causa veram esse, sed nõ in criminali.c.sicut enim.§.in criminali.&.c.de persona. vndecima. quæstione prima.

Tertia est Francisci Vercell.qui neque in ciuili neque in criminali secularis iudex erit competens. Et in hoc secutus est Dinum in dicta.l. idem Vlpianus.§.sunt & alij.ff.de excusa.tuto. & motus est hisdẽ legibus quibus & Din.quarum mentionem paulo ante fecimus per.l.prætor.versiculo, vel sequi sacerdotium.ff.de vacatione munerum.l.non distinguemus.§.sacerdotio.ff.de arbit. & alijs legibus suprà memoratis. Mouetur etiam eadem ratione, qua & Dinus: quia res deuenit ad eum casum à quo incipere non potuit. Alleg. Din.l.post susceptam.de suspect.tutor. Voluit allegare.l.post finitam. eodem titulo.&.l.post susceptam.ff.de excusatio. tutorum. Et addo regulam, factũ.de regulis iur.

264 in sexto. Secundo additur alia ratio, † Quẽadmodum immunitatis ecclesiasticæ priuilegium pendente iudicio superueniens à seculari iudicis potestate seu iurisdictione reum eximit.c.inter alia.extra de immunita. ecclesia.similiter & iure potiori priuilegium clericale eximere debet.c.atsi clerici.extra de iudicijs. Cui ego addo non tantum licere ius, quod ab initio motæ litis competebat, deducere, verũetiam ius postea superueniens.l.si rem.§.fi.ff.de pignora.actio.neque illa exceptione tibi ius agendi non competebat, excludetur.l.si mandato.ff.manda. Ita notat Bart.per illos tex.in.l.si mater.§.eandem causam.in fine.ff.de excep.rei iudic. Bald.in.l.cogi. C.de peti.hæred. Franci.Aret.in.l. hæres quandoque.ff.de acquirenda hæredita. Tertio exceptionem declinatoriam etiam post litem contestatam opponi posse.c.insinuante.extra de offi.

265 delega. † Quarto licet causa ad ecclesiasticũ iudicem remittatur, forus tamen non mutatur, sed solum fit fori additio.c.j.liiij.distinct. Et secundum hãc Frãcis. Vercel.sentẽtiã bis dicit Bononiæ in publicis disputationibus fuisse decisum. Istas tres opiniones prius refert Archi.in.c.nemo vnq̃.xj.q.j.vbi prima facie in hanc opinionem Archi.declinauit:quanq̃ postea cum Dino sentire videatur, hisdem medijs, quibus motus est Dinus in dicta.l.idem Vlpianus.§.sunt alij.de excusationibus tutor. Refert etiam Archid.Speculatorem in titulo de reo.in princip. cuius etiam Ioan.Andr.meminit in dicto.c.vnico.extra de obligatio.ad ratioci. Aliam opinionem Archid in loco prædicto addidit, quæ discrimen faciebat inter publica & priuata delicta:quam Archidia.declarauit procedere quantum ad genus pœnæ, iuxta.l.j.ff.de pœnis.

Quarta opinio fuit Dini in dicta.l.idem Vlpianus.§.sunt alij.ff.de excusat.tuto. Cuius paulo ante meminimus post Bartolũ in dicta.l.prima.ff.de pœnis.l.fi.ff.si ex noxali causa agatur.

266 † quando bona fide post cœptum iudicium clericus efficitur gaudebit priuilegio clericali, & ad ecclesiasticum iudicem remittendus erit, dicta.l. si maritus.§.legis.ff.de adulte. & alijs legibus superius allegatis. Secus si in fraudem. quod præsumitur si iam accusatus erat:vt in.l.fina.in principio.ff.de bon.eo.qui ante senten.mortem sibi consci.Nisi iam esset ordinatus, dicta.l.prima. ff.de pœnis.cum quo Bartol.conuenit, post Guliel.de Cun.& Iacob.Butriga.præsertim quantum ad personalem executionem, quæ per laicum iudicem fieri non poterit, nisi clerico prius degradato, vt superius docuimus. Allegabant dictam.l.qui cum vno.§.reus.ff.de re milita. authen.statuimus.& authen. clericus.C.de episcopis & clericis.§.fina.in authen.apud quos oporto.mona.colla.vj.Licet seculares iudices istud non obseruant, secundum Bar.in dicta.l.prima.ff.de pœnis.Sed quid in causa est, Ber.commemorat

267 in.c.si clericus.extra de foro cõpet.quia † pontifices passim literas concedunt, quibus tota pene gladij tẽporalis authoritas impeditur & vsurpatur.quod non licet:vt inquit Archidiac.in.c. hoc videtur. colum.ij.xxij.quæst.quinta.

Quinta est Speculator.in loco prædicto, titulo de reo.in principio.cognitio in ciuili causa & executio per iudicem laicum fiet:& in criminali cognitio, sed non executio, quæ per ecclesiasticum iudicem fiet.c. primo. extra de raptori.dicto.c.proposuisti.extra de foro competenti.

Sexta fuit illa Ioan.Andr.cuius superius mentionem fecimus, vt nulla executio personalis in personam clerici per iudicem laicum fieri possit, siue causa ciuilis sit siue criminalis: realis autem executio per iudicem laicum fiet. Idem in professo hac differentiæ nota dempta, quod iudicium per monachos prosequetur. Huic opinioni Ioan.Andre. subscripsit se Aufred. Tholosanus doctor in repeti.clemen.j. xj.fallentia primæ regulæ.de offi.ordinar. adductis secum quamplurimis vtriusque iuris doctoribus.

Et licet ex tanta in iure scribentium varietate articulus dubius in se videatur: Ego verò puto præter omnem dubitationem esse, & clare per Iustinianum fuisse decisum in.§.j. versicu.si quis igitur.ij.in authent.de monach.collat.j. Hac ratione tex.illius.§.transcribere nõ erubesco. Sancimus, inquit, eum nõ promptè agere, sed primò probare pro veritate quod seruus est, & pro furto forsan, aut vita maligna aut vitijs pessimis fugerit, quidam propter suum vitium, ad monasterium autem venerit. Et si quidem verax ostenditur & apparuerit propter huiusmodi causam monasticam simulatus conuersationem, aut propter turpitudinem vitæ forte diffugiens: & non pro veritate sanctimonij habitum cõcupiscens, hunc reddi domino. & mox sequitur, Eum vero qui

dominus approbatur dare ei iusiurandum, quia nihil mali faciet: & suscipere, atque eum reducere domum. Et in versicu. si vero is quidem. dicitur, is quidem qui dicit se esse dominum, nihil tale probauerit, & appareat is qui in talibus accusatur, ex ipsa conuersatione honestus ac mitis, & forsan testimoniũ habeat aliorũ qui etiam apud dominũ consistens disciplinatus fuerit & honestatis amator. Nec multo post eodẽ versi. dicitur, quia monastica dignus est honestate, maneat in monasterio. nequaquam enim damus licentiam vlli penitus perscrutari quæ eius sunt &c. Ex qbus clare probata est Dini distinctio, An bona fide quis clericalem habitum assumpsit, an vero in fraudem. Et in versic. si vero seruitij. declaratur forma per quam fraus detegi & probari po-
268 test. Dicitur in illo versi. † si vero seruitij necessitatem effugiens, tentauerit monasteriũ quidem derelinquere, aliam autẽ vitæ sectari figurã, licentiam damus domino, & trahere eum & probãte fortunam inter seruos habere. Non omiserim vnum ex prædicto versic. si vero is quidem. qui voluit diuturnam conuersationem cõsiderari, in recenti autẽ clericatura seu monastica professione non æque, nisi forte præcedens cõuersatio antequàm clericalẽ habitum induerit, & vitam clericalem elegisset ex ipsa conuersatione honestus & mitis, & monastica seu clericali honestate dignus repertus sit. Et ratio haud multo post redditur, Cùm nõ tam facilis existimatur hominum mutatio, sed propter temporis diuturnitatẽ longámve prioris vitæ honestæ conuersationẽ præsumi posit, non in fraudem, sed bona fide monasticam vitam, seu clericalem conuersationem elegisse. cap. fin. xvij. q. ij. cuius canonis Francisc. de zabar. mentionem fecit in clemen. vnica. viij. notabili, de sequestr. possess. & fructu. c. legem. liiij. distinct. per quem text. Archid. illic dixit in verbo, fugiunt. sæpius contingere seuerius semper præsumendum esse illos qui ratiocinijs obnoxij sunt, ob id fugere, & habitum mutare, ne rationem reddant, & onera, quibus obligati sunt, euitent. Vlterius Archidia. ait se non posse opinioni dicentium iura antiqua canonica triennium desiderantia, sicuti Iustinianus in dicto versic. si vero is quidem. expectari voluit, esse correcta, consentire. Cum iura illa antiqua à iure nouo immutata nõ inueniat, quibus standum semper esse dixit, nisi nominatim correcta sint, iuxta regulã §. fina. in authenti. de non alienand. rebus eccles. collatio. ij. l. sancimus. C. de testamen. l. præcipimus. C. de appellationibus.

Procedamus vlterius, & illas opiniones parumper reuoluamus. In primis eam quæ fuit Ioan. de Deo, quæ secũda est opinio in ordine, qui allegat capi. sicut. & cap. de persona. xj. quæstio. prima. qui text. de promoto ad sacerdotium loquuntur. In quibus minor esse potest difficultas, præsertim in causa criminali, authent. clericus. & authenti. statuimus. C. de episco. & clericis.

Quantum est ad tertiam opinionem, quæ fuit Francisci Vercellẽ. qui authoritati Dini tantum institit, & ijsdem legibus quibus Dinus motus est, similiter Francisc. ille Vercel. quibus omnibus Din. vno vocabulo respondit, Vbi quis bona fide clericalem habitum assumpsit, nõ autem in fraudem criminis. quæ solutio clarius probatur in dicto. §. primo. in authenti. de monach. collatione. j. Et eodem modo respondet Barto. qui Dino adhæsit in dicta. l. prima. ff. de pœnis. in. l. fina. ff. si ex noxa. causa aga. in. l. idem Vlpianus. §. sunt & alij. ff. de excusatio. tutor. Et per singulas leges à Dino allegatas demonstrabimus. Primò in. l. prætor. §. si post causam. ff. de vacat. munerum. Dum ille text. ait, vel si qui sacerdotium nacti sint, discedere ab eo sine religione non possint. Nam & hi in perpetuum excusantur. & in versicu. si post causam. dicitur, Si cum captione id futurum est alterutrius, sic vbi alterius captio interuenit, excusatio nulla datur. Secus si sine alterius captione fiat. Præterea excusatio quæ in illo textu proponebatur, pro parte iudicis, non autem partis fiebat, quæ faciliter recipitur, dumtamen sine captione fiat. l. iudicium soluitur. ff. de iudicijs. l. tertia. §. fina. & l. sequen. ff. de arbitris. Et in his terminis loquitur. l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arbitris. capi. insinuante.
269 extra de officio delegati. † Nam electus arbiter post compromissum factus sacerdos, si arbiter manere nõ vult desistere, aut perseuerare potest: pariter & iudex qui ab initio suspectus inuentus non est, si pendente iudicio noua causa superueniat, recusari poterit, sed id ex defectu iurisdictionis non contingit. neque, vt dictum est, in delegato singulare est: quia id etiam in ordinario locum obtinet. Sed ista non est iusta mutandi fori causa: quia alius in eodem foro sufficietur, qualitate prioris iudicis semper remanente. Et minus obstat. l. his oneribus. §. auctis. ff. de vacatio. munerum. & l. si plures curatores. §. quanuis. ff. de excusatio. tutorum. quia causatiua seu causata prohibitio non est perpetua sed temporalis. Non enim nisi durante prohibitionis causa prohibitio durat. l. cura. §. deficientium. ff. de muneribus & honoribus. l. post finitam. ff. de suspectis tutoribus. l. post susceptam. ff. de excusationib. tutorum. eadem patet responsio ad regulam, factum. de regulis iuris. in sexto.

Nec in consideratione esse potest ratio superuenientis immunitatis ecclesiæ, secundum capit. inter alia. extra de immun. eccl. quia non tantum concludit in pœna à seculari iudice, verumetiam ab ecclesiastico, secundũ Inno. & Ioã. And. in. c. inter. Secũdò, illa exceptio nõ erit perpetua, sed tẽporalis tm̃, quãdiu in ecclĩa permãserit. Secus autẽ si voluntariè ab ecclesia discesserit: vt latius exposuimus in. l. j. in prin. suprà eo. p. c. frater. & c. vxor. xvij. q. iiij. quia postea extra ecclesiã qua volun

voluntariè exiuerit, à seculari iudice apprehendi poterit & puniri. Imò plus Hostien. & Io. And.
270 in.c.fi.extra de immunita.ecclef.dicunt † secularem iudicem etiam in ecclesia posse criminosum apprehendere & eum apprehensum morti tradere dummodo per vim ab ecclesia extractus non sit, sed volens ecclesiam exiuerit. Et ita dicunt illud.c.inter alia. debere intelligi, sed vt alí quando dixi in dicta.l.j.in princip.suprà eodem est text.qui euitari non potest in dicto.c.frater. xvij.quæst.iij.dum in eo dicitur, reluctantem reclamantemq́ violenter abstraherent. Idem in dicto.c.vxor.in his verbis, eum egredi sub hac cõditione præcipimus, vt si actus suos fideliter & rationabiliter allegaret &c. Vel dic secundum Ioan.And.in dicto.c.vnico, de obliga.ad ratioci.& in.c.sane.in verbo, apud omnes.extra de celebra.missa. Archi.in.c.sicut antiquitus.xvij. quæst.iiij.collectarium.in.c.fin.extra de immunita.ecclef. Clericus, quandiu liber non est, sed à familia detinetur, immunitatis ecclesiasticæ beneficium non recipit: quia in ea libertate tantũ qua ecclesia illos reperit, fouet & conseruat: sed in ea obligatione qua erant, semper permanent, dicto.c.vnico.extra de obliga.ad ratioci.c.nullus.liiij.distinc.dicto.§.j.in authen.de monach. colla.j.induci potest tex.in.c.comperimus.xiiij.
271 quæst.vj.dum ait, Pro † malis autem apud principes ecclesiam debet intercedere, non eos temerario ausu defendere: nec aliter liberi fiant, secũdum Ioan.Andr.in loco prædicto. Igitur tales à seculari iudice præuenti, & qui propter crimen sui fori sunt effecti, non debet ecclesia illos fouere, quos iustitia mediante punire necesse est: maxime eos qui sub imagine fictæ religiõis pœnam euitare student, vt superius docuimus per dictam.l.si maritus.§.legis iuliæ.ff.ad legem Iuliam de adulter.dicto.§.primo.in authen.de monach.l.sub prætextu.C.de sacrosanc.ecclesijs.l. quidam ignauiæ.C.de decurio.lib.x.& in.l.j.C. de his qui ad ecclef.confugi.per quam idem notat Hostiens.in dicto.c.inter alia.in verbo, puniendus.extra de immuni.ecclesia. Et in eos retorqueri possunt leges allegatæ per Io.Andr.in iij.opinione, quæ fuit Francisci Vercel.& prius eo Din.in dicta.l.idem Vlpianus.§.sunt & alij. ff.de excusa.tutor. videlicet.l.hos accusare. ibi, dum nõ retractandi leges causa abest. ff.de accusationibus.dicta.l.si maritus.§.legis Iuliæ.ff.ad legem Iuliam de adulter.in his verbis, siue detractione Reipublicæ aberit.l.secunda.§.fina.ff.si quis cautio.l. item hi qui.&.l. sequenti.ff. quibus ex causis maiores.l.tres tutelas.ff.de excusationibus tutorum.
272 Et quod suprà dictum est, † forum non mutari, sed forum foro addi, si causa ad ecclesiasticũ iudicem remittatur.c.primo.liiij.distinctione.ille canon directe aduersatur, dum ait, Nullus episcoporum seruum alterius ad clericatus officiũ promouere præsumat, nisi forte eorũ petitio aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eo vendicant potestatis. Et ratio, quæ sumitur in illo textu mea opinione consideranda est: cùm huic nostræ disputationi cõueniat. debet eñ esse immunis ab alijs, q diuinæ militiæ est aggregãdus. Sed quæso quomodo inimicus esse potest qui propter crimen iudicio iam addictus est, & inter reos positus. Et quod in eodem canone scribitur, plurimũ huic quæstioni necessarius est. Inquit, vt à castris dominicis quibus asscribitur nomen eius nullius necessitatis vinculis abstrahatur. Idem in capi.nulli.qui immediate sequitur, qui formam præbet episcopis, ne circa id circũueniantur, & ecclesia inde illudatur, dum ait, Cuius libertatis charta ante ordinationem in vmbone publicè legatur: & si nullus contradixerit, rite consecrabuntur. Ecce formam quam episcopi antequam ad ordines sacros promoueãt, obseruare debent, ne quem alienis obligatum debitis aut irretitum criminibus promoueant. alioquin eius gradus & conditionis sint seu maneãt cuius antea erãt.& in.c.magnus.qui sequitur, dicitur, & ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ab ecclesia infirmentur. Multa alia similia in eadem distinctione legũtur, & in.c.legem. quinquagesimatertia distinctione. Primò dum in eo dicitur dum causarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum veniant vel conuertantur. & versus finem dicitur, Suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius à ratiocinijs publi
273 cis fuerint absoluti. & vlterius, † Si qui verò ex militaribus viris annumerari in monasterijs festinant, nõ sunt temere suscipiendi, nisi vita eorum subtiliter inquisita fuerit, & iuxta normam regularem in suo habitu per triennium probati: tunc monasticum habitum Deo authore suscipiant. Obstat etiam eis dicta. l.si quis posteaquã. ff.de iudic.dum ait, Miles vel alterius fori esse cœperit. quare forus mutari non potest, neque debet ab eo, qui cognoscere cœpit, cognitio amoueri. Et dum dicitur, rem semel sacratam domino nõ restitui: cum aliter per pretij restitutionẽ ipsius rei satisfieri possit: quoniam illi text. omnino aduersantur. Neque iuri consentaneum esset facto hominis doloso, id est propter hominis delictum iurisdictionem veri iudicis auocari. Ecclesia autem, cùm iustitiæ cultrix sit, quæ nihil inconsultè agit, neque à suis ministris agere permittit.c.primo.de aliena.feudi.collatione decima.hoc tolerare non potest. Et quod dictum est de re facta sacra seu sacrata, intelligendum est secundum prædictos canones, quæ bona fide consecrata est: non autem mala fide. Quibus addo l.is qui intulit.&.l.ossa. ff.de religiosis & sumptib. funer. Et ita respondetur per glos.in.c.ad hæc. extra de religio.domib.

Aliam & secundam solutionem tradit glossa in dicto capitulo, comperimus. decimaquarta.

quæstione sexta. differentiam esse inter res ani-
274 matas & inanimatas. † Inanimatæ enim peccare non possunt. §. oportet. in authentica, de mandatis principum. collatione tertia. Non enim, inquit, res sunt quæ delinquunt, sed qui res possident. Animatæ igitur peccant. Et à ratione alienum esset, vt ex peccato suo fructum perciperent. ita glossa notat in regula, semel. de regulis iuris. in sexto. Prædictis addo in argumētum. c. fina. extra de immunit. ecclesia. per quod ecclesiastica immunitate priuantur hi, qui sub spe immunitatis aut in ecclesia aut prope ecclesiam delinquunt. Similiter audiendi non sunt, qui sub spe clericalis habitus, vt pœnam euitent, delinquunt. Et ad id alia prohibitionis ratio colligi potest ex. c. quomodo. de consecratione. distinctione quarta. Quomodo, inquit, exaudit deus homicidam deprecantem vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel super eucharistiam, vel super capita eorū? & haud multo post dicitur, cùm nemo dare possit quod non habet, quomodo homicida dabit spiritum sanctum? & tamen intus ipse baptisat. Repeti posset vnum, cuius superius meminimus, de his qui officia appetunt, vt anteriora crimina occultent. l. ad splendidiora. C. de diuersis officijs. libro duodecimo. Sic est de his qui clericari procurant, vt pœnam euitent. Et domus Dei spelunca seu receptio & refugium malorum & perditorum hominum fit: quibus ecclesia in Reipublicæ damnum subuenire non debet. capitulo, est iniusta. vigesimatertia. quæstione quarta. ne facultas illa incentiuum præbeat delinquendi, cap. vt clericorum. extra de vita & honestate clericorū. l. prima. C. ad legem Iuliam repetundarum.

Ad legem, qui cum vno. §. reus. ff. de re militari. per Dinum mox per Bartolum, Archidiaconum & Ioannem Andr. allegatam, quanuis in ea per Accursium suppletione multæ fiant in verbo, voluntarius. & in verbo, postulatus. & in verbo, dicta causa sit. quæ in nullo cum dicta. l. si quis posteaquàm. ff. de iudicijs. conuenire possunt: vt mox ex illius. §. interpretatione intelligetur. Pro cuius clara interpretatione præmittendum est, quod in. §. ad bestias. & versiculo, temporarium exilium. eadem. l. Iureconsultus dixerat de eo qui propter crimen relegatus vel in insulam deportatus erat, passus est, quadam conniuentia seu dissimulatione numero aliorum militum aggregari: vt is perpetuo exilio condemnari debeat. Qui autem volens se militiæ dedit, capite puniendus est. in. §.
275 reus. mutatur species, & † quæstio fit à quo iudice miles ille voluntarius puniri possit. qui voluntarius ideo dicitur, quia voluntariè nomen suum ordini militari numerari passus est. An à primo iudice, qui eum relegauerat, puniri debebit, An verò à præfecto militiæ seu tribuno militum. respondet, Non ad primum iudicem, qui illum relegauerat, remittendum esse, sed qui militiæ præerit, iudicabit, hac forma, Si voluntarius miles inuenatur reus capitalis criminis, id est qui de crimine aliàs in insulam relegatus capite punietur. Nec eo, id est ad eum iudicem qui eum relegauerat remittendus est, vt de hoc nouo crimine quod commisit patiendo nomen suum inter alios militea legi, scribi vel annumerari puniatur: sed per illum qui militiæ præfectus est si causa dicta sit, id est, reum peregerit: quia de eo crimine conuictus est, puniatur. si vero dicta non sit, quia aufugerit, & apprehendi non potuit: requisitus annotabitur, id est, vt vulgari sermone vtar, bannietur, cum bonorum annotatione, id est descriptione. Et ista est Iureconsulti intentio in dicto. §. reus. qui longe differt à l. si quis posteaquam. Et quod Bartol. & Din. in dicta. l. prima. ff. de pœnis. Archidiaco. & Ioannes Andreæ in locis prædictis de regradatione seu degradatione clericorum loquuti sunt, cùm sub hoc clerici nomine sacerdotes, diaconi, & subdiaconi contineantur, authentica, presbyteros. C. de episcopis & clericis. capitulo, de persona. vndecima. quæstione octaua. quemadmodum sacerdotes, quibus character imprimitur, degradari debent. capitu. degradatio. de pœnis. libro. vj. capitulo, cùm non ab homine. extra de iudicijs. capitulo, si quis cum clerico. versiculo, item in criminalibus. ibi, sacerdotio exutus. & capitulo, clericum. §. ex his. vndecima. quæstione prima. ibi, vel in criminali causa non sui honoris causa cingulo denudauerit. Et fere omnes in dicto capitulo, at si clerici. extra de iudicijs.
276 istius sunt opinionis, † vt clerici simplicia tonsuræ degradētur antequam à seculari iudice pro crimine puniri debeant. Ponderantes dictum capitul. cùm non ab homine. in his verbis, cuiuscunque ordinis. & in his verbis, quocunque ordine. eo quod prima tonsura ordo sit. capit. cùm contingat. extra de ætate & qualita. ordinan. in fine. vbi idem Henricus Bohic notat capitulō, cleros. vigesimaprima distinctione. Et iste ordo sub numero ordinum est, qui ab episcopo conferuntur. capitulo, cùm inter vos. in verbo, tonsuratione. extra de sententia & re iudicata. Ita Hostiens. illic, quem omnes sequuntur, idem affirmat. Idem Hostiens. in capitu. secundo. extra de cleric. excommunica. ministran. Et Antonius de Butrio in dicto capitu. cùm non ab homine. iij. colum. extra de iudicijs. post Hostiens. in capi. fina. extra de offic. Archid. generalius loquitur. dicit enim, omnes clericos priuilegio canonis, si quis suadente diabolo. xvij. quæst. iiij. gaudentea. & capi. porro. & cap. non dubium. extra de senten. excommunica. per iudicem laicum puniri non posse nisi præcedente degradatione: &
277 † ob id clerici coniugati qui priuilegio dicti canonis gaudent, capitu. primo. de cleri. coniuga. libro sexto. eodem priuilegio gaudere debent

quo &

quo & clerici soluti: vt à nullo alio iudice quàm ecclesiastico iudicari debeant, dicto.c.at si cleri. ci. &.c. cum non ab homine.extra de iudic. nisi prius ab episcopo degradati fuerint, per prædi. cta. Et Philippus Decius in dicto.c. cùm non ab homine. reprobata Abba. & Francisci Aretini opinione in eodem.c. cùm nõ ab homine. addit text.in.c.si episcopus.xxvij. q.j.glos. in summa xxxij.distin.dum glo.inquit, quemlibet ecclesia sticum ordinem esse sacrũ: tametsi quatuor sint principales ordines sacri. Quibus addo Inno. & Hostiens.in dicto.c. cùm contingat. extra de æta.& quali.ordin.dicentes non esse veram opi nionem dicentium primæ tonsuræ ordinem in desuetudinem abijsse. Si igitur in vsu adhuc sit, prout re vera est ordo, ille sacer est: cùm omnes ordines sacri sint, de omnibus idem iudicium fie ri debet. Et Philip. Decius in loco prædicto ad fundamenta Abbatis & Areti. respondet, dum dicunt depositionem de qua loquitur illa decre talis, cum non ab homine.locum non obtinere in non obtinẽtibus ordinem: & ordo largo mo do pro qualitate ecclesiastica accipitur. Et tamẽ monachus de monachatu non deponitur, sed in arctius monasterium detruditur.c.fi. extra de re gula. Sed ad istud obiectum Decius responde. bat, cum prædictum.c. cùm nõn ab homine.ge. neraliter de quocunq; ordine loquitur, de qui. buscunq; igitur personis ecclesiasticis intelligen dum esse ait. Nec finis illius decretalis principiũ eius moderatur. Fatetur autem strictè sumpto clerici vocabulo primæ tonsuræ clericum nõ ve nire.c.clericus.ij.extra de vita & hone.cle.large tamen venit, & gaudet immunitate ecclesiæ glo. in.c.fi.extra de tempo.ordi.lib.vj. Et ob id De. cius ait post Hostien.in.c.clerici. in fin.extra de iudi.non posse per legem vel consuetudinem fie ri aut statui vt clericus coram seculari iudice pro crimine conueniri possit, per illum tex. motus il lo trito adagio, leges non dedignari sacros cano nes imitari.c.j.&.ij.extra de noui ope. nuntia.c. qualiter & quando.extra de iudi. Allegat Bald. in.l.ij.C.vt in pos.lega. Imo nec papa facere po. test, vt ipse idem notat in.c.decernimus.extra de iudi.post Cardi.in.c.ij.extra de maior.& obed.

178 † Et propterea non valere inquit Angliæ con. suetudinem per quam rex iurisdictionem habet in clericos. Plus Decius in dicto.c. cum non ab homine.xxviij.col.ait tria in illo.c.probari. Pri mum Reges & principes non posse clericos iu. dicare pro quibuscunq; criminibus quantũcũq; atrocissimis deprehensi fuerint. Secundum, Pri usquam à laico iudice clerici puniri possent, ab episcopo deponi debere. Tertiũ antequam pro crimine clericus deponi possit, debet incorrigi. bilis esse. Quæ tria an vera sint, præsertim in sim plicibus clericis inferius tractabimus.

Et Bar.in dicta.l.j.ad fin.ff.de pœn.ait, Quia episcopi huiusmodi clericos deponere negli. gunt, seculares iudices tametsi contra iustitiam eos puniunt. Expressius hoc dicit Hostiensis in dicto.c.inter.in verbo, puniendus.extra de im. munit.eccle.principes & prælatos peccare. Prin cipes, quia plerunq; ab immunitate clericos & criminosos extrahunt, custodiunt, vinctos in ec. clesia tenent, victum denegant, vt inde cogãtur exire. Prælati, quia illos deponere negligunt, & ob id delicta inulta manent. Et tamen, inquit, in rebus humanis summum bonum est.c. cum de. uotissimam.xij.q.ij. vtinam, inquit, in his & in alijs hi & illi suis terminis contenti essent. c.j.§. fina. extra de sepultu. Communis Galliæ praxis doctrinam Ioan. Andreæ in dicto cap. vnico. de obligat.ad ratioci.obseruat, vno dempto: quo. niam clericorum primæ tõsuræ degradationem seu depositionem non admittit. Et vbi sacerdo. tes & alij in sacris maioribus ordinibus constitũ ti irregularitatem ipso iure contrahunt, nullam in huiusmodi clericorum genere primæ tonsuræ depositionem expectat: solam differẽtiam inter clericos solutos & coniugatos seruat, quæ in.c. vnico, de cleri.coniuga.in.vj. & in.c.si iudex lai cus.de senten.excommunica.in.vj. posita est, si coniugatus in habitu & tonsura non incedat, si clericaliter non viuat, vt pote si vilis artificij & vitæ fuerit: vt in clemen.j.de vita & honest. cle. rico. Qui soluti sunt gaudent, licet in habitu cle. ricali incedere non comperiantur, iuxta capitul. si iudex laicus. extra de sentent. excommunica. tio.in sexto.

Videamus vlterius, An hæc praxis de iure su. stineri possit vt depositio necessaria non sit. Prius autem quàm vlterius progrediar, vnum

179 nolo prætermittere, videlicet † potius & poten tius esse immunitatis ecclesiasticæ priuilegium clericali priuilegio: cùm illud non clericis & quibuscunque facinorosis hominibus compe. tat, exceptis casibus expressis in dicto capitulo, inter.extra de immunita. ecclesiarum.in capitu. lo fina. eodem titulo.in capitulo primo extra de homici.& in capitulo primo, eodem titulo.lib. sexto. & alijs criminibus, quorum aliquando meminimus in.l. prima.in principio.suprà eod. Non sic est in priuilegio clericali, vt nunc docui mus, & aliquanto confirmabimus. reuertamur ad institutum.

Et non videtur iure probatum in clericis pri. mæ tonsuræ depositionem de iure necessariam esse: Cùm iure cautum non inueniatur, primam tonsuram inter ordines sacros annumerari. In primis hoc non dicit capitulũ, cleros. vigesima. prima distinctione. qui omnes sacros ordines. descripsit. Primum enim sacrum ordinem dicit esse Ostiarij, in dignitate vero nouissimũ. Idem in capitulo, ab archidiacono.nonagesimatertia distinctione. vbi lector primus dicitur omnium ordinum: tametsi gloss. illic sub lectore omnes minores ordines velit cõprehendere, quæ tamẽ

iuris authoritate non cõprobat. Sed contra glo. est text. in. c. psalmista. xxiij. distinct. vbi psalmista primum ordinem tenet. Cui conuenit. c. cum
280 contingat. extra de æta. & quali. ordinan. † Imò quod prima tonsura neq; alij inferiores ordines proprie ordines vsq; ad psalmistam dici non debeant, facit quod Innocen. notat in dicto. c. cum contingat. & in. c. j. extra de supplen. negligent. prælato. dum dicit, omnes huiusmodi ordines à simplici sacerdote posse conferri per. c. psalmista. vbi Archi. Innocen. sequitur reprobata Hostien. opinione. & Innocen. sententiam dicit esse communem. Plus Vincentius antiquus doctor in dicto. c. psalmista. quem illic Archidiac. refert & sequitur, Neminem scire posse ait an psalmistæ character animæ imprimatur. & hac ratione non incidere eum qui psalmistam seu clericum primæ tonsuræ percutit in pœnam. c. si quis suadente diabolo. decimaseptima. questione quarta. Et ratio est cuius suprà meminimus: Quoniam psalmista & cantor, qui idem sunt, à presbytero ordinem recipiunt: vt in. c. quoniã. lxix. distinctio. in his verbis, dum constat eum esse presbyterum. Et id gloss. notat in. c. non liceat. xcij. distinct. quæ illius canonis declaratiua est, dum illic text. ait, Non licere in pulpito psallere, nisi qui ab episcopo fuerit ordinatus. & dicit gl. vel abbate, vt dicto. c. quoniam. lxix. distinc. vel sacerdote, vt dicto. c. psalmista. xxiij. distinctio. Hoc satis confortatur ex opinione Hostiens. & aliorum Canonistarum in. c. cum contingat. extra de æta. & quali. ordinan. Archid. in dicto. c. psalmista. xxiij. distinct. & in dicto. c. quoniam. lxix. distinc. & in dicto. c. ab archidiacono. xciij. distinctio. in ecclesia plures nouem non esse ordines, ad similitudinem nouem hierarchiarũ Angelorum. Et hi nouem ordines sunt Ostiarius, psalmista, Lector, exorcista, acoluthus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus: qui in. c. cleros. xxj. distinctio. annumerantur. Imò clerici coniugati, qui per constitutionem Bonifacij in c. vnico. de cler. coniug. quo ad tria priuilegium retinent clericale, vt paulo ante meminimus, dũmodo habitum & tonsuram deferant clericalem iure antiquo decretorum & decretalium prohibebantur habitum & tonsuram deferre clericalem. c. Ioannes. extra de cleri. coniuga. existimabatur in ignominiam clericalis ordinis esse, si in eo habitu incedere visi fuissent. Et hac ratione glo. in dicto. c. si quis suadente diabolo. xvij. q. iiij. illum text. ad psalmistam restringit.

Nec obstat. c. cùm contingat. extra de ætat. & quali. ordinan. quod Hostiẽ. contra reliquorum Canonistarum sententiam ad clericum induxit. Non quod de illo clerico primæ tonsuræ intelligatur, quem clericum primæ tonsuræ vulgus appellat, sed de psalmista tantum, cui prima tonsura à sacerdote collata est, cum oratione & antiphona speciali secundum Archi. in dicto. c. psalmista. fortius dicebat Vincẽtius in dicto. c. cùm contingat. extra de æta. & quali. ordinan. quem theologi sequuntur, vt Archid. illic commemorat. contra quos plurimum obstat dictus. c. cleros. xxj. distinctio. & dictum. c. cùm contingat.
281 † Fateor vsu ita obtentum esse primam illã tonsuram à solis episcopis conferri quam olim sacerdotes conferebant, qui etiam coniugati per Bonifacianam constitutionem priuilegium retinent clericale, dicto. c. vnico, de cleri. coniuga. lib. vj. Et huic vsui conuenire videtur. c. nullus. extra de temp. ordinan. lib. vj. de quo in. c. si iudex laicus. de senten. excom. eodem libro.

Sed cùm in anima per primam tonsuram secundum aliquos character nõ imprimatur, Imò in psalmista adhuc dubium est, qui inter nouem ordines annumeratur, vt paulo ante diximus, exauthoratione non potest agere: Cùm nullius gradus aut authoritatis sit. Non obstat. c. cùm inter vos. in verbo, tonsuratione. extra de re iudicata. quod in nulla sui parte cõcludere potest. Nec in dubitationem venit, monachum à suo abbate primam tonsuram recipere: Cùm etiam à simplici sacerdote prima tõsura illo iure recipiatur. Cæterum in illo text. pro ordine non ponitur, seu verius dico probari in illo text. tonsurationem præparatorium tantum ad ordines esse, non autem quod ordo sit, dum ille text. ait, dicta ecclesia monasterio vestro pleno iure debet esse subiecta, videlicet in institutione, destitutione, inuestitura archipresbyteri, & eiusdem fidelitate, ipsius & fratrum obedientia, correctione, repræsentatione, ad ordines tonsuratione, susceptione chrismatis. Et per hoc dum dicitur, repræsentatione ad ordines: mox subiungit, tonsuratione: per hoc ab ordinibus tonsurationẽ distin-
282 guit, † non autem quod tonsuratio ordo sit, sed ad ordines præparatio. Et ita declarat text. in dicto. c. cùm contingat. extra de æta. & quali. ordinan. qui fortius velle videtur non esse in facultate abbatis suis monachis primam tonsuram conferre, nisi tribus concurrentibus. Primum quod ab episcopo secundum morem præficiendorum abbatum manus imposita sit. Secundum quod abbas qui tonsuram suo monacho præbet, sacerdos sit: & Tertium quod ab eo abbate secundum ecclesiasticam traditionem cõferatur. Hæc tria illa decretalis desiderat. alioquin abbatibus primam tonsuram suis monachis conferre non licet. Et multo minus obstat. c. secundum. extra de cler. excommunica. ministran. per eos allegatum. Imò directe illis aduersatur, dum ille text. clericos minorum ordinũ laicis & fœminis comparare videatur: cùm de illis idem fiat iudicium. Sed quocunq; modo illam decretalem intelligas, huic nostræ disputationi nõ conuenit, & vt dictum est, potius cõtradicit, dum in ea dicitur, similiter de clericis, laicis, vel fœminis excommunicatis obseruandum est. Non obstat. c. de persona.

persona.xj.q.j.quem Hostien.pro illa opinione induxit. Cum ille text.cantoris ordinem qui & psalmista dicitur in dicto.c.cleros.§.oblationes. versic.lectores.xxj.distin.non egreditur seu excedit.Nec obstat.c.in eos.extra de hæret.qui de clericis primæ tõsuræ nominatim non loquitur, dum in eo dicitur,denique quod de episcopis & presbyteris dictũ est, debet de reliquis clericis exaudiri:intelligendũ est de his quibus ordo clericalis confertur,quibus character imprimitur, vt superius docuimus.c.consultationi.extra de tempo.ordinan.Similem solutionem damus ad c.clerici. extra de cleri.excommuni. ministran. quod de clericis in sacris ordinibus constitutis loquitur, probat in illis verbis,diuina officia celebrauerũt.Similiter dico ad.c.fraternitati.&.c. postulastis.eo.titu.His addo quod Archid.scri-
283 psit in dicto.c.psalmista.xxiij.distinc.dum † ait præposterationem ordinum ostiarij vel lectoris non operari vt ob id repeti debeant : cum in eis nullum officium conferatur. Tantundem de psalmista dicit. De cæteris autem ordinibus præposteratis secus esse dicẽdum ait,quia repeti debebunt ordine seruato. quãquàm Hosti.in.d.c. cum cõtingat. extra de æta.& quali.ordin.dicat ordinem psalmistæ,si prætermittatur,repetendũ esse,per.c.sicut.xl.distin.sed ille canon huic decisioni cõuenire non potest:quia nõ magis de psalmista quàm de cæteris ordinibus loquit̃,si indefinite de clericatu loquitur,dum ait, Sicut duorum copulatio vnũ perficit corpus,ita clericatus et sacerdotium vnum facit presbyterum , & electio & consecratio vnum faciunt episcopum . Nihil vlterius in illo canone dicitur.Imo plus secundum Archidiac.illic dici potest,vt de eo clericatu intelligatur qui proximus est sacerdotio:quod ille tex.satis innuere videtur,dum ait, ita clericatus & sacerdotium vnum facit presbyterũ, sicut electio & confirmatio vnum faciũt episcopum: eo quod confirmatio consecutiua electionis sit. addentes illic glos.& Archidia.characterem imprimi sacerdoti etiam per saltum promoto.

Nolo vnum omittere , sed prædictis addere curaui,quod Henric. Bohic scripsit in dicto.c. cùm contingat.extra de æta.& qualit.ordinan. post Ioan. Andre.in.c.primo, de tempo. ordinan.lib.sexto.curatum parochianum posse suis parochianis psalmistæ ordinem præbere , per dictum.c.psalmista.xxiij.distinctiõe.secuti in hoc Archidiaco.sententiam in illo canone,qui text. non de curato presbytero , sed imo de simplici presbytero loquitur, dum ait psalmistam , id est cantorem posse absq; episcopi licentia sola presbyteri iussione cantandi officium suscipere , dicente sibi presbytero, Vide vt quod ore cantas, corde credas : & quod corde credideris , operibus compleas. Dicit autem Henric. Bohic in regno Franciæ episcopos contra presbyteros hoc præscripsisse,vt paulo ante diximus,vt soli hanc tonsurandi facultatem habeant. quam valere dicit.c.veniens.extra de præscrip. Vsus item inualuit vt de beneficio contendẽtes teneãtur literas primæ tõsuræ producere:nec releuaret eos aliorum inferiorum ordinũ literas producere. Quo fit vt plerique episcopi bursas suas sub velamine huiusmodi primæ tonsuræ impleant , collatam gratiam in nummos commutant , testimoniales literas alioquin non daturi. Quod an consuetudo similes prælatos eorúmve ministros à simonia excuset,vide capit.sicut. & capi.si quis ordinauerit.capitu.intantum.extra de simonia.Non nulli tam latæ conscientiæ prælati eorúmve ministri mentalem tantum esse putant simoniam : Dominus autem qui omnium corda & mentes nouit,ille iudicabit. hic rectè commemorari posset quod Cicero primo Officio. lib.scribit,dum de bellicis officijs tractat, commemorans quendam qui ab Hannibale in secundo Punico bello captiuus factus erat missus Romam cum alijs nouem pro captiuis commutandis qui cum è castris Hannibalis permissu exisset, paulo post redijt quod se oblitum nescio quid diceret,deinde regressus è castris iureiurando se solutum putabat. & erat, inquit Cicero , verbis,re non erat. semper ẽm, vt ait,in fide quid senseris non quid dixeris cogitandum.Tametsi idem Cicero id nõ obseruauerit,vt videre licet apud Gellium libro Noct. Atticarum.xij.cap.xij.dum à Publio Sylla , qui tum reus erat mutuo sestertium vicies tacite accepit,dum Cicero repetundarum reus fieret se accepisse ac domum ex ea emisse negauit: dum de mendacio argueretur, in senatu risit,atque inter ridendum inciuiles atq; inconciliatos homines dixit,cum ignorarent prudentis & cauti patrisfamilias esse quod emere velit empturũ sese negare propter competitores emptores. sed huiusmodi techna in publico iudicio nostra tempestate non reciperetur . sed primum Ciceronis dictum in primo Officiorum libro passim condemnatur.cui conuenit capi.quacunque arte.& capi.homines.xxij.quæstio.v.

Ex his patens est solutio ad omnia argumenta Philippi Decij per eum posita in dicto.c.cum non ab homine.in.c.decernimus.& in.c.at si clerici.extra de iudic. Primò dum glossa in summa xxxij.distinc.allegat quæ omnes ordines sacros esse ait,concedo,sed prima tonsura ordo nõ est, dicto.c.cum contingat . extra de æta.& qualita. ordinan.& alijs superius memoratis.Fateor etiã cum Hostien.in dicto.c.cum cõtingat. ordinem psalmistæ in desuetudinem non abijsse. & licet Hostiens.dictum Innocen. de prima tonsura intellexerit , non puto Hostiens. rectè dictum Innocen.accepisse , qui de ordine psalmistæ collato loquitur,non autem de prima tonsura. Libri eius inspectio indicabit : vt in simili Iureconsultus ait in.l.j.ff.de excusatio.tuto.in princ. Cuius verba apponerẽ si eorum esset necessitas. inquit

illic Herennius iurecõsultus. Et quanuis Decius existimauerit subtiliter. c. cum non ab homine. extra de iudic. inducere in his verbis, cuiuscunque ordinis & quocunque ordine. vt illa ad omnes clericorum qualitates extendatur: huiusmodi extẽsio vera esse non potest, sed de his tantum intelligi potest, quibus sacer clericalis ordo cõfertur. de quibus in dicto. c. cleros. xxj. distinctione. c. à subdiacono. xciij. distinct. vbi sigillatim omnes clericorum ordines describũtur, sed illorum numero prima tõsura, imò nec psalmistæ ordo annumeratur, nisi sub nomine lectoris aut cantoris comprehendas, quemadmodum superius docuimus per dictum. c. cleros. §. oblationes. versi. lectores. xxj. distinctione. & dictum. c. psalmista. xxiij. distinctio.

284 Non inficiabor † clericos coniugatos, quos sic Bonifaciana constitutio & titulus de clericis coniugatis appellat, id est qui primæ tonsuræ sunt initiati, ad sacros ordines obtinẽdos, vt paulo ante diximus declarando. c. cum inter vos. extra de re iudica. clericali priuilegio gaudere in tribus casibus superius declaratis per. c. vnicum. de cleri. coniuga. c. Ioannes. extra eo. titu. de cleri. coniuga. &. c. si iudex laicus. de senten. excommunic. quod nostra ætas non in omnibus obseruat, vt aliquando diximus, hic plura non repetemus: Ne tot iudicia curiarũ refellere videamur: & non posse in eorum personas attentari, iuxta distinctionem Ioan. Andr. in dicto. c. vnico. extra de obliga. ad ratioc. cuius mentionem suprà fecimus. nisi crimina talia essent, ratione quorũ rei illorum criminum irregularitatem ipso iure incurrerent, quorum meminit. c. at si clerici. c. cũ non ab homine. extra de iudi. Et sacerdotes degradari per illum text. &. c. degradatio. de pœn. in. vj. Cuius vocabuli Iustinianus mentionem fecit in. l. j. C. de priuile. schola. lib. xij. iureconsulti verò hoc verbo, exauthoratio seu gradus depositio, vtũtur in. l. desertorem. §. j. &. l. qui cum vno. §. exauthoratus. ff. de re milit. l. ij. §. ignominiæ causa missum. versi. sed si eum exauthorauimus. id est insignia militaria detraxerit. ff. de his qui notan. infa. scripsimus in. l. j. §. hoc rescriptũ. suprà eod. Et illa prima tonsura in ecclesia fit ad eum modum quo Romæ tyrones describebantur, vt oratorum togam assumerent, & in republica assuescere didicerant. Et puto rectè vsum fuisse vocabulo Innocentium tertium in dicto. c. cum inter vos. extra de re iudi. dum dixit ad ordines tonsuratione sic adolescentes, cum Romæ togam assumebant & barbã ponebant, eloquentiam in foro auspicabantur: & illa prima actio tyrocinium appellabatur: sic & ille primò tonsuratur ad suscipiendos ordines, non quod per eam tonsuram ordinem suscipiat vt dictum est, sed quod in clericis primæ tonsuræ degradatio in iure scripta inueniatur, siue personalem siue verbalem nominare lubet, non inueni. Scio autem decretalem, degradatio. de pœn. in. vj. in depositione sacerdotis primam vestem quæ in collatione tonsuræ datur, ei cui primo initiatur auferri, caputque illi radi: sed id non abs re esse: cùm vt in dicta. l. j. §. hoc rescriptum. suprà eo. diximus, post diuum Hieronymum in epistola ad Pamma-

285 chium. xx. primæ partis tertij tractatus, † Regradatio fiat vsque ad primam illam tonsuram: alioqui omnino regradatus non diceretur, nisi de gradu in gradũ suis insignibus clericalibus exueretur vt nihil prorsus is qui regradandus est, retineat sed prorsus exuatur: quemadmodum de exauthoratione diximus. Sed quod ea regradatio de his qui nullum ordinis gradum receperãt fieri possit, non videtur id rectè dici posse: cùm ordo non sit, sed initiatio tantum est ad ordines. Cum vt superius sæpe dictum est, Ostiarius primus gradus seu ordo sit, psalmista secundus, dicto. c. cleros. xxj. distinctio. &. c. à subdiacono. xciij. distinct. quomodo ab ordine pelli potest, qui nullum vnquam ordinem suscepit. l. nam & si sub conditione. §. post defectum. ff. de iniusto, rup. & irri. testa. Et ita vsus obseruat vt nulla filiorum clericorum primæ tonsuræ degradatio expectetur. Per hæc expedita erit præuentionis materia. repeti possent hic nonnullæ quæstiones per Bart. tractatæ in. l. iurisperitos. §. cùm oriundus. ff. de excu. tuto. quarum meminit Iason in. l. sororem. C. eod. quas consultò omittimus: cum eas aliquãdo tractauerimus. Procedamus cũ dei gratia ad. l. fi. huius senatusconsulti Sillaniani.

CALLISTRATVS.

Si de pluribus hæredibus quibusdam inuitis aut ignorantibus apertum erit testamentum: non amittunt portiones suas, qui culpa carent.

Argumentum in Legis præcedentis subsequentem Lectionem.

1 Hæres occisi testatoris testamentũ aperiens ante supplicium de occisoribus supplicium, hæreditate priuatur.

2 Actiones populares vt plurimum arbitrariæ sunt, bonorũ non admittentes publicationem.

Hæreditas adita desinit esse hæreditas, & patrimonium incipit esse hæredis.

Tabulæ

3 Tabulæ testamẽti qua ratione ante vitam defuncti necem aperiri prohibeantur.
4 Hæredes culpa carentes, suis non sunt priuandi portionibus.
5 Hæredis factum quando cæteris præiudicet cohæredibus.
6 Peccata seu pœnas suos tantum authores tenere & sequi, an sit vniuersaliter verum.
7 Filij pro delictis parentum grauiter puniuntur quandoque.
8 Liberti delictum quando filijs suis præiudicet.
9 Iniquitates parentum puniuntur in filijs, etiam à Deo, sed temporaliter.
10 Iustus pro impio quandoq; perit.
11 Nepotes hæreticorum puniuntur ob culpam auorum.
12 Pactum seu statutum nullius est valoris, quod dictat patrem feudo priuari ob filij delictum.
13 Filij parentum delictis non maculati ab eorundem pœnis sunt eximendi.
14 Vasallus domino suo insidiatus feudo priuari debet, non autem filius delicti paterni inscius.
15 Parentes peccatis suis non possunt nocere paruulis suis in Christo renatis.
16 Puniri nemo debet pro peccato alieno.
17 Fratres fratribus hæredes legitimi esse possunt, & agnatorum gerere tutelas.
18 Bona successoribus addicta quæ substitutionis iure ad patrem peruenerunt, non sunt ob patris crimen publicanda.
19 Nepos nõn impeditur delicto patris quo minus succedat in bonis auitis.
20 Fiscus bona incidentis in crimen læsæ maiestatis sibi vendicare nequit, si restitutioni, aut substitutioni subiecta sint.
21 Substitutus non debet priuari bonis per substitutionẽ relictis sibi, ob delictum hæredis.
22 Fiscus priuati iure tantum vtetur, qui priuato succedit.
23 Delictum patris non nocet filijs.
24 Alienatio bonorum substitutioni subiectorum prohibita est, & eorundem nulla confiscatio.
25 Creditores fisco anteriores pœnis fiscalibus sint præferendi.
26 Publicatio bonorum iuri naturali & omni cõtraria æquitati, in crimine læsæ maiestatis tantum admittitur.
27 Vasallus de feudo testari potest, & alio quo vult modo alienare.
28 Mulier feudum redimens, eiusdem capax efficitur.
29 Episcopus in dominum feudi delinquẽs feudo priuatur, quo mortuo feudum ad successorem reuertitur.
30 Substitutio cum suis iuribus præfertur pœnis fiscalibus.
31 Pater delinquendo non potest substitutis præiudicare.
32 Filij non puniuntur pro parentibus, quorum delicta non sequuntur.
33 Innocens nullatenus pro nocente puniri debet.
34 Ingratitudo liberti in patronum commissa nõ nocet filijs iam natis.
35 Patres in filijs puniri in tertiam & quartam generationẽ, qualiter intelligendum.
36 Parentum vitia & errores imitari non debet qui ad supernæ vocationis brauium peruenire cupit.
37 Deus non perdidit iustos cum impijs, sed pium Lot eripuit è Sodomis.
38 Pœna parentibus debita ad filios non extenditur eorum iniquitatem non secutos. & nu. 42.
39 Vasallo in dominum peccante ad quem deuoluatur feudum.
40 Feudum quando vasallo delinquente ad dominum reuertatur, & quando ad vasalli liberos transeat.
41 Delictum vasalli quando noceat liberis suis.
42 Vasallus delinquens in dominum quando liberis noceat in feudo & quando non.
44 Substitutio ad posteros transitura ob crimen quodcũq; etiam maiestatis læsæ non potest publicari.
45 Extensio in casu odioso de persona ad personam & de re ad rem fieri non debet.
46 Pignerationes seu repressaliæ iure ciuili sunt prohibitæ.
47 Bella iusta dicuntur quæ ad iniurias vindicandas indicuntur.
48 Repressaliæ conceduntur licite aduersus ciuitatem iustitiã ministrare negligentem.



AEC LEX PLVRES
& varias interpretationes
introduxit: vt plenius de-
claratum est in lege, neces
sarios. §. non aliàs. & lege,
Caius. & lege, in cognitio
ne. suprà eodem. in. l. si ea
quæstio. C. de his quibus
vt indignis. dum hic dici-
tur, si de pluribus &c. apertum erit testamen-
tum, non amittant portiones suas qui culpa ca-
rent. Per quæ iureconsultus Callistratus huius
1 legis author innuere videtur, † per solam testa-
menti aperturam ante sumptam de familia quæ-
stionem & supplicium hæreditatem amitti: cùm
in dicta lege, necessarios. §. non aliàs. suprà eo-
dem. dicatur, non aliàs bona publicari, quàm si
constabit esse occisum patrem familiàs, & hæ-
redem ante quæstionem habitam & sumptum
supplicium adijsse hæreditatem. & in lege, lege
Cornelia. §. finali. suprà eodem. pœna tantum
centum aureorum pro sola testamenti apertura
imponitur. & dicta lex, si ea quæstio. C. eodem.
cum hac lege conuenit. Et directe istæ quatuor
leges inter se pugnant. Communis autem inter-
pretatio Accursium sequitur in dicta lege, si ea
quæstio: quanuis Accursius hic super hac lege
variare videatur. sed vt in legibus prædictis ex-
plicuimus, verior est Accursij sententia in dicta
lege, si ea quæstio. Maxime quod in dicto. §.
non aliàs. lex negatiue seu per verba negatiua
concepta est. Secundò quod dicta. l. lege Cor-
nelia. §. finali. suprà eodem. declaratiua est sena-
tusconsulti Sillaniani, cuius verba posita sunt in
l. tertia. §. quod ad causam. suprà eodem. & Ac-
cursius optima ratione secundum omnes ductus
est ad hanc legem, & dictam legem, si ea quæ-
stio. supplere, & adita fuit hæreditas. & verum
2 est. Alia ratio addi potest. † regulariter enim po
pulares actiones bonorum publicationem non
admittunt, sed arbitrariæ sunt & extraordina-
riæ. Nam positæ sunt sub titulis de extraor-
dinarijs criminibus tractantibus: Et ob id Iu-
recõsultus in dicta lege, lege Cornelia. §. fi. dixit

illos centum aureos ex bonis damnati hæredis,
qui testamētum aperuit, exigi debere: quoniam
donec adita sit hæreditas, bona hæreditaria non
fiunt hæredis, sed hæreditas iacens esse dicitur,
quæ defuncti personam repræsentat.l. hæredi-
tas.ff.de acquir.rer.domi.l. hæres & hæreditas.
ff.de vsuscapio.l.j.§.ante aditam.ff. si quis testa.
lib.esse ius.fuer. Sed ob id bona non publicabū-
tur. Non sic est in eo qui hæreditatem adiuit:
quoniam desinit esse hæreditas,& hæredis patri
monium esse incipit.l. qui Titij.ff. de his qui.vt
indi.l.in eo.ff. de acqui. rerum domi.l.ex facto:
§.Iulius Longinus.ff.de vulg.& pup.substi.Sed
apertura testamenti præambula est ad hæredita-
tis aditionem:vt in.l.ij.ff.quemadmo.testa. ape.
Nam tabulæ ideo aperiri petūtur, vt sciat hæres
an adeunda sit hæreditas.l. qui hæres institutus.
&.l. Aristo.ff.de acqui.hære.l.Aristo.ff. de iure
deliber.dictum est in dicta. l.iij.§. quod ad cau-
tam.&.§.aperire.suprà eo. quanuis is qui scit se
hæredem institutum esse,adire possit.l.cùm quæ
dam.§.scientia.&.l.hæres institutus.ff. de acqui
3 ren.hære. † Prohibentur autem aperiri tabulæ,
vt facilius ad vltionem mortis defuncti inuiten-
tur: qui si testamentum viderent, & fortè cogno
scerent ex illo testamento se nihil consecuturos,
vltionem defuncti negligerent: vt dictum est in
dicta.l.iij.§.item siue iure valear.suprà eod.ideo
apertio testamenti prohibita est,quæ centum au
reis multatur, si priusquam tabulas aperuerint
vlti non sunt defuncti necem. Et hæc pœna simi
lis efficaciæ est, cuius est ea quæ posita est in.l. si
quis id quod.ff.de iurisdi.omnium iudi.in.l. pe.
ff.de in ius vocan.in.l.iij.ff.de sepulc.viola.quæ
de centum aureis loquitur. Et ideo ad hunc tex.
in his verbis, apertum erit testamētum.adde post
Accur.& adita fuit hæreditas.

Nec absurdum est hoc dicere: Cùm expediat
iura iuribus concordare.l.vnica.C.de inof.dot.
& posteriores ad priores vitandæ contrarietatis
gratia trahi necesse sit vulgata.l.sed & posterio-
res.ff.de legi. Et in hoc maxime casu,qui pœna-
lis est,qui benigniore interpretatione iuuari de-
bet.l.interpretatione.ff.de pœn.per rationem.l.
respiciendum.eo.titu.dum ait, Plane in leuiori-
bus causis proniores ad lenitatem iudices esse
debent: maxime vbi clarus in sua specie est legis
contextus.argu.est.l.non aliter.in princ.ff.de le
ga.iij.l. miles.§. quidam accusare. in his verbis,
Respondi, opinionem quidem tuam & verba le
gis & sententia adiuuāt.verba autem legis, lege
Cornelia.§.fi.vers.palam.suprà eo.clara sunt. &
l.necessarios.§.non aliàs.suprà eo.clarius & ex-
pressius de bonorum publicatione loquuntur
cum expressa negatiua, vt non aliàs publicētur,
quàm adita sit hæreditas. Recedere igitur à ver-
bis legis tā claris & specificis, potissimè in odio-
sis & pœnalibus à iure alienum esset, præsertim
secundum communem doctorum traditionem,
vbi constitutiones negatiuè conceptæ sunt, se-
cundum glos.in rubrica.C. ne fideius.dot.den-
tur.& in rubrica extra ne sede vacan. Recentio-
res notant post Barto.& antiquos in triuiali illa
disputatione,quæ passim iura profiteri incipien-
tibus palam fit, An rubricæ seu tituli necessariò
ad anteriores referri seu (vti dici solet) continua
ri debeāt.quæ in præfatione Insti.& in præfatio
ne tit.de actionibus.Institutionum lib. iiij.& in
præfatione Digestorum & Codicis tractata est.
& Areti.in rubrica.ff.de verb.obl.illius mentio
nem fecit iuxta.l.ij.ff.de sta.homi. Satis mihi est
in re tam frequente ad illos remissionem facere,
à quibus plura desiderabis. Et id verum esse pu-
to, vt copiosius docuimus in dicto.§. non aliàs.
& in.l.in cognitione.&.l.Caius.suprà eod. quæ
ab omnibus approbatur in dicta.l.si ea quæstio.
C.eodem.

Secundum hūc legis dictum est in his verbis,
4 † Non amittunt portiones suas, qui culpa carēt.
Hic text.est singularis in causis criminalibus,vt
pœnæ suos authores tantum teneāt.l. sancimus.
C.de pœn. illic Accurs. plures leges huic in hac
specie similes refert. Hic etiam alias duas addit
l.paterfamilias.ff.de hæred.insti.l.res vxoris.C.
de dona.inter vir.& vxo.Adde.l.ij.§.fratris.in-
frà tit.proxi.l.alteri.ff.de reg.iur. hanc regulam
reperio dupliciter ab Vlpiano iureconsulto de-
claratam in.l.semper.§. si in sepulchro.ff. quod
vi aut clam. Primò, nisi id quod factū est, com-
muni plurium consensu vel consilio factum fue-
rit. Nam cum vno vel cum singulis experiri lice
bit. Secundo, nisi quod factum est, à pluribus
pro indiuiso factum sit: singulos tunc insolidum
tenebit obligatos. vnius autem solutio & con-
uentio alios liberabit. Tertiò, si eorum vnus
proprio illorum fecerit consilio, cum omnibus
insolidum agi poterit: neq; vnius conuentio &
solutio alios liberabit. & illa.l.plurimum iuuat
ad declarationem.l.si per alium.§.fi. &.l. seq.ff.
ne quis eum qui in ius voc.est vi eximat. De eis
plura scripsimus in.l.iij.§.si alius.suprà eo.& hac
ratione Barr.hic motus est contra hanc legē op-
5 ponere.l.ij.§.si.ff.de verb.obli. † in qua factum
vnius ex hæredibus cæteris cohæredibus præiu
dicat.l. hæredes.§. in illa.vbi Floria. multa scri-
psit.ff.fami.ercisc. Ad quam respondet hic Bar.
ideo in hac lege vnius hæredis factum cohæredi
bus non præiudicare: cùm ab hæredibus obli-
gatio initium acceperit. Secus si à defuncto ori-
ginem sumpsisset: tunc vnius hæredum factum
alijs præiudicat. Et tandem remittit se ad ea quæ
scripsit in.l.iiij.§.Cato.ff.de verbo.obl.quem.§.
in anno nostræ ætatis.xix.iiij. nonas Iulias, qui
erat annus à resurrectione domini secundus su-
pra millesimum & quingētesimum Aureliæ pu-
blicè disputauimus vniuerso doctorum iura ciui
lia & canonica Aureliæ publicè profitentiū col
legio contra solitum tunc illius studij morē assi-
stenti,

stenti, pluribus nostræ disputationi iuris conclusionibus quàm tunc solitum erat additis. de quibus publicè respondimus. Et ante duos menses eiusdem anni. l. j. ff. de vulg. & pupil. substi. Additis pariter multis iuris conclusionibus substitutionum materiam publicè disputauimus, deque illis conclusionibus præter & cōtra vsitatum seu antea obseruatum illius studij morem excerptis respondimus conuenientibus vtriusque disputationi (repetitiones vulgus appellat) multis ac multis vtriusque iuris professoribus Regijs consiliarijs, pluribúsve omniū studiorum Galliæ Parisiacis, Tholosatibus, Pictauis, Andegauis, & Bituricensibus scholasticis: huic tamen disputationi Aurelij doctores interesse renuerūt: Cum illius studij mos tunc non esset. Illas recognoscemus auspice Deo Optimo Maximo, & si forte tempus suffurari possimus, cum multa & publica & priuata negotia nos premant, morbus etiā qui iam supra duos annos non moleste tantum, sed grauiter vexauit, vires etiam corporis pene exinaniuit, vt vix spiritus superfuerit, superueniente autem meliore valetudine propitiante altissimo omnium saluatore, vel vt recentiorū scriptorum vocabulo vtar, seruatore, intercedente etiam beatissima & gloriosissima dei & domini nostri Iesu Christi genitrice absque originalis peccati labe concepta, propitiantibus etiam diuis Ioanne Baptista & Euangelista, necnon beato Hieronymo omnium studiosorum scholasticorum doctore celebratissimo & sanctissimo, & omnibus sanctis, recognitas in publicum vt eāt consentiemus, nonnullis primis nostris rudimētis additis. Cum ab hinc anno vno in manus nostras nonnullæ neotericorum disputationes inciderint, & vti dicunt, repetitiones in. l. quatenus. ff. de reg. iur. & l. vnicam. C. de senten. quæ pro eo quod interest proferun. in quibus nō mediocriter dispunctum fuisse Ioā. Igneū recognoui.

Non pudebit forte iuuentutis errores recognoscere: cum repetitiones nostræ in. l. quatenus. & l. contractus. ff. de reg. iur. & l. donationes. C. de dona. inter vir. & vxo. l. dudum. C. de contrahen. empt. authen. ex causa. C. de lib. præteri. vnà cum tractatu an Rex Franciæ superiorem in temporalibus recognoscat: adolescentiæ & introeuntis iuuentutis nostræ primitiæ sint. Nunquàm enim tæduit neque tædebit errores nostros, si qui in eis sint, à viris vndequaque doctis, &, vt aiunt, barbatis dispūgi: Cùm errare humanum sit. Fit etiam quo nescio modo prout homines naturalis seu genialis affectus mouet, & natura hominum species diuisit, mentesque varias effinxit, vt ne vno voto viuatur: quo fit vt nonnulli plura de seipsis opinentur quàm ratio expostulet, nemini parcētes, neque quicquàm rectum esse arbitrantes, nisi quod sibi placet. qui si forte parcius anteriores patres, quorum memoria indelebilis est, maiore cum ratione illorum scripta refellerent, iusto cuique ac pio lectori fortè conducerent, & ad illos imitandos quosque lectores prouocarēt. Ego autem qui omnium minimus sum, non tantum illis gratias referam, solersque illorū ingenium laudare non cessabo, si pro sua humanitate quod non rectè positum inuenerint emendauerint, aut congruo loco restituerint. Interea dum hæc fiant vt colophonem his nostris Sillanianis commentarijs addamus, Repetemus argumentum seu axioma prius propositum, & ex

6 hac lege sumptum, quod est, † Peccata suos authores tantum tenere. Cui plures leges contradicunt, plures etiā conueniunt. Et vltra quàm Accur. in locis prædictis meminerit, in vnam & alteram partē, quàm breuius fieri poterit, quicquid in eo scriptum inuenimus, explicabimus.

Cùm de ea aliquādo à Christianissimo vtriusque Galliæ Rege & Imperatore anno xxvij. supra millesimum & quingentesimum mense Maio interrogati fuerimus astantibus illi suæ aulæ primarijs Cardinalibus, episcopis & togæ breuioris viris vndequaque clarissimis & illustribus. Cui pro temporis opportunitate & ingenij nostri tenuitate satisfecisse existimamus, vt à multis probatissimis viris accepimus. Procedamus igitur, Præsertim in ea specie qua interrogati fuimus, quæ erat criminis læsæ maiestatis.

In primis cantatissima & sanguinaria illa. l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiest. in nostrum

7 axioma mirum in modum pugnat. vult enim † filios propter patris delictum pœnam sustinere, in. §. filij vero. Honorius & Arcadius Imperatores illius legis authores volunt debere filios per strictum iuris rigorē paterno perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hæreditarij criminis exempla metirentur. Et ob id non tantum à paterna, verumetiam materna vel auita, omnium denique proximorum hæreditate ac successione alienos esse, testamentisque extraneorum nihil capere vult, vt sint perpetuo egentes, & pauperes, & infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos ve prorsus honores perueniant, sitque eis mors solatium, & vita supplicium. Neque admittit quēquam posse pro eis intercedere. Filias paterna successione pariter & materna vult priuari, excepta falcidia, quam ex materna successione tantum percipiāt, vt mediocrem filiæ potius alimoniam quàm integrum emolumentum ac nomen hæredis accipiant. Idque pro sexus infirmitate ex gratia concessum est. Quæ lex cùm ijsdem Imperatoribus patreque eorum Theodosio iniuria & naturæ inimica sit, ab eis antiquata, & prorsus obliterata fuit, vt plerique volūt per dictam. l. sancimus. C. de pœn. Cuius opinionis Budæus in regis consessu fuit. Et ego ipse his auribus audiui. Idque commemorat in reliquis suis annotationibus Digestorum sub capite. j. tituli ad legem Iuliam maiest. in Digestis. & optima ratione, vt aliquando docuimus. Et dum ea quæ huic legi

conueniũt commemorabimus, forte repetemus. Addo.l.si cohortalis.C.de cohorta.lib.xij.dum ille text.ait, Cui maiorum suorum exempla præ-
8 iudicant.l.ij.§.filijs.C.de libert.& eo.lib. † filijs enim ex liberto natis post iniuriã patrono illatam patris culpa nocet:cũ patre enim serui fiunt. Iam natis autẽ patris culpa non oberit.c.deniq;. quæ fuit prima causa benefi.amit. coll.x. vbi gl. vltra dictam.l.quisquis.addit.l.pen.C.de bonis proscrip.l.lege Iulia.ff.de ritu nup.c.vnicum. si vasal.feudo priuetur,cui defera.coll.x. Quibus addo,l.iure succursum.C.de fabric.libr.xj.dum ait,vt exhaustis laboribus immorentur cum sobole professionis cui nati sunt. Et in.§.j.in auth. vt omnes obe.iud.prouinciæ.cum ait,Dum patrum iniustitiam soboles est secuta. Quem text. Accur.illic in verbo,secuta.ad id notauit.c.Cenomanensem.lvj. dist. adulterorum filij dicũtur abominatio esse domino,ad quos paterna flagiria hæreditaria successione descendunt. Et bona à filijs hac ratione auferũtur in casibus exceptis, quæ ad hæredes transeunt:de quibus in.l. ex iudiciorum.ff. de accus.& glo.illic plures concordantes commemorat. Materia.l. in hæredem.ff. de calum.&.l.vnicæ.C. ex delic. defunct.repeti posset. Addo fieri propter patrem filijs probibitionem in toto tit.C.de interdict.matri.inter tuto.& pupil.præsertim in.l.j.& pen. Adde tex.in c.cito.j.q.j.inexpiabilis enim est culpa vẽditi ministerij,& vindicta gratiæ cœlestis transit in po-
9 steros. † Vides,inquit, quia facto authoris successio damnatur hæredis. quod & de iure diuino & Canonico comprobatur. Exodi.xx. Ego sum dominus deus tuus, fortis,zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me. & Deuterono.v.capit. Ego, inquit, sum dominus deus tuus,deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem his qui oderũt me. Et Exo.xxiiij.Qui reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus in tertiam& quartam progeniem. Transferibitur in c. quid est.de pœni.dist.iiij.c.in quibusdam. extra de pœn.inquit ille tex. Et ne minus vindictæ quàm excessus memoria prorogetur,non solum de præmissis nihil perueniat ad hæredes,sed etiã vsq; ad quartam generationem.c. nisi cum pridem.§.pro grauí.extra de renunc. vt clarius declaratur in.c.homini.j.q.iiij.c.in sancta. de consec.dist.j.prohibet enim sacra vasa ab alijs tractari quã à sacratis domino hominibus. Ne, inquit, pro talibus præsumptionibus dominus iratus plagas imponat populo suo, & hi pereãt qui nõ
10 peccauerunt : † quia perit sæpissime iustus pro impio.c. cũ multo.xv.q. viij. Hic repeti possent quæ Gratianus in summa causæ. xxiiij.q.iij. descripsit. In primis quod Genesis.xix. de Sodomis & Gomorris scriptum est. Nam Sodomitarum paruuli eorum, qui beneficio ætatis paterna flagitia nesciebant,consumpti sunt. Et iterum Genesis.iiij.de Lamech qui Cain occidit,qui iuxta dei sententiam in septuplum id est vsq; ad septimam generationem sententiam suam protraxit.de his in.c.cum ergo.xxiiij.q.iij. Et quod primi Reg.xv.c. scriptum est de Amalecitis, quos præceperat deus Sauli interficere,iussitq; ne parceret cuiquam vsq; ad mulierem & paruulum, atq; lactentem,bouem,& ouem,camelum,& asinum : & cùm Saul illis pepercisset, sceptrum de domo eius tulit,& Dauid concessit, eumq; in regem vngi Samueli præcepit. Cuius mentio fit in c.ecclesia.ver. item peccato Amalecitarum.j.q. iiij.de duabus schismaticis ciuitatibus Dathã & Abiron, quarum mentio fit nume.xvj.c. Moses & Aaron dum pro illis orarent ad dominum clamantes rogant, num vno peccante cõtra omnes ira Dei deſæuiret. Et dominus ad Moysem ait, præcipe vniuerso populo vt separetur à tabernaculis Chore, Dathan & Abiron. & haud multo post eodem capi.dicitur,Quòd cõfestim vt Moses cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum:& aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum, descenderuntq; viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis, quòd blasphemauerint in dominum. Offertur Adæ seminarium in quem omnes peccauerunt.c. si habes. §.sed si tibi.xxiiij.q.iij.dicto.c.quid est.de pœn. distinct.iiij.melius in.c.fi.de pœnit.dist.iiij. Ad hanc similitudinem iura canonica pœnas in tertiam & quartam generationem protraxerunt,dicto.c.in quibusdam.extra de pœn.&.c.ij.§. hæretici.&.c.statutum.de hæreti.in.vj. † vsq; in se- 11
cundam generationem hæreticorum, videlicet filios & nepotes pœnam extendit de quo in.c. vbicunq;.per Petrum de Anch.post Io. And.& Domi.de pœ.in.vj.c.vergentis. extra de hæret. quod prosequere vt per Archi.in.c.dixit.xxiiij. q.iij.Addo Hostien.in.c.ij.super verbo, inueniri re.extra de feud.dum quærit de filio,an propter patris delictum feudum perdat. & cõcludit perdere:vt in.l.si iurauero. &.l. qui contra.quæ sequitur.& illa est quæ probat Hosti. sententiam. ff.de iure patro.quam tamen Bar.clarius prosequitur in.l.j.ff.de interdic.& releg.post Dinum in regula,non debet.de reg.iur.in.vj. idem Bar. in.l.fi.ff.de bo.damna. vbi remittit se ad ea quæ scripsit in.l. si finita.§. si de vectigalibus.ff. de damno infecto. plura de ea inferius dicentur.

Imo plus Andre.de Iser.in.c.porro.in fi.quæ fuit prima causa benefic.amit.vnum mirabile in hac specie dixit, patris delictum adeo filios afficere, vt etiam post mortem patris dominus feudum seu feloniam à filijs possit adimere, tametsi dominus viuo patre delictum seu feloniam in se commissam dissimulauerit. Et differentiam facit inter eum qui iure feudi habet, vel titulo donationis,& per hoc ratio.l.fi.C. de reuoc.dona. in eo locum

eo locum non obtineat. Sed debilis videtur esse Andreæ de Iser. ratio, contra quem Barto. tenet in.c. insuper.iij.col.de prohib.feud.alie. per Frideri.colla.x.diximus in.l.§.§.fi.&.l. diuus.suprà eod.inferius hoc Andr.dictum repetemus.de ea per Cin.in.l.ij.C.de liber.& eo.lib.

Hic recenseri possent quæ Moder.Papien.Iaso scribit in.l. de quibus.xiiij.&.xv.col.ff.de legib.dum in consequentiā nostri axiomatis quæstionem repressaliarum, seu pignerationum deducit: cuius fortè inferius mentionem faciemus, cum huic nostræ disputationi rectè conueniat. Pariter illi consecutiuā refert, An valeat statutū seu consuetudo disponens quòd villa pro furto vel damno in eius territorio dato respōdere debeat.quam aliquando tetigimus.Sed pro ea parte quæ huic opinioni conuenit, nihil aut parum allegat, quod alicuius succi sit vel vtilitatis, præter dictū Bal.in.l.vnica.C.de his quæ pœnæ nomine.cuius paulo antè meminimus. vbi Bal. ait

12 † non valere pactū neque statutū propter quod pater ob filij delictum feudum amittat. De reliquis mentio fiet dum priorem repressaliarū seu pignerationum quæstionem tractabimus.

In oppositum trita sunt iura ciuilia & canonica quæ à lege diuina fundamentū accipiunt. In primis dicta.l.sancimus.C. de pœn. quæ eadem est Theodosij, Honorij & Arcadij imperatorum: quā vt Budæus in primo capite tituli ad legem Iuliā maiesta.fforū lib.xlviij. voluit, & cui subscribo, Alexādri exemplo Honorius & Arcadius cum Theodosio patre ediderūt vt legem illam, quisquis.C.ad legē Iuliā maiesta.antiquarēt & obliterarēt.Id ex Quinto Curtio lib. quinto Budæus excepit, sicuti etiam cōmemorauit. Alexander enim non dissimilem legē qua olim cum sceleratis insontes propinquos parentesque occidere mos erat, soluit: illo exēplo ducti Honorius & Arcadius cum Theodosio patre legē illam, quisquis.abrogauerunt,&.l.sancimus.C. de pœn.promulgauerunt, quæ rationis & æquitatis plena est. Et similem illi legem Silla, quem nostri senatusconsulti authorē vulgus opinatur, ediderat, vt Plutarchus in Silla scripsit, qua filios à se pro sua libidine proscriptorum ac nepotes priuauit, omniúmve bona publicauit, quæ cum iniustissima & iniquitatis plena senatui visa fuerit, cum eius authore perpetuò condēnata fuit, ac veluti iniuriam & hostilitate plenā senatus abegit: vt ex præfatione quam in frōtispicio commētariorū nostrorum addiximus, quisquis pius lector videre potest. Hanc igitur legem, cuius caput est, sancimus.C. de pœn. toto nixu totóve animo amplectamur, sequamur & obseruemus antiquata illa sanguinaria.l. quisquis. quā Arcadius & Honorius, qui omnia seuere in republica agebant, vt suum firmarent imperiū, terroríque subditis essent: & cōmutatos eorum mores laudemus & approbemus. Quē Callistratus Iureconsultus optima ratione confirmauit in.l.

13 crimen.ff. de pœn. † Crimen, inquit, paternum vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest. Vlpianus in.l.ij.§.in filijs.ff. de decurio.versic. nullum patris delictum innocēti filio pœnæ est. Marcellus in.l.iura libertorum.ff. de iure patro. Iura, inquit, libertorum paternorū liberis, cum pater eorū erat perduellionis damnatus, salua esse, Diui Seuerus & Antoninus benignissime rescripserunt. Vlpianus in.l. diui fratres.eod.titu.inquit, Nepotē neque verbis neque sententia legis aut edicti prætoris ex persona vel nota patris sui excludi à bonis auiti liberti. Et hanc sententiam Vlpianus plurīū fuisse iuris authorum dixit, tametsi aliàs secus sensisset, & suā priorem sententiam in melius mutare, vti ait, nō erubuit.l.adoptiuū.§.fin.ff.de in ius vocan.quæ declaratiua est.l.si iurauero.&.l. qui cōtra legē.ff.de iure patro.quia patris factum filio nō præ-

14 iudicat. Ex qua Accurs.notat, Si † vasallus domino insidiatus fuerit, amittet feudum, non autē filius.l.emancipatū.§.fi.&.l.si filiam.ff. de senatori.dicta.l.ij.§.nullum.ff.de decurio.& dicta.l. diui fratres.ff.de iure patrona. Vlpianus in.l. & qui originem.§.quāuis.versicu. quod si pater.ff. de muneri.& honori.inquit, quod si pater in reatu criminis alicuius est, filijs impedimēto ad honores esse nō debet. Et diuus Augustinus in epistola ad Apesium episcopū, cuius epistola transcripta est in.c.si habes.xxiiij.quæst.iij. plurimū Apensium episcopū increpat quod arbitraretur filium pro patre excommunicari posse, aut pro mariti peccato vxorem, aut pro domino seruū, etiā nondum natū. Nec recensere pigebit quod diuus Augustinus in ea epistola scribere nō dubitauit. Senex ēm à iuuene, & episcopus tot annorū à Collega necdum anniculo paratus sum doceri, quomodo possim vel Deo vel hominibus iustam reddere rationem, si animas innocentes pro scelere alieno, quod non contrahant ex Adam in quo omnes peccauerunt, speciali supplicio puniamus. Ipse idem diuus Augustinus in epistola ad Bonifaciū, quæ transcribitur in.c. quæris.de cōsecra.distinct.iiij.ait, Quæris à me,

15 inquit Augustinus, † vtrum parentes baptisatis suis paruulis noceant. & haud multo post sequitur, vbi respondeo tantam illius sacramenti, hoc est baptismi salutaris esse veritatem in sacra cōpage corporis Christi, vt semel regeneratus per aliorum voluntatē deinceps non possit vinculo alienæ iniquitatis astringi, cui nulla sua volūtate consentit. Anima, inquit, patris mea est, & anima filij: anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ezechielis xviij. Filius nō portabit iniquitatē patris, & pater non portabit iniquitatē filij. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum. Et Deutero.xxiiij. Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus: sed vnusquisque pro peccato suo morietur. Et.c. quid est. de pœ-

niten.distinc.iiij.&.iiij.Reg.xiiij.c.scribitur,Fi-
lios autem eorum qui occiderant, non occidit,
iuxta verbũ quod scriptũ est in libro legis Mo-
sis,sicut præcepit dominus dicens,Non morien
tur patres pro filijs,neque filij pro patribus: sed
vnusquisque in peccato suo morietur.c. conue-
nientibus.§.item verè vox Dei est.j. quæstione
16 j. inquit, Item vere vox Dei est.]Et † quoniam
non moriuntur filij pro patribus,sedvnusquisq;
in peccato suo morietur, quoniã ex Deo est or-
dinatio.c. quæsiuit. extra de his quæ fiunt à ma-
iori parte capi.qui tex.nõ permittit peccata præ
ter suos authores tenere.c.Romana.§.fi.de sen-
ten. excõmuni.lib.vj. Spiritus enim sanctus ha-
bitans in sanctis,per quem quisq; ligatur & sol-
uitur,immeritã nulli ingerit pœnam, inquit tex.
in.c. illud.xj.q.iij. Et hac ratione dixit Archid.
in.c. frater.xvij.q.iiij. &.c. filijs. xvj.q.vij. non
posset filius feudo neque iure patronatus,quod
sibi aliũde quàm à patre prouenit, licet per eius
medium filio acquiratur, propter patris culpam
puniri,per illos tex.&.l.adoptiuum.§.fina.ff.de
in ius vocan.l.emancipatum.§.fi.ff. de senatori.
Et recte facit dicta.l. iura libertorum. &.l.diui.
ff.de iure patro. quoniam in hoc patris persona
nullo modo consideratur. Magis enim filius iu-
re suo acquirit quàm patris.l. pro hærede.§. si
quid tamen quasi hæres.&.§.fi.ff.de acquir.hæ-
redi. Et text.est clarus in.l.eũ qui.ff.de interdic.
& relega.dum ille tex.ait,quæ verò non à patre,
sed à genere,à ciuitate,à rerum natura tribueren
17 tur,ea manere eis incolumia.& sequitur, † Itaq;
& fratres fratribus fore legitimos hæredes, &
agnatorum tutelas & hæreditates habere.Et ra-
tionem reddit. Non enim hoc fratres sed maio-
res eius eis dedisse.Et rationem addit Paulus Iu
reconsultus in.l.fi.ff.de bon.damna. dum ait,ra
tionem haberi liberorum alieno admisso grauio
rem pœnam luerent quos nulla contingeret cul
pa.§.oportet.in authen.de manda. princi.colla.
iij.Oportet,inquit,te omnem ponere prouiden
tiam cùm aliquis dignus apparuerit pœna illum
quidem punire,at res eius non cõtingere, sed si-
nere eas generi & legi secũdùm illum ordinem.
& in fi.§.dicitur,at illi reciprocant ordinem,eos
quidem qui digni sunt pœna dimittunt, illorum
autẽ res auferunt,alios pro illis punientes, quos
lex fortè ad illorum successionem vocauit. Per
18 quas regi me interroganti respondi, † Propter
paternum crimen non publicari bona quæ iure
substitutionis ad patrem peruenerunt, successo-
ribus addicta, vt neque patris persona,per cuius
mediũ peruenit,in consideratione esse non pos-
sit:cum nõ causa patris, sed maiorum suorum fa
cto ad substitutos deuoluatur. Et ita tenet Ar-
chid.in dicto.c.frater.xvij.quæstio.iiij. & in di-
cto.c.filijs.xvj.quæstio.vij.Barto. vt paulo an-
tè meminit,ita tenet in dicta.l.eum qui.ff. de in-
terdic.& relega.& Bald.in.c.insuper. de prohi-
bi.feud.aliena.per Frideri.Idem Barto. in dicta
l.emancipatum.§.fin.ff.de senatorib.& recte fa-
cit dicta.l.filiã.ff.eo. de senatorib. Et clarè pro-
bat dicta.l. iura libertorum. & dicta.l. diui fra-
tres.ff.de iure patrona. dum ille text.ait, nepotẽ
neque verbis, neq; sententia legis aut edicti præ
toris ex persona vel nota patris sui excludi à bo
nis auiti liberti.Nota hæc verba,à bonis auiti li-
berti. Et Bal. qui huius est opinionis in dicto.c.
insuper. colum.iij. de prohibi.feud. aliena. per
19 Frideri. collatio.x.addit, † vbi pater delinquit,
per causam delicti de medio extinctus seu subla
tus est.l.prima.§.filium.ff.de bono.posses. con-
tra tabu.l.quæritur.ff.de bon.liberto. Et sic ne-
pos immediate auo succedit.l.emancipatum.§.fi
nali.ff. de senatorib. Et prius eo ita tenuit Ho-
stiẽ.in.c.ij.extra de feudis.&.l.diuo.C. de quæ-
stio. Hæc autem quæstio à rege christianissimo
anno superiore M. D. X L. contrario edicto
absoluta est. Cæterum decem & pluribus annis
anteaquàm hoc edictum fieret, plures illi ratio-
nes recensui, quas materno sermone seu Galli-
co seu Francico explicui:illas easdem in scriptis
eodem idiomate illi tradere imperauit: suis ius-
sis suoq; præcepto,sicuti decet,obediens in scri-
ptis redegi, & leges in fronte cuiusque rationis
addidi,vt quibus moueretur ratiõibus et authori-
tatibus cognosceret,clariúsve intelligeret. quas
breui quodam compendio recensere incongruũ
mihi visum non est, tametsi nullum mihi respon
dendi otium non fuerit,sed prout in mentem oc
curreret explicui,& post tres horas in scriptis re
degi illas domino de villaregis, qui sibi à secre-
tis est,tradidi.

Quæstio itaque seu species quæ tunc in dubi-
tationem suborta fuit,ista est, An filius vi substi
tutionis fideicommissariæ vel compendiosæ fi-
scum excludat, si pater læsæ maiestatis aut per-
duellionis reus iudicatus fuerit, cuius ratione iu
re Codicis et authenticorum bona publicantur,
& fisco acquiruntur: & sic an fiscus substitutum
excludet an vero substitutus fiscum.

20 In primis dixi † ratione substitutionis hæredi
tatem seu fundum restitutioni esse affectum.l. se
cunda.§.finali.& authentica,res quæ.C.commu
nia de legatis. Sed vbicunque res ante crimen
commissum pignori obligatæ sunt vel restitutio
ni subiectæ fuerunt,procurator fisci vel Cæsaris
apprehendere eas non potest:cùm non nisi cum
causa sua & onere in fiscum transeant, etiam si
Reus esset læsæ maiestatis.l. res quæ.§. res autẽ
nexas.ibi,vt in primis creditoribus præcedenti-
bus satisfiat.ff.de iur.fis.quæ in Reo criminis læ
sæ maiestatis loquitur.l. donatiões.§.fi.ff. de do
na.in his verbis,Post crimẽ perduellionis cõtra-
ctũ.Igitur ante cõtractũ perduellionis crimẽ do
nationes etiam ab ipso Reo antea factæ, dunta-
men bona fide ab eo qui donauit factæ sint,non
annullantur.l.post contractum.ff.de donationi.
l.cum

l.cum filius.§. fina.ff. de lega.ij. fortiori ratione
in omnibus alijs criminibus dicẽdum est.l. Mar
cellus.§.fin.ff.ad Trebellia.l. Papinianus.§. me-
minisse.ff.de inoffic.testa.dum ait, eo autem so-
lo carere quis debet,cuius emolumentũ ad eum
pertinet. Cæterum si id rogatus fuerit restituere,
21 non debet iniuria fieri. † Fit ergo iniuria substi-
tuto,si quæ substitutionis iure sibi relicta sunt à
fisco auferuntur.Imo plus licet hæres institutus
bona patris seu testatoris quæ iure substitutio-
nis sibi debebantur,propter suum crimen amise
rit & fisco sint applicata: quæ autem iure substi-
tutionis relicta sibi erant non amittit.l. ex facto.
§.Iulianus Longinus.ff.de vulga. & pupil. sub-
stitu.nisi probaretur substitutionem in fraudem
fisci factam esse,iuxta.l.in fraudem.ff. de iure fi-
sci.l.j.C.de iure fisci.lib.x. Sed quod ab anterio
ribus relictum est, id extra omnem suspicionis
aleam est. Igitur fiscus non reuocat.

Secundò & hoc dictum præcedentis est conse
22 cutiuum, † Fiscus priuato succedens, iure priua
ti tantum vtitur, non autẽ fisci priuilegio vti po-
test.l.fiscus.ff. de iure fisci.l.cum quidã.§. fiscus.
ff.devsur.Sed priuatus etiam perduellionis reus
non potuisset substituti causam variare seu suo
crimine deteriorem facere.l. cogi.ff. ad Trebel-
lia.sic nec fiscus,qui cum adit & rei bona vendi-
cat,fideicommissarijs restituere tenetur.l.recusa
re.§.si fisco.ff.ad Trebel.Inquit ille text.æquissi
mum erit quasi vendicauerit.non legas, vindica
uerit:vt aliquando diximus. sic fiscum restitutio
nem facere: quoniam vt paulo ante diximus, in
fiscum hæreditas cum causa sua trãsit, & sic cum
onere substitutionis, & fideicõmissorum, dicta
l. Marcellus.§.fina.ff.ad Trebellia.

Tertiò in.l.ex facto.§. ex facto.ff. ad Trebel.
dicitur, substitutionem fideicommissariam in ca
sum existentiũ liberorum factam impedire fiscũ,
si forte hæres institutus pro crimine deportatus
fuerit, & bona eius publicata si tẽpore factæ de-
portationis deportatus liberos habebat iam na-
tos,imo etiam cõceptos.filij enim in substitutio-
ne fiscum excludunt, maxime cùm etiã bona sua
quodammodo cum sua causa fisco sint vendican
da.dictum est in.l.cum fisco.suprà eo. Huic legi
conuenit.l.ij.C.de liber.& eo.liber. vbi Cin. &
Bal. hanc quæstionem tractant. & glos. axioma
23 nostrum ex illo tex.colligit, † patris delictum fi
lijs non nocere. addit leges multas & canones,
quos vide. Et species seu casus illius legis consi-
derãda est, quæ de ingratitudine in patronũ à li-
berto commissa loquitur, vt illa filijs iam natis
non obstet.l.ij.§.in filijs. versi.nullum.ff. de de-
curio.&.l.filiam.&.l.emãcipatũ.§.fi.ff. de sena-
torib.Idẽ in.d.l.ex facto.§.si rogatus.secũdo. in
his verbis,nullo ante cõcepto filio.ff.ad Trebel.

Quartò disponat testator,& erit lex.§.dispo-
nat.in authen.de nuptijs.colla.iiij.l.j.C.de sacro
sanc.eccle.quæ vt ille text.ait,ex lege duodecim
tabularum sumpta est, vti legasset quisq; de sua
re,ita ius esto, nullo valente citra illius volunta-
tem:nec si sacram impetret formam : nec si quis-
piam aliud omnium aliquid aliter disponere ma
lens. testator autem qui bona fide testamentum
fecit nullo modo cogitãs fiscum priuare,sed eos
quos voluit successores habere nominauit. Alie
num igitur à ratione esset illũ sua intẽtione frau-
dare, qui ita professus est, vt nullo casu reuoce-
tur.l.senatus. in princip.ff. de dona.causa mort.

Quinto,aliud præcedentis consecutiuum est:
24 † quia hoc pacto omnis alienatio,quomodocũ-
que excogitari posit,prohibita est,pariter et cõ
fiscatio in substitutionis præiudiciũ.d.l.ij.§. fin.
autẽ sub conditione.&.§.sed quia.&.§.emptor.
& authen.res quæ.C.communia de lega.Sic nec
fisco acquiri. Diximus in.l. necessarios.§. non
aliàs.suprà eod.&.l. Statius Florus.§.Cornelio
Felici.ff.de iure fisci.l.imperator.ff.de fideicom
mis.liber.de quo per Bart.in.l.si finita.§.si de ve
ctigalibus.ff.de dam.infec.Ioã. de Imola in.l. in
insulam.ff.solu.matri.Cardi.in clementi.plures.
vj.&.viij.quæstionibus de iure patro. Nam ista
differunt hæreditarias res esse,vel res in hæredi-
tate esse. Nam res depositæ seu cõmodatæ in hæ
reditate sunt,sed hæreditariæ nõ sunt.l.ij.§. eius
bona emisti.ff.pro empto. Licet propter pericu
lum amissionis earum, quod hæredi circa illarũ
custodiam incumbit, in petitione hæreditatis ve
niant.l.& non tantum.ff.de peti.hæred.& tenea
tur hæres in inuentario eas describere, secũdùm
Bal.& Paul.de cast.in.l.scimus.in princ.C.de iu
re deliberan.Non tamen hæreditariæ sunt: quia
restitutiõi subiectæ sunt,nisi in casu posito in di-
cto.§.Cornelio Felici.Si fortè is qui reus factus
est huius criminis,absens esset:quia quandiu vi-
ueret is qui crimẽ læsæ maiestatis cõmisit,vsum-
fructum rerum per fideicommissum relictarum
seu restitutioni per substitutionis causam subie-
ctarũ continuo perciperet: neq; à fisco donec de
Rei accusati morte constiterit, repeti poterunt.
Cui adde similem in.l. peto.§. prædiũ.&.l.cùm
pater.§.hæreditatẽ.primo.ff.de lega.ij.l.sed & si
mors.§.cùm igitur.ff. de dona.inter virũ & vxo-
rem.per Bal.in authen.ingressi.C.de sacrosanc.
eccles.quandiu enim reus viuet,fiscus illorũ bo-
norum commoditatem accipiet, per supradicta.
Adde quæ notãtur in.c.vnico.de vasal.mili. qui
arma bel.depos.quomodo igitur fiscus occupa-
re seu vendicare eas potest, cùm illius non sint
qui crimen admisit.d.l.res quæ.ff.de iure fisci.

Sextò subsequitur aliud argumentum illi non
25 dissimile. † Creditores pœnis fiscalibus præfer-
ri,dũmodo fisco anteriores sint.l.vnica.C.pœn.
fiscal.credi. præfer. lib.x.l.in summa.& dicta.l.
Statius Florus.§.fin.ff.de iure fisci. Dicuntur au
tem anteriores si cõtractum crimen antecedant,
dicta.l.post contractum.&.l. donationes.§. fin.
ff.de donatio. &.l.j.C. de iure fisci. conueniunt

aliæ leges quarum suprà mentionem fecimus de fideicommissis crimen præcedentibus, per dictam.l. Papinianus.§.meminisse.ff. de inofficioso testamento.

Septimò. Nam & agnati dominum excludūt in.c.si vasallus culpam. si de feudo fuer. controuers.inter domi. & agna. & in.c.vnico, si vasal. feudo priue.cui defera.colla.x.Notatur in dicto c.denique.quæ fuit prima causa benefi.amitten. Imo si feudum sit auitum, quod ad posteros non per ipsum patrem peruenit, sicut tex. ait in dicto c.deniq;. sed ex persona aui, & filius antè natus est, præcedet dominum, per rationem dictæ.l.eū qui.ff.de interdic.& relega.&.l.fina.vbi Barto. meminit.ff.de bon.damna. &.l.ij.C.de liber. & & eorum liber. Et in ea fundata est ratio glos.§. in.c.vnico, an agns. vel filius defuncti. dum ait, filiū feudū retinere: quia potius principali prouidentia quàm ex iudicio seu defuncti successione ad ipsum peruenit.l.si arrogator.ff. de adoptio. Et istud est quod paulo ante diximus, filium nō vt patris hæredem, sed iure anteriorum parentū suorum habere, dicta.l.pro hærede.§. si quid tamen quasi hæres. &.§. finali. ff. de acquirenda hæreditate.

26 Octauò, Bonorū † publicatio, cùm iuri & naturali & æquitati contraria sit.l.fin.ff.de bo.damna. & iure singulari in crimine læsæ maiestatis admissa est, in authen. bona damnatorum.C. de bo.proscrip.non potest extra suos terminos extendi, ne pœna suos authores excedat, vt hic, & in.l.si pœna.&.l.crimē.ff.de pœn.& dicta.l.sancimus.C.de pœnis. Sed bona per fideicommissum relicta seu substitutiōi subiecta in bonis damnati non sunt, sed prorsus à lege excepta, dicta l. Marcellus.§.fina.&.l. recusare.§.si fisco.ff. ad Trebel. dicta.l. Papinianus. §. meminisse.ff. de inoffi.testamē.& alijs legibus suprà memoratis, quomodo poterunt contra testatoris voluntatē à substitutis adimi. potius ergo agnatis acquiri deberent, quàm fisco applicari, per dictum.c. si vasallus culpam.si de feudo fue.conten.inter domi. & agna.&.c.vnicū, si vasal. feudo priue. cui deferatur.colla.x.§.j.in authenti. de restit. & ea quæ par.in.xj.mense.

Neque prædictis obstat, si fortè dicatur feudū nunquam ad dominum reuersurum, si facto vasalli aut testando, sicut mos in Gallia obtinuit vt vasalli de bis testari possint. Et ob id Ioan. Fab. in authenti.ingressi.C.de sacrosanc.eccles. dicat

27 † feuda ad instar patrimoniorum redacta esse, vt de illis vasallus irrequisito domino disponere possit, vendendo, aut aliter contrahendo, vel testādo: quod iure feudorum prohibitum est, etiā pro anima, inquit tex.in.c.donare. qualiter olim feudum alienari poter. collatione.x.c.primo.de prohibit.feud.aliena. per Fridericum. Sed aduerte vt aliquando docuimus, licet quantum ad id vasallus de feudo quemadmodum de cæteris suis rebus disponere possit testando & contrahendo, consuetudo in fauorem domini aliud beneficium introduxit, scilicet feudi redemptionē quæ per vasalli mutationem contingit, quintus enim & subquintus denarius pretij feudi venditi vel reditus annui traditur, & domino per vasalli mutationem acquiritur: quæ redemptio de iure feudorū etiam cognita fuit, & propter eam mulieres quæ de iure scripto feudi sunt incapaces.c.finali.qui feud.dare possunt.c.fina.de suc-

28 cessio.feud. † tamen si feudum à muliere redimatur, capax fit successionis feudi vel etiam si feudum in ipsa inuestitura datum sit, vt fœminæ succedāt.c.vnico.quemadmodum feud. ad fil. pertineat.collatione decima. Et nihilominus in reliquis iura feudi retinet.c.vnico. de feudo non habente propriam naturam feudi.c.domino.versiculo, feudum ea lege. si de feudo fuerit contentio inter domin.& agna.c.similiter. de lege Corradi.&.c.similiter.de capita.qui curiā vendi.collatione.x.vide etiam Baldum in authen.si quas. C.de sacrosanctis eccles.Si igitur vasallus de feudo testari potest, licet aliàs ex constitutionibus feudorū testari nō possit quemadmodū de peregrinis dicitur in authētica, omnes peregrini.C. communia de succes.in.l.si quando.C.de inofficioso testamen. si tamen qui proprietatis feudi est dominus, si hæredem instituēdo vel per substitutionem domino vasallum reseruauit, nullam domino iniuriam facit.l. continuus.§. si ab eo. vbi hoc notat glos.ff.de verborum obligationibus. Melius probatur in.l. finali.C. quando & quibus quarta pars.libro decimo. dum ait, cùm per maritum eius quantum ad ipsius personam curiæ sit satisfactum. similiter si vasallus alium vasallum substituat satis est domino factū: quare dominus queri non potest.quem tex. illic recte considerauit Lucas de Penna. Idem in.l. secunda.§.ad filiorum.eodem titulo.l.vnica.C.de imponen. lucra. descriptio. eodem libro. Nec à iure feudorum hæc ratio aliena est, quoniam vbi de iure feudorum vasallus proprietatis dominus non fit, si fortè in dominum delinquat feudi proprietas domino non acquiretur, sed vsusfru-

29 ctus quoad viuet vasallus, † exemplo episcopi vel clerici qui feloniam in dominum commisit, ecclesia feudo priuabitur quandiu episcopus viuet: sed eo mortuo ad ecclesiam feudum reuertetur.c.item si clericus. de capitu. Corradi. collatione.x.per regulam, non debet. de regul.iur.in vj. vbi Din.huius est sententiæ.

Nec obstat quod dictum est, fidelitatem quā vasallus domino vel subditus regi debet, antiquiorem esse: ex aduerso confiscatio seu delictum propter quod bonorum publicatio subsequitur, substitutione longe est posterior: quam lex in hoc solū cōsiderat in.d.l. res quæ.ff.de iure fis. quæ etiā in crimine læsæ maiestatis loquitur. similiter aliæ leges, quarum paulo ante mentionem

nem fecimus. Secundò substitutiones quæ moribus introductæ sunt, vt in.l. moribus. ff. de vulgari & pupill. substitut. Lex etiam duodecim tabularum quæ iura testandi admisit, & pro arbitrio disponendi, absque eo quod ne vllus quicquam opponere posit, dicto.§. disponat testator. in authentica, de nup. collatio. iiij. & Cicero meminit. iij. de legib. lib. Imo ipsa ratio naturalis quæ honorum ademptionem prohibet. l. fina. ff. de hon. damnato. Longe anterior est honorum publicatione, quæ nouo iure introducta est, vt superius diximus authent. bona damnatorum. C. de bonis damnato. §. fina. in authenti. vt nulli iudic. lice. habe. loci conseruato. collatio. ix. Illa autem naturalis ratio cum ipso genere humano est introducta. l. j. ff. de acquir. rerum domi. §. singulos. Institu. de rerum diuis. quinimo leges substitutionem fiscalibus iuribus præferunt, vnde anteriores & potiores esse dicuntur per leges su-

30 perius allegatas. † Substitutio igitur, seu substitutionis iura pœnis fiscalibus secundum iuris cõmunis dispositionem præferri debent, præsertim cùm bona fide factæ sunt, dicta. l. in fraudem. ff. de iure fisci. argumento est. l. j. in verbo, bona fide. C. ne fisc. rem quam vendi. euincat. lib. x. & l. j. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. eod. libro. Tertiò alia ratione prædicta iuuantur, quoniam hæc constitutio non tantum diuinæ & humanæ iustitiæ aduersans est, verumetiam naturali rationi, vt dictum est per. l. fina. ff. de ho. damnatorũ. Et quod pœnæ suos authores non excedant, dicta. l. si pœna. ff. de pœnis. quare illi iustitiæ potius quàm rigori dictæ. l. quisquis. fauendum est, quæ ab ipsis conditoribus seu authoribus obliterata & antiquata est, per dictam. l. sancimus. C. de pœnis. vt superius docuimus, & plenius explicabimus. Et hanc rationem iuuat dicta. l. j. ff. de acquir. rerum domi. quæ naturalem illam rationem et æquitatem cum hominibus natam esse dicit, quæ in iudicando maxime spectanda est. l. scire. §. consequens. versic. si enim. ff. de excus. tu to. dum ille text. ait, cuius fidẽ sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia. & illum tex. Bald. illic ad id notat. Nonne delicto satisfactum est, si is qui deliquit pœnas luit. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. cùm diuina non patiatur iustitia vt filius patris iniquitatem portet, neque pater pro filio pœnam sustineat. Secundò, nunquid fisco satis esse debet, si cum persona quæ deliquit, bona ad eum spectantia consequatur: cùm nullo iure possit quis in alium plus iuris transferre quàm habeat. l. traditio. ff. de acquir. rerum domin. Et in hoc fiscus in ipsa rerum consecutione maiore iure non vtatur, quàm vsurus fuisset is in cuius locum succedit, dicta. l. fiscus. ff. de iure fisci. l. cùm

31 quidam. §. quisquis. ff. de vsuris. † Sed pater qui deliquit testando, contrahendo, aut aliàs quouis modo substitutis præiudicare nõ potuisset quin alienatum nullo etiã oblato pretio repeti potuisset. l. quẽadmodũ. C. de agri. & cẽsi. lib. xj. l. cùm pater. §. libertis. ff. de lega. ij. dixi in. l. dudũ. C. de cõtrahẽ. emp. Neq; in hoc substitutus dicit se rei hæredẽ, sed eius qui substitutionẽ fecit, dicta. l. eum qui. ff. de interdict. & relega. & d. l. si arrogãter. ff. de adop. Et sic filius nõ tanq; ipse, id est patris sui hæres ex substitutione aui aut proaui, sed tanq; quilibet alius habens acquirẽdi ptãtẽ: vt in simili Iureconsultus inquit in. l. si pater famil. ff. de adopt. c. si quis presbyterorũ. vbi glo. hoc notat, extra de reb. eccle. non alienã. Maxime cùm in hac substitutione nihil in fraudẽ fisci admissum neq; cogitatum sit, vt prius diximus: quia testator substituẽdo cogitauit tm̃ sibi hæredem facere qui illũ repræsentet: vt in simili dicit in. §. j. Insti. qui & ex quib. causis manumit. nõ lice. Imo si substitutio per patrem facta fuisset, si aliàs fraus non detegeretur q; per rationẽ paternæ affectionis, illa sola ratio sufficiẽs nõ esset ad iudicandũ substitutionẽ veluti in fraudẽ fisci seu criminis factã. l. fi. ff. de his quib. vt indig. aufer. hæredi. nisi alia fraudis argumẽta inueniessent si forte de crimine cõmittẽdo cogitasset, vt declaratur in. l. fi. versi. fraudis. ff. de bo. damna. l. qui pœnæ. ff. de manumis. Aut alijs argumẽtis adhuc forte reciperetur substitutio ab auo vel patre facta, qui futurũ sibi prospiceret male de filio ominari, vt nepotibus suis hæreditatẽ reseruaret. argumẽto est. l. quidã cùm filiũ. ff. de hæred. instit.

Alijs verò argumẽtis suprà factis facilis patebit respõsio, & vnica solutione dissolui possunt, cùm ex eodẽ fonte, pdeant, videlicet. l. quisquis. C. ad legem Iuliã maiest. l. si cohortalis. C. de cohorta. dum ait, Cui maiorum suorũ exẽpla præiudicant. Et his quæ Deutero. v. Exodi. xxiiij. scribũtur reliquis authoritatibus quæ in secundam tertiam & quartam generationem pœnas protelãt & extendũt, pariter exemplis quæ ex illorum authoritatibus collegimus, & quorũ mentio fit in summa. xxiiij. q. iij. In primis suprà dictum est l. quisquis. ab eisdẽ authoribus quibus facta & edita erat, videlicet Honorio & Arcadio imperatoribus obliteratam & antiquatam fuisse in l. sancimus. C. de pœnis. vt paulo ante docuimus: cùm ab omni iure & ratione aliena sit.

Sed ne videamur communem iuris Ciuilis & Canonici interpretum morem refugere, sed leges legibus concordare studeamus, & ad eum veritatis rationem deducere, intendo illi legi & cæteris conformibus satisfacere, vt intelligi debeant, secundum illam. l. si cohortalis. C. de cohor-

32 talibus. libro duodecimo. † quos paterna exempla coinquinauerunt: cæteros verò qui paterna non sunt secuti exẽpla, & ob id hæreditaria facta non sunt, ad eos non puto vllo iure neq; ratione posse extendi: & maxime his qui ante contractũ crimen, pcreati sunt: vt inquit illa. l. si cohortalis. versi. liberis etiã in eius cõditione susceptis fortunæ patriæ mãcipandis. & in versi. nec ipse vel libe

ri eius post talem ipsius statum procreati. Tertiò in versiculo sequenti, qui duo illa priora dicta regulat, dum ait, Cui maiorum suorum exẽpla præiudicant. Ecce quomodo filijs iam natis patris delictum non obest. nec dici potest maiorum suorum exempla præiudicare. ecce quo modo crimen non potest hæreditarium dici, nisi his qui post crimen nati & concepti sunt: alijs verò filijs iam natis vel etiam conceptis nullum crimen patris filijs obest. l. secunda. §. in filijs. versiculo, nullum. ff. de decurioni. In quo volo illum textum notare dum ait, nullum patris crimen, & sic nullius criminis fit exceptio, innocenti filio pœnæ est. Si iura abhorrent innocentem condemnare quocunque crimine accusetur, etiã læsæ maiestatis vel perduellionis. l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquirenda hæreditate. vbi filij recipiuntur volentes de patris innocentia docere, dicta. l. res quæ. in principio. versiculo, & defuncto maiestatis reo. ff. de iure fisci. l. finali. §. fin. ff. de bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi consci. & in. l. finali. in duabus legis partibus. C. de his qui latro. occult. Primò in versiculo, quod si aduersus innocentem. Secundo in fine legis cuius verba puto diligenter esse consideranda, dum in ea dicitur, exemplo enim graue est sic latronem requirere, vt innocentibus periculum fiat. Et ratio legis, absentem. ff. de pœnis. totis visceribus amplexanda est. Sanctius inquit esse impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare.

33 † Pœnam igitur ab innocente exigere quàm seuerum sit nemo non scit. hoc dicit. l. & qui originem. §. quod si pater. ff. de muneribus & honorib. Et Vlpianus iureconsultus, qui secus aliquando senserat, sui reatus pœnituit, neque erubuit sententiam in melius reformare in dicta. l. diui fratres. ff. de iur. patronatus. tametsi in priore iudicio Proculi non leuis iuris authoris sententiam secutus fuisset. Et post Vlpiani rescriptum à Volusio Mætiano iuris ciuilis peritissimo approbatam, qua melius nihil arbitrandum esse affirmauerat, re diligentius cũ præfato Mætiano alijs've iurisperitis exquisita, & pro iudicantium religione cribrata primam suam sententiam mutare non dubitauerunt dum dixerũt, magis illis visum esse nepotem neque verbis neque sententia legis aut edicti prætoris ex persona vel nota patris sui excludi ex bonis auiti liberti. Idem in. l. iura liberorum. ff. eodẽ. de iure patronatus. quæ etiam in crimine perduellionis loquitur. Idem in. l. secunda. C. de libertis & eo-
34 rum liberis. vbi † ingratitudo patris in patronum commissa ad filios iam natos non extenditur. Similiter in. l. adoptiuum. §. fina. ff. de in ius vocando. & illius. l. verba puto, vt suprà dictum est, consideranda esse, dum dicitur, filius quasi innocẽs vocetur. Ecce quomodo lex filij innocentiam non abs re considerat: & maxime vbi nihil ab ipso patre ad filium peruenit, sed alio genere à ciuitate vel natura. l. eum qui. ff. de interdictis & relegatis. Et vt inquit illa. l. si arrogator. ff. de adoptioni. quando non patris iudicio sed principali prouidentia ad filium peruenit: vt glos. notauit in dicto. c. vnico. in glos. prima, & secunda, an agnatus vel filius defuncti poss. retine. feud. collatione decima. & id ne alieno admisso grauiorem pœnam luerent, quos nulla cõtingeret culpa, inquit. l. fina. in principio. ff. de bonis dãnatorum. alioquin contra rationem naturalem esset ab innocente pœnam exigere.

Quod autem mea non sit consideratio, sed diuinæ scripturæ, satis ex authoritatibus præassumptis constat. In primis hoc scribitur Ezechielis. xviij. c. dum ait. & dicetis, Quare non portabit filius iniquitatẽ patris? videlicet, quia filius iudicium & iustitiam operatus est, omnia præcepta mea custodiuit & fecit illa, viuet vita. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super eum erit. Sic idem est in dicta. l. quisquis. id est filijs qui patris exempla sunt secuti, nõ autẽ alijs qui patris exempla non sunt secuti secundum Ezechielẽ qui prædictas authoritates veteris testamenti sic interpretatus est, quæ comprobatur quarti Regum. xiiij. c. non morientur patres pro filijs, nec filij pro patribus. Et Deuteronomio. xxiiij. vbi hæc legis Mosaicæ authoritas repetitur. Ex quibus declaratur authoritas hæc quæ Exodi. xx. scripta est, & Deuteronomio. quin-
35 to cap. † Ego sum dominus deus tuus, fortis, zelotes, visitãs iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. Ecce qui patris in peccatis hæredes sunt vsque in tertiam generationem, illi punientur, quia paternæ iniquitatis imitatores sunt. Qui verò à paterna via declinauerunt præcepta dei obseruando iuxta Ezechielis sententiam, patris iniquitatem non portabunt: quia iudicium & iustitiam operati sunt. Et quod iste sit illius authoritatis sensus, declaratur in. c. nisi cũ pridem. §. pro grati. versiculo, ego sum, inquit, Deus zelotes. extra de renuntia. Transcribam illum textum, ne videar in hac interpretatione meæ prudentiæ inniti. inquit, Ego sum deus zelotes, vindicans peccata patrum in filios, & vsque in tertiam & quartam generationem in his qui oderunt me. id est in illis qui contra me paternum odium imitantur. Vnde patet quod in illis qui paterna vitia non sequũtur, proprie possunt in talibus suffragari virtutes, quæ illius decretalis originalia verba sunt. Et in cap. finali. §. sed his authoritatibus. de pœnitentia. distinctione quarta. inquit ille text. Sed his authoritatibus docentur filij ab originali peccato expiati, nõ ideo puniẽdi quia patres peccauerunt, sed ideo peccata patrum in eos redire, quia eorum culpam sequuntur. Et in versic

versiculo, illis nanque. dicitur, illis nanque parentum iniquitas redditur, qui propterea puniuntur quia in radice traxerunt amaritudinem peccati. illis autem non reddi dicitur quibus merito suæ iniquitatis non reuiuiscunt peccata parentis. Et diuus Augustinus ad Bonifacium in c. quæris. de consecratione. distinctione quarta. versiculo, & iterum anima quæ peccauerit ipsa morietur. non enim peccat ipsa cum parentes eius omnino nescienti vel quilibet alius adhibet sacrilegia dæmoniorum. & versiculo, in lege. & versiculo, iam itaque. dicit quod cum homo in se ipso est ab eo qui genuit alter effectus peccato alterius sine sua conscientia non tenetur obnoxius, cap. vndecunque. quinquagesimasexta

36 distinctione. † vndecunq; inquit, homines nascantur, si parentum vitia non sectantur, honesti & salui erunt. &.c. nũquam. qui sequitur, Ex meretrice natus & adultera si propria virtute decoretur, parentũ suorum nõ dedecoratur opprobrijs. &.c. Cenomanensem. eadem distinctione. in fine. dicitur, sed sicut suprà dictum est de presbyterorũ filijs, ita & hoc de filijs adulterorum intelligendum videtur: vt illi dicantur esse abominatio domino ad quos paterna flagitia hæreditaria successione descendunt. De his filijs igitur intelligenda est illa lex, quisquis. §. filijs. C. ad legem Iuliam maiestatis. dum ait, patrono enim debent perire supplicio, in quibus paterni hoc est hæreditarij criminis exempla metiuntur. non ergo paterno supplicio, id est eo quo pater afflictus est filij affligi debent, qui paternum, id est hæreditarium non sunt exemplum, id est crimen, metiti, id est qui in patris crimen non sunt prolapsi: quoniã, vt inquit textus in. c. conuenientibus. prima. questione septima. versiculo, item vere dei vox est. Et quoniam nõ moriuntur filij pro patribus, sed vnusquisque in peccato suo morietur: quoniam ex deo est ordinatio. Si igitur hæc dei est ordinatio, quis est qui illi aduersari potest?

Videamus vlterius, quid diuus Gregorius lib. Moralium. quarto scribit, cuius dictum trãscribitur in. c. homini. prima. quæstione quarta. homini, inquit, qui similis tui est, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Humana impietas ei nocet quem peruertendo coinquinat. Et eodem. c. versi. econtra. dicitur, econtra dominus ad Moysen, ego sum deus zelotes, qui visito peccata patrum in filios vsq; in tertiam & quartã generationem. Licet nõ æqualitate iudicij sed magnitudine clementiæ. & sequitur. Augustinus asserit hoc dictum dicens, in tertia & quarta generatione peccatũ patrũ se dominus cõminatur in lege filijs redditurũ, nõ inæqualitate iudicij, vt alij peccent & alij puniantur, sed magnitudine clementiæ dum semper expectat ad pœnitentiam. Et quod in prima generatione delinquitur, nõ prius corripit & emendat, nisi & tertia & quarta generatio euenerit. Et quod suprà dictũ est de Sodomis & Gomorris & Dathan & Abiron & similibus, dic non propter patrum peccata tantum, sed quia filij paternæ iniquitatis factores erãt, & in peccatis parentum concepti, quæ in filijs reuiuixerant. & in c. xv. primi Regum scribitur. & in. c. intermittentes. §. fina. & .c. væ eis qui recesserunt. & duobus cc. sequen. & quid est quod dicitur de pœniten. distinct. iiij. hoc satis explicatur in. xviij. & .xix. c. Genesis. In. xviij. loquebatur Abraham ad do-

37 minum de Sodomis & Gomorris, † Nunquid perdes iustum cum impio, si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul, & non parces loco illi: & reliqua. & .c. xix. dicitur, Surge, tolle vxorem tuam & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. & sic solus absq; peccato Lot in ciuitate inuẽtus est. Nõ ergo dñs iustum cũ impio perdere voluit. Cessent igitur dicere oẽs ꝓpter nocẽtes perijsse innocentes: quia macula parentum seu peccatum filiorum natiuitatem præcesserat, propter quod omnes consumpti sunt: si plures iusti inuenti fuissent saluati fuissent. Imo si vsque ad decẽ inuenti extitissent, ciuitatem ipsam propter decem iustos dominus sustinuisset, & ciuitati pepercisset. Nõ ergo authoritates illæ quæ in summa. xxiiij. quæstione. iij. commemorantur, opinionem cõtrariam iuuare possunt. Quare diui Augustini sentẽtia quæ in dicto. c. si habes. eadem. xxiij. q. iij. posita est, & in dicto. c. quæris. de consecrat. distinct. iiij. firma & solida manet. Et ita sonant Iustiniani verba in. §. j. in authẽ. vt oẽs obedi. iudi. prouincia. coll. v. dum ait, Patrũ iniustitiã soboles est secuta. Non ergo soboles quæ patrum iniustitiam non erit secuta, propter patrum iniquitatem pœnam nõ sustinebit. Neque. l. vnica. C. ex delic. defunc. neq;. l. in hæredẽ. ff. de calũ. & similes obstãt: quia nõ nisi quæ à patribus cõ secuti sunt seu quod ex eorũ bonis ad eos peruenit, extorquet, & vbi cum defuncto lis est contestata. Aliogn nisi in casibus à lege exceptis, quorum mentio fit in. l. ex iudiciorũ. ff. de publi. iudi. sed id solũ eripit quatenus ad hæredẽ peruenit, nõ alias. Ex his solidæ manẽt leges & authoritates legis diuinæ & canonicæ in oppositũ par

38 tem relatæ, † vt pœna ad filios non extendatur, qui paternæ iniquitatis imitatores nõ sunt, neque hæreditaria culpa maculati: & maxime ad ea bona non extendatur, quæ pater ab alio genere vel ciuitate vel rerum natura seu principali prouidentia consecutus est, iuxta dictã. l. eũ qui. ff. de interdict. & relega. & . l. si arrogator. ff. de adoptio. l. fin. ff. de bo. damna. l. sancimus. C. de pœnis. l. si pœna. l. crimen. ff. de pœn. cum alijs suprà relatis. Restat vt dicamus veriorem esse Dini distinctionem in dicta. l. eum qui. & in regula, nõ debet. de regu. iuris. in sexto. Et Cin. in l. secunda. C. de libertis & eorum liberis. distin-

ctionem Bartoli in ea quæstione an vasalli de-
lictum filio obsit. quod clarum esse videtur per
c.denique. quæ fuit prima causa benefi.amitten.
c. vnicum. si vasallus feudo priue. cui deferatur.
&.c.vnicum. an agna. vel fil. defuncti. quanuis
Barto. in dicta.l.eum qui.aliter distinguat, & il-
lius distinctio probata esse videatur in dicto.c.
denique.tamen, vt dixi, veriorem esse puto Di-
ni distinctionem.& vt clare demonstremus, Bar
39 to. distinctionem videamus. Dixit enim, † quan
doque vasallus delictum tale commisit propter
quod feudo priuari debeat, vt est dum peccat in
dominum, vel feudi conditionem: & patris deli-
ctum filio nocet. c. vnico, si vasal. feudo priue-
tur. &.c.si vasallus culpam. si de feudo fuerit
contentio, inter dominum & agnatos. dat simili-
tudinem in eo qui paterna hæreditate indignus
factus est, qui sequentibus in gradu nocet.l.fina
li. in fine.ff.de bonis damnatorum.l.prima.§.fra
tris. infra titulo proximo. si quis aliquem testari
prohibuerit. sed melius probatur in.l. si seques.
supra eodem. illic dictum est. Moderatur hoc di
ctum suum in feudo iam quæsito, in quærendo
verò filio non nocet quo minus feudum aui-
tum ad nepotē perueniat, nulla criminis paterni
habita ratione.l. Gallus.§. & quid si tantum.ff.
de liberis & posthumis.l.non tantum.§.emanci
patum.ff.de bonorum possessione contra tabu-
las. quoniam nepos locum primi tenere incipit.
Si verò in dominum non deliquit, sed alio crimi
ne irretitur propter quod bona publicantur: &
in hoc articulo ad Cini distinctionem refugit.
40 † Aut enim feudum ex persona patris ad filium
peruenit & nocet filio: aut alio iure ad filiū ad-
uenit, & patris macula filio non nocet. Vlterius
Bar. improbando Cini distinc. dixit.c.vnicum si
vasallus feudo priuetur. collatione decima. de
feudo antiquo, non autem paterno intelligendū
esse: & tamen in eo agnatus filium excludit per
illum tex. Aduertite Bart. distinctionem in le
gibus per eum allegatis mea opinione non recte
probari, cum pace Bart. dixerim.

In primis non esse verum.c. vnicum. si feu-
do vasal. priuetur, cui defera. debere de feudo
antiquo intelligi, sed de feudo nouo seu pater-
no quod ad filium ex patris persona peruentu-
ram erat, intelligendum est. Et ita recte glo. illic
declarat, cum qua ego conuenio. Et quod in il-
lo tex. dicitur ad agnatos quandoque pertineat,
dat exemplum in casu dicti.c. deniq;. quando va
sallus non in dominum deliquit, sed in alium ter
tium propter quod bona publicantur: tunc feu-
dum ad dominum non reuertitur, sed ad proxi-
mos, id est agnatos, inquit ille tex. Si tamen, in-
quit, feudum paternum fuerit. Sed ille textus pri
mo loco dixit, vbi vasallus in dominum delin-
quit, & feudum est nouum seu paternum: & feu
dum ad dominum reuertitur, non autem ad fi-
41 lios, neque ad agnatos. † Quare primus articu-
lus distinctionis Bartoli non potest esse verus,
dum ait simpliciter delictum patris nocere filio.
verum est vbi paternum erit feudum: non si an-
tiquum fuerit. Et rationem esse dicit glossa
in dicto.c. vnico. si vasallus priuetur. quia, con-
tra æquitatem est vt vnus pro alio patiatur. Et
glossa huius dicti meminit in dicto.c. si vasal-
lus culpam. in verbo, reuocabuntur. in fine. si de
feudo fuerit contentio inter dominum & agna-
tos. collatione decima. Et ratio auiti & pater-
ni iuris suprà declarata est ex dicta.l.eum qui.
ff.de interdictis & relegatis.l. diui fratres. &.l.
iura libertorum.ff.de iure patronatus.ex.l.ado-
ptiuum.§.finali.ff.de in ius vocando. quia non
tanquā patris hæres, sed tanquàm quilibet alius
de agnatione patri seu potius auo succedit: vt
in.l.si paterfamilias. de adoptionibus. & ex prin
cipali prouidentia, vt dictum est per.l.si arroga-
tor.ff.de adoptionibus. Neque iuuare possunt
Bartolō similitudines per eum relatæ quæ non
probantur in.l.fina.§.finali.ff.de bonis damna-
torum. sed potius illi omnino aduersantur. Et
Bartolus in ea recte considerauit. Dixit enim
interficientem eum qui illam instituerat, priuari
eius successione, & propter eius delictum fisco
applicari. verum est, inquit, nisi alius in eodem
gradu sit cum interfectore.l.prima.§.fratris.ff.
si quis aliquem testari prohibuerit. cuius in capi
te huius disputationis meminimus. Non ergo
ille.§.fratris. probat id ad quod Bartolus illum
42 allegauit. † Præterea illud quod confiscatur ex
persona illius quæ testatorem occiderat, succes-
sio peruenerat: quoniā homicida instituta erat.
In hoc igitur non potest hic primus distinctio-
nis Bartoli articulus verus esse. Secundò Bar-
to. exemplum Cini male refert, dum ait Çin. di-
xisse vbi quis iure suo feudum consequitur, vt
quia pater stipulatus est sibi & suis filijs, vnde fi
lio ius iam quæsitum est: & non nocet filio. hoc
non dicit, sed prorsus oppositum post Petrum
& Iacobum de Rauenneyo doctores Aurelia-
nenses. quocunque enim modo filius ex pater-
na prouisione acquirit: vt in illo exemplo Bar-
to. quando pro se & filijs feudum acquisiuit pec
catum patris filio nocet.§. primo. in authentica,
de iureiurando à moriente præstito. Et hoc pa
cto si pater decedat non poterit filius feudū ac-
ceptare repudiata paterna hæreditate, sed vtrun
que agnoscere tenebitur.c. vnico, an agnat. vel
filius defuncti. collatione decima. Secus, in-
quit, si simul patri & filio concessio facta est:
quia eum huiusmodi concessio per patris pro-
uisionem non prouenit, quemadmodum de
substitutione locuti sumus, quæ facta est de per-
sona patris & descendentium ex eo, tunc in nul
la parte ratio personæ patris habetur. Alle-
gāt.l. stipulatio ista.§.si quis ita.ff.de verborum
oblig

obliga.melius facit.l.si operarum.ff.de oper.li-
ber.si ergo feudum per mediũ patris nõ perue-
nit ad filium, hac ratione non transfertur in fi-
scum neq; alium:quia acquiretur his quibus cõ
cessum est,dicta.l.eum qui. &.l.si operarum.ff.
de operis liberto. Ita nõtauit Bald.& Angel.in
l.item videndum.§.fina.ff.de petitio.hæredita.
Francis.Aretin.per illum text.in dicta.l.pro hæ-
rede.§.si quid tamen quasi hæres.&.§.fina.eius-
dem.l.ff.de acquirenda hæredita. dicit isto casu
filium non vt patris hæredem considerari, sed
cui ex alieno facto ius quæsitum est.dicta.l.pro
hærede.§.si quid tamen quasi hæres.&.§.si se-
pulchri.ff.de acquirenda hæreditate.l.familia-
ria.&.l.vel quæ paterfamilias.ff.de religiosis &
sumptibus funerum. Præterea dum dixit,si pro-
pter aliud delictum feudum à vasallo aufertur
quàm propter feloniam in dominum commis-
sam: & refugit ad Cini distinctionem,aut facto
patris acquirit, aut suo iure.

Ego verò puto Dini distinctionem veriorem
positam per eum in dicta regula,non debet. de
43 regul.iuris.in sexto.dum ait, † Aut patris mini-
sterio, vt quia sibi & filijs stipulatur: & sic me-
diante patre feudum consequitur:& tunc si non
est patris hæres,neque vt hæres patris hæredita-
tem capere potest,sic nec feudum. Et ita intelli-
go capitu.vnicum.an agna.vel filius defunct. Et
ita declarat dicta.l.eum qui.ff.de interdic.& re-
lega.dum ait,nisi quod ab ipso peruentum es-
set ad eos si intestatus in ciuitate moreretur, hoc
est,hæreditatem eius & libertos, & si quid aliud
in hoc genere reperiri potest. Et de his etiam in-
telligi debet dicta.l.quisquis.§.filijs.C.ad legẽ
Iuliam maiesta. quem diligenter superius decla-
rauimus in verbis, paterno enim deberent peri-
re supplicio,in quibus paterni,hoc est hæredita-
rij criminis exempla metiuntur. aliter enim illa
lex interpretata cum authoribus suis tyrannica
erit,per ea quæ suprà dicta sunt.

Si verò aliunde filio bona proueniant, quàm
per ministerium patris. Et dicit Cin.& bene,aut
obueniebant ab ipso patre:& filio præiudicant.
Si autem non ab ipso patre, sed ab auo & ante-
rioribus vel ex aliena substitutione vel rerum na
tura vel ciuitate, & vt glos.in dicto capi.primo.
an agna.vel filius defunct. ait principali proui-
dentia:& non nocet,dicta.l.eum qui. in his ver-
bis,quæ verò non à patre, sed à genere,à ciuita-
te,à rerum natura tribuerentur,ea manere eis in-
columia.& dicta.l.diui.ff.de iure patronatus.
quare substitutio quæ originem à patre non ac-
cepit,sed,inquit illa.l.eum qui.in fin. Non enim
hoc fratres sed maiores eius eis dedisse. Et id pu
44 to verum. † Ex his de iure scripto, dico verum
esse propter crimen læsæ maiestatis à patre com-
missum, substitutionem quæ ad posteros transi-
tura est non publicari, neque fisco acquiri, sed
substitutos fiscum excludere. Et vbi ad corri-
cem voles illam.l.quisquis. seruare, & propter
crimen patris filios substitutione priuare, & fi-
scum illis præferre:fiscus tamẽ posteriores agna
tos non excluderet, sed agnati fiscum exclude-
rent:cùm illa lex sit odiosa,iniuriosa, iniqua &
contra naturalem rationem & iuris diuini & hu
mani dispositionem composita. Igitur vltra per-
sonas specialiter in lege designatas extendi non
debet,per triuialem illam neotericorũ cõclusio-
nem,in odiosis & exorbitantibus non esse licitã
de vna persona ad aliam extensionem. Sed vltra
quàm dicunt allego tex. qui rectè huic decisioni
conuenit,cuius suprà meminimus in.§.oportet.
in authen.de manda. princi.colla.tertia. Opor-
tet autẽ,inquit, te & in hoc omnem ponere pro-
uidentiam,cum aliquis dignus apparuerit pœ-
na quidem illum punire aut res eius non contin
gere, sed sinere eas generi , id est consangui-
neis & agnatis,inquit illic Accursius.& legi se-
cundum illum ordinem. Addo.l.patri.ff.ad le-
gem Iuliam de adulterijs. Et ratio est, quoniam
extensio odiosa est.l.secunda.&.l.cum quidam.
45 ff.de liberis & posthumis. Ex eo infero, † si in
casu odioso & exhorbitãti licita non est de vna
persona ad aliam extensio, neque de vna re ad
aliam:cum text. dictæ.l.quisquis.§.filijs.de pa-
terna & auita successione loquatur, extra illas
extendere non licet.l.lege Iulia. §.hoc capite. ff.
de ritu nuptiarum.ibi,non autem obest auum et
auiam artem ludicram fecisse.l.finali.C. de na-
turalibus liberis. Si igitur aliunde quàm à patre
aut auo filius fuerit substitutus, illa lex exten-
di non debet: Cùm, vt paulo antè diximus, na-
turæ inimica sit, & legi diuinæ omnino aduer-
satis. Quibus obstãt tituli.C.ne filius pro patre,
neque pater pro filio. Et ne vxor pro marito,
nec maritus pro vxore &c.

Ex his faciliter altera quæstio absolui potest,
quæ veluti præcedentis quæstionis appẽdix est.
Vt si per hunc tex. pœnæ suos authores tantum
tenere debent à iustitia alienũ esse videtur per-
mittere pignerationes(repressalias vocant) fie-
46 ri.c.vnico.de iniur.& dam.dato.lib.vj. † Et si,
inquit,pignerationes,quas vulgaris elocutio re
pressalias nominat, in quibus alius pro alio præ
grauatur,tanquàm graues legibus & æquitate
naturali contrariæ ciuili sint constitutione pro-
hibitæ. quæ constitutio à Iustiniano facta est in
authen.vt non fiant pignerationes.§.primo.col
latione quinta. Inquit ille tex. Non enim habet
rationem alium quidem esse debitorẽ, aliũ verò
exigi:Sed nec alteri molestũ esse pro altero tan
quàm inuasionẽ aut iniuriã cõmittentem,& aliũ
quasi vicaneũ existẽtem cædi, aut iniuriã sustine
re,aut aliquid pati,quod omnino non competit
pro alio. Illud idẽ Iustinianus repetijt in.§.quo-
niam vero contingit. in authenti.vt nulli iudic.

collatio.ix.Iubemus,inquit,prouinciarum iudi-
ces omnia secundum leges vindicare, & peccan-
tes tenere, & non alios pro alijs, aut ex quibus
nati sunt viris, qui crimina præsumpserint aliũ
pro alio comprehendere, aut damnum inferre vi
ris, sed neque pignerationes facere propter pec-
cantem aut criminis vindictam.

Comperio autem scriptum in capit. dominus
dixit.xxiij.quæstio.ij. in versicu.iusta autem bel
47 la. † Iusta, inquit, bella solent diffiniri quæ vlci-
scantur iniurias. sic gens & ciuitas perdenda est,
quæ vel vindicare neglexit quod à suis improbè
factum est, vel reddere quod per iniurias abla-
tum est. In quo melius probatus est ille mos con
cedendi pignerationes seu repressalias. cap.vni-
co.in fin.in verbo, deprædare. de mili.vasal.qui
contu.est.collatio.x. Et Barto.ita notat in.l.ge-
nerali.C.de decurio.lib.x. qui ad id illam legem
induxit, dum ille tex.cuicunque permittit decu-
rionem apprehendere, si iudicis copia haberi nõ
potest. Eadem, inquit, permissio concedenda est
vbi iustitia ab aliquo principe denegatur.per il-
lum text. Cui rectè conuenit tex.in.l.miles. §.se-
xaginta. &.l.capite quinto. ff. ad legem Iuliam
de adulter. Hic alia triuialia referri possent, quæ
consultò omitto. Sic pari ratione Bartol.ait, vbi
48 † in ciuitate iustitia non administratur, licere in
ciuitatem repressalias concedere. Tantundem di
xit Bald.in.l.ex hoc iure. iij.colum. versic.duo-
decimò quæritur. ff. de iustitia & iure. Allegat
Innocen.in capit.quia plerique. extra de immu-
nita.eccles.facta tamen prius denuntiatione: ar-
gumento.l.cùm pater. §.à Titio. ff.de legatis.ij.
Bart.tractatum de repressalijs scripsit, à quo plu
ra exiges. Modern.Papien. in.l.de quibus.xiiij.
&.xv.colum. pluribus argumentis nititur con-
firmare, sed cùm non intendo vlterius illam pro-
telare, ista mihi sufficiant.

Quantum autem est ad materiam hic per Bar
to. apertam de actionibus originem à contractu
habentibus, quæ in personas hæredum transeũt,
& quando hæredibus non præiudicent, remittit
se ad ea quæ scripsit in.l.iiij.§.Cato.ff.de verbo-
rum obligatio. Pariter reijciam in illum.§.quem
vt in capite huius.§.commemorauimus, publicè
in repetitionis modum disputauimus his nostris
Sillanianis & Claudianis commentarijs ad Dei
omnipotentis gloriam & honorem, & laudem
intemeratæ semperq́ gloriosæ & immaculatæ
Dei genitricis Mariæ sine labe originalis pecca-
ti conceptæ, beatorum Ioannis Baptistæ & Io-
annis Euangelistæ, necnon diui Hieronymi, o-
mniumq́ sanctorum & sanctarum colophonem
addemus. Vnusquisque pius ac benignus lector
accipiat. Si quid in eis boni est, Deo ac domino
nostro Iesu Christo, ac beatissimæ Dei geni-
trici Mariæ mecum gratias agat. Quod
suis numeris non constare compe-
riet: pro sua modestia & innata
beneuolentia emendet.

Laus Deo.

Index rerum & materiarum, quæ in hac

SECVNDA COMMENTARIORVM VIRI Clarifs. Ioannis Ignei, Doctoris Aurelij Parte dignæ cognitu inuentæ sunt, numine fauente incipit.

A



Alphabeticus.

B

C



Extensio

G



H

I



Alphabeticus.

P



Alphabeticus.

Alphabeticus.

Q



R



cognitione

Alphabeticus.

T

V

Index Alphabeticus.

FINIS.

Ordo chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z.
A B C D E F G H I K. aa bb Omnes sunt terniones, cc, duernio.

Lugduni,

EXCVDEBAT IOANNES BARBOVS.